

DOCTRINA ET DISCIPLINA ECCLESIÆ

IPSIS VERBIS

SACRORUM CODICUM, CONCILIORUM, PATRUM, ET VETERUM GENUINORUM MONUMENTORUM

secundum seriem temporum

DIGESTA ET EXPOSITA,

Studio ac Opera

R. P. LUDOVICI DU MESNIL S. J.

Presbyteri, SS. Theologiæ Doctoris, & Almæ Catholicæ Universitatis Argentoratensis Cancellarii.

OPUS EXIMIÆ ERUDITIONIS

in quatuor Tomos, & in quamplures libros distributum, Theologis omnibus, & Historiæ Ecclesiasticæ Studiosis apprime utile, ac necessarium.

Cuique tum Libro in fine Græci textus insigniores, tum Tomo Indices rerum ac verborum locupletissimi adduntur; ac demum in calce Operis Index materiarum generalis.

TOMUS SECUNDUS.

EDITIO PRIMA ITALICA, COLONIENSI EMENDATIOR AC NITIDIOR.





VENETIIS, MDCCLII.

EX TYPOGRAPHIA ANDREÆ POLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

PRÆFATIO
TOMI SECUNDI.



Ccleſiæ Chriſti doctrinam & diſciplinam ſic hactenus expoſuimus, ut facile cuivis innoteſcere poſſit, hanc ab Apoſtolorum prædicatione non interruptam, eademque dogmata tradentem perſeveraſſe, Unam, Sanctam, Catholicam & Apoſtolicam; quas dotes ut proprios Eccleſiæ characteres aſſignat Conſtantinopolitanum ſymbolum. Apoſtolicam eſſe, ſeu fundatam ab Apoſtolis, evincit perpetua Epiſcoporum maxime Romanorum ſucceſſio, quemadmodum obſervant Irenæus, Auguſtinus, Optatus, quorum verba protulimus. Petrum quippe Romæ ſediſſe & mortuum eſſe docent, atque ut ejus ſucceſſores enumerant ſubſequentes ejuſdem urbis Pontifices. Non alia regula cujuslibet Imperii durationem & inſtitutionem definimus, quam fundatoris ejuſque ſucceſſorum enumeratione. Quæ ſucceſſio ſi prorſus deficiat, vel in externam tranſeat dominationem, ceſſaſſe regnum intelligimus. Eamdem eſſe Catholicam, ſeu, ut ait Auguſtinus, toto orbe diffuſam, evidenter oſtendunt ejus incrementa, & res notabiles, quas in variis mundi partibus contigiſſe retulimus.

Hanc amplitudinem Eccleſiæ Chriſti promiſſam a Deo, in laudata a nobis collatione Carthaginenſi adverſus Donatiſtas demonſtravit Auguſtinus. Demum veram Chriſti Eccleſiam eſſe ex divina inſtitutione Unam, tum unitate Fidei, tum communionis, innumeris Scripturæ & Patrum teſtimoniis comprobavimus: Fidei quidem, dum omnes idem dicunt, atque credunt: Communionis vero, dum omnes & ſinguli ſupremo capiti Romano Pontifici ſubjecti in ejus communione perſeverant. Primatus enim Petro datur, inquit Cyprianus, ut ſchiſmata tollantur. Hinc diverſa ſentientes, vel ab ejus communione pertinaciter ſeparatos, Patres ſemper habuere ut hæreticos & ſchiſmaticos; Orientales etiam Epiſcopi, ut hanc communionem, quoties interrupta fuit, redintegrarent, ſolicite laborarunt. Uſque dum ſchiſma Photii prævalens Græcam peſſum dedit Eccleſiam, quemadmodum multis manifeſtum fecimus exemplis. Fidei unitatem nos non ſervaſſe calumniantur adverſarii. Quibus id unum reſpondeo, proferant vel unum canonem, vel fidei definitionem, vel ſymbolum, quod nunc non recipiat Romana Eccleſia, & do manus. Si autem hæc integra & illibata cuſtodit: eadem profecto dogmata credit, quæ ſemper credidit. Ego vero in priorum ſæculorum hæreſiarchis, quos anathematizavit Eccleſia, Novatorum, qui duobus poſterioribus ſæculis extitere, errores, vel eorum fundamenta ac principia, non ſemel indicavi.

Alios vero ſectarios, qui ex nobis exiere, quia non erant ex nobis, quamvis ad Chriſtum ſectæ ſuæ referant originem, quod, licet falſum, omitto, per plura ſæcula non extitiſſe, facile demonſtratur; indicamus quippe annum, quo in unam coaluere ſocietatem. Eorum authores & primos ſectatores natos & baptizatos in Eccleſia Romana, nemo neſcit; plures ex eis vel in clero vel in monaſterio vixere diu. Eoſdem in aliqua tantum mundi parte ſectatores habere non minus notum eſt. Ac proinde novitate ſua, defectione & paucitate ſe non eſſe veram Chriſti Eccleſiam aperte clamant. Quod argumentum ex antiquis Patribus, præſertim ex Auguſtino adverſus Donatiſtas deſumptum diligenter expoſuimus.

Praeterea, quantum antiquis canonibus & constanti Patrum traditioni repugnet eorum doctrina, sæpius observavimus. Hine nos istud opus ex ipsismet veterum authorum verbis conscripsimus, nihil dissimulantes. Contra Novatores, qui scripsere de rebus ecclesiasticis, ut doctrinam Catholicam cana dudum antiquitate fulgentem obscurent, non pauca silentio supprimunt, alia maligne interpretantur, quædam male consuunt: in probationem adducunt facta dubia, vel minus sincere exposita, aut quæ ad quæstionem propositam non pertinent, incertos & suspectos sequuntur authores, & grammaticis sese immergunt tricis atque conjecturis. Quam vera sit hæc nostra accusatio, quivis facile cognoscet, si eorum scripta conferat cum iis antiquis monumentis, quæ protulimus. Ex quibus fideliter excerptis, illud etiam veritatis critirium, quod laudat Vincentius Lerinensis, nos adhibuisse constabit: proponendo fidelibus, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus receptum est. Christianæ religionis fundamenta non minus diligenter exposuimus.

Ea sunt, Christi divinitas & doctrina, quam certo nobis tradit Ecclesia, columna veritatis, quæ traditionem suam, & constantem, & antiquam verbi divini expositionem communi Patrum consensu probat. Et primo quidem Christi divinitatem adversus Socinianos plurimis Scripturæ, Patrum etiam antenicænorum, synodorum, Martyrum testimoniis demonstravimus. Eamque constantem fuisse primorum fidelium fidem agnovere Gentiles Philosophi, Celsus, Porphyrius, Julianus; quemadmodum recitatis ipsorum verbis palam fecimus.

Eamdem Christi divinitatem adversus Judæos defendimus testimonio Christi miraculorum, quo ipsemet usus est, ut se vere dixisse Filium Dei unigenitum Patri coæqualem & coadorandum probaret, cum enim Pontifices & Pharisæi, qui Lazarum redivivum videbant, ultro faterentur, hic homo multa signa facit. Unde erat evidenter consequens: non ergo blasphemus est. Absurdissime potius inde concludebant: ne omnes credant in eum, interficiendus est. Eorum improbitatem Christus coarguens
Joan. 10. dicebat: Si signa non facerem, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent. Ju-
Joan.1.3. dæosque sic contestabatur: Si mihi non creditis, operibus credite: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Itaque Ecclesia catholica ab initio recte de Christo cum Joanne dicit: Hic est verus Deus.

Judæi quidem suæ legis authorem esse Deum, iisdem signis probare possunt: eo-
Rom. 3. rum quippe fuit, ut ait Apostolus, legislatio, & testamentum, & adoptio filiorum:
ita tamen ut ad gentes etiam pertineat promissio Messiæ. De eo quippe prædixere
Gen. 49. Prophetæ: " Et ipse erit expectatio gentium. Ecce dedi te in lucem gentium, ut
sis salus mea usque ad extremum terræ. Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, o-
Isai. 49. Psal. 71. mnes gentes magnificabunt eum. „ Messiæ igitur regnum, quod est Ecclesia, ex
Judæis & gentibus coalescere debuit. Ipsaque vocatio gentium, quam tot ante sæcula prædictam a Prophetis legimus in libris, quos ut divinitus inspiratos venerantur Judæi nostri adversarii, quamque in Christi nomine videmus adimpletam, Christianam religionem esse veram & divinam certo demonstrat. Quandoquidem in ea complentur divinæ promissiones & prophetiæ. Ipsa quoque Religio christiana legem Judaicam fuisse divinam pariter evincit: siquidem veras habuit promissiones & prophetias. Deus autem, apud quem non est transmutatio, fœdus novum cum hominibus pepigit, absque ulla vicissitudinis umbra, quippe quod in veteri testamento promiserat, hoc opere complevit. Qui autem aliquid promisit, & promissa præstat, non mutatur: sed potius verax & fidelis invenitur. Itaque Christianismus est veluti perfecta Judaismi consummatio: quippe quæ Deus per Prophetas promisit & prædixit, nobis exhibet, & figuris successit veritas.

Christianam religionem, cujus Deus author est, modo mirabili, quo propagata est, divinam pariter demonstrari docuimus. Christus enim, qui Scripturarum, Joannis Baptistæ, & quod majus est, Patris æterni testimonio, & tot prodigiis se naturalem Dei Filium esse comprobaverat, atque in eadem fide resurgendo discipulorum animos confirmaverat: in cœlum ascensurus dixit Apostolis: " Sicut misit me Pater, ita ego
Joan. 20. mitto vos; Ite, docete omnes gentes; quibus verbis eorum missionem esse divinam aperte declarat, eamque solam esse legitimam, quæ ad eam primam refertur; qualis est missio, quam ab Apostolorum successoribus, præsertimque a Christi Vicario accipimus. Qui igitur non ita mittuntur, profecto ad primam non pertinent missionem. Si vero extra ordinem se a Deo immediate missos esse contendant, missionem suam certo probent necesse est, priusquam audiantur. Ideoque Christus cum ad gentes & Judæos mitteret Apostolos suos, qui non erant ex genere Levitico, miraculorum eis dedit potestatem, qua se divinitus missos palam omnibus ostenderent.

Apostoli igitur numero duodecim, pauperes, rudes, mundo contemptibiles, literarum humanarum prorsus expertes, sed induti virtute divina, post acceptum die Pen-

tecostes

tecostes Spiritum sanctum, qui eos docuerat omnem veritatem, Christianam fidem in toto terrarum orbe prædicarunt, ubi jam dudum cum omnibus vitiis dominabatur Idololatria. Et Deo eorum sermonem confirmante sequentibus signis, seu miraculis, innumeris hominibus persuasere, ut Christum crucifixum adorarent Deum, eaque crederent mysteria, quæ omnem humanam superant intelligentiam. Et relicta Idololatria, quæ humanis cupiditatibus plurimum favebat, præceptis, quæ iisdem maxime contraria sunt, se subjicerent, abnegantesque sæcularia desideria, sobrie, juste & pie viverent in hoc sæculo, crucifigentes carnem suam cum concupiscentiis; & spe futurorum & invisibilium bona præsentia contemnerent. Quæ mutatio profecto divinæ virtutis est, & opus dexteræ omnipotentis. Quod ut evidentius appareret, miraculorum donum in sua Ecclesia Christus voluit esse perpetuum, ut etiam signis sensibilibus ab aliis sectis certo distingueretur. " Qui crediderint, inquit, dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, super ægros manus imponent, & bene habebunt. „ Quam potens autem & universale fuerit fidelium imperium in dæmones, demonstravimus ex Minutio Felice, Tertulliano, & Eusebio, illiusque exempla multa protulimus. Singulisque sæculis non defuere viri sancti, qui virtutes & sanitates operarentur, quæ tot tantisque testimoniis probantur, ut quisquis contigisse negat, is Romanam civitatem, quia eam non vidit, existere dubitet necesse sit. Aliæ vero sectæ ab Ecclesia catholica divisæ, nullum unquam virtutis signum edere valuerunt.

Marc. ult. Marc. 16.

Argumentum aliud invictum pro Christiana religione petitur ex Martyribus. Innumeros homines omnis ætatis, sexus, conditionis, nationis, non solum bonorum jacturam pro hac fide sustinuisse, sed etiam vitam in gravissimis dedisse tormentis, ex eorum actis sinceris & Patrum testimoniis probavimus. Equidem sectarii, sed pauci admodum eadem passi sunt, sed, ut docet Augustinus, non pœna, sed causa martyrem facit. Divina virtus & veritas in hisce Sanctorum passionibus eo mirabilius elucet, quod Christus eas simul & suorum victorias prædixerit. " Si me persecuti sunt, inquit, & vos persequentur . . . Venit hora, in qua omnis, qui interfecerit vos, obsequium putat se præstare Deo . . . In mundo pressuram habetis, sed confidite, quia ego vici mundum. „ Oraculi divini veritatem comprobavit eventus: Universus orbis velut inita cum inferis societate insurrexit adversus Christianos: quos edictis suis proscripsere Imperatores: Eorum decem universales persecutiones atrocissimas exposuimus: multo plures enumeravimus populares ac locales. Philosophi eosdem ut omnis religionis hostes insectati sunt, collectisque variis Scripturarum textibus, in quibus profunda Dei minus intelligentibus apparet quædam repugnantia, velut absurdam diffamarunt Christianam religionem. Hæretici demum, quorum errores indicavimus, morum sanctitatem & fidei integritatem corrumpere tentarunt; & cum plerique eorum essent obscœnissimi, Gentilesque eos a veris Christianis non distinguerent; hinc calumniam passa est Ecclesia, quasi abominandas ejusmodi obscœnitates suis traderet discipulis. Sed, uti Christus promiserat, inferorum portæ adversus eam non prævaluerunt. Triumphatis omnibus hostibus, superior extitit Christiana religio.

Joan. 15.

Absurda & infamis suis cultoribus apparuit Idololatria, quæ penitus cum suis oraculis concidit. Hanc fucatam erigere frustra enisus Julianus, cum ipsa concidit. Martyrum sanguis, semen fuit Christianorum. Post tot persecutiones, præsertim post Diocletianam, quæ per decem annos in toto orbe Romano acerbissime deſæviit, provincias omnes suâ multitudine implebant Christiani, regnante Constantino, qui Christi fidem professus, virtute crucis debellavit omnes adversarios. Quæ paucis hic contracta sunt, in eo opere fusius exposita per se manifesta fiunt. Victorias adeo insignes, pro quibus Christiani sola pugnavere patientia, quisquis attentius consideraverit, exclamet necesse est, Digitus Dei est hic.

Sectæ vero a Catholica Ecclesia vel fide vel communione divisæ, quantumvis Christiano nomine gloriarentur, atque pro sua doctrina plura Scripturarum proferrent testimonia, defensores habuerint plures Episcopos & viros magnæ eruditionis, & sæpe Reges ac Imperatores, sensim evanuere: earumque initia ac finem pariter indicavimus, & quæ per aliquod tempus dominari videbantur, damnatæ ab Ecclesia, & quandoque a Principibus prohibitæ, citra sanguinis effusionem, vel etiam bonorum proscriptionem penitus concidere cum libris fallacibus. Ecclesia sola Catholica licet adversarios habuerit potentissimos, qui intus & foris omnibus modis eam oppugnaverint, uti diximus, incolumis stetit, & semper stabit, ad eam quippe pertinet hæc Christi promissio: " Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adversus eam. „ Aliæ autem sectæ vel levi flatu dissipantur.

Matt. 16.

Hæreses futuras Christus prædixit: eas ad probationem electorum necessarias affir-

mat

mat Apoſtolus. Sed ne fideles omni vento doctrinæ abripiantur, Christus providit regulam, quam docti ac indocti pariter abſque erroris periculo facile ſequerentur, nempe docentem Eccleſiam; illiuſque uſum exemplo ſuo confirmaſſe Apoſtolos, obſervavimus in ſynodo Hieroſolymitana, in qua diſcuſſa de legalibus controverſia, ſcripſere fidelibus, Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis &c. Quod autem viſum eſt Spiritui ſancto, illud in dubium vel ad novum examen revocare ſtultiſſimæ eſt impietatis. Laudatis modo verbis etiam declararunt Apoſtoli Eccleſiam docentem, ſeu epiſcopos capiti ſuo ſancti Petri ſucceſſori coadunatos eſſe ſancti Spiritus organum. Ac proinde quiſquis eis contradicit, Spiritui ſancto reſiſtit. Eamdem judicii formam in controverſiis de Religione ſemper adhibitam, evidenter oſtendunt ſynodi, quarum acta retulimus.

Eadem authoritate docentis Eccleſiæ plures hæreſes abſque ſynodis, ſaltem generalibus fuiſſe damnatas demonſtravimus, ſcilicet cum eas epiſcopi licet diſperſi, & in ſuis ſedibus reſidentes anathemati ſubjecere: vel alicujus ſynodi particularis judicium confirmarunt, vel conſenſerunr definitioni Romani Pontificis.

Eorum omnium multa exempla prorulimus: omnium evidentiſſimum eſt Pelagianorum, & Semipelagianorum damnatio. Hinc Irenæum, Tertullianum, Auguſtinum, alioſque Patres Eccleſiarum, maxime Romanæ, traditionem hæreticis & ſchiſmaticis oppoſuiſſe, ut certam fidei regulam, recitatis eorum verbis probavimus.

Eccleſiæ docentis authoritatem, ut errori obnoxiam & tyrannidem, rejecere Proteſtantes: ſed ſibi mentita eſt iniquitas: aperta enim contradictione ſectatores ſuos ſubjiciunt definitionibus ſuarum ſynodorum, quæ fidei controverſias finali ſententia definiunt, inobedienteſque ſua communione privant & ejiciunt, quamvis ad Scripturas provocent: quemadmodum conſtar experientia, atque ex eorum cathecheſibus. Ac proinde ſua diſciplina confitentur, nullam aliam eſſe conſervandæ veritatis & unitatis viam certiorem, & magis neceſſariam, ut omnes idem dicant & ſapiant, ſicut præcipir Apoſtolus.

Oecumenicis ſynodis per ſuos vicarios, vel legatos præſuiſſe Romanum Pontificem, ex certis antiquitatis monumentis oſtendimus. Et quod ipſi maxime proprium eſt, nec ulli alteri Patriarchæ convenit, ejus ſententia ſeu confirmatio ſic neceſſaria eſt, ut nulla ſynodus quam reprobaverit, recepta ſit in Eccleſia: & nulla quam approbaverit in materia fidei & morum, rejecta ſit.

Hinc elucet ejus primatus juriſdictionis, quem in toto orbe Chriſtiano ſemper exercuiſſe multis declaravimus exemplis. Nam, ut de aliis nunc taceam epiſcopis, quorum appellationes recenſuimus, ſanctiſſimi & doctiſſimi Patriarchæ, Athanaſius, Joannes Chryſoſtomus, Flavianus, Timotheus, ab aliis Patriarchis in ſynodis numeroſiſſimis damnati & depoſiti, appellavere Romanum Pontificem, cujus authoritate reſciſſa eſt eorum depoſitionis ſententia, ut certo conſtat ex actis, quæ retulimus.

Idem primatus in actis Chalcedonenſis ſynodi ſeſe manifeſtat evidentiſſime, ut ea referendo non ſemel obſervavimus. Itaque cum illud concilium ut legitimum ſe recipere profeſſi ſint Proteſtantes, ſectaſque ei oppoſitas, Neſtorianos & Eutychianos, nobiſcum anathematizent, hanc Romanæ ſedis prærogativam honoris & authoritatis, quomodo, ſi ſibi conſentiant, faſtis ambiguis, vel ad quæſtionem non pertinentibus infirmare tentant?

Antichriſti fabulam, quam olim Proteſtantes affinxere Romanis Pontificibus, ſed a viris inter eos doctiſſimis repudiatam, prorſus eſſe fictitiam demonſtravimus. Quam vero vana ſint quæ de Liberio, Honorio, & de ſynodo Ariminenſi toties recoxere malignius, ſic probavimus ex actis authenticis, & nuda veritatis expoſitione, ut ea in quibus peccaverint, non diſſimulaverimus; ſed Eccleſiæ & Romanæ ſedis prærogativis nihil iſta nocuiſſe conſtaret. Alia non pauca, in quibus ineſt aliquid difficultatis, diligenter expoſuimus, ac reſolvimus.

Romanus Pontifex eſt etiam Occidentis Patriarcha, quæ dignitas licet priori ſit inferior, multis tamen exemplis probavimus, vi illius eum in ſuo patriarchatu habuiſſe quorumdam jurium exercitium, quæ in aliorum Patriarcharum diœceſibus ſibi non vendicabat, ut eorum dignitatem & authoritatem conſervaret integram, ſic ſua retinens, inquit S. Leo, ut aliena vellet inviolata. Hinc patet, quam parum conſequenter ratiocinentur quidam recentiores, qui in Occidente Romano Pontifici quædam jura denegant, eo quod in Orientalibus diœceſibus his non uſum eſſe demonſtretur. Epiſcopi quidem Metropolitæ, & Patriarchæ propria jura habuere, quæ aboleri ſine totius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſubverſione non poſſunt. Sed in his ſemper fuit quædam ſubordinatio, ut ſervaretur unitas.

Multas ex SS. Parribus, quæ ad doctrinam & diſciplinam Eccleſiæ pertinenr, in eo opere deſcripſimus, ut priorum temporum conſenſus cum poſterioribus certius innote-

innotesceret. Præsertim circa sacramentorum veritatem, antiquitatem, & efficaciam, quorum etiam solemniores ritus, maxime baptismi, pœnitentiæ & Eucharistiæ, quatenus Sacramentum & sacrificium est, ex iisdem exposuimus: nec non & vitæ monasticæ institutionem pro utroque sexu, regulas exactamque continentiam. Itaque pauca quædam de eorum authoritate hic observavimus. Discipuli Christi quamdiu vixere, ac proinde toto priori sæculo, scriptores hagiographis inferiores Ecclesiæ non providit Deus. Apostolorum quippe definiendis ac sedandis controversiis sufficiebat authoritas: quandoquidem eorum quæ scripserant & docuerant sensum facile possent exponere. Apostolis vero in cœlum morte translatis, cum plures insano amore gloriæ vellent aliis videri perspicaciores, Apostolorumque scripta & dicta in varios sensus traherent, & quosdam Scripturæ libros respuerent, ut constat ex tot hæresibus, quas retulimus; Divina providentia defensores Ecclesiæ suæ suscitavit viros doctrina & pietate præstantes, qui disciplinæ leges, morum regulas, scripturarum expositiones, fidei dogmata, quæ a primis Apostolorum discipulis acceperant, scriptis tradita posteris consecrarent. Quarti vero, quinti & sexti sæculi Patres eadem nobis scriptis tradidere, qualia sua ætate conservabant universæ Ecclesiæ, vel ipsimet legerant in priorum Patrum operibus, quorum nunc magna pars excidit. Sic Augustinus de consubstantiali Trinitate scribens, omnes scriptores Ecclesiasticos priorum sæculorum, quos legerat, idem secum sensisse testatur. Atque ita continuata eorum traditione conservata est doctrina apostolica, & fidelis scripturarum interpretatio. Hinc eorum testimonium grassantibus ætate sua hæresibus opposuere posteriores Patres, earumque authores novitatis, ac proinde erroris, priorum Patrum scriptis arguebant: ut sæpius indicavimus. Nos vero ex eorumdem testimoniis, & catholica confirmavimus, & nova confutavimus; mirabilemque Ecclesiæ catholicæ consensum per singulas ætates demonstravimus.

Authoritatis tantæ testes, tot sæculorum consensu receptos & approbatos respuere, impudentis est audaciæ: præsertim cum facta non nisi testibus comprobentur. In factorum autem numero habendum esse, quid primi fideles crediderint, & observaverint, nemo prudens negabit; ac proinde non nisi testibus probari potest. Nec tantam declinant authoritatem, qui ad Scripturam sacram provocant: hoc idem quippe fecisse priores hæreticos docuimus, ipsique Protestantes quædam ut certa recipiunt, quæ in Scripturis solutionem non habent; exempli causa, validum esse baptismum, quem contulit hæreticus, vel idololatra. Infantes legitime baptizari ante rationis usum, quamvis eos parentum fide justificari putent: unde nihil eos juvant hæc Christi verba de parvulis, Talium est regnum cœlorum. Christum in actuali manducatione tantum esse præsentem in Eucharistia. Diem Dominicam, non vero sabbathum, esse sanctificandum. Denique fatentur omnes Scripturam esse fidei regulam, sed de ejus sensu tota est controversia, etiam inter ipsosmet Protestantes, Evangelicos, aliosque sectarios. Quomodo vero eam semper intellexerit vera Dei Ecclesia, ex sanctorum Patrum testimoniis certo cognoscimus, simulque falsas priorum hæreticorum expositiones, quas recoxere posteriores hæretici.

Authoritatis tantæ contemptu cum se novitatis, & consequenter erroris convinci intelligerent sectarii: quippe dum Patrum doctrinam sugillant, eo ipso se contra totam antiquitatem sentire confitentur: hanc variis modis eludere tentarunt, appositis variis exceptionibus. Plerique nunc nonnisi Patrum, qui tribus prioribus sæculis floruere, testimonium recipiunt; alios autem Patres ad populares errores deflexisse calumniantur. Quod figmentum omnium absurdissimum est. Primo. Quia Patres quarti sæculi, quid sæculo tertio crediderit Ecclesia, a magistris suis tertii sæculi Patribus didicere, eorumque scripta ac Patrum superiorum præ manibus habebant, & viri tam graves populari levitate non movebantur. Quin potius quanta animi constantia potentissimis hæresiarchis, & ipsismet Imperatoribus, præsertim Constantio & Valenti restiterint, multis declaravimus exemplis. Secundo. Hæc doctrinæ mutatio gratis omnino supponitur, ac evidenter repugnat. Nam, ut constat omnium sæculorum experientia, ubi primum opiniones antiquæ fidei vel moribus contrariæ proponuntur etiam a Patriarchis, vel a viris doctissimis, ut a Tertulliano, Origene, statim a multis reclamatum est. Hinc innumeras recensuimus dissensiones, controversias, scripta ex utraque parte publicata, delationes, synodos, judicia Romanorum Pontificum. Itaque si quis e Patribus quid innovasset, præsertim postquam expulsa idololatria dominabatur Christiana religio, easdem passus esset oppositiones & contradictiones. Quorum omnium cum nullum extet indicium, sed contra semper recepta sit eorum authoritas, & laudata doctrina etiam in Conciliis œcumenicis, absurde tanquam novatores accusantur, & rejiciuntur. Hanc calumniam imprimis a Nicænis Patribus depulimus, tum eorum ex numero, sanctitate, miraculis; tum etiam quod pro fidei suæ defensione plures multa passi sint. Eorum vero adversarii vivente Constantino

erro-

errorem suum dissimulaverint, fidem suam sæpe mutaverint, ut constat ex undecim diversis eorum fidei formulis, quas retulimus, & calumniatores sæpe deprehensi sunt. Patres sigillatim in rebus necdum eliquatis quandoque errore lapsos non dissimulavimus, sed paucorum admodum hic fuit error: ac multo plures oppositæ veritati testimonium perhibuere.

Fatemur quidem non pauca legi in Patribus posterioris ætatis, quæ non extant in prioribus. Id autem contigit primo, quia plurima priorum scripta periere, quorum excerpta quædam nobis servavere Eusebius, Damascenus, & Photius. Secundo, Hæretici novi novis argumentis fuere debellandi. Tertio, Patres, priores sacramentis reverentiam in silentio servasse probavimus, eadem tamen in suis cathechesibus clare Neophytis exposuisse. Mutatis postea temporibus, alii Patres de mysteriis minus obscure & susius locuti sunt. Sed nulla inde vel in fidei articulis, vel in morum regulis facta est mutatio. Imo si quis fragmenta, quæ ex prioribus Patribus excerpsimus, cum Patrum posteriorum testimoniis & synodorum, etiam Tridentinæ canonibus conferat, admirabilem in omnibus advertet consonantiam.

Jam vero quisquis Patrum testimonium recipit, Ecclesiasticam quoque traditionem admittat necesse est: cum ipsa nihil aliud sit, quam continuata ab apostolicis temporibus ad nos usque doctrina, & disciplina Ecclesiæ, quæ Patrum & synodorum testimoniis innotescit. Hanc Ecclesiarum & Patrum traditionem hæreticis suæ ætatis opposuere Irenæus, Tertullianus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Augustinus, aliique Patres, ut allatis eorum verbis probavimus. Ex ea quippe constabat illos Ecclesiis ac Patribus contraria docere, ac proinde esse novatores, & consequenter hæreticos, si de rebus fidei sit controversia.

Insigniores Patrum, præcipue S. Augustini textus, quibus abusi sunt novatores, exposuimus, non aliunde quam ex ipsismet causæ visceribus, nempe ex eorum verbis & fine proposito. Plurima quæ male vel perperam dixere quidam recentiores, vel silentio suppressimus, vel confutavimus, sed indirecte, & sæpe sola veritatis confirmatione, ita ut nec authores, nec libros, nec errata sæpius indicaremus, quamvis apertam eorum reprehensionem ad hujus operis commendationem non parum valere intelligeremus; sed nulli dare locum offensionis prælegimus, ut simplex veritas in omnium animos se facilius insinuaret, & aliquos e fratribus nostris lucraremur. Descriptiones aliquas eorum, quæ ad res Ecclesiasticas pertinent, & difficilium quæstionum solutiones inseruimus, ne Lector quidquam ad plenam doctrinæ & disciplinæ Ecclesiæ notitiam desideraret, vel quandoque incertus hæreret, & Theologiæ positivæ studiosis, illius principia traderemus.



LIBER



LIBER UNDECIMUS.

Constantius Imperator Arianorum partes fovet, & periculosam adversus Orthodoxos movet persecutionem: illorum patrocinium suscipit ejus frater Constans, eoque regnante, Nicæna fides floret in Occidente & Africa, in Oriente vero respirat. Ariani convertuntur ad insidias, Athanasium reducem, aliosque insigniores Episcopos orthodoxos suis sedibus expellunt, præsertim in Antiochena Synodo, quæ quædam statuit utilia: eorumque invadunt & vastant Ecclesias. Ejectos Julius Papa recipit & absolvit; illius judicium confirmat Sardicensis Synodus, Episcoporumque appellationes ad Sedem Apostolicam ratas habet. Ariani Philippopoli convenientes damnant quos illa receperat. Exules tamen restituuntur authoritate Constantis, qui plurimos etiam Donatistas reduxit ad Ecclesiam. Eustathianos monachos damnat Gangrensis Synodus, Carthaginensis vero disciplinæ canones promulgat. Interim Constantem interficit Magnentius, qui postea victus, gladio se confodit. Constantium totius Orbis Romani Imperatorem adversus Catholicos concitant Ariani: qui Sirmii convenientes Photinum hæreticum, in Mediolanensi Synodo jam damnatum, deponunt & ejiciunt. Marcellum Sabellii errores prædicantem a sua communione removet Athanasius, & vitæ monasticæ leges docet Occidentales. Antonius divina revelatione persecutionem Ecclesiæ & secuturam pacem cognoscit, & divum Paulum primum Eremitam, quem paulo post mortuum sepelivit. Miraculis & virtutibus floret divus Hilarion vitæ monasticæ fundator in Palæstina. Sapor Persarum Rex plures fecit martyres.

CHRISTI AN. 338.

Euf. vit. Const. l. 4. c. 68. Vict. Epitom. *Constantini tres filii Augusti.*

I. Xercitus omnes, simul atque de Imperatoris morte nuntiatum est, uno consensu decreverunt, neminem se præter ejus liberos Imperii Romani Principem esse habituros. Nec multo post, eosdem non Cæsares appelleri voluerunt, sed Augustos, quod nomen est summi Imperii velut quoddam insigne. Constantini Magni ex fratre nepotes, Julius Dalmatius, cui cum titulo Cæsaris legaras Thraciam, Macedoniam & Achajam, & Annibalius, quem Armeniæ, Ponti & Cappadociæ Regem crearat, oppressi sunt factione militeri, Constantio patreule suo sinente potius, quam jubente: Constentii Constantini Magni fratres duo fuere filii superstites; Gallum natu mejorem periculo exemit morbus, quo tum laborabat, & quo moriturus propediem putabatur; Julianum vero ætas tenera, octavum enim ætatis annum nondum exegerat. Ita præter omnium spem etque opinionem servati, in Cappadocie degere jussi sunt in Macello: villa hæc est haud procul ab urbe Cæsaree, quæ & magnificum habet palatium. Illic ambo regali cultu educati sunt etque instituti: & ab humaniorum ertium Magistris, & e Doctoribus sacrarum literarum ita sunt eruditi, ut in Clerum adscriberentur, & Ecclesiasticos libros populo prælegerent. Optatum vero Patricium, & Ablavium prætorii Præfectum occidi jussit Consteotius; quæ cædes ei magnam conflarunt invidiam. Quid mirum igitur, si postea ob hæresim ita crudeliter in Episcopos sævierit, cum ne cognatis quidem suis ut homo pepercerit.

Sozom. l. 5. c. 2.

CHRISTI AN. 338.

Athan. ad Solit.

Socrat. l. 2. c. 2. *Ariani contentiones removent.*

II. Eusebius Nicomediensis & Theognis Nicænus opportunum se tempus nactos esse arbitrati, omni studio in id incubuerunt, ut Consubstantialis fidem exturbarent, ejusque loco opinionem Arii introducerent. Id vero se nunquam consecuturos intelligebant, si Athanasius Alexandriam reverteretur. Ad hæc agenda usi sunt ministerio presbyteri illius, qui Constantio patris testamentum tradiderat. Eum enim semper magno in honore habuit, eique concessit, ut fidenter ac libere in palatium ingrederetur. Hæc eum licentie brevi familiarem reddidit tum Imperatoris conjugi, tum ejus eunuchis. Eorum primus magnæ apud Imperetorem euthoritatis erat Eusebius regii cubiculi præpositus, homo ad nocendum promptissimus, & immanis everitiæ, quæ cum crudelitate certabat. Huic presbyter persuasit, ut opinionem Arii complecteretur. Quo factum est ut cæteri etiam eunuchi in eamdem sententiam adducerentur; sed & ipsa Imperatoris uxor iisdem sese partibus adjunxit.

CHRISTI AN. 338. & 340.

Nec multo post ad Imperatorem ipsum pervenit hæc quæstio. Paulatimque evulgata, primum quidem iis innotuit qui in palatio militabant. Postea vero ad ipsum quoque urbis regiæ vulgus permanavit. Et in palatio quidem cubicularii una cum mulieribus de hoc dogmate disputabant. In urbe vero per singulas prope domos bellum quoddam dialecticum gerebatur. Hujus mali labes alias quoque urbes ac provincias brevi corripuit, atque instar scintillæ, ex parvis orta principiis controversia, audientium animos ad maximam contentionem excitabat. Singuli enim dum causam tumultus percontantur, occasionem disputandi statim habebant. Per hujusmodi autem rixas cuncta subvertebantur in Orientis urbibus. Illyricum & Occidens interim quievere, quippe quæ Nicæni decreta labefactare nollent. Cum igitur excitatum hoc malum quotidie ingravesceret, Eusebiani seditionem ac tumultum multitudinis lucro suo deputabant. Neque aliter fieri posse sperabant, ut aliquem Episcopum Alexandriæ constituerent, qui ipsorum opinioni suffragaretur. Sed consilium illorum prævenit reditus Athanasii. Augusti tres eum in patriam & Ecclesiam reverti jusserunt; aliosque exules Episcopos suis sedibus restituerunt.

Ath. ad Monach. Theod. l. 2. c. 2.

D. Athanasii reditus. Athan. Apolog. adv. Ari. nov. ed. pag. 203. vet. 805.

III. Athanasius igitur eum per biennium ac quatuor menses Treviris moratus esset, Constantinus Junior eum remisit Alexandriam cum sequentibus ad illius urbis Ecclesiam literis: "Nec sacræ mentis vestræ notitiam præteriisse arbitror, ideo Athanasium adorandæ legis interpretem in Gallias ad quoddam tempus missum fuisse, ut ne immanium ejus hostium feritas, quæ in periculum sacri illius capitis imminebat, eorumdemque improborum perversitas ad nefaria sustinenda eum cogeret.... Proinde etsi Dominus noster Constantinus Augustus pater meus vestræ dilectissimæ pietati eum restituere decreverat: quia tamen humana sorte præoccupatus, antequam votum explesset suum, ex hac vita migravit, consentaneum mihi existimavi Divæ memoriæ Imperatoris propositum hæreditate acceptum exsequi. Athanasius quantæ nobis fuerit venerationi, cum ad conspectum vestrum venerit, cognoscetis. Treviris decimo quinto Kalendas Julias, anno trecentesimo trigesimo octavo."

Ibid. pag. 130. & 126. & 7. Sosom. l. 3. c. 2. *Athanasium accusant Ariani.* Athan. Epist. ad Monach. nov. ed. pag. 349. vet. 676.

Athanasium reducem ineffabili gaudio excepere Clerus & populus. Quotquot vero opinionem Arii tuebantur, id permoleste ferebant, nec omnino quiescere poterant. Atque hinc continuæ exortæ sunt seditiones, quæ res novis iterum insidiis adversus Athanasium struendis causam præbuit. Eusebiani eum confestim apud Imperatores calumniati tanquam seditiosum, quod contra leges Ecclesiasticas absque ullo Episcoporum judicio semet ipse suo arbitrio restituisset; accusaruntque cædium & homicidiorum. Quod frumentum ex Constantini liberalitate viduis debitum venderet & in propriam rem diverteret. Constantius hac de re, ipsorum calumniis inductus, literis suis eum apud fratres suos criminatus est. Episcoporum autem Ægypti & Lybiæ & Pentapolis testimoniis innotuit eorum calumnia, tum ex actis quæ imputabant Athanasio, erantque sententiæ, quas ante ejus reditum Ægypti Præfectus contra quosdam tulerat.

Athan. Apolog. adv. Ari. ex lit. Jul. Pap. nov. ed. pag. 144. & seq. vet. 743.

Eusebiani quoque ad Julium Papam scripsere, sperantes se Athanasio terrorem incussuros; rogabant ut Synodus cogeretur, & ipse Julius, si vellet, Judex fieret, suasque literas miserunt per Macarium Presbyterum, & Martyrium & Hesychium Diaconos, qui & authores Julio fuere, ut Alexandriam Pisto tanquam legitimo Episcopo literas mitteret. Quem Pistum Athanasii Presbyteri supervenientes Arianum esse declararunt, expulsum olim ab Alexandro Episcopo, & a Nicæna Synodo, postea vero ordinatum a quodam Secundo, quem eadem Synodus ejecerat ut Arianum. Hoc autem nec ipse Martyrius aliique Eusebianorum legati inficiabantur. Macarius autem cum iis missus, ut audivit instare Presbyteros Athanasii, quos exspectabat Pontifex, corpore licet æger, noctu abscessit. Reliqui duo Legati cum non valerent Presbyteris Athanasii obsistere, sed in omnibus refutarentur ac convincerentur, tum a Julio postularunt ut Synodus indiceretur, literæque ad Athanasium Episcopum Alexandriæ, itemque ad Eusebianos mitterentur, ut coram omnibus justum posset proferri judicium.

Ib. pag. 142.

Tum se omnia contra Athanasium allata crimina probaturos, promisere. Conditionem acceptat Romanus Pontifex, Romæque Synodum intra certum tempus celebrandam indicat.

CHRISTI AN. 338. & 340.

Synodus Gangrensis. Tom. 1. Concil. ed. nov.

IV. Tredecim Episcopi Gangris, quæ est Paphlagoniæ metropolis, convenere circa annum trecentesimum quadragesimum, vigintique edidere canones adversus aliquos, qui nuptias & esum carnium damnabant. Eorum summam continet Synodica quam hic subjicimus: "Quandoquidem sanctissima Synodus in Ecclesiam Gangrensem conveniens, ob quasdam Ecclesiasticas necessitates, & ob ea quæ sunt de Eustathio inquirenda; multa nefarie ab Eustathianis fieri invenit: necessario decrevit & palam omnibus facere studuit, ut amputentur omnia, quæ ille male commisit. Ex eo enim quod accusant nuptias, docentque neminem eorum qui sunt conjugati, spem apud Deum habere; multæ mulieres seductæ a propriis maritis secesserunt, & a propriis uxoribus mariti. Mox vero cum vivere continenter non possent, adulteria commiserunt..... Inventi sunt autem & secessionem a domibus Dei, & ab Ecclesia facere, Ecclesiam, & quæ fiunt in Ecclesia, aspernari, privatos conventus agere, habere conciones, diversas tradere doctrinas..... Ad hæc spretis communibus indumentis, novum vestitum induere; primitias quoque frugum ecclesiasticas, quæ ab omni memoria Ecclesiæ deferuntur, sibimet & suis velut sanctis dispensandas vindicare. Servi præterea a dominis recedentes, eosdem propter inusitatum habitum aspernari: mulieres quoque hinc se credentes justificari, præter morem pro muliebribus vestimentis virilem suscipere habitum. Multæ autem & prætextu pietatis tonso capite comæ muliebris ornatum auferre. Jejunia porro die Dominico peragere, & sanctitatem Dei libere aspernari. Jejunia quæ in Ecclesia sunt constituta, comedendo contemnere. Quidam eorum esum carnium illicitum reputare; nolle in domibus conjugatorum orationes facere; quæ preces ibi fiunt, despicere; sæpe etiam oblationibus, quæ in ipsis conjugatorum domibus fiunt, non communicare: & presbyteros conjugatos contemnere, nec contingere Sacramenta, quæ fiunt ab ipsis: Martyrum quoque basilicas, & omnes, qui illuc conveniunt, & rem sacram illic peragunt, reprehendere; maxime vero divites, qui non renuntiant omnibus quæ possident, tanquam apud Deum spem illi non habeant..... propterea igitur coactum est sanctum Concilium Gangris habitum, illos damnare, ac definire eosdem esse extra Ecclesiam."

Primitiæ datæ ecclesiis.

Jejunia observanda.

Ibid.

"Quod si pœnitentiam egerint, & anathematizarint unumquodque ex male prolatis capitibus, admittendos ipsos esse.... quod si quis autem his dictis non obtemperaverit, tanquam hæreticus anathematizetur, & is excommunicatus ab Ecclesia segregetur; & in omnibus quæ apud istos detecta & deprehensa sunt, oportebit Episcopos hoc observare." Canonibus vero, quibus eosdem errores sub anathemate damnant, hæc subjiciunt: "Hæc autem scripsimus, non eos qui in Ecclesia Dei secundum Scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, vituperantes, sed eos, qui labuntur proposito in superbiam, & extolluntur adversus simpliciores, abscindimus: & damnamus eos qui adversum Scripturas & Ecclesiasticas regulas nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, & renunciationem sæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & divitias cum justitia & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicem ac vestem viliorem laudamus: Sicut etiam solutas ac fractas in vestibus processiones reprobamus. Et domos Dei honoramus; & conventus qui in his fiunt, tanquam sanctos & utiles suscipimus; pietatem in privatis domibus non claudentes, sed omnem locum in Nomine Domini ædificatum honoramus, & congregationem in eadem Ecclesia factam pro utilitate communi recipimus. Et bona opera, quæ supra modum in fratres pauperes exercentur, secundum Ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia quæ per sanctas Scripturas & per Apostolos sunt tradita, in Ecclesia celebrari exoptamus." Elianus primus scripsit.

CHRISTI An. 340. Synod. Rom. an. 604.

V. Illius Synodi Canones semper recepit Ecclesia, eosque ut Apostolica authoritate constitutos laudat Papa Symmachus, atque cum præsenti Ecclesiæ disciplina recte conveniunt. Virginitas, continentia, oblationes factæ a sacerdotibus tum in Ecclesia, tum in privatis ædibus, quas Missas dicimus, constituta in Ecclesia jejunia omnibus observanda commendantur ut praecs sanctissimæ. Illud speciale est: Fideles in Oriente ab omni memoria frugum primitias offerebant Ecclesiæ. Hanc imperante Constantio celebratam testantur Socrates, Sozomenus, Dionysius exiguus, & Libellus Synodicus, cujus anthor ex mente sua eam transtulit ad tempora Valentis, quem sequuntur aliqui recentiores. Osius ei non interfuit, multo minus præfuit: ejus enim nomen in textu Græco non legitur. Eustathiani vero sunt monachi discipuli Eustathii, qui monasticæ conversationis author fuit in Armenia, & postea Sebastensis Episcopus semisrianus, qui haud dubie suum errorem eos edocuit. Illi postea ex nimio vitæ monasticæ studio has insanas commenti sunt opiniones, quas Eustathio non objicit Basilius, licet eum suis depingat coloribus; aliique hac eum culpa liberarunt.

Socrat. l. 3. c. 43. Sozom. l. 4. c. 24. Sozom. l. 3. c. 14.

Vict. epit. Socrat. l. 3. c. 5. *D. Antonius Ecclesiæ calamitates & pacem divinitus cognoscit.* Athan. Ant. vit. pag. 836.

VI. Interim ob Italiæ Africæque jus dissentire statim Constantinus, & Constans cœperunt. Constantinus, dum partes fratris conatur invadere, obtruncatus est, projectusque in fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileja, anno Christi trecentesimo quadragesimo. Constans occupat ejus provincias; sicque ad duos Augustos redigitur Respublica. Athanasius aliique Catholici postea magno se experti sunt protectore destitutos. Subsequentes Ecclesiæ calamitates tunc divinitus cognovit magnus Antonius. Aliquando eum sedens operaretur, quasi extra se raptus est, multumque in contemplatione ingemebat, atque contremiscens precabatur, flexisque genibus ita diu moratus est, surgensque senex flebat. Tum tremefacti omnes qui aderant, & admodum perterriti, quid illud esset, sciscitabantur, multumque urgebant, donec coactus rem aperiret cum magnis gemitibus. O filii, dicens, præstaret sane mori prius quam, quæ vidi, fierent. Rogantibus iterum illis collacrymans dixit: Ecclesiam ira divina invasura est, tradeturque illa hominibus, qui jumentis insipientibus similes erunt. Vidi quippe mensam Dominici mulis undique circumscissam, qui ejus interiora ita calcibus petebant, quasi confuse subsaltantium jumentorum calcitratus fierent: audivi vocem dicentem: Altare meum polluetur. Hæc senex vidit, & post biennium contigit Arianorum irruptio, Ecclesiarumque direptio. Post visionem autem eos, qui secum erant, consolatus est: Ne animo concidatis, filii, ut enim iratus est Dominus, sic denuo medelam adhibebit, & cito pristinum Ecclesia ornatum recuperabit. Solum cum Arianis ne vos polluatis. Non enim Apostolorum est hujusmodi doctrina, sed dæmonum.

Sozom. l. 3. c. 2.

VII. Clarorum quoque virorum morte hic annus celebris fuit. Eusebius Pamphili Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, vir eruditissimus obiit. Eum etiam post Nicænam Synodum fuisse Arianum ejus mores, & scripta posteriora demonstrant. Ultimum ejus opus sunt libri tres de ecclesiastica theologia. Hos nuncupat Flaccillo Antiocheno Episcopo Ariano. Subtiliorem in iis Arianismum ubique spargit. Unum vel alterum exemplum proferam, desumamque ex iis locis, in quibus orthodoxam Ecclesiæ Fidem de Filio Dei sibi proponit exponendam. Libro primo cap. undecimo, cui titulus est: " Quod ecclesia unum agnoscat Deum, licet nuper admiserit illam formam, Deus de Deo. Quod si autem vereantur, ne duos deos pronuntiasse videatur. Sciant, quod licet Filium profiteamur Deum, unus tamen nostra sententia Deus sit: ille nimirum qui solus principio caret, qui ingenitus, qui propriam a se possidet divinitatem, qui ipsi insuper Filio existendi causam, & taliter existendi dedit ...... quam ob causam ille Deum esse docet Patrem atque suum Deum, ubi loquitur, vado ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. Sed & caput Filii esse Deum docet Ecclesiæ alumnos magnus Apostolus, ubi ait, Caput autem Christi Deus est ..... Ita unus iste Deus, & unicus fuerit, qui est Pater Filii unigeniti, unicum etiam Caput ipsius Christi. Cum vero unicum sit principium, Caput etiam unicum sit; quomodo fiet ut sint duo dii, & non unus, nempe ille solus, qui nullum se superiorem habet: cui nullus alius causam subsistendi contulit, qui ut suum peculium quoddam deitatem imprincipiatam, & ingeneratam cum Monarchica potestate suprema possidens, Filium fecit participem suæ vitæ, & divinitatis. Sua omnia subjecta ei tradidit, cum misit, mandavit illi, in præceptis dedit, docuit, illum glorificavit. „ Solus igitur Pater, juxta mentem Eusebii, est proprie verus, & unicus Deus.

Eusebii Arianismus. Eusebi. de eccl. Theol. l. 1. c. 11. Joan. 20. Ad Eph. 10.

Ibid.

Idem argumentum prosequitur libro secundo cap. septimo. " Enimvero vereris, inquit, mi homo, ne si duas fatearis hypostases, duo itidem principia subintroducas, & a Deitatis ita excedas monarchia. Discas ergo, quod cum unus sit sine principio ingenitus Deus; Filius autem de illo progenitus sit; unum necessario fuerit principium, monarchia, & regnum unum; cum subscribat ipse Filius paterno imperio, & principatui. Caput enim Christi Deus est, secundum Apostolum ..... Neque necesse est eum duos deos fateri, qui duas admiserit hypostases. Nam neque illas honore pares ponimus, neque ambas principio carentes, aut ingenitas: sed unam ex illis ingenitam, sine principio existentem; alteram vero genitam, & Patrem sui ipsius principium possidentem. Quamobrem, & ipse Filius, Deum suum docet esse Patrem suum .... Deus certe Pater, ipsius quoque Filii Deus esse dicitur. Quocirca unus Deus apud Ecclesiam prædicatur, Filii Pater. Filius autem quando cum Patre comparatur, non jam Patris ipsius Deus dicitur, sed Filius unigenitus, & dilectus ejus, & imago Dei invisibilis, & resplendentia paternæ gloriæ. Honorat, adorat, & veneratur suum Patrem, Deum eum, & ipsius Deum inscribens: cui gratias agere, cui preces fundere dicitur, cui obediens usque ad mortem fit; quibus omnibus ostendit se alium a Patre, & paternam gloriam esse majorem insinuat. „ Et libro tertio cap. sexto. Spiritus Paracletus, neque Deus, neque Filius. Quoniam non de Patre perinde atque Filius genesim accepit, & unus ex eorum censu est, qui per Filium condebantur, quandoquidem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. En Spiritum Sanctum dicit esse creaturam. Denique libro primo adversus Marcellum: Theologicas de Dei Filio rationes Apostolus hoc idem consignavit, dicens: Mediator autem non est unius mediator. Neque certe natura rei patitur mediatorem de uno quoquam definiri. Ideo non est unius alicujus iste, sed medius necessario inter duos, ab utroque diversus, quorum statuitur mediator. Non est ergo existimandum, hunc esse Deum illum qui est super omnia Deus. Ne dum de numero Angelorum aliquem, sed medium utrorumque, & mediatorem. Quippe cum inter Patrem suum, & Angelos intercedat medius. „ Itaque, secundum Eusebium, Dei Filius etiam ante Incarnationem, non erat Deus supremus, sed medium tenebat inter Deum, & Angelos ab utroque diversus extremo. Hinc patet quo sensu neget eum esse creaturam. " Deus Pater, inquit, qui ante omnia genita existebat, unigenitum hoc genimen producere voluit, veluti quamdam basin, & futurum fundamentum, & sustentaculum immobile eorum omnium quæ erant postea producenda. „ Crassiores Arii blasphemias hic sic temperat, ut a veritate Catholica multum deficiat. Sed ipso tacente, ejus mores adversus eum ferunt testimonium: semper cum Arianis, ut constat ex supra dictis, fuit amicitia, & societate conjunctus, eorum conatus improbos semper adjuvans. Cæsareæ Episcopatum suscepit Acacius illius discipulus, qui complures edidit libros, & de vita præceptoris sui specialiter scripsit. Arianorum quoque fuit Coriphæus.

Socrat. l. 2. c. 6. Martyr. die 28. August. Sozom. l. 3. c. 3. *D. Alexandri mors.*

VIII. Eodem anno D. Alexander Ecclesiæ Constantinopolis Episcopus, qui contra Arium strenue dimicaverat, cum tres ac viginti annos in Episcopatu egisset, octo vero ac nonaginta vixisset, ex hac luce migravit. Ejus memoriam veneratur universalis Ecclesia. Cum ex hac vita migraturus esset, interrogantibus eum Clericis, cuinam post ipsum committenda esset Ecclesia? Si virum, inquit, pietate præditum, simulque idoneum ad docendum quæritis, habetis Paulum Presbyterum. Sin hominem ad res sæculares, & ad colloquendum cum

CHRISTI AN. 340.

Socrat. ibid.

Judicibus aptum mavuliis, potior est Macedonius Diaconus, & senex. Hinc in deligendo Episcopo exorta major contentio, Ecclesiam conturbavit. Nam populus duas in partes divisus erat, his Ariano faventibus dogmati, illis Nicæni Concilii decreta defendentibus. Et superstite quidem Alexandro, cujus nutum populus sequebatur maxime post insperatam Arii calamitatem. Homousiani fuere superiores, diffidentibus Arianis, & de proprio dogmate inter se digladiantibus; sed postquam ille fato functus est, anceps utrinque fuit concertatio: Homousiani Paulum quidem desiderabant Episcopum, Ariani vero studia sua in Macedonium conferebant. Paulus quidem licet junior prævaluit, & propter Alexandri testimonium in Ecclesia, quæ Irene, & postea Sophiæ dicta est, ordinatur ab Episcopis, qui forte tum Constantinopoli morabantur, & præter sententiam Theodori Heracleæ Metropolitani, ad quem pertinebat ordinatio, sed favebat Arianis. Paulum, quem Constantinus in Pontum jam relegarat, Macedonius accusavit, sed postea cum eo communicavit, & sub eo Presbyter fuit. Imperator, qui aberat cum facta est ejus ordinatio, non multo post Constantinopolim ingressus, hanc permoleste tulit, collectoque Arianorum Antistitum Concilio, Paulo quasi indigno Episcopatum ademit; Eusebio vero Nicomediæ Episcopo Sedem Constantinopolitanam tradidit. Sicque contra leges Ecclesiæ proprii gregis desertor alienum occupavit Episcopatum.

Sozom. ibid.

D. Paulus ejicitur.

Ath. ad Monach. nov. edit. pag. 348. vet. 813.

Socrat. & Sozom. ibid.

Athan. Apol. adv. Ari. nov. edit. pag. 125. vet. pag. 720.

Synodus Alexandr. sub Athanasio.

Ibid. pag. 139.

IX. Athanasius, ut Eusebii, & sociorum ejus conatibus sese opponeret, Synodum Alexandriæ convocat: convenere propemodum centum Episcopi; conscripsere encyclicam epistolam, quæ proprie apologeticus est, quo Athanasius expurgatur, omnibusque adversariorum accusationibus satisfit, de Ischira, Arsenio, fracto calice, de cædibus post ejus reditum perpetratis. Ostenditurque Tyriam Synodum fuisse verum latrocinium, in qua contra jus fasque abdicatus est. Quæ facta ex eadem potissimum epistola jam superius narravimus. Hanc sic concludunt: "Misimus quoque ad vos testimonia comministrorum nostrorum Lybiæ, Pentapolis, & Ægypti; ut hinc eorum in Athanasium calumnia vobis innotescat. Hæc autem ideo faciunt, ut iis, qui pie sentiunt, præ metu deinceps quiescentibus, impiorum Arianorum hæresis, veræ fidei loco introducatur. Sed vestræ pietati gratiæ agendæ, dilecti, quod sæpius Arianos scriptis vestris anathemate damnaveritis, & locum ipsis in Ecclesia non dederitis. Eusebii enim, & sectatorum malitia facile coarguitur: nam post priores illas suas pro Arianis literas, quarum vobis exemplaria misimus, aperte jam Ariomanitas ab universa Ecclesia damnatos adversus Ecclesiam concitant, quibus etiam Episcopum constituere, scilicet Alexandriæ, ac minis terroribusque Ecclesias dividunt, ut ubique impietatis suæ adjutores habeant. Siquidem Diaconos ad Ariomanitas mittunt, qui palam eorum conventibus intersunt, literasque scribunt, ac responsa ab illis recipiunt, sicque Ecclesiam in schisma conjiciunt; cum illis quoque communicant, ac eorum hæresim ubique literis commendant: Ecclesiam autem vituperant, ut ex literis, quas ipsi Romano Episcopo, fortasse & vobis scripsere, ediscere poteritis ...... ne igitur illis aurem præbeatis, si denuo ad vos scribant contra Athanasium Episcopum. Quidquid enim ab illis proficiscitur, falsum est; imo etiam si Ægyptiorum Episcoporum nomina in literis suis exararent. Palam enim est, non nos talia scribere, sed Meletianos semper schismaticos, qui huc usque perturbant Ecclesias." Acta Præfecti Ægypti adversus quosdam, quorum exilium vel necem imputabant Athanasio ejus adversarii; Constantini Magni, & Alexandri Thessalonicensis literas de calumnia occisi Arsenii, qui nuper vivus deprehensus esset; Ischiræ libellum pœnitentiæ; Alexandrini Cleri protestationes adversus Legatos Tyrienses cum hac epistola transmisere ad Julium Papam, aliosque Episcopos.

Sozom. l. 3. c. 5.

X. Athanasii timorem haud vanum fuisse declaravit eventus. Imperator post exauthoratum Paulum profectus est Antiochiam, ut adesset dedicationi aureæ Ecclesiæ, quam ejus pater Constantinus ædificare cœperet, post ejus autem obitum ipse decimo post anno, quam jacta fuerant fundamenta, absolverat. Eusebianis jam pridem hoc molientibus, opportunum id tempus visum est ad Synodum colligendam. Constantius, cujus Imperii quintus annus volvebatur, ex Oriente magnam vim Episcoporum evocat ad encœnia celebranda: Antiochiam convenere septem & nonaginta Episcopi; quorum quadraginta erant Ariani, qui cum de hæresi suspectos se scirent, ad urbium singularum Episcopos miserunt sequentes literas: "Nos neque Arii sectatores fuimus; quomodo enim nos Episcopi Presbyterum sequeremur? Neque aliam fidem, præter eam quæ ab initio tradita est, recipimus. Sed nos inquisitores, & judices illius facti, eum potius admisimus, quam secuti sumus: quod ex verbis nostris cogniturі estis. Ab initio namque didicimus, in unum, & universorum Deum credere, omnium intelligibilium & sensibilium opificem, & provisorem. Et in unum Filium Dei unigenitum, qui ante omnia sæcula existit, & una extat cum eo, qui se genuit, Patre: per quem etiam omnia facta sunt, visibilia, & invisibilia ..... & permanet Res, & Deus in sæcula. Credimus quoque in Spiritum Sanctum." In ea professione Fidei, substantiæ Patris, & Filii, & vocabuli Consubstantialis nulla fit mentio: eique nulla subest nota, quæ satis sit ad erroris reprobationem, & confirmationem veritatis Catholicæ: ita ut nec Ariani, nec ii, qui Nicænam Synodum sequebantur, compositionem verborum illius accusare possent, quasi errorem contineret. Prætermissis de industria vocabulis, quæ utrique rejiciebant. Orthodoxi Episcopi sive eam non improbarunt, sive quia ejus authores, quantumvis suspecti, nullo erant proscripti judicio ecclesiastico, cum iis communicarunt, atque in unam Synodum convenerunt.

CHRISTI AN. 340. & 342.

Synodus Antiochena.

Ath. de Synod. nov. edit. pag. 735. vet. 891.

Sozom. ibid.

Hilar. de Synod. pag. 333.

XI. Peractis encæniis, conversi sunt ad quæstionem de fide; non equidem adversus hæresim, quæ dissimilis substantiæ Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ausa est prædicare, convenerunt; sed adversus eam, quæ post sanctam Synodum Nicænam in id proruperet, ut tria nomina Patri vellet adscribere, instauraretque Sabellianismum, cujus hæresis accusabatur præsens Marcellus Ancyranus: Eusebiani sub prætextu illius condemnendæ, sed revere ut omousion tollerent, proposuere sequentem fidei formulam, cui subscripserunt omnes Episcopi. Ajebant autem reperisse se hanc fidem scriptam manu ipsius Luciani, qui Nicomediæ martyrium perpessus est. Utrum vero istud vere dixerint, an conscriptionem suam authoritate Martyris commendare voluerint, incompertum est.

Phot. cod. 25. 7.

Sozom. ibid.

Ath. ib. & p. seq.

Arianorum a. fidei professio.

Hæc autem sic se habet: "Credimus juxta Evangelicam, & Apostolicam traditionem in unum Deum Patrem omnipotentem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium ejus unigenitum Deum, per quem omnia, genitum ex Patre ante sæcula, Deum ex Deo, totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, Regem ex Rege, Dominum ex Domino, Verbum vivens, sapientiam viventem, veram lucem, viam, veritatem, resurrectionem, pastorem, portam, nec mutationi, nec conversioni obnoxiam, paternæ divinitatis, substantiæ, consilii, potestatis, & gloriæ in nullo dissimilem imaginem, primogenitum omnis creaturæ, qui erat in principio apud Deum, Deum Verbum, ut scriptum est in Evangelio, & Deus erat Verbum. Per quem omnia facta sunt, & in quo omnia consistunt, qui novissimis diebus descendit desuper, natus est ex Virgine secundum Scripturas, & Homo factus est .... Et in Spiritum Sanctum, qui ad consolationem, & sanctificationem, & ad initiationem credentibus datur, sicut Dominus noster Jesus Christus præcepit discipulis, dicens: *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Patris scilicet vere Patris: & Filii vere Filii: & Spiritus Sancti vere Spiritus Sancti; nominibus non temere positis, aut inutiliter, sed accurate propriam singulorum, qui nominantur, hypostasiam, ordinem, & gloriam significantibus: adeo ut hypostasi quidem tria sint: concordia autem unum. Hanc igitur tenentes fidem, eamque ab initio ad finem usque in conspectu Dei, & Christi conservantes, pravam omnem hæreticam doctrinam anathemate damnamus. Et si quis præter sanam rectamque doctrinam fidem docuerit, dicens, aut tempus, aut ævum, aut sæculum esse, vel extitisse, priusquam Filius gigneretur, anathema esto. Et si quis dixerit Filium creaturam, quasi unam ex creaturis, aut genitum, ut unum ex genitis, aut opificium,

Joan. 1.

Matth. 28.

ut unum

CHRISTI AN. 342.

ut unum ex opificiis; neque singula, ut divinæ Scripturæ tradiderunt, prout ordine dicta sunt, profiteatur: aut si aliquid docuerit, aut evangelizaverit, præter id quod accepimus, anathema esto.„

Hilar. de Synod. nov. ed p. 1170. v p. 334.

Hanc fidei professionem orthodoxe explicat D. Hilarius. Equidem nullum expressum habet errorem, sensumque patitur catholicum, nempe quem exponit D. Hilarius; qui, ut constabit infra, eatenus eam approbat benigne interpretatam, ut ex iis, quæ concedere videbantur hostes Nicæni Concilii, facilius eos ad fidem reduceret; easque formulas nunquam se absolute approbasse testatus est. Et certe eæ formulæ, in quibus non admittuntur locutiones, quas ad convellendam hæresim quasi consecravit Ecclesia, semper suspectæ sunt & insufficientes, & veritati præjudicant. Valent enim ad abolendam fidei professionem prius ab Ecclesia propositam. Id autem tunc maxime nitebantur Ariani, ut Nicænum symbolum, & vocem Consubstantialis abolerent: præterea hoc symbolum in suum sensum facile trahebant. Fatebantur enim tres Personas divinas esse unum concordia voluntatis & honoris, negabant Filium esse Patri dissimilem. Anomæi soli prædicavere utriusque dissimilitudinem. Hinc eam formulam semper aliis præposuere Ariani, seque profiteri fidem in encæniis expositam gloriabantur. Quamobrem hanc aliasque fidei formulas semper improbavit Athanasius, & nunquam recepit Ecclesia. Eamque tunc non fuisse approbatam patet; siquidem statim alia tertia proposita prævaluit.

Hilar. ep. 34. Apolog. frag.

Ath. l. de Synod.

Hilar. ib. Ath. ib.

Tertia fidei professio Antioch.

XII. Cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret, Theophronius Episcopus Tyanensis breviorem aliam fidei formulam a se compositam coram omnibus proposuit; hominis approbata fide, subscripserunt omnes. Hanc sic refert D. Athanasius: " Novit Deus, quem testem adversus animam meam invoco, quod sic credo, in Deum Patrem omnipotentem ..... & in Filium ejus unigenitum, Deum, Verbum, Potentiam, Sapientiam, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, ex Patre natum ante sæcula, Deum perfectum ex perfecto Deo; qui est apud Deum in hypostasi.„ Articuli de Incarnatione & Spiritu sancto sequuntur. Tum subjicit ..... " Si quis autem quidpiam præter hanc fidem docet, aut intra se sentit, anathema esto. Et qui cum Marcello Ancyræ, aut Sabellio, vel Paulo Samosatensi sentit, anathema is quoque sit, & quicumque cum eo communicant. „ Hæc verba, Filius Dei unigenitus est Deus perfectus, ex Deo perfecto, qui est apud Deum in hypostasi, Personarum distinctionem absque diversitate naturæ satis explicant; Arianis, modo nulla Consubstantialis vel substantiæ fiat mentio, cætera facile dissimulantibus.

Hadr. in ep. Can. oblat. Carl. M. Conc. Chalced. tom. 2. Concil. Act. 4. & 11.

Canones Antioch.

XIII. Ubi de fide Patres Antiocheni tractarunt, ad ea quæ disciplinæ spectant conversi, 25. Canones edidere; quos 25. regulas apud Antiochiam in encæniis expositas vocat Hadrianus Papa; laudat Chalcedonense Concilium, & recepit ecclesia. Qui specialem habent difficultatem, integros describemus; aliorum Epitomen ex Hadriano Papa referemus. " Primus. Quicunque cum Judæis contra statuta Nicæni Concilii Pascha celebraverit, excommunicetur, & damnatus Clericus omni quoque honore extrinsecus, quem sacerdotium promeruit, privetur. Et non solum hujusmodi deponit a sacerdotio & ministerio, sed & eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem: „ En excommunicatio quæ ipso facto absque ulteriore judicio incurritur ..... Secundus. " Qui excommunicato communicaverit, excommunicetur. „ Hi duo Canones videntur esse adversus Audianos. Tertius, ut Clericus qui ab Episcopo revocatus ad propriam Parochiam redire contempserit, degradetur ..... Quartus. " Si quis Episcopus fuerit a Synodo depositus, vel Presbyter, vel Diaconus a proprio Episcopo condemnatus, & præsumpserit sacerdotii seu sacri ministerii aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia Synodo spem restitutionis habere, neque satisfactionis aliquem locum. Sed & communicantes ei abjici omnes ab Ecclesia; maxime si postquam cognoverunt sententiam adversus eum fuisse prolatam, ei contumaciter communicarunt. „ Idem fere statuit Canon vigesimus nonus Apostolorum. Quintus. Si Clericus proprium Episcopum contemnens seorsim colligit, irrevocabiliter damnetur; idem si Ecclesiam turbare non desinit, per exteras potestates opprimatur. En refractores Clerici civilibus magistratuum pœnis subjiciuntur. Hunc Canonem laudarunt Patres Chalcedonenses. Quin autem Eusebiani hunc Canonem occulte destinarint adversus Eustathianos orthodoxos, qui cum Flacillo Antiocheno Episcopo Ariano communicare detectabant, vix dubitari potest .....

Sextus, ut excommunicatus a suo Episcopo non suscipiatur ab alio. Idem statuit Canon trigesimus tertius Apostolorum, & quintus Nicænus. Hinc nemo ab una Diœcesi in aliam transiens, sine formatis literis recipiebatur: hinc etiam Episcopi excommunicatorum nomina transmittebant ad alios Episcopos. Illius autem disciplinæ plura superius retulimus exempla: Idem constat ex sequenti septimo Canone: Nullus peregrinorum sine pacificis, seu commendatitiis suscipiatur epistolis. Idem præcipit Canon trigesimus secundus Apostolorum. Pacificas, commendatitias, & formatas epistolas promiscue sumunt authores; hanc tamen earum differentiam statuit Canon undecimus Chalcedonensis ..... Omnes pauperes & indigentes auxilio cum proficiscuntur, epistolis pacificis tantummodo commendari decrevimus, & non commendatitiis, propterea quod commendatitias literas honoratioribus tantummodo personis præstari conveniat. Fideles autem peregrinis fratribus præbebant tectum & hospitium; eaque disciplina viguit ab Ecclesiæ primordiis. Paulus sæpe commendat hospitalitatem. Crescente fidelium multitudine, cum nimis onerosum fuisset tot peregre proficiscentes hospitio excipere; hinc pedetentim in desuetudinem abiit illud charitatis officium, hospitalisque pro pauperibus erecta sunt. Ejusmodi tamen literæ valebant imprimis ad communionem ecclesiasticam, de qua laudatus Canon intelligendus est. Qui igitur his destitutus itineri se dabat, a fratribus quidem humaniter excipiebatur, ei vero communionis tantum peregrinæ jure frui licebat, id est, ea, quæ ad vitam necessaria sunt, ei benigne suppeditabantur. Sed penitus ei sacrorum communio denegabatur: tunc enim suspectus quasi excommunicatus habebatur. Si peregrinus erat Episcopus vel Presbyter, vel Diaconus, quamvis afferret commendatitias, non sine examinatione & probatione ei communicabant, ne forte hæreticus latenter accederet. Quorum autem esset dare pacificas literas, declarat sequens Canon octavus. " Presbyteri qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt. Chor-episcopi autem qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est generales epistolas.

Literæ communicatoriæ.

r. Ad Tim.

Synes. epist. 65. Zonar. in Can. 32. Apost.

XIV. Nonus Canon est de Metropolitanis. " Per singulas regiones Episcopos convenit nosse, Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provinciæ gerere ...... & nihil amplius sine illo cæteros Episcopos agere, secundum antiquam a Patribus nostris regulam constitutam: nisi ea tantum quæ ad suam Diœcesim pertinent, locaque illi subjecta. Unusquisque enim Episcopus habeat suæ Parochiæ potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnia regionis, quæ sub ejus est civitate: ita ut Presbyteros & Diaconos ordinet, & singula suo judicio dirimat. Amplius autem nihil agere tentet præter Antistitem Metropolitanum, nec Metropolitanus sine cæterorum gerat consilio sacerdotum. „ Quam antiqua sint jura Metropolitani, ex eo Canone liquet, qui pro iis laudat antiquam regulam. Sollicitudo totius provinciæ, quam gerebat, multa complectebatur. Primo. Synodorum acta Metropolitanis tradebantur, & ad eos dirigebantur epistolæ summorum Pontificum, ut eas aliis Episcopis transmitterent ...... Secundo. Graviores causæ totius provinciæ ad eum referebantur, ut indicant verba Canonis. Hoc idem statutum erat Canone trigesimo quarto Apostolorum. Tertio. Provinciæ Concilium convocabat; eique præsidebat, ut declarat Canon decimus nonus. Præterea, ut docent Patres Africani: Quod si Presbyteri, Diaconi vel cæteri inferiores Clerici de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, & ab eis provocandum fuerit, provocare debent ad Primates, seu Metropolitanos provinciarum suarum. Quarto. Singulis Metropolitanis cura præcipua erat de vita & opinione non solum totius Cleri, sed etiam ipsorum Episcoporum, ne se per culpam vel negligentiam suam tales exhibeant, qui merito apud Laicos viles atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio

Episcoporum Metropolit. jura.

Gelas. Cysin. hist. de Nicæn. Concil. Innoc. epist. 12. ad Aurel. Carth. Can. 125. cod. Eccl. Afric.

Christi An. 342.

contemptibiles habeantur. Verba sunt Concilii Valentini III. Quinto: Episcopi sine Metropolitani sui literis non audebant proficisci ad aliam provinciam... Sexto: Metropolitanus, mortuo Episcopo, curabat, ne quid ante ordinationem futori Pontificis inhiantium Clericorum subversioni vel direptioni liceret, atque de repertis omnibus inspectior censitio, descriptioque fidelissima intra octavam defuncti, sub diligentia visitatoris Episcopi perageretur, quæ ad ejus notitiam deferretur: præterea successor præter Synodum & præsentiam, vel consensum Metropolitani, nullatenus ordinabatur; quod si secus factum fuisset, nullas ordinatio vires habebat. Quemadmodum Canone decimo nono ejusdem Concilii statutum est.

Conc. Valent. Can. 9. Hilar. Pap. ep. 8. Conc. Valent, C. 1.

Canon decimus quartus & decimus quintus statuunt, ut si in damnatione Episcopi Provinciales dissenserint a Metropolitano, vicinis Episcopis advocatis causa terminetur. Si vero omnes Provinciales Episcopi in damnatione unius consenserint, hunc apud alios judicare non oportebit; sed firmam concordantium Episcoporum manere sententiam. Hunc Canonem laudat Stephanus Papa secundus; intelligendusque est de non avocando ad vicinam Synodum Provincialem, ut patet ex Canone duodecimo. Metropolitanorum ordinationes spectabant ad Patriarcham; Chalcedonense enim Concilium Constantinopolitano tribuens jus Patriarchicum, affirmat eum potestatem habere ordinandi Metropolitas in Asiana, Pontica & Thracia Diœcesibus. Ejus consensus sufficiebat ut in propria civitate ordinaretur Metropolita. Cujus etiam causæ postea reservatæ sunt tribunali Patriarchæ, ut docet Damasus Papa in Synodo Romana, & Justinianus Imperator hisce verbis: si vero contra Metropolitam talis aditio fiat ab Episcopo aut Clero, aut alia quacumque persona Diœceseos illius, beatissimus Patriarcha simili modo causam judicet.

Epitom. Hadriani Papæ. Steph. epist. ad Franc.

Just. nov. 123.

Chor-Episcopi. Ibid.

XV. Canon decimus. "Qui in vicis vel possessionibus Chor-episcopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subjectas Ecclesias, earumque moderamine, curaque contenti sint: ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos & Exorcistas.... Nec Presbyterum, nec Diaconum audeant ordinare sine consensu civitatis Episcopi, cui ipse cum possessione subjectus est." In Occidente Chor-episcoporum prima mentio facta est in Concilio Regensi anno 439. Eorum officia sic describit Isidorus Hispalensis Episcopus: Chorepiscopi, id est Vicarii Episcoporum, juxta quod Canones ipsi testantur, instituti sunt ad exemplum septuaginta seniorum, tanquam Sacerdotes propter sollicitudinem pauperum: hi in vicis & villis instituti, gubernant sibi commissas Ecclesias, habentes licentiam constituere Lectores, Subdiaconos, Exorcistas. Presbyteros autem & Diaconos ordinare non audent præter conscientiam Episcopi, in cujus regione præesse noscuntur. Hi autem a solo Episcopo civitatis, cui adjacent, ordinantur. Profecto Episcopalem ordinationem receperant, qui consentiente Episcopo potuerunt ordinare Presbyteros, Postea redacti sunt ad ordinem Presbyterorum.

Isidor, Hisp. l. 2, de offic. cap. 6.

XVI. Duodecimus Canon statuit, ut Clerici damnati, si Imperatorem adierint, nunquam restituantur; cum oporteat ad majorem Synodum converti. Idem postea statuerunt Patres Africani. Non hunc igitur Canonem improbarunt Chrysostomus & Innocentius primus, sed istum: Si quis Episcopus, vel juste, vel injuste depositus, ex seipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habet locum, sed omnino expellatur.... Decimus tertius: Ut irritum sit quidquid Episcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit. Idem statuit Canon vigesimus secundus..... Decimus sextus: Ut Episcopus vacantis Ecclesiæ invasor abjiciatur..... Decimus septimus: "Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, & præesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione privari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid decreverit ejusdem provinciæ Synodus Sacerdotum." Hunc Canonem confirmavit Chalcedonense Concilium. Vigesimus: "Propter utilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quæ dubitationem, controversiamque recipiunt, optime placuit, ut per singulas quasque provincias bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis, ita ut quarta septimana Pentecostes conveniat Synodus, Metropolitano Provinciales admonente. Secunda vero Synodus Idibus Octobris." Hic renovat Canonem Apostolorum trigesimum octavum, & quintum Nicænum. Synodorum Provincialium antiquitas, & authoritas ex his patet.

Ibid. Concil. Afric. cap. 19. Can. Arian.

Christi An. 342.

Act. 10. *Synodibis in anno celebrandæ.*

Vigesimus primus. "Episcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab Episcopo necessitate compulsus: maneat autem in Ecclesia quam primitus a Deo sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum de hac re terminum constitutum;" scilicet a Nicæno Concilio canone decimo quinto, & canone decimo quarto Apostolorum, qui hanc apponit exceptionem: Episcopo non licere alienam Parochiam propria relicta pervadere, licet cogatur a plurimis, nisi forte eum rationabilis causa compellat, tanquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre. Et hoc non a se, sed multorum Episcoporum judicio, & maxima exhortatione. Sardicense Concilium postea ut hominum cupiditati efficacius occurreret, Episcopos vel Clericos translatos sic puniendos judicavit, ut ne in fine laica quidem communione digni haberentur; quod confirmavit Chalcedonensis Synodus. Occidens non magis favit Episcoporum translationibus. De his sic scribit Damasus Papa ad Paulinum Antiochenum: Eos quoque qui de Ecclesiis ad Ecclesias migraverunt, tamdiu de communione nostra habemus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Illos penitus abdicat Leo primus: si quis Episcopus, inquit, mediocritate civitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se plebem quacumque occasione transtulerit, non solum a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria.

Episcoporum translationes prohibitæ. Ibid.

Concil. Sard. Can. 1. & 2. Can. 5. Theod. l. 5. c. 1.

Epist. 48. ad Anast. Thessal.

Vigesimus secundus. Irrita sit ordinatio, quam Episcopus in aliena Parochia in alienis Clericis usurpaverit: idem statuit canon trigesimus quintus Apostolorum..... Vigesimus tertius. Irritum sit, si Episcopus sibi successorem elegerit. Licitum tamen fuit Episcopo in fine vitæ deliberare cum Clero & populo de eligendo postea digno successore, ut multis constat exemplis...... Vigesimus quartus est de bonis Ecclesiæ, & jubet ut res Ecclesiæ judicio Episcopi dispensentur, separatæ quidem ab ejus propriis rebus, quas ille dare possit quibus voluerit, ne eo moriente invadantur res ejus propriæ cum rebus Ecclesiæ. Legitimam earumdem bonorum dispensationem sic præscribit canon vigesimus quintus & ultimus. "Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget; tam suis, quam fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, juxta sanctum Apostolum sic dicentem: *Habentes victum & tegumentum, his contenti sumus:* Quod si contentus istis minime fuerit; convertat autem res Ecclesiæ in suos usus domesticos, & ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum Presbyterorum conscientia Diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus filiisque committat, ut per hujusmodi personas occulte cæteræ lædantur ecclesiæ, Synodo provinciæ pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut Presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet facultate ecclesiastica sibimet usurpent, ita ut ex hoc quidem affligantur pauperes: & hos oportet corrigi, sancta Synodo, id quod condecet, approbante." Hi duo canones eadem decernunt cum 40. & 41. canonibus Apostolicis, quorum observationem sic innovant Tridentini Patres. Sancta Synodus...... exemplo Patrum nostrorum..... non solum jubet, ut Episcopi modesta supellectili & mensa ac frugali victu contenti sint, verum etiam reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo, caveant, ne quid appareat quod a sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. Omnino vero ita interdicit, ne ex reditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant; cum & Apo-

Ibid.

Ecclesiasticorum bonorum jus penes solum Episcopum.

1. ad Tim. 6.

Trid. sess. 25. cap. 1.

CHRISTI AN. 342.

& Apostolorum canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant: eas autem nec distrahant, nec dissipent illorum causa...... Quæ vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia ecclesiastica tam sæcularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit. Hinc patet falsitas opinionis quorumdam Scholasticorum, qui canonibus antiquis circa dispensationem bonorum Ecclesiæ nunc omnem adimunt authoritatem.

XVII. Hosce viginti quinque canones ad absentes Episcopos transmisere cum Synodica, postulantes, ut iisdem ipsis, quæ definita sunt, consentientes subscriberent. Maximus Jerosolymorum Episcopus Eusebianorum fraudes & insidias timens, de industria abfuit. Neque Julius interfuit Romanæ urbis Episcopus, nec quemquam eo misit qui locum suum impleret: cum tamen Ecclesiastica regula vetet, inquit Socrates, ne absque Romani Pontificis consensu quidquam in Ecclesia decernatur, scilicet in iis quæ spectant universalem Ecclesiam. Hæc autem Socratis verba Emanuel a Schelstrate Romanus bibliothecarius de causa Athanasii & Marcelli intelligenda probat ex ipsamet Julii Papæ epistola ad Orientales, quos reprehendit, quod tantæ Sedis Præsulem ipso inconsulto damnaverint, præsertim cum ad eum ejus causam prius detulissent.

Schelstrat. dissert. 2. de Conc. Antioch, cap. 3.

XVIII. Discedentibus Orthodoxis, ut Ecclesias repeterent suas, Eusebiani quadraginta conveniunt ad deponendum Athanasium; eum accusant, quod contra regulam, quam ipsi tum primum constituerunt, scilicet contra canonem quartum & duodecimum supra relatos, Episcopatus sui locum absque decreto communis Episcoporum Concilii recuperasset. Quippe ab exilio reversus, suopte nutu atque arbitrio Ecclesiam occupaverat. Deinde quod sub ingressum ejus orto tumultu multi in seditione occubuissent, & quod alii quidem verberibus ab illo affecti fuissent; alii in judicium adducti. Sed & illa quæ in urbe Tyro adversus eum gesta fuerant, in medium protulere, scilicet post statutos 25. laudatos canones; quod non satis advertunt, qui Synodum Antiochenam rejiciunt ut Arianorum conciliabulum: hujusmodi concinnatis calumniis, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum designant, primo quidem Eusebium cognomento Emissenum. Georgius Laodicææ Episcopus, qui Concilio huic etiam interfuit, in libro quem de ejus vita conscripsit, ait illum ex viris nobilissimis Edessæ in Mesopotamia generis sui originem duxisse, & a puero sacris literis institutum; Græcas postea disciplinas a quodam magistro, qui tunc Edessæ degebat, percepisse: tandem vero sacrorum voluminum expositionem ex Patrophilo hausisse atque Eusebio, quorum hic Cæsariensem, ille Scythopolitanam regebat Ecclesiam. Postea cum ei sacerdotium deferretur, honoris ejus vitandi causa, Alexandriam se contulit, atque illic Philosophiæ operam dedit. Hinc reversus Antiochiam cum Flacillo Euphronii successore familiariter versatus est: ac proinde magistros omnes in sacris literis habuit Arianos, quibus charissimus fuit. Tandemque ab Eusebio Constantinopoleos Episcopo tunc ad Alexandriæ urbis sacerdotium propositus est. Sed cum ordinationem hanc recusasset, secum ipse reputans futurum haud dubie ut in paratum apud Alexandrinos odium incurreret, quippe qui nullum pati possent in locum Athanasii substitutum.

Socrat. l. 2. c. 8. *Athanasium deponunt Ariani.*

Sozom. l. 3. c. 6.

Missus est itaque Emissam: sed cum Emisseni in ejus ordinatione seditionem excitavissent, accusabatur enim quasi Astronomiæ studiosus; inde fugiens Laodiceam se contulit ad Georgium. Hic cum Antiochiam illum perduxisset, ut a Flacillo & Narcisso Emissam denuo reduceretur effecit. Constantio Imperatori gratus fuit imprimis, & quotiescumque Constantius bellum illaturus erat Persis, secum illum ducebat. Elegantis & Rhetorici ingenii, innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus. E quibus vel præcipui sunt adversus Judæos & Gentes, & ad Novatianos, & ad Galatas hypotescon libri decem, & in Evangelia homiliæ breves. Sed jam dudum ejus opera non extant. Homiliæ centum quadraginta de tempore & Sanctis, quæ sub ejus nomine circumferuntur, Latini sunt authoris, scilicet Brunonis Signiensis Episcopi, qui longe post hæc tempora floruit: ut constat ex fide manuscriptorum codicum.

Socrat. ibid.

Hier. de script. Eccl.

CHRISTI AN. 342.

XIX. Aliæ sunt diversorum authorum, qui impugnant hæreses Pelagii & Eutychis, Eusebio Emisseno posteriores. Qui cum abnuisset Alexandriæ episcopatum, hunc detulere Gregorio natione Cappadoci; quem olim perhumaniter exceperat Athanasius, cum Alexandriæ literis operam daret: ille tamen immemor officii fabulæ cæsi Arsenii evulgandæ operam suam collocarat. Irregularem adeo electionem ut Imperiali authoritate fulcirent, Constantium adeunt, exorantque ut Philagrium apostatam in persequendo strenuissimum rursus mittat Ægypti præfectum. Literas itaque scribit Constantius, Philagriumque mittit cum quodam Amasio Eunucho, & Gregorium cum militari manu. Præfectus adveniens derepente literas publice profert, sub formam edicti, quibus declarabat Gregorium Athanasio successorem ex comitatu inductum esse. Quibus auditis consternati sunt omnes: novum quippe illud erat & hactenus inauditum. Populi autem eo frequentius in ecclesias conveniebant, quod secum reputarent nec se, nec Episcopum, aut Presbyterum, aut alium quempiam de Athanasio unquam conquestum esse. Hæc causa fuit, ut populi jure indignati ingenti clamore obtestarentur Judices, quod nulla accusatione ab ecclesiasticis facta, sed Arianis illud molientibus, res adeo nova & iniqua adversus Ecclesiam perpetraretur. Si qua enim accusatio adversus Athanasium vim haberet, oportuit secundum ecclesiasticos Canones omnia disquiri ac peragi, præsentibus populis, & Clericis, illum ordinari quem postularent, nec eum decuit ex alia regione adductum Episcopi nomen quasi mercatum apud eos, qui nec eum peterent, nec vellent vi sese intrudere.

Greg. Nazianz. orat. 41. Ath. ad Monac. nov. edit. pag. 349. ver. 815.

XX. Philagrius ethnicos, Judæos & alios petulantes viros sibi conciliat, eosdemque confertim cum gladiis & fustibus contra populum in ecclesias immittit. Ecclesia, quæ dicebatur Cyrini, & sacrum baptisterium incenduntur; quidam interficiuntur. In sacra mensa strobilos avesque sacrificabant, idola sua laudibus efferentes, Dominum autem & Salvatorem nostrum Jesum Christum maledicto insectantes. Divinos Scripturarum libros, quos in Ecclesia invenerunt, combussere. In sacrum baptisterium Judæi & Ethnici temere ingressi seipsos nudantes, adeo obscœna protulere verba, ut ea pudeat referre. Imo quidam impii viri persecutionum acerbitatem imitati, virgines & continentes mulieres manibus pertractas, raptatasque cogebant blasphemare, & Dominum abnegare; quas id facere recusantes cædebant pedibusque calcabant. Hic Gregorii Ariani fuit ingressus, qui satellitibus suis, quasi mercedem tribueret, Ecclesiam in prædam tradidit; ita ut alia obvia quæque diriperent: alii quorumdam deposita dividerent; magnam vini copiam illic repertam ebiberent, aut effunderent, aut asportarent; auferrent oleum reconditum: januas & cancellos quasi spolia singuli raperent, candelabra reponerent ad parietem: ecclesiæ cereos idolis accenderent. (Jam tum igitur in ecclesiis accendebantur cerei.)

Athan. encycl. ad orth. episc. nov. ed. pag. 112. ver. 944. *Gregorius tyrannice invadit ecclesiam Alexandrinam.*

Quin etiam his graviora & crudeliora addiderunt. Presbyteri enim & Laici plagis lacerari: virgines detracto maforte seu velamine capitis ad tribunal Ducis pertrahi, & in carcerem conjici: illic proscribi, flagellisque cædi. Hæc autem in ipsa sancta Quadragesima circa festum Paschæ gesta sunt, quo tempore Fratres jejunabant. Gregorius in Parasceve in unam Ecclesiarum cum Duce, & cum Ethnicis viris ingressus, ut populum violentum ejus introitum aversari animadvertit, authorem se crudelissimo Duci præbuit, ut una triginta quatuor tum virgines, tum conjugatæ, sive nobiles viri flagris publice cæderentur, & carceri manciparentur.... His peractis, in alia ecclesia, ubi his diebus degere consueverat Athanasius, eadem perpetrare cogitarunt, ut eum captum interficerent. Qui cum eos ingenti furore correptos animadverteret, cavens ne Ecclesia fidelesque similia paterentur, se populis subduxit, Romamque navigavit, ut, quemadmodum statutum fuerat, Synodus ibi celebraretur.

Ibid.

Grego-

Christi An. 342.

Ibid.

Gregorius vero ne ipsam quidem Paschæ Dominicam in reverentia habuit; sed Christianos ad luctum compulit, plerosque mittens in carcerem; eodemque violentiæ impetu occupat ecclesias. Populus autem Dei, & Catholicæ Ecclesiæ Clerici, Arianorum impietati communicare coguntur, aut ecclesiarum introitu arcentur. Ministros observat, & eos, qui domi orabant, ad Ducem defert, ita ut multi nondum baptizati periclitarentur ...... Ne tantæ persecutionis fama divulgaretur, naucleris, & iis qui navigant, opera Ducis edicit silentium, cogitque ut literas suas acciperent. Detrectantesque in carcerem conjunctos flagellis cædit. Eidem Duci fuit author, ut quasi populi suffragio, acta adversus Athanasium odiosis verbis concepta Constantio scriberet, unde non solum effugera liceret, sed sexcentæ mortes expectandæ essent. Subscripsere Ethnici, & idolorum æditui, & cum ipsis Ariani.

XXI. Athanasius, in itinere cum per aliquot dies tuto in loco constitisset, encyclicis ad omnes Episcopos orthodoxos missis literis, res a Gregorio ejusque sociis gestas eis significat, quemadmodum mox ex iisdem narravimus. Has autem sic concludit: *Arianus est igitur Gregorius, & Arianis missus:* nam illis solis exceptis nemo illum postolavit ...... Cum enim jampridem Pistum Arianis Episcopum constituisset Eusebius cum sequacibus; ubi de illo nos scripsissemus, vos omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopi illum ob impietatem jure anathemate damnastis & abdicastis. Qua de causa jam miserunt Gregorium ...... externa vi contra nos usi sunt, ut cum ecclesias occupaverint, Arianismi suspicionem effugisse videantur. Verum hic quoque spe falsi sunt; nemo enim Ecclesiasticorum cum illis versatur, nisi soli hæretici, quique ob crimina ejecti sunt, & quotquot metu Ducis simulatione utuntur ...... Communis est Salvator, quem illi maledictis incessunt, & omnium sunt Canones, qui ab illis violantur ...... Quocirca æquum est vos indignari, ne, si hæc taceantur, paulatim per singulas Ecclesias hujusmodi malum propagetur ...... Si igitur aut ipse Gregorius, aut alius quispiam illius causa ad vos scripserit, ne recipiatis, Fratres, ejus literas, sed ipsas lacerate, tabellariosque pudore suffundite, utpote impietatis & malitiæ ministros ...... Neque Gregorius se Arianum esse inficias ire poterit, cum is, qui literis ejus subscribit, argumentum in contrarium præbeat. Ammon enim iste, qui subscribit, jamdiu a beatæ memoriæ Alexandro ante me Episcopo ob multa scelera, & ob impietatem ab Ecclesia ejectus est. Horum igitur omnium causa, & nobis quæso rescribite, & impios condemnate.

Athan. ibid.

XXII. Athanasius post hæc Julii Papæ literis vocatus Romam se contulit, & honorifice & perhumaniter exceptus est. Entropia Constantii amita bene morata matrona, Abuterius item & Speransius eum omnibus humanitatis ac benevolentiæ officiis prosecuti sunt. Ipse divinis semper occupatus officiis, quibus frequens aderat, rerum suarum curam permisit Ecclesiæ. Erant cum eo exilii comites duo monachi, Ammonius & Isidorus viri mirabiles. Ammonius adeo parum curiosus extitit, ut ex magnificis urbis operibus nullum videre desideravit, sed solas Petri & Pauli basilicas viderit. Aliquanto post cum ad Episcopatum traheretur, fuga delapsus dextram sibi aurem amputavit, ut corporis mutilatione ordinationis honorem effugeret. Isidorus rerum divinarum peritia, & morum suavitate vel ipsis Ethnicis amabilis, ad summam pervenit senectutem, sacerdosque factus Alexandriæ publico pauperum hospitio præpositus est. Eorum æmulatione inflammati Romani, tum primum monasticam coluere disciplinam. Hoc pium institutum valde promovit Athanasius, præsertim publicatione vitæ B. Antonii adhuc tunc viventis. Quam laudant S. Gregorius Nazianzenus, & Hieronymus. In eaque nunc leguntur quæcumque ex ea suis operibus inseruere S. Chrysostomus, & S. Ephrem, & S. Joannes Damascenus, & Socrates, & Palladius. Evagrius vero Antiochenus circa annum trecentesimum septuagesimum illam latinitate donavit. Ac proinde quæ nunc extat, genuinum est S. Athanasii opus.

Epist. Jul. Pap.

Socrat. l. 4. c. 24.

Hieron. epist. ad Princ. 16. Hier. de script. Eccl.

Marcella cæteris præivit exemplo, atque ab iis Paschumii & virginum & viduarum didicit disciplinam. Julius vero presbyteros Elpidium & Philoxenum cum literis mittit ad Eusebianos, tempusque illis præstituit, ut intra illud se Romam conferrent, aut scirent se in omnibus suspectos haberi. Antiochia needum discesserant, cum allatæ sunt Pontificis literæ. Consternati sunt, ut Athanasium Romam pervenisse audiverunt; nullatenus exspectabant eum illuc perventurum. Intelligebant enim ecclesiasticum illud fore judicium, ubi nec comes adesset, nec milites pro foribus stantes, ubi nec Synodi acta ex Imperatoris jussu ederentur. Hinc tanto terrore sunt perculsi, ut presbyteros ultra præfinitum tempus detinerent.

Vita monastica initia in Occident.

Christi An. 342.

Ath. ad Monach. seu solit. nov. edit. pag. 350. vet. 816. & in Apolog. pag. 140.

Interea quartam edidere fidei professionem, suppressis tum sua hæresi, tum voce omousion; hac fraude suspicionem Arianismi declinare se posse sperabant. Atque Narcissum, Marim, Theodorum, & Marcum in Gallias mittunt, qui quasi a Synodo legati hanc Constanti Augusto, & cæteris qui aderant, tradiderunt. Scripserunt etiam ad Julium Papam plenam cavillationis, nec expertem gravissimarum minarum epistolam. Nam in literis suis fatebantur Romanorum quidem Ecclesiam apud omnes magnificam esse, quippe quæ jam inde ab initio domicilium Apostolorum, & pietatis origo & metropolis extiterit; licet fidei doctores ad eam ex Orientis partibus advenissent, non tamen æquum censebant, idcirco se inferiore loco haberi, quod magnitudine Ecclesiæ & multitudine superarentur: quippe qui virtute & animi proposito superiores essent. Deinde criminis loco objicientes Julio, quod cum Athanasio communicasset, indignabantur perinde ac si ipsorum Synodus contumelia affecta esset, & judicium abrogatum. Idque facinus ut injustum & ab ecclesiasticis legibus alienum reprehendebant. His de rebus ita conquesti, gravique injuria se affectos testati, pacem quidem & communionem Julio polliciti sunt, si depositionem eorum, qui ab ipsis fuerant expulsi, & ordinationem illorum, qui in priorum locum substituti fuerant, admittere voluisset. Si vero decretis ipsorum resisteret, contraria denuntiabant ...... De his autem quæ gesserant contra decreta Synodi Nicænæ, nihil ei rescripserunt: multas quidem se habere causas significantes, easque necessarias, quibus factum suum defenderent. Futilemque excusationem commenti, ob Persarum bellum nequimus, ajebant, jam accedere ..... Hæreticum in his se mirifice prodit ingenium, omnia audere ex arbitrio, nulli subesse, quæ semel placita sunt, velle probari omnibus, rationes cum desunt, respondere superbius.

Julii Pap. judicium declinant Ariani. Sozom. l. 3. c. 8.

Athan. ibid.

XXIII. Presbyteros Romanos postquam cum absurda illa excusatione dimisissent, literis Philagrio missis, authores sunt, ut cum Grægorio Ægyptum brevi peragret. Hinc Episcopi flagellantur, vinculisque acerbe constringuntur. Serapammonem Episcopum & Confessorem pellunt in exilium. Potamonem item Episcopum Confessoremque, cui oculus fuerat in persecutione effossus, tot plagis in cervicem cæciderunt, ut non ante finem facerent, quam extinctum putarent. Eo igitur modo abjectus, vix post aliquot horas, curatione adhibita, Deo vitam concedente respiravit, ita tamen ut modico elapso tempore, plagarum dolore interierit, iteratique martyrii gloriam in Christo obtinuerit. Ejus memoria decimo tertio Kalendas Junii celebris est in Ecclesia. Quot alii monachi flagellis cæsi, sedente Gregorio cum Duce Balacio? Quot Episcopi plagis concisi? Quot virgines verberatæ? Post hæc omnes cohortatus est ut secum communicarent. Atqui si communionem eorum postulabat, profecto plagis digni non erant. Sin ut improbos punivit, quid ut sanctos hortabatur ut communicarent? Athanasii materteram ita acerbe persecutus est, ut ne defunctam quidem sineret sepeliri; abjectaque fuisset insepulta, nisi qui tam sustulissent, quasi proprium sibi cadaver asportassent. Præterea cum viduæ cæterique mendici eleemosynam accipere consuessent, jussit ea diripi quæ erogabantur, constringique vasa quibus oleum vinumque deferebatur.

Ath. ib. *Orthodoxos in Ægypto persequuntur Ariani.*

Martyr. Rom.

XXIV. Grægorius hæc agens, magistratuum potius amicos optabat esse, quam Episcoporum & Monachorum. Quapropter si Imperator, aut Dux exercitus, aut Judex literas ad eum mitteret, summa perfusus lætitia, eos qui deferebant, pecuniarum dono remunerabat. Si vero Pater Antonius illi ex monte scriberet, sancti viri literas execrabatur. Balacioque Duci fuit author ut eas contemneret. Antonius enim cum audisset quam acriter Orthodoxos persequeretur Balacius, sic ad eum scripsit: " Video iram Dei

Ibid.

Ath. vit. Ant. n. 86

super

CHRISTI AN. 342.

super te venientem, desine itaque persequi Christianos, ne te forte ira Dei apprehendat, quæ proximum tibi minatur interitum. „ Risit Balacius, in epistolam humi projectam conspuit, tabellariisque injuria affectis, jussit ut hæc Antonio renuntiarent: quoniam cura tibi monachorum est, te jam adoriar. Sed necdum elapsis quinque diebus, Dei ira apprehendit eum: Cum enim ad primam Alexandriæ mansionem Cereu vocatam proficisceretur Balacius cum Nestorio Ægypti Præfecto, . . . cœpere eorum equi ludere more solito, ac derepente mansuetior, cui insidebat Nestorius, Balacium morsu decussit in terram, in eumque irruens, femur ejus ira dentibus laniavit, ut statim in urbem delatus, intra triduum moreretur. Mirati sunt omnes ea, quæ Antonius pronuntiasset, tam cito accidisse.

Hier. vit. S. Paul. *Antonius invisit D. Paulum.*

XXV. Antonius tum erat nonagenarius: Cum hæc in mentem cogitatio incidit, nullum ultra se perfectum monachum in eremo consedisse, At illi per noctem quiescenti revelatum est, esse alium ulterius multo se meliorem, ad quem visendum deberet proficisci. Illico erumpente luce venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire velle quo nesciebat. Etiam media dies, coquente desuper sole fervebat, nec tamen a cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quod olim conservum, quem mihi promisit, ostendet . . . . Pernox secundas in oratione exegit tenebras: & dubia adhuc luce, procul intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere, quam secutus oculis, & juxta speluncam, cum fera abiisset, accedens intro cœpit aspicere, sed tenebræ visum arcebant; paulatim progrediens, sæpiusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem procul lumen intuitus, dum avidius properat, offenso in lapidem pede, strepitum concitavit; post cujus sonitum beatus Paulus ostium quod patebat, occludens, sera obfirmavit. Tunc Antonius præ foribus corruens, usque ad sextam & eo amplius horam aditum precabatur, dicens: Qui sim, unde, cur venerim, nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi te videro, non recedam. Quod si non impetro, hic moriar ante postes tuos: certe sepelies vel cadaver. Cui Paulus: nemo sic petit, ut minetur. Et miraris, si non recipiam, cum moriturus adveneris? Sic arridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, propriis se salutavere nominibus; gratiæ Domino in commune referuntur . . .

Ibid.

Inter sermocinationes suspiciunt corvum in ramo arboris consedisse, qui integrum panem ante ora mirantium deposuit; post cujus abscessum: eja, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta jam anni sunt, quo dimidii semper panis fragmen accipio: verum ad adventum tuum, militibus suis duplicavit annonam. Igitur Domino gratiarum actione celebrata, super marginem fontis uterque consedit. Hic vero qui frangeret panem, oborta contentio pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitii, Antonius jure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, ut apprehenso e regione pane, dum ad se quisque nititur, pars sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libaverunt: & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transegere vigiliis. Cumque jam esset terræ redditus dies, B. Paulus ad Antonium sic locutus est: Olim te frater habitare in istis regionibus sciebam: Olim te conservum meum mihi promiserat Deus; sed quia jam dormitionis meæ tempus advenit, tu missus es a Domino, qui humo corpusculum meum tegas. Antonius his auditis flens & gemens ne se desereret, atque ut comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille, Expedit tibi, inquit, sarcina carnis abjecta, Agnum sequi. Sed & cæteris expedit fratribus, ut tuo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem, quæso, perge, nisi molestum est, & pallium, quod tibi Athanasius Episcopus dedit, ad involvendum corpusculum meum defer . . . . . Stupefactus ergo Antonius, quod de Athanasio & ejus pallio audierat, quasi Christum in Paulo videns, ultra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lacrimans, exosculatis ejus oculis, manibusque, ad Monasterium, quod postea a Saracenis occupatum est, regrediebatur.

Ibid.

XXVI. Fatigatus tandem ad habitaculum confecto itinere pervenit: cui cum duo discipuli occurrissent, dicentes: Ubi tamdiu moratus es Pater? Respondit: Væ mihi peccatori, qui falsum monachi nomen fero. Vidi Eliam, vidi Joannem in deserto, & vere vidi Paulum in paradiso. Et sic ore compresso, manu verberans pectus, ex cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis, ut plenius quidnam rei esset exponeret, ait: tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens, per viam qua venerat, regressus est, illum videre desiderans. Timebat enim quod evenit, ne se absente Christo debitum spiritum redderet. Quumque jam dies alia illusisset, & trium horarum spatio viam remeavisset, vidit inter Angelorum catervas, inter Prophetarum & Apostolorum choros, niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere: & statim in faciem suam procidens, sabulum capiti superjaciebat, ploransque & ejulans, ajebat: Cur me Paule dimittis? Referebat quoque postea B. Antonius tanta se velocitate, quod reliquum erat viæ, cucurrisse, ut instar avis pervolasset.

Ibid.

Introgressus speluncam, vidit genibus complicatis, erecta cervice, extensis in altum manibus, corpus exanime . . . Eo obvoluto & prolato foras, hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans, contristabatur Antonius, quod sarculum, quo terram foderet, non haberet. Dum incertus animo fluctuat; an maneat, an revertatur, ecce duo leones ex interioris eremi partes currentes ferebantur: quibus aspectis primo exhorruit. Rursusque ad Deum referens mentem, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad cadaver beati senis substiterunt: adulantibusque caudis circa ejus pedes accubuere, fremitu ingenti rugientes, prorsus ut intelligeret eos plangere quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, arenamque certatim egerentes, unius hominis capacem locum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium cervice dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus ejus pedesque lingentes. At ille animadvertit benedictionem eos a se precari. Nec mora in laudationem Christi effusus, quod muta quoque animalia Deum esse sentirent, ait: Domine, sine cujus nutu nec folium arboris defluit, nec unus passerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et manu annuens ut abirent, imperavit. Quumque illi recessissent, sancti corporis oneri seniles curvavit humeros. Et deposito eo in fossam, desuper humum congregans, tumulum ex more composuit: Postquam autem alia dies illusit, ne quid pius hæres ex intestatis bonis non possideret, tunicam ejus sibi vindicavit, quam in sportarum modum de palmæ foliis ipse sibi contexuerat. Ac sic ad monasterium reversus, discipulis cuncta ex ordine replicavit; diebusque solemnibus Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunica vestitus est.

Hier. vit. Hilar. *D. Hilarion miraculis clarescit.*

XXVII. Hilarion Antonii discipulus, cum viginti duos annos in solitudine vixisset, florere cœpit miraculis. Præcipua tantum breviter attingemus. Aristæneta, Elpidii, qui postea præfectus prætorio fuit, uxor, valde nobilis inter suos, & inter Christianos nobilior, revertens cum marito & tribus liberis a beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim febri sesquitertiana pariter arrepti a medicis desperati sunt: mater cognito quod esset quidam monachus in vicina solitudine, asello sedens ad eum vadit comitata ancillulis & Eunuchis. Ad quem cum pervenisset: precor te, ait, per Jesum clementissimum Deum nostrum, ut reddas mihi tres filios, & ingrediatur servus ejus Gazam. Renuente illo & dicente, se nunquam egressurum de cella; illa prostravit se humi clamitans cum suis atque flens, nec prius recessit, quam ille pollicitus est se post solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam venit, invocavit Jesum. Et quasi de tribus fontibus sudor pariter ex puerorum corporibus erupit: eadem hora acceperunt cibos, agnoscentesque matrem, & benedicentes Deum, sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, certatim ad eum de Syria & Ægypto confluebant: ita ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Necdum enim anno 329. monasteria erant in Palæstina, nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator & eruditor ejus conversationis

& stu-

Christi An. 342.

& studii in hac provincia fuit. Facidia vicula est Rhinocoruræ urbis Ægypti. De hoc ergo vico, decem jam annis cæca mulier adducta est ad B. Hilarionem. Omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: si dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Jesus. Clamante autem illa & misericordiam deprecante, exspuit in oculos ejus, statimque Salvatoris exemplum virtus eadem prosecuta est.

XXVIII. Non solum autem in Palæstina, & in vicinis urbibus Ægypti, vel Syriæ, sed etiam in longinquis provinciis fama ejus percrebuerat. Namque candidatus Constantii Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis indicans provinciam, inter Saxones quippe & Alemanos gens est non tam lata, quam valida, apud historicos Germania, nunc Francia vocatur; hic ab infantia possessus a dæmone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat; secreto ab Imperatore evectionem petiit, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consularem Palæstinæ literis, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus est. Qui cum a decurionibus illius loci quæsisset, ubi Hilarion habitaret monachus, ad monasterium deduxerunt.... Deambulabat tunc senex & secum de psalmis nescio quid submurmurabat; vidensque tantam turbam venientem substitit. Et resalutatis omnibus manuque eis benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum vero cum servis suis remanere. Ex oculis enim ejus & vultu cur venisset, agnoverat. Statim ergo ad interrogationem Dei servi suspensus homo vix terram tangere cœpit, & immane rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat sermone, respondit. Videres de ore barbaro, & qui Francam tantum & latinam linguam noverat, Syra ad purum verba resonare; ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquid Palæstini deesset eloquii. Confessus est itaque, quo in eum intrasset ordine; & ut interpretes ejus intelligerent, qui græcam tantum & latinam linguam noverant, græce quoque eum interrogavit. Quo similiter & in eadem verba respondente, multasque incantationum occasiones, & necessitates magicarum artium obtendente: non curo, ait, quomodo intraveris; sed ut exeas, in Nomine Domini nostri Jesu Christi impero. Cumque curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordaceum ab eo panem accepit: audiens quod qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

Ibid.

XXIX. Hilarion in tantam a Domino fuerat elevatus gloriam, ut B. quoque Antonius audiens conversationem ejus, scriberet ei, libenterque ejus epistolas sumeret. Et si quando de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare vos tam longe vexare voluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaque ejus per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens laudabat Dei gratiam, & ad profectum animæ singulos cohortabatur, dicens: Præterire figuram hujus mundi, & illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis emeretur incommodo. Volens autem exemplum eis dare & humilitatis & officii, statis diebus ante vindemiam lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est a Fratribus, omnes ad eum confluebant, & comitati tali duce circumibant monasteria, habentes viaticum suum; quia interdum usque ad duo millia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore, unaquæque villa vicinis monachis ad susceptionem Sanctorum gaudens cibos offerebat..... Aliquando pervenit Elusam, eo forte die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est.... Igitur audito quod sanctus Hilarion præteriret, multos enim Saracenorum arreptos a dæmone frequenter curaverat, gregatim ei cum uxoribus & liberis obviam procedere, submittentes colla, & voce Syra Barech, id est, benedic, inclamantes. Quos ille blande humiliterque suscipiens obsecrabat ut Deum magis, quam lapides, colerent, simulque ubertim flebat, cœlum spectans, & pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse venturum. Mira Domini gratia, non prius abire passi sunt, quam futuræ Ecclesiæ lineam mitteret, & sacerdos eorum ut erat coronatus, Christi signo denotaretur, seu fieret Catechumenus.

Christi An. 342.

XXX. Legati Papæ interea Elpidius & Philoxenus Antiochia profecti Romam revertuntur, Julioque offerunt Eusebianorum literas. Lectas Julius aliquamdiu penes se tenuit occultas, spem esse putans nonnullos saltem Orientalium accessuros, atque ita integris rebus posse literas querelarum plenissimas Patrum subripi notitiæ: veritus scilicet ne lectionem earum indigne ferrent. Carpones quidam ab Alexandro ob Arianam hæresim pulsus, cum nonnullis ejusdem hæresis causa ejectis a Gregorio missis venit. Quam ob rem, & ob alia facinora, in Julii offensionem incurrit Gregorius. Econtra e Catholicis Asclepas Gazæ Episcopus, Marcellus Ancyræ, Lucius Hadrianopolis, aliique plures Episcopi & Presbyteri, alius aliam ob causam accusati, & Ecclesiis suis pulsi, Romam se conferunt; ubi cum Julio causam suam exposuissent, ille spem sibi præcisam de adventu Eusebianorum intelligens, Romæ congregat Episcopos plusquam quinquaginta. Eusebianorum epistolam profert, qua perlecta, stupor primo, deinde indignatio invasit omnes; Athanasii aliorumque defensionem cum audiissent, ad communionem & ad Agapen admittendos censuerunt. Julius vero quoniam propter Sedis dignitatem omnium cura ad eum spectabat, suam cuique Ecclesiam restituit: ita Sozomenus & Socrates authores græci, ac proinde adulationis minime suspecti. Romanæ Synodi Episcopi adversus Eusebianos indignati, Julium rogarunt, ut epistolam ad eos rescriberet. Illius fragmenta quædam insigniora subjiciemus, præcipue quæ rerum gestarum seriem magis explicant. Hanc dirigit ad septem primarios Arianæ factionis duces eorumque fautores & asseclas. Eorum primus, Danius fuit Exarcha Cæsareæ in Cappadocia; Flaccillus autem Pseudo-Patriarcha Antiochiæ.

Athan. Apolog. adv. Ari. nov. ed. p. 140 & seq. vet. pag. 739. Ib. p. 144.

Socrat. l. 2. c. 15.

Ath. ib. pag. 144. *Julius Papa Athanasium cum aliis restituit.*

Sozom. l. 3. c. 8. Ib. apud Athan.

XXXI. " Julius Danio, Flaccillo, Narcisso, Eusebio, sociis eorum, qui Antiochiæ nobis scripsere, dilectis Fratribus in Domino salutem. Legi literas a Presbyteris meis Elpidio & Philoxeno mihi allatas, miratusque sum, cum nos ex dilectione & veritatis conscientia scripsissemus, a vobis contentiose & citra decorum rescriptum esse. Superbia enim & arrogantia scribentium per epistolam sese prodebat: hæc autem a Christiana Fide aliena sunt..... Qui enim rebus a se gestis non diffidunt, non indigne ferunt, si judicium suum ab aliis examinetur; sed fiduciam habent, quod quæ ipsi justa judicarunt, injusta nunquam fieri valeant. Præsertim cum unius Synodi acta in alia disquiri permiserit Nicæna Synodus; vosque per legatos vestros Synodum, in qua Athanasii causa rursus ad examen vocaretur, postulaveritis.... Quapropter indignatio eorum qui hoc ægre ferunt, proterva est; detrectatio vero eorum, qui venire noluere, inhonesta & suspecta hinc deprehenditur. Imprimis, cum ipsimet Ariani a Nicæna Synodo proscripti, nunc a quibusdam recepti dicantur... Unde concludit: Quinam igitur sunt qui Synodum dedecore afficiunt? Nonne qui trecentorum Episcoporum suffragia pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt: Siquidem Ariomanitarum hæresis ab omnibus ubique Episcopis convicta & condemnata est: Athanasius vero & Marcellus Episcopi plurimos habent qui se verbis scriptisque defendant. Nam de Marcello nobis testimonium perhibuere, quod in Nicæna Synodo Arianis obstiterit. De Athanasio autem dicitur, quod nec Tyri convictus, nec in Mareote, ubi monumenta adversus illum adornata sunt, præsens fuerit. Scitis autem, dilecti, quæ una solum parte præsente aguntur, nullam vim habere, sed suspecta esse.... Si igitur, ut scribitis ex Novati & Pauli Samosatensis exemplo, Synodorum dogmata vigere oportet; certe multo magis decuit trecentorum Episcoporum decreta non irrita fieri, nec universalem Synodum contemni. „ Deinde eos reprehendit quod ad Synodum vocati non venerint, vanasque ostendit eorum excusationes; fateturque se solis scripsisse Eusebianis, quia soli scripserant contra Athanasium, qui proinde non ab Antiochena Synodo damnatus fuit. Tum subjicit: " Necessum est vobis significare, etiamsi solus scripserim, non ideo mei solius esse illam sententiam, sed & omnium, qui in Italia sunt, & qui in his partibus

Ibid. *Julii PP. literæ ad Arianos.*

deguot

Christi An. 342

degunt Episcoporum .... Quapropter, dilecti, etsi solus scribo, omnium tamen hanc esse sententiam cognoscite, ... „ Pontifex adeo non sibi soli vindicat hoc judicium, ut aperte neget esse sui solius, sed testatur esse omnium.

Ibid.

XXXII. Tum propius, ad rem accedens Julius, " Quod autem, inquit, non temere vel injuste Coepiscopos nostros Athanasium & Marcellum ad communionem nostram suscepimus, tametsi ex supradictis id satis planum est; operæ pretium tamen fuerit ut paucis verbis illud vobis demonstretur. Scripserat jam antea Eusebius, scilicet Nicomediensis, contra Athanasium, vos quoque jam literas misistis. Scripsere quoque complures Episcopi ex Ægypto, & ex aliis provinciis pro Athanasio. Primo igitur observandum vestras adversus illum literas inter se pugnare, & priores cum secundis nullatenus consentire: sed in multis primæ a secundis confutantur, & secundæ a primis falsi arguuntur. Cum autem literæ inter se non consentiant, nulla sane eorum dictis fides habeatur. Dehinc si vestris literis fidem haberi postulatis, consentaneum est & iis, quæ pro illo scripta sunt, fidem non abnegare: maxime quidem quia vos e longinquo scribitis; illi vero in ipsis locis enim sint, ubi virum ipsum & negotia illic gesta viderunt, scripto ejus vitæ integritatem testantur, & affirmant eum calumniam in omnibus passum esse. „ Post hæc Arsenii occisi, Ischiræ mutilati, calicis fracti, aliasque adversus Athanasium accusationes refert, atque confutat iisdem rationibus, quibus eas esse falsas superius demonstravimus. Indeque concludit: " Hæc enim ita dicerentur, & tot testes pro illo starent, totque ipse afferret innocentiæ suæ argumenta, quid, quæso, nobis agendum fuit? aut quidnam aliud postulabat ecclesiasticus canon, quam ut virum non damnaremus, sed potius ipsum reciperemus, ac pro vero Episcopo haberemus, quemadmodum & habuimus. Etenim præter hæc omnia, annum unum & sex menses hic remansit, ut adventum vestrum, aut eorum qui huc se conferre vellent, exspectaret: suaque præsentia omnes pudore afficiebat, non adfuturus quippe, nisi suæ causæ confidisset. Non enim suo motu, sed accersitus, ac literis nostris acceptis, huc accessit .... Attamen post tot tantaque a nobis gesta nos criminati estis quasi contra Canones egerimus. Perpendite igitur quinam contra Canones agant; nosne qui post tanta innocentiæ argumenta virum recepimus; an qui triginta sex mansionibus distantes Antiochiæ extraneum quemdam Episcopum nominarunt, eumque Alexandriam miserunt militari manu stipatum? „ Hic & infra perstringit acerrime Gregorii intrusionem, deploratque calamitates & mala, quæ Alexandrinæ Ecclesiæ in ejus adventu illata memoravimus. " Etiamsi, inquit, post Synodum reus deprehensus fuisset Athanasius, non decuit sic præter jus fasque, & contra ecclesiasticum canonem ordinari quempiam: sed in ipsa Ecclesia, ex ipso sacerdotali ordine, ex ipso Clero, ab Episcopis provinciæ illius constitui oportuit, & nequaquam nunc Apostolorum canones violari. „

Ibid. *Marcellus absolvitur.*

XXXIII. " Quod autem ad Marcellum spectat, postquam de illo ut impio erga Christum rescripsistis, vobis significandum putavi, eum huc cum venisset, affirmasse falsa esse quæ vos scripsissetis. Sed cum nihilominus nos postularemus ut fidem suam exponeret, tanta cum fiducia per se ipse respondit, ut nobis exploratum fuerit, eum nihil a veritate alienum profiteri. Siquidem æque pie de Domino & Salvatore nostro Jesu Christo se sentire confessus est, ac Ecclesia ipsa Catholica sentit. Nec tantummodo nunc, sed jam olim ita sensisse. Cujus rectam fidem testimonio suo confirmarunt Presbyteri quoque nostri, qui Nicænæ Synodo adfuerant .... Cum ergo ille recte sentiret, & de recta ejus fide testimonium proferretur, quid, quæso, de illo nobis faciendum fuit, nisi ut eum pro Episcopo haberemus, ut & habuimus, & eum a nostra communione non abjiceremus? .... Complurimi alii ex Thracia, Cœlesyria, Phœnicia, & Palæstina, & una Presbyteri non pauci, atque alii quidam Alexandria, aliique ex aliis partibus, ad Synodum huc coactam accessere: qui coram omnibus Episcopis congregatis, præter alia in medium prolata, conquesti sunt insuper, 'Ecclesias vim injuriamque esse perpessas; ac in suis aliisque Ecclesiis paria iis, quæ Alexandriæ, gesta esse affirmarunt, non solum verbo, sed & rebus ipsis. Ex Ægypto quoque & Alexandria nuper cum literis advenientes Presbyteri, haud sine querela & gemitu testati sunt, Episcopos complures ac Presbyteros, qui ad Synodum se conferre vellent, prohibitos fuisse. Ajebant enim post Athanasii discessum, etiam usque ad præsens tempus Episcopos, eosque Confessores plagis laniari, alios in carcere detineri;' jamque antiquos Præsules, qui multos annos in Episcopatu transegerant, ad ministeria publica tradi, & omnes fere Ecclesiæ Catholicæ Clericos, & populos insidiis appeti, ac persecutionem sustinere. Nonnullos enim Episcoporum, & quosdam fratres extorres factos dicebant, nulla alia de causa, nisi, ut vel inviti cogerentur cum Gregorio & ejus sectatoribus Arianis communicare. Ancyræ quoque in Galatia, iis quæ Alexandriæ gesta sunt, paria commissa audivimus. „ Aliquos ex ipsis ut horum scelerum reos nominatim delatos esse significat, quos ad Synodum vocatos venire oportuit, ne detrectantes suspecti haberentur.

Ibid. *Patriarchæ non damnantur inconsulto Rom. Pontifice*

Hinc eos leniter hortatur ut querelarum & dissensionum finem faciant .... Demum eorum judicii formam in depositione Alexandrini Episcopi, aliorumque Metropolitanorum fuisse irregularem sic probat: " O dilecti: non jam ulterius Ecclesiæ judicia secundum Evangelium instituuntur, sed vel ad exilium, vel ad mortem dantur. Nam si omnino, ut dicitis, aliqua fuit eorum culpa, oportuit juxta ecclesiasticum canonem, & non eo pacto rem judicari: oportuit omnibus, nobis rescripsisse, ut ita ab omnibus quod justum esset decerneretur. Episcopi enim erant qui patiebantur, nec vulgares Ecclesiæ vexatæ sunt, sed quas ipsi Apostoli per se gubernarunt. Cur autem de Alexandrina potissimum Ecclesia nihil nobis scriptum est? An ignoratis hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur, & hinc quod justum est decernatur? Sane si qua hujusmodi suspicio in illius urbis Episcopum cadebat, ad hanc Ecclesiam rescribendum fuit. Nunc autem illi re nobis non indicata, posteaquam quod libuit, egere, nos, quibus ea crimina explorata non sunt, sibi suffragatores esse volunt. Nequaquam talia sunt Pauli statuta, non hæc Patres tradiderunt: sed aliena est ista forma, novum hoc institutum. „

Primæva igitur fuit disciplina Ecclesiæ, ut primarum Sedium Episcopi sine consensu Romani Pontificis non deponerentur. Præterea tria in his literis subnotanda sunt. Primo: Eusebianis solis inscribuntur. Nulla fit in his mentio Fidei formularum, vel Canonum Antiocheni Concilii. Depositionem Athanasii solam reprendit ut irregularem, eamque post Synodum esse factam clare dicit. Secundo: Julius invehitur adversus Arianos, eosque damnatos hæreticos pronuntiat; Eusebiani enim non audebant illius hæresis sectatores se palam profiteri, quemadmodum constat ex literis, quas ad Episcopos miserunt ante Concilium Antiochenum. Tertio: Marcellum Ancyranum purgat tum ex ejus gestis, tum quod de fide interrogatus orthodoxe responderit, scriptoque suam fidem ediderit. Tum ex aliorum testimoniis; sed de ejus libro nihil pronunciat; imo nequidem illius meminit. Ac proinde non subjectus est examini. Julii epistolam Gabianus Comes detulit in Orientem. Quarto: Athanasius Patriarcha & Marcellus metropolita in Synodo quadraginta episcoporum, Antiocheon Patriarcha præside, depositi, ad Julium Papam confugiunt, queruntur de illatis sibi injuriis, ejus judicio se sistunt atque purgant. Julius causa diligenter cognita, eos suæ Sedi restituit, approbante toto Orbe Catholico. Romanæ Sedis primatus jurisdictionis numquid hic sese manifeste declarat, etiam in appellationibus, dum Patriarchicum & Synodale rescindit judicium, & de Patriarchis & Metropolitanis, ipsis postulantibus, judicat.

Ath. ep. ad Solit.

Sozom. l. 3. c. 7.

XXXIV. Eusebius Arianorum antesignanus jam senior ex hac luce migravit, priusquam eas Julii literas acciperet. Sed secta cum eo non concidit, Theognius Nicææ, & Theodorus Heracleæ Episcopi, aliique ejusdem factionis sacerdotes, hanc propagarunt, gravissimosque bellorum motus adversus Ecclesias excitaverunt. Et primo quidem adjuvante Arianorum multitudine Macedonium ordinarunt Constantinopoleos Episcopum; hi vero qui in eadem urbe Nicænæ fidei patrocinabantur, Paulum denuo in Ecclesiam introduxerunt. Hinc crebræ seditiones extiterunt bellis haud absimiles. Plebe enim ex utra-

que

CHRISTI AN. 342. que parte in se mutuo irruente plurimi interierunt, eratque civitas plena tumultu. Hæc cum audisset Imperator, qui tum Antiochiæ morabatur, mandavit Hermogeni Magistro militum, quem in Thraciæ partes miserat, ut Paulum Ecclesia exturbaret. Ille Constantinopolim ingressus totam civitatem commovit, dum Episcopum per vim ejicere conatur. Statim enim populi seditio subsecuta est, cunctique parati erant Episcopum defendere. Cum autem instaret Hermogenes ut militari manu Paulum expelleret, exacerbata populi multitudo violento impetu in illum ruit, domoque ejus incensa, pedibus illum trahentes interemerunt. Gesta sunt hæc duobus Augustis consulibus, scilicet anno trecentesimo quadragesimo secundo. Quo quidem tempore Constans Francos bello superatos socios ac fœderatos populi Romani effecit.

Ibid. Constantius autem audita Hermogenis cæde, statim Antiochia digressus equorum permutatione veloci Constantinopolim accurit, ut plebem male mulctaret; sed cum illos flentes ac supplices sibi occurrere vidisset, ipsis quidem pepercit; sed ex annona diurna, quam pater ejus civitati donaverat, ademit plusquam quadraginta millia modiorum; antea enim octoginta millia modiorum frumenti ea tributis Ægypti civibus erogabantur. Iram autem suam in Paulum vertens, eum ea civitate pelli jussit, qui Romam confugit. Macedonium vero civitatis Episcopum designare distulit, quippe illi infensus erat, & quod præter ipsius sententiam fuisset Episcopus ordinatus, & quod ob seditiones inter ipsum & Paulum excitatas, alii multi & Hermogenes Magister equestris militiæ interfecti essent. Passus est tamen illum plebem colligere in ea Ecclesia, in qua fuerat ordinatus, rursusque Antiochiam contendit.

Sozom. l.3, c.10. XXXV. Julius cum literis, quas ad Orientis sacerdotes de Athanasio & aliis scripserat, nihil proficeret, causa eorum ad Imperatorem Constantem retulit. Ille vero Constantio fratri scripsit, ut ea Orientis Episcopis quosdam mitteret, qui depositionis illorum rationem redderent. Tres igitur ad eam rem eliguntur Episcopi, Narcissus Irenopolis, Theodotus Heracleæ in Thracia, & Marcus Arethusæ. Qui Athan. Synod. Socrat. l.2. c.18. cum in Gallias venissent, acta sua defendere cœperunt, & Imperatori persuadere conati sunt, Orientalis Synodi justam fuisse sententiam, sed congredi cum Athanasio recusarunt. Maximinus autem Trevirensis cum iis communicare noluit. Et cum ab iis exigeretur, ut fidem suam exponerent, formulam quidem fidei quæ Antiochiæ fuerat promulgata, occultarunt, aliam vero tribus post Synodum mensibus editam obtulerunt, & ipsam quidem a symbolo Nicæno discrepantem. Itaque Constans cum animadverteret eos injuste insidiatos Athanasio & aliis, nec ob crimina, aut vitæ turpitudinem, ut depositionis sententia continebat, sed ob dissensionem fidei, illius communionem esse aversatos, in patriam eos remisit, cum persuadere nequivissent id cujus gratia venerant.

XXXVI. Extinguendæ ethnicorum superstitioni templa numinum multa Constantinus claudi jusserat. Plura tamen adhuc extabant extra urbes condita, de L.3. cod. Theod. quibus Constans tulit sequentem legem: " Quamquam omnis superstitio penitus eruenda sit, tamen volumus ut ædes templorum, quæ extra muros sunt positæ, intactæ incorruptæque consistant. Nam cum ex nonnullis vel ludorum, vel circensium, vel agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatur priscarum solemnitas voluptatum. Datum Kalendis Novembris, anno trecentesimo quadragesimo secundo. „ Constantius econtra anno superiori præceperat, in omnibus locis atque universis urbibus, "claudi prorsus templa, sicque licentiam delinquendi perditis abnegare volumus, inquit, etiam cunctos sacrificiis abstinere; „ mortisque pœnam proposuit sacrificantibus.

Eus. hist. l.3. c.23. Hier. in Catal. Sozom. l.2. c.8. & 9. XXXVII. Evangelium Christi in Perside ab ipsis Apostolis disseminatum fuisse testantur Eusebius, & D. Hieronymus, aliique scriptores ecclesiastici. Amplificatam vero fidem arbitror occasione consuetudinis, quam Persæ habebant cum Osdroenis & Armeniis. Postquam vero successu temporis numerus eorum accrevit, & per Ecclesias congregari, sacerdotesque ac diaconos habere cœperunt; ea res non mediocriter offendit animos Magorum, qui velut gens quædam sacerdotalis, per successionem generis, Persarum religionem ab origine administrant. CHRISTI AN. 342. Offendit etiam Judæos, qui præ invidia ipsis insita, natura quodammodo hostes sunt Christianæ religionis. Accusant igitur apud Saporem, qui tum temporis in Perside regnabat, Simeonem Archi-episcopum Seleuciæ & Ctesiphontis, quæ urbes sunt Persidis nobilissimæ, ut qui amicus esset Imperatori Romanorum, eique res Persarum indicaret. *Persecutio in Perside.* Quorum calumniis inductus Sapores, primum quidem intolerandis tributis oppressit Christianos, eo quod plerosque ipsorum spontaneam paupertatem amplecti noverat. Eorumque exactioni crudeles viros præfecit, eo consilio, ut Christiani penuria facultatum, & exactorum atrocitate obtriti, religionem suam despicerent. Hoc enim illi præcipuum studium erat.

Ibid. *D. Simeon martyr.* Postea vero sacerdotes ac ministros Dei gladio obtruncari præcepit, & ecclesias quidem funditus everti, earum vasa, atque instrumenta Fisco applicari jussit, Simeonem vero ad se adduci quasi proditorem regni & religionis Persarum. Et Magi quidem, adjuvantibus eos Judæis, ecclesias celeriter disturbarunt. Simeones vero comprehensus & catenis ferreis vinctus in conspectum Regis adducitur, quem de more non adoravit. Exasperatus Rex interrogat, cur solitum deneget obsequium? cui Simeones: Quoniam, inquit, antea vinctus non adducebar, ut verum Deum negarem & proderem, idcirco non recusabam consuetos honores majestati Regiæ exhibere. Nunc vero nefas est mihi id facere. Jussit Rex ut solem adoraret: multa se munera ei largiturum, magnoque in honore habiturum esse pollicitus, si obtemperasset: sin recusaret, se & illum & universum Christianorum genus e medio sublaturum minatus est. Cum forti animo perstaret Simeones, affirmans se solem non adoraturum; Rex eum in vinculis aliquamdiu detineri jussit, ratus fore ut ipsum sui consilii pœniteret.

Ibid. Qui cum in carcerem abduceretur, conspicatus eum Usthazades senex Eunuchus, nutritor Saporis, præpositus domus Regiæ, assurgens eum adoravit, sedebat enim præ foribus palatii. Simeones eum contumeliose objurgavit, aversoque vultu eum præteriit. Nam cum ille Christianus esset, paulo antea vi coactus solem adoraverat .... Statim Eunuchus flens atque ejulans candidam vestem, qua indutus erat, deposuit: atque ut in luctu atris vestibus tectus ante regiam consedit, cum lamentis ac gemitu ista dicens: væ mihi! Qualem sperare debet erga me fore Deum, quem negavi; quando ob hanc causam Simeones familiaris meus ne alloqui quidem me dignatus, atque aversatus est?

XXXVIII. Sapores, accitum ad se Usthazadem *D. Usthazades martyr.* causam luctus interrogat, & utrum aliqua calamitas in familia ipsius contigisset. Utinam, inquit Usthazades, pro eo quod mihi accidit, in quasvis alias calamitates incidissem: melius utique mihi esset. Nunc autem lugeo quod adhuc vivam: & qui dudum mori debueram, adhuc solem video, quem tibi morem gerens, non ex animi mei sententia, adorare visus sum. Itaque duplici nomine mortem promerui, tum quod proditor fuerim Christi, tum quod te deceperim. Quæ cum dixisset, per conditorem cœli ac terræ juravit, se post hac sententiam minime mutaturum. Ob hanc insperatam Eunuchi mutationem stupefactus Rex, graviore adhuc iracundia exarsit adversus Christianos, utpote quos præstigiis ac maleficiis ista perfecisse putaret. Pro misericordia tamen, qua erga senem erat affectus, nunc se lenem, nunc immitem ostendens; omni studio contendebat, ut eum a proposito dimoveret. Sed cum nihil proficeret, affirmante Usthazade, numquam se adeo stultum fore, ut pro Deo rerum omnium conditore res ab illo conditas coleret. Tunc ita succensus caput illi amputari præcepit. Qui cum ad id supplicium duceretur a spiculatoribus, rogavit eos ut paululum exspectarent; quasi quidpiam Regi indicaturus esset. Vocatoque ad se Eunucho quodam fidelissimo, mandat ut ista Sapori nuntiaret. Quanta semper benevolentia ab ineunte ætate ad hoc usque tempus erga familiam tuam, o Rex, affectus fuerim, dum parenti tuo ac tibi, qua par erat, cura ac diligentia ministrarem, nullis mihi testibus opus esse arbitror, apud te præsertim, qui rem explorate nosti. Pro omnibus igitur officiis, quæ vobis grata ac jucunda aliquando prestiti, hanc

mihi

CHRISTI AN. 342. & 344. mihi mercedem redde, ut ignaris non videar tanquam infidelis erga regnum tuum, aut tanquam in maleficio aliquo deprehensus subire supplicium. Utque id palam fiat, præco clamans significet universis, Usthazadem capite truncari, nullius quidem flagitii reum, sed Christianum, & qui a Rege induci non potuerit ut Deum suum negaret. Eunuchus hæc nuntiavit: Sapores vero juxta petitionem Usthazadis præconem proclamare jussit. Sic enim existimabat reliquos omnes a Christiana religione discessuros, si attenderent nemini Christiano eum parciturum esse, qui senem nutritorem, & fidelem famulum interemisset. Usthazades autem causam supplicii sui publice per præconem pronuntiari ideirco expetiit, quod cogitabat se tunc eum solem adoravisset, multis Christianorum pavorem injecisse: nunc vero postquam didicissent ipsum pro Christiana religione interfectum esse, multos suæ virtutis imitatores futuros.

Ib. c. 10. *D. Simeon pro Christo cum pluribus occiditur.* XXXIX. Gloriosissimum Usthazadis exitum in carcere cum accepisset Simeones, gratias pro illo persolvit Deo. Postero autem die, qui erat sexta feria, quo die ante festum Resurrectionis annua salutaris Passionis memoria celebratur, Rex Simeonem quoque gladio obtruncari præcepit. Perductus enim ad Regiam ex carcere, constanter admodum de religione disseruerat coram Sapore, & neque ipsum, neque solem adorare voluerat. Eodem die centum quoque alii in carcere constituti pari modo jussi sunt interfici: utque postremus omnium Simeones postquam cædem illorum spectasset, jugularetur. Ex quibus alii erant Episcopi, alii Presbyteri, alii diversorum ordinum Clerici. Cumque universi simul ad supplicium ducerentur, progressus in medium magnus Princeps magorum, interrogavit eos utrum vellent vivere; eandemque cum Rege religionem sequi, & solem venerari. Sed cum nemo illorum his conditionibus vivere statuisset, ducti sunt in locum supplicio destinatum. Simeones vero iis qui interficiebantur, proxime astans, hortabatur ut forti animo essent: deque morte & resurrectione, & de pietate disserebat... Inter bona opera summum hoc esse ac beatissimum omnium, pro Deo mortem ultro oppetere..... Postquam centum illos interemisset carnifex, ultimo loco & Simeonem occidit, & cum illo Abdechalaam & Ananiam. Hi senes, Presbyteri Ecclesiæ, quam regebat Simeones, ambo una cum illo capti, & in vincula conjecti fuerant.

Ibid. Pusices Præfectus omnium Regis fabrorum, ibidem stans, conspicatus Ananiam trementem cum pararetur ad necem: paululum temporis, inquit, o senex, claude oculos tuos, & bono animo esto. Mox enim videbis lucem Christi. Quæ cum dixisset, illico comprehensus ad Regem perducitur. Et cum se Christianum fassus fuisset; quoniam de doctrina Christianorum, & de martyribus liberius locutus erat Regi, novo quodam & crudelissimo mortis genere jubetur occidi. Perfossa enim ejus cervice circa tendinem, spiculatores linguam ejus evulserunt. Eodem tempore filia quoque ejus, virgo Deo consecrata, delatione quorumdam comprehensa interficitur.

Ib. c. 11. XL. Sequente anno, Christi 344., eo ipse die, quo Passionis Christi memoria celebratur, crudelissimum edictum Saporis per universam Persarum ditionem propositum est, quo cuncti, qui se Christianos confessi essent, mortis supplicio addicebantur. Quo quidem tempore ajunt, innumerabilem Christianorum multitudinem gladio cæsam esse. Nam & Magi per singulas urbes & vicos investigabant eos, qui se occultarent; & Christiani ultro semetipsos prodebant, ne silentio suo Christum negasse viderentur. Porro cum Christiani omnes absque ulla miseratione trucidarentur, multi in ipso palatio necati sunt, atque inter hos Azadas Eunuchus Regi longe charissimus. Quem cum Sapores peremptum accepisset, incredibili dolore perculsus est. Et hanc quidem generalem Christianorum cædem compressit: solos vero Christianæ Legis doctores interimi præcepit.

Apud Bolland. mens. Febr. Act. sinc. *Martyres.* XLI. D. Simeoni in Episcopatu Seleuciæ & Ctesiphontis successit sanctus Sadoth, vir perfectæ continentiæ, ac fide & justitia plenus, cui Deus per ostentum significavit brevi futurum ejus martyrium; quod ille convocatis Clericis suis indicavit; eosque hortatus est ut spe æternæ gloriæ mortem contemnerent. Altero igitur persecutionis anno Seleuciam venit Rex Sapor; apud quem delatus est Sadoth..... CHRISTI AN. 344. missis Rex satellitibus, ipsum una cum ejus Clero, aliisque finitimæ regionis Clericis, nec non monachis, & monialibus centum viginti octo comprehendit. Atque omnes simul catenis ferreis vincti in carcere obscuro & molesto ad menses quinque conclusi sunt, graves ærumnas variasque difficultates tolerantes. Scelerati enim illi impii tibias funibus vincientes, & lumbos humerosque lignis compingentes, ita eos extendere, ut ipsorum ossa non secus ac lignorum fasces constricti striderent. Inter torquendum autem instabant verbis: Adorate solem, & Regis voluntatem implete, & vivetis. Sanctus vero Sadoth velut omnium ore respondens: Nos, inquit, in unam Fidem & veritatem pariter unam credimus.... & unum Deum cœli & terræ Conditorem adoramus... Solem vero, cum ipsius opus sit, non adoramus; sed neque ignem veneramur. Cum autem audiissent latam in se capitis esse sententiam, ut omnes simul gladio ferirentur, ad mortem se compararunt, laudantes Deum..... Consummati sunt hi centum viginti octo martyres vigesimo mensis Februarii. Sequenti die eorum memoria recolitur in Latina Ecclesia. Episcopum Sedorb in aliam regionem, Bethuzam dictam, in urbem Bethlapat vinctum duxerunt, ibique caput ejus amputaverunt.

XLII. Per idem tempus cum Regina in morbum incidisset, Simeonis Episcopi soror, nomine Tarbula, virgo devota comprenditur una cum famula ipsius, & cum altera sorore vidua. Captæ sunt autem fraude & delatione Judæorum, qui eas accusaverant quod Reginam maleficiis appetiissent, ob Simeonis necem infensæ. Regina religione Judæa, delationem veram esse credidit. Itaque Magi Tarbulam & duas reliquas corripientes, capitali supplicio addicunt, serraque bifariam dissectas, patibulis suffixerunt: atque ad depellendum morbum Reginam per medium patibulorum transire jusserunt. Porro Tarbulam decoram admodum ac formosam fuisse perhibent: & quemdam ex Magis ejus amore captum, missa ad eam pecunia sollicitasse eam de stupro, & ipsi & sodalibus ipsius incolumitatem pollicitum, si morem ipsi gerere vellet. Illam vero obscœnos sermones ne audire quidem sustinentem, Magos quidem affecisse contumelia, eisque impudicitiam exprobrasse: ad mortem vero alacri animo properasse, mori potius optantem, quam virginitatem perdere. Sozom. l. 2. c. 12.

XLIII. Magi regionem Persarum circumeuntes solos Episcopos ac Presbyteros ex Regis edicto divexarunt, ac præcipue in partibus Adiabenorum. Hæc Persidis regio maxima ex parte a Christianis habitata est. Acepsimam Episcopum, multosque ex ejus Clericis corripuerunt; quos ablatis eorum facultatibus dimiserunt. Jacobus autem Presbyter sua sponte Acepsimam secutus est. Cumque impetrasset a Magis ut cum ipso pariter in vinculis versaretur, ipsi utpote seni ministrabat, & vulneribus medicinam adhibebat. Nam paulo post quam captus fuisset, Magi loris crudis eum verberaverant, solem adorare cogentes; sed cum id facere recusasset, rursus in vincula conjecerant. Per idem tempus Aithalas quoque & Jacobus Presbyteri, & Azadanes atque Abdiesus Diaconi, ob doctrinam Christi a Magis crudelissime flagris cæsi, in custodia detinebantur. Post longum autem temporis spatium, summus Princeps Magorum de illis Regem consuluit. Cumque liberam accepisset potestatem eos pro arbitrio suo puniendi, nisi solem adoravissent, mandatum Saporis iis, qui in carcere detinebantur, significat. Qui cum diserte respondissent, nunquam se Christum proditoros, nec solem adoraturos esse, crudelissime eos torsit. Acepsimas fortiter mortem oppetiit. Ib. c. 13.

Reliqui vero, quamvis non minus acerbe flagris cæsi essent, præter omnium opinionem in vita manserunt; & cum pristinam sententiam non mutarent, iterum contrusi sunt in vincula. Inter hos etiam fuit Aithalas, qui cum inter verberandum distenderetur, præ nimia extensione brachia ei ab humeris divulsa sunt: manusque mortuas ac pendulas deinceps circumtulit, ita ut alii cibos ori illius admoverent. Sub eodem principatu innumerabilis multitudo presbyterorum, diaconorum, monachorum, & sacrarum virginum, &

Christi An. 344.

aliorum, qui in Ecclesiis ministrabant, & pro doctrina fidei laborabant, martyrio consumpta est. Episcopi vero, SS. Barbasymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Joannes, Hormisda, Papes, Jacobus, Romas, Maares, Agas, Bochres, Abdas, Abdiesus, Joannes & Abramius, Agdelas, Sapores, Isaac & Dausas; qui quidem captivus a Persis abductus fuerat ex loco quodam, qui Zabdæus dicitur. Tunc temporis vero pro fidei doctrina occisus est una cum Marabde Chor-episcopo & Clericis suis ducentis circiter & quinquaginta, qui una cum illo capti fuerant a Persis.

Ibid.

XLIV. Milles quoque martyrio perfunctus est. Hic initio quidem apud Persas militaverat, postea vero relicta militia, Apostolicam vivendi rationem æmulatus est. Cum autem Persicæ cujusdam civitatis ordinatus esset Episcopus, multa sæpe numero passus esse dicitur, & verbera tractusque membrorum sustinuisse. Sed cum nemini illic persuadere potuisset, ut Christianus fieret, moleste id ferens, malum imprecatus est civitati, & alio migravit. Nec multo post cum primores illius urbis in Regem deliquissent, immissus in eos exercitus cum trecentis elephantis, urbem eorum subvertit, & aratrum solo impingens, velut in arvo sementem fecit. Milles vero peram duntaxat gestans, in qua sacrorum Evangeliorum codicem reconditum habebat, Hierosolymam orationis causa profectus est: atque inde in Ægyptum petreait, ut monachos ibi degentes videret. Atque, ut summatim dicam, cunctos ejus temporis martyres, tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, sex decies mille numero fuisse perhibent; reliquæ vero multitudinis ne numerum quidem iniri posse: atque idcirco difficile admodum visum esse Persis, Syris atque Edessenis, qui hac in re plurimum studii atque operæ posuerunt, horum nomina percensere.

Philostor. l. 3. c. 4. & seq.

XLV. Constantius Imperator per idem tempus sub obtentu religionis Arianismum invexit in Arabiam felicem, & in Æthiopiam. Sabæi, seu Homeritæ, qui ex Chettura nati sunt Abrahæ, Arabiam felicem incolunt. Est autem ea gens ex circumcisione, & octavo die circumciditur, sacrificant etiam Soli & Lunæ, & diis indigenis. Judæorum quoque non exigua multitudo iis permixta est. Ad hos igitur legationem misit Constantius, magnificisque muneribus, & blanda verborum persuasione Regem illius gentis sibi conciliare statuit, atque ex eo statim opportunitatem nactus, postulavit ut Romanis illuc navigantibus, & regionis incolis qui ad Christianam Fidem converti vellent, ecclesias ædificare liceret. Dedit etiam legatis magnam vim pecuniæ, quam ædificandis ecclesiis impenderent. Hujus legationis princeps erat Theophilus Indus, qui olim imperante Constantino admodum juvenis, obses a Divæis missus fuerat ad Romanos; quos inter diu vivens, monasticam vitam elegit, atque ad gradum Diaconatus promotus est ab Eusebio Nicomediensi; & postea cum legationem hanc suscepisset, a suæ communionis hominibus Episcopali dignitate ornatus est. Hinc immensis laudibus eum effert Philostorgius Arianus, & scriptor mendacissimus.

Ibid.

Theophilus cum apud Homeritas singula, prout poterat, ordinasset, & ecclesias dedicavisset, & ornamentis, quibus poterat, exornasset, ad insulam Diu patriam suam navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perreait: multaque, quæ apud illos non rite fiebant, emendavit. Nam & lectiones Evangelii audiebant sedentes, & alia quædam peragebant, quibus divina Lex repugnabat. Hinc profectus est ad Æthiopas, qui Auxumitæ vocantur, ex vocabulo Metropolis sic vocati: habitant isti ad primum litus maris rubri; Frumentius antea fundarat hanc Ecclesiam. Theophilus his omnibus suam impiam tradidit opinionem, scilicet dissimilem Filii Dei substantiam profiteri. Inde ad Romanorum ditionem redire cœpit, multis honoribus ab Imperatore post reditum affectus, nullius quidem urbis peculiarem sortitus est Episcopatum, verum ab hominibus suæ sectæ velut publicum quoddam virtutis simulacrum suspectus fuit. Ingentes tunc passim terræ motus extitere, Neo-Cæsarea in Ponto subversa, excepta Ecclesia & Episcopio.

Philostor. l. 2. n. a. seu frag. Phot.

Ath. de Synod. nov. ed. pag. 738. vet. 808.

XLVI. Elapsis tribus annis ab ultima Fidei formula quam Constantio obtulerant Orientales, Antiochiæ rursus conveniunt, anno trecentesimo quadragesimo quinto, miseruntque Eudoxium Germaniciæ, Martyrium, & Macedonium in Cilicia Episcopum, cum iisque alios quosdam in Italiam, qui Fidei formulam pluribus conscriptam deferrent, multisque additamentis auctiorem, quam superiores. In hac substantiæ quidem Dei nullam mentionem fecere. Eos vero qui dicunt Filium ex nihilo, aut ex altera hypostasi, non autem ex Deo, & tempus aut sæculum aliquod fuisse, cum is non esset, aut non esse Deum, aut eumdem esse cum Patre, anathemate feriunt. Tum subjiciunt: " Nec tamen, quia tres res, & tres Personas Patris, & Filii, & Spiritus sancti secundum Scripturas confitemur, ideo tres Deos facimus. Unum enim solum ex seipso perfectum, ingenitum, principio carentem, & invisibilem Deum novimus, Deum & Patrem Unigeniti, qui solus ex seipso habet esse, solus copiose illud aliis largitur. " Itaque secundum eos solus Pater est vere & proprie Deus. Hinc cum addunt: " Porro tametsi unum Deum solum dicimus Patrem Domini nostri Jesu Christi, solum ingenitum, non ideo negamus Christum quoque Deum esse ante sæcula; " intelligunt participatione & modo inferiori, eumque Patre esse natura minorem aperte insinuant: " Ita solus Pater omnibus omnino, & ipsi quoque Filio dominatur; Filius vero Patri subjicitur, & illo excepto, omnibus post illum dominatur, quæ ab ipso facta sunt. "

Christi An. 345. & 347.

Photini hæresis. Ath. ib. Hier. in Chron. Vincent. Lyr. l. 1. cap. 16.

Anathemate damnabant Marcellum Ancyranum, & Photinum, qui Filium Dei non fuisse ante sæcula contendebat, sed eo tempore Christum ipsum & Filium Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex Virgine assumpsit; ex eo enim tempore initium regni habuisse Christum docebat, & hoc regnum post consummationem & judicium finem habiturum. Photinus autem Marcelli fuit discipulus, & postea Diaconus. Erat & ingenii viribus valens, & doctrinæ operibus excellens, & eloquio præpotens, quippe qui utroque sermone copiose & graviter disputaret, & scriberet, quod monumentis librorum ejus manifestatur; quos partim latino sermone composuit. At ubi eum magno omnium favore in sacerdotium fuisset adscitus, Sirmiique Episcopus ordinatus, & aliquamdiu tanquam Catholicus administraret; subito tanquam malus propheta creditæ sibi plebi Dei persuadere cœpit, ut sequeretur errores mox relaturos. Commissi ipsi fideles multum pro Catholica Fide vigilantes, Pastoris sui licet admirarentur eloquentiam, hunc velut lupum fugere cœperunt. Antiochiæ primam tulit damnationis sententiam, quam postea confirmarunt omnes Catholici.

Hilar. col. 1331 Ep. 2. lib. ad Const. Hil. frag. Ath. ep. ad Monach. seu Solitar. nov. ed. pag. 352. vet. 818. & seq.

XLVII. Orientalium Legati cum præcedentem Fidei expositionem detulissent Mediolanum, quo multi Episcopi cum Imperatore Constante convenerant; Occidentis sacerdotes hanc suscipere noluerunt, decretis enim Synodi Nicænæ se contentos esse dicebant, nec præterea quidquam curiosius esse inquirendum. Imo de condemnanda Arii doctrina illos interpellarunt. Iratis illi animis re negata discedunt. Synodus vero Photinum damnavit ut hæreticum. Constans scripsit fratri suo Constantio, id beneficii loco ab eo postulans, ut Athanasium in Sedem suam restitueret. Cumque literis suis nihil proficeret, obsistentibus scilicet Arianæ factionis hominibus; Athanasius ac Paulus Constantem adeuntes, Synodum fieri flagitant, conquesti se idcirco insidiis appetitos, ut rectæ fidei doctrina subverteretur. Placuit ex communi consensu utriusque Imperatoris ut Synodus Sardicæ celebraretur, expenderenturque negotia; ut ne ultra vexarentur qui læsi fuissent; ac qui alios læserant, ne ejusmodi res perpetrare auderent.

Athan. Ibid. *Synodus Sardis.* Synod. ad Jul. Tom. 1. Conc. Marc. de concord. p. 5. c. 4. Ath. ib.

XLVIII. Conveniunt tum ex Oriente, tum ex Occidente in Sardica urbe Episcopi plus minus centum septuaginta. Annus tunc agebatur undecimus ab obitu parentis duorum Augustorum, ac proinde Christi trecentesimus quadragesimus septimus. Julius Papa timens ne hæretici eo absente turbarent ejus Ecclesiam, cum eo proficisci non potuisset, Legatos misit qui vices implerent suas, Archidamum & Philoxenum Presbyteros, quibuscum erat quidam Leo Diaconus. Primas in Synodo obtinebat magnus ille Hosius; dignitas illa legati, judicio Pontificis semel in eum collata, ab illo sine gravi injuria in alium transferri non potuit. Occidentales Episcopi soli erant secum habentes patrem Hosium, Orientales vero pædagogos advocatosque secum adducebant, Musonianum Comitem, & Hesychium Castrensem,

quo-

CHRISTI AN. 347.

quorum ope freti alacri animo accessere, rati se omnia deinceps eorum potentia acturos. At ubi accedentes adverterunt ecclesiasticum ibi fore judicium absque Comite vel militibus; ubi ex singulis Ecclesiis urbibusque accusatores viderunt, cum paratis adversum se documentis, imprimisque Lucium Hadrianopolitanum catenas circumferentem, quibus non semel fuerat constrictus & oneratus: ubi Arium, seu Macarium conspexerunt & Asterium venerabiles Episcopos, qui cum secum accessissent, a se recesserant, & ad Occidentales se contulerant; quique eorum vafritiem enarrabant, & quam timerent ne judicium ferretur, & sycophantæ deprehenderentur, & quomodo Sardicam venientes per diversa loca privatim Synodos egissent, adhibitisque minis fœdera iniissent, ut cum Sardicam advenissent, nullatenus judicio se sisterent, sed perfunctorie duntaxat adventu suo significato statim aufugerent.

Epist. Synod. ad omnes Episcop.

Ibid.

Hæc animadvertentes, tametsi alacri animo huc se contulerant, rati Athanasium & Paulum præ formidine sui ne quidem accedere ausuros: ubi eorum conspexere fiduciam, sese recludunt intra palatium: illic enim habitabant, nullique concedebant vel minimum quidem temporis seorsum degere, ne aliqui recte sentientes ab ipsis discederent, atque ad alias partes transirent. Invicem colloquentes discedendi causas comminiscebantur. Si nos, ajebant, fugientes damnarint, Imperator non sinet nos ex Ecclesiis a populis exturbari.

Hosius vero cæterique omnes Episcopi frequentius illis Athanasii & sociorum fiduciam significabant, declarabantque quam parati essent ad depellenda crimina .... At illi constanter negarunt se in ecclesiam pedem illaturos, scilicet in qua celebrabatur Synodus, quamdiu convenirent ii, qui ab ipsis depositi fuissent, nempe Athanasius, Paulus, atque Marcellus. Hosius & Protogenes Sardicensis responderunt, se nunquam ab illorum commonione recessisse, nec recessuros esse, præsertim cum Julius Episcopus Romanus, examinato illorum negotio, eos nequaquam condemnasset, eisque suffragarentur octoginta Episcopi .... Orientales, ut judicium eluderent, iteratam in Mareotem legationem postulant, quo ipsis in locis, quid vere gestum fuisset, deprehenderetur. Explosa eorum petitione, quandoquidem Gregorius, eorumque factionis homines hic dominabantur, Hosius eos hortatus est, ut si quid in Athanasium culpandum haberent, id renuntiarent, & fidem dedit, securitatemque promisit, ut nihil, nisi rectum in omnibus judicium exspectarent. Si nollent coram tota Synodo, ei saltem soli rem deferrent. Id quoque pollicitus est, si reus deprehendatur Athanasius, a nobis plane abjicietur; sin innoxius, vosque sycophantas probaverit; si nihilominus illum recusaveritis, ei persuadebo ut in Hispanias mecum proficiscatur. Hisque conditionibus citra repugnantiam obtemperabat Athanasius. Illi vero rebus omnino suis diffisi, æque id abnuerunt. Præscriptus jam excesserat dies, quo negotia, quorum gratia convenerant, dijudicari oportebat. Orientales, cum ultra moras nectere non liceret, & absurdam hanc attulissent excusationem, quod scilicet ipsis Imperator literis suis victoriam de Persis reportatam significasset, fugam fecerunt. Ejusmodi excusationem citra ullum pudorem miserunt per Eustathium Sardicensis Ecclesiæ Presbyterum. Statim sacra Synodus hæc illis rescripsit: Aut occurrite vos purgaturi de quibus accusati estis, deque calumniis quas struxistis; aut notum sit vobis, ut noxios a Synodo vos esse damnandos, Athanasium vero & socios insontes, ab omnique crimine purgatos declarandos. At illi conscientiæ metu exterriti, magis ad fugam impellebantur, quam literis obtemperarent.

Epist. Pseud. Synod.

Epist. Hosii apud Ath. ad Solit. nov. ed. p. 370. vet. 839.

Ath. ad monach. seu solit. nov. ed. pag. 353. vet. 819.

Epist. Synod. ad Jul. tom. 2. Concil. Hard. tom. 1. Ath. ad Antioch. nov. ed. pag. 772. vet. 576. Theod. l. 2. c. 8.

XLIX. Tria fuerunt tractanda in Synodo, de fide scilicet, de vexatis & pulsis Episcopis, de sceleratis tantarum authoribus calamitatum; nam & ipsi religiosissimi Imperatores permiserunt ut de integro universa discussa disputarentur; & ante omnia de sancta Fide, & de integritate veritatis, quam violaverunt Eusebiani. Nonnulli postularunt ut quædam de fide scriberentur, atque id obtinere conati sunt. Synodus coacta rem indigne tulit, sancivitque ut nullum ultra de fide ederetur rescriptum, sed sufficeret Fides a Patribus Nicææ promulgata, quippe quæ in nullo deficeret, sed plena pietatis esset; statuitque ne altera ederetur fidei professio, ne quæ Nicææ conscripta fuerat, imperfecta reputaretur, neve occasio iis daretur, qui sæpenumero de fide scribere ac definire volunt. Theodoretus editam a Sardicensi Synodo fidei professionem refert; sed Athanasio præsenti major debetur fides; hinc merito creditur conscripta ab iis qui hanc postularant.

CHRISTI AN. 347.

Ath. ad monach. ut supra, & Apol. adv. Ari. nov. ed. pag. 156. vet. 757. *Athanas. absolvitur.*

L. Actum est secundo de personis, quas deposuerant Orientales; sacra Synodus ex triginta quinque provinciis coacta, Athanasium sociosque admisit, ut sese purgarent de allatis criminationibus. Postquam autem illas depulissent, eo quo supra retulimus modo; æquitas judicii Julii Papæ liquido apparuit; qui cum debita accuratione sententiam tulit, adeo ut nihil sit dubii de Athanasii communione relictum, quippe qui octoginta Episcopos pro se habuerit veraces testes. Quapropter omnes ubique Episcopi, Athanasii utpote innocentis communionem firmam ratamque fecerunt. Aphtonium quoque, Athanasiumque Capitonis filium, Paulum & Plutionem Presbyteros Ægyptios ab Eusebianis ejectos receperunt, innocentesque declararunt.

Ath. ib. *Marcellus Ancyr. absolvitur. Qualis ejus liber.*

Sabellii & Pauli Samosateni errores in suo adversus Asterium libro docuisse Marcellum Ancyranum contendebant Orientales, ideoque se justam adversus eum tulisse depositionis sententiam. Lectus igitur liber, & deprehensa Eusebianorum vafrities. Nam quæ per interrogationem Marcellus dixerat, ea quasi ex professo dicta calumniati sunt. Lectis igitur subsequentibus, ac iis, quæ ante quæstiones illas posita erant, recta viri fides inventa est. Neque enim ex sancta Maria, ut illi affirmabant, Verbo Dei initium tribuebat, neque regnum ejus finem habiturum, sed regnum ejus initio & fine carere scripserat. Sardicenses Patres hic Marcellum primo penitus absolvunt ab errore Pauli Samosateni; secundo fatentur quædam in ejus opere legi minus orthodoxe; sed quæ per modum quæstionis proposuerat; idipsum enim contendebat ipse Marcellus, qui semper cum orthodoxis steterat adversus Arianos. Interrogatusque in Romano Concilio rectam de Trinitate fidem professus est. Hinc liquet quam merito tunc fuerit absolutus, nec quidquam præjudicat Athanasii judicium; quem, inquit Epiphanius, cum aliquando interrogassem, cujusmodi Marcellum fuisse arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit: sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit, & in eorum loco qui se purgassent; nempe si solius libri ratio habeatur, quædam in eo reprehensione non carent; si vero spectentur omnes relatæ circumstantiæ, Marcellus recte pronuntiatur orthodoxus. Ad eas autem spectasse judices declarat Papa Julius: Marcelli, inquit, fides, seu fidei professio, confessioque Nicææ spectata est, cum Arianis contradiceret.

Epiph. hær. 72.

Epist. Jul. ad Orient.

Sulpit. l. 2. hist. sacr.

Interjecto deinde tempore, inquit Sulpitius Severus, Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus comperisset, a communione suspendit; sed non ea diligentiori ejus libri examine eum deprehendit reum, sed quia nova quædam addidit, ut testatur D. Hilarius: Athanasius, Marcellum, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat, sententia Synodi Sardicensis Episcopatui erat redditus, ubi quædam alia nova miscere sensit, & ambiguis prædicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrinæ viam quærere, a communione sua separat: anteriore tempore, quam Photinus arguitur, præventam judicio meditationem corruptæ voluntatis ostendens, & non ex libri editione condemnans. Itaque circumstantiæ & tempora distinguantur, tunc omnia facile conciliantur. Apparetque quam æquum & irrefragabile fuerit Julii Papæ & Patrum Sardicensium judicium, qui Marcellum ejectum ab hæreticis, quos semper impugnarat, receperint; ejusque rectam fidem tot testimoniis comprobatam approbarint; quamvis quædam non recte scripserit, quæ se per modum quæstionis posuisse testabatur; quæ non approbarunt Patres Sardicenses. Seque ab utraque hæresi Sabellii & Pauli Samosateni alienum ostendebat utramque damnans, edita Fidei professione Catholica. Qui postea impie dogmatizans, justam tulit damnationem. D. autem Basilius quasdam illius libri sententias recte coarguit. Asclepas Gazensis monumenta protulit Antiochiæ,

Hilar. in fragm.

Jul. epist. ad Orient.

Basil. epist. 74. Ath. ib.

CHRISTI AN. 347. præsentibus accusatoribus, & Eusebio Cæsareæ Episcopo edita, & ex sententiis Episcoporum, qui eum judicabant, se innocentem esse demonstravit; ac proinde hic etiam receptus est.

Epist. Synod. ad Jul. Ath. ib. LI. Tertia quæstio definita in Sardicensi Synodo, scilicet de accusationibus adversus Eusebianos, qui graves & acerbas injurias, intolerabiles & graves contumelias Ecclesiis fecerant, cum raperent Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos in exilium mitterent, ad deserta loca transducerent, fame, siti, nuditate & omni egestate necarent; alios clausos carcere, squalore conficerent, nonnullos ferreis vinculis, præsertim circa cervices sic constringerent, ut strangularentur: quorum ambigi non potest martyrio gloriosam mortem extitisse: nec ulla causa fuit criminis, nisi quod repugnarent, & clamarent quod execrarentur Arianam & Eusebii hæresim, & nollent habere cum talibus communionem. Præterea manifestum fuit Ursacium & Valentem non cessare adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere; & quod Valens, relicta Mursensi sua Ecclesia, aliam invadere voluisset; eo tempore quo seditionem commovit, Viator Episcopus, qui fugere non potuit, obrutus & conculcatus in Aquilejensium civitate die tertia defecit. Causam utique mortis præbuit Valens. Lectæ sunt etiam literæ adversus Athanasium, Marcellum & Asclepam confictæ, ut Imperatores in illos concitaret; quod verum esse comprobarunt qui tunc temporis fuerant Theognii Diaconi. Jam vero super omnia, eos, qui olim ob Arii hæresim damnati & ejecti fuerant, non solum receperunt, sed & ad altiorem gradum promoverunt. Diaconos quidem ad Presbyteratum, & ex Presbyteris ad Episcopatum, nulla alia de causa, quam ut impietatem disseminare & latius propagare, ac piam fidem corrumpere valerent. Horum facinorum non vulgares homines, sed integræ Ecclesiæ testes erant, quarum Legati Synodum de his certiorem fecerunt. Quapropter, inquiunt Patres Sardicenses, Athanasium, Marcellum, & Asclepam, & qui cum illis ministri sunt Domini, innocentes & puros esse declaravimus; missis ad singulas Diœceses literis, ut cujusque Ecclesiæ populi, sui Episcopi innocentiam agnoscant, eumque pro Episcopo habeant, ac exspectent redeuntem. Illos autem, qui instar luporum, eorum Ecclesias invasere, Gregorium Alexandriæ, Basilium Ancyræ, Quintianum Gazæ ne Episcopos appellent, nec aliquam cum illis communionem habeant, neve literas ab illis accipiant, vel ad eos scribant. Theodorum autem Heracleæ, Narcissum Neroniadis, Acacium Cæsareæ, Stephanum Antiochiæ, Ursacium Singiduni, Valentem Mursiæ, & Menophantum Ephesi, nec non Georgium Laodiceæ, tametsi is præ metu ab Oriente huc non accesserit; quia tamen a beatæ memoriæ Alexandro damnatus, depositusque est; & quia is ut cæteri illi Arii vesaniæ sectator est: hos, inquam, ob delata crimina communi calculo sancta Synodus abdicavit. Decrevimusque illos non solum Episcopos non esse, sed etiam utpote indignos fidelium communione privandos. Nam eos qui Filium separant, & Verbum a Patre suo abalienant, a Catholica Ecclesia separari, & Christianorum nomine indignos haberi æquum est. Cum his jubete ne quis communicet: & cavete, dilecti, ne literas ad illos scribatis, vel ab eis accipiatis.

LII. Judicium suum sancta Synodus promulgavit quatuor Encyclicis literis, quarum præcipuas partes retulimus; dum res gestas in Synodo narravimus: pauca quæ in iis notanda supersunt, hic subjicimus. Prima ad Imperatores excidit. Secunda inscribitur omnibus ubique Episcopis & comministris Ecclesiæ Catholicæ: " Dei gratia opitulante, inquiunt Episcopi, ipsi religiosissimi Imperatores nos ex diversis provinciis ac civitatibus in unum coegerunt, & sanctam hanc Synodum in civitate Sardica celebrari concesserunt ... „ Infra agunt de discessu & sceleribus Orientalium, tum de innocentia Athanasii, Marcelli & Asclepæ; hos absolvunt, illos condemnant, uti jam diximus. Denique concludunt: " Studete, Fratres & comministri, ut spiritu nostræ Synodo præsentes suffragium vestrum per vestram subscriptionem ipsi adjiciatis; ut ab omnibus ubique comministris nostris concordia servetur. „ Hoc suum rescriptum Sardicensis Synodus ad illos misit, quibus accedendi facultas non esset; qui & ipsi suffragiis

Athan. Apol. adv. Ari. nov. ad. pag. 162. & seq. vet. 756.

suis decreta Synodi approbarunt. Eorum autem, qui in Synodo subscripsarunt, aliorumque Episcoporum nomina hæc sunt, eo ordine quo referuntur ab Athanasio in fine ipsius Encyclicæ. Hosius ab Hispania, Julius Romæ per Archidamum & Philoxenum; suo enim nomine subscribebant Legati Episcopi, quia ferendi suffragii jus illis erat: qui vero Presbyteri, alieno, quod illis suffragii potestas nulla esset; Protogenes Sardicæ. Hos sequuntur nomina septuaginta sex Episcoporum, quorum provincia non indicatur; infra subscripsere triginta quatuor Episcopi ex Gallia; triginta sex ex Africa: triginta quatuor ex Ægypto: quindecim in canali Italiæ: Cypri duodecim: Palæstinæ quindecim. Hi sunt, inquit Athanasius, qui Synodi decretis subscripsere. Extantque alii multi, qui etiam ante hanc Synodum nostri gratia scripsere, ex Asia scilicet, Phrygia, & Isauria, quorum nomina in propriis eorum epistolis circumferuntur, prope sexaginta tres, una omnes, trecenti quadraginta quatuor. Hinc constat Synodum Sardicensem tum convocatione, tum exitu fuisse œcumenicam. CHRISTI AN. 347.

Tertiam ad Julium Papam scripserunt. Probant ejus consilium, qui non sine causa Sardicam cum aliis non concesserit. Addunt, optimum & congruentissimum sibi videri, si ad caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant sacerdotes. Tum res in Synodo gestas breviter exponunt, suarumque ad Imperatorem literarum exemplar ad eum transmittunt. Deniqua concludunt: " Tua autem excellens prudentia disponere debet, ut per tua scripta, qui in Sicilia, qui in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita, cognoscant; & ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, quos extra episcopatum justa sententia declaravit ..... Omnes fratres & Co-episcopos nostros literis tuis admonere digneris, ne epistolas, id est literas communicatorias eorum, accipiant. „ Concil. Sard. tom. 2. Concil. pag. 661. & tom. 1. nov. ed.

Quarta est ad Ecclesiam Alexandrinam: in ea narrant quæ gesta sint in causa Athanasii. Et infra: Hæc retulimus ad piissimos & Dei amantissimos Imperatores, rogantes eorum humanitatem, ut eos, qui adhuc vexantur & affliguntur, dimitti jubeant, decernantque, ut ne quis judicum, quorum officium est popularia solum curare, Clericos judicet, aut ullatenus in posterum, occasione curandarum Ecclesiarum, adversus Fratres quidvis moliatur; sed ut quisque citra persecutionem, aut vim, et fraudem, pro voto & voluntate sua vitam agat, ac cum quiete & pace Catholicam & Apostolicam sectetur fidem ...... Vestrum Episcopum Athanasium redeuntem cum gaudio recipiatis, ideo enim illum cum pace dimisimus. „ Ath. ib. pag. 156.

LIII. Sardicenses Patres post hæc ad stabiliendam disciplinam edidere viginti Canones. Primus & secundus prohibent Episcoporum translationes. " Hosius Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est; ne cui liceat Episcopo de civitate sua ad aliam transira civitatem. Manifesta enim est causa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus sit Episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret. Unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni servire, & ut dominationem agant. Placetne hoc omnibus, ut ejus improbitas acerbius vindicetur? Existimo enim eos ne laicorum quidem debere habere communionem. Omnes Episcopi dixerunt: placet omnibus. „ Nonus prohibet, ne ullus Episcoporum ex sua provincia in aliam provinciam, in qua sunt Episcopi, transeat; nisi utique a suis Fratribus vocetur. Sardic. Concil. tom. 2. Concil. tom. 1. ed. nov. C. 1. *Sardicens. Canones.* C. 9.

Quartus & quintus sunt de appellationibus. " Hoc autem similiter providendum est, ut si in aliqua provincia Episcoporum quispiam adversus Fratrem suum & Co-episcopum negotium habeat, neuter eorum ex alia provincia Episcopos cognitores evocet. Si quis autem Episcoporum in aliquo negotio condemnandus visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, ut etiam rursus judicium renovetur: Si vestræ dilectioni videtur, Petri Apostoli memoriam honoremus, ut ab iis qui judicaverunt, scribatur Julio Romanorum Episcopo; & per propinquos provinciæ Episcopos, si opus sit, judicium renovetur, & cognitores ipse præbeat. Si autem probari non potest, causam ejus esse talem, ut eam rursus judicari opus sit; quæ semel sunt judicata, non infirmentur; sed rata sit lata senten- *Appellationes ad Sedem Apostolicam.* Ibid.

CHRISTI AN. 347. sententia. Gaudentius Episcopus dixit: Si videtur, necesse sit adjici huic sententiæ, quam sincera dilectione
C. 4. plenam protulisti: ut si quis Episcopus fuerit depositus judicio Episcoporum, qui sunt in vicinia, & dicat rursus sibi defensionis negotium competere; non prius in Cathedram ejus substituatur, quam Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit.
C. 5. Hosius Episcopus dixit: Placuit, ut si quis Episcopus delatus fuerit, & congregati ejusdem regionis Episcopi eum gradu moverint, & veluti appellaos confugerit ad B. Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & velit ipsum audire, & justum esse existimaverit ejus rei examinationem renovari; Co-episcopis scribere dignetur, qui sunt propinqui provinciæ, ut ipsi diligenter & accurate singula perscrutentur, & ex veritatis fide sententiam ferant. Si quis autem postulet suum negotium rursus audiri, & ad suam supplicationem Romanorum Episcopum judicare visum fuerit, ut a proprio latere Presbyteros mittat, & sit in potestate ipsius quodcumque recte habere probaverit, & si decreverit oportere eos mitti, qui cum Episcopis sint judicaturi, habentes authoritatem ejus, a quo missi sunt; & hoc ponendum est. Si autem sufficere putaverit ad rei cognitionem, & Episcopi sententiam, faciet quod prudentissimo ejus consilio recte habere videbitur. Responderunt Episcopi: quæ dicta sunt, placuerunt. „ Eusebianorum audaciæ in abdicandis Episcopis Orthodoxis his Canonibus dedisse occasionem videtur.

Ibid. Patres tamen hic non condunt jus novum: Julium enim Papam jam vidimus in sua ad Orientales epistola conquerentem, quod contra Canonem ipso inconsulto, Athanasio successorem dederint. Præterea duo sunt observanda. Primum, hic agitur de caussis Episcoporum, inferiorum Clericorum nulla fit mentio. Secundum, hanc judiciorum tunc fuisse formam. Episcopum accusatum in provinciali Concilio judicabat Metropolitanus. Si damnatus provocabat, admonitus literis Romanus Pontifex ex vicinis provinciis cognitores dabat. Demum si Episcopus depositus postulabat suum negotium rursus audiri, si priora judicia sufficere putabat Romanus Pontifex, tunc rata erat prior sententia; si autem causam non sufficienter cognitam arbitraretur, mittebat de latere suo Presbyteros, qui habentes ejus authoritatem cum Episcopis judicarent. Vel ipse in suo concilio decretoriam ferebat sententiam. Hinc facile intelligitur quomodo, eo jure stante, Episcopos etiam Metropolitanos in Occidente deposuerint Concilia provincialia. Illi nempe in primo convicti judicio acquiescebant, nec audebant in causa desperata appellare Romanum Pontificem. Disciplinam hanc antiquam confirmant, quæ gesta in Romano Concilio supra memoravimus.

Ib. C. 6. LIV. Sextus Canon vetat ne Episcopus constituatur in pago, vel parva urbe, cui vel unus Presbyter sufficit: ne Episcopi nomen & authoritas vilipendatur. Septimus & octavus perstringunt Episcopos qui frequentes erant in comitatu Imperatoris,
C. 7. & 8. non ut juvarent Ecclesias, sed ut amicis, aut consanguineis impetrarent beneficia sæcularia; decernuntque Patres, ut potius afflictis, pauperibus & viduis opem ferant Episcopi, & si quando preces Imperatori offerendas habeant, Diaconum ad ejus comita-
C. 10. tum dirigant .... Decimus. Ne quis Episcopus prius constituatur, quam Lectoris & Diaconi & Presbyteri ministerium peregerit: ut in unoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere. Habebit autem uniuscujusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem; per quod & fides & morum probitas, & constantia, & moderatio possit
C. 11. cognosci .... Quandoquidem & B. Apostolus, qui fuit etiam doctor gentium, prohibuisse plane videtur, ne celeres fiant ordinationes. Undecimus meminit Legis antiquæ; ut si quis laicus in aliqua urbe agens, tribus diebus Dominicis in tribus hebdomadibus non conveniat, is communione moveatur. Hujus Canonis ea est ratio, nempe diebus Dominicis tunc nullæ erant Missæ privatæ; imo in plerisque urbibus solus celebrabat Episcopus, ac proinde qui cum aliis non conveniebant, divinæ oblationis prorsus erant expertes; hinc merito com-
C. 12. munione movebantur .... Duodecimus concedit Episcopis, qui possessiones suas habent in alia Diœcesi, ut tribus septimanis fructus suos collecturi hic commorentur. Canon decimus sextus idem præscribit Presbyteris & Diaconis. In sequenti Canone hæc apponitur exceptio, ut si quis Episcopus injuste ejectus sit, & fugiens periculum in aliam urbem venerit; ne prohibeatur illic tamdiu agere, donec revertatur. Decimus tertius. Ne Clericus excommunica-
C. 13. tus ab alio Episcopo ad communionem recipiatur. Hoc jam dudum statutum vidimus: & tamen Hosius hunc Canonem proponens, dicit: hoc quoque omnibus placeat. Hæc igitur locutio non est novæ legis
C. 15. indicium, ut aliqui volunt. Decimus quintus. Nemo alienum ministrum sine consensu proprii Episcopi in aliquo gradu constituat.

Concil. tom. 2. vet. edit. & tom. 1. nov. ed. *Arianorum Pseudo-Synodus Sardicens.* LV. Interea Orientales Sardica, digressi, subsistunt Philippopoli in Thracia, & separatim collecti contrarias sententias protulerunt: ut constat ex eorum Synodali epistola, quæ sic inscribitur: " Georgio Alexandriæ Episcopo: Amphioni Nicomediæ, Donato Carthaginis Episcopo; Desiderio Campaniæ Episcopo; Fortunato Neapolis Campaniæ Episcopo; Maximo Salonarum Dalmatiæ Episcopo, & omnibus per Orbem terrarum consacerdotibus nostris, Presbyteris & Diaconibus ..... qui a diversis Orientalium provinciis ad civitatem Sardicam congregati Concilium celebravimus in Domino, æterna salus. „ Itaque Sardicensis Concilii nomen sibi vindicant: suasque literas speciatim dirigunt ad Episcopos suæ factionis, & ad Donatistas in Africa. In iis antiquas calumnias adversus Athanasium, Paulum, Marcellum, & Asclepam amplificant novis mendaciis, & quæcunque contra eos gesserant, confirmant. Sicque concludunt adversus orthodoxos. " Unde Julium urbis Romæ, Hosium & Protogenem, & Gaudentium, & Maximinum a Treviris damnavit omne Concilium secundum antiquissimam legem, ut authores communionis Marcelli & Athanasii, cæterorumque sceleratorum .... Julium vero urbis Romæ ut principem & ducem malorum, qui primus januam communionis sceleratis atque damnatis aperuit, cæterisque aditum fecit ad solvenda jura divina, defendebatque Athanasium præsumenter atque audaciter, hominem, cujus nec testes noverat, nec accusatores. Et infra .... Propter has igitur causas justum duxit Concilium, ut Julium urbis Romæ, & Hosium, cæterosque supra memoratos discingeret atque damnaret. Quæ cum ita sint, custodire vos ab ipsis & abstinere debetis; nec eos aliquando ad communionem admittere, sed nec ipsorum literas accipere, nec ad illos literas Dominicas dare. „ Adeo verum est illud Tullianum, qui verecundiæ fines semel transgressus est, eum oportet esse naviter impudentem. Demum Sardicensibus Patribus Sabellii & Pauli errores invexisse in Ecclesiam imputant, eo quod Marcellum
Sozom. l. 9. c. 11. receperint. Ideoque novum proponunt symbolum, in quo Consubstantialis quidem nulla fit mentio: alieni vero ab Ecclesia pronuntiantur ii, qui dicerent tres esse Deos, & Christum non esse Deum, aut eumdem esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, aut Filium esse ingenitum: aut tempus, aut sæculum aliquando fuisse cum non esset. Huic encyclicæ subscripsere 73. Episcopi, quorum primus est Stephanus Antiochiæ Episcopus, hic Flaccillo successerat. Utrum tot essent tunc congregati, prorsus incertum est: Quæ enim fides toties mendacibus his Episcopis haberi potest? Hæc quasi Sardicæ gesta scripserant Donato Carthaginensi Episcopo schismatico; hac fallacia factum est postea, ut Cresconius Donatista probare niteretur suos cum Orientalibus communione fuisse conjunctos in Sardicensi Concilio. Augustinus vero ei respondebat illud ex Arianis fuisse collectum: Ei quippe necdum innotuerant veræ Synodi acta, quibus subscripserat
August. Concil. Carth. 11. Gratus Episcopus Carthaginensis Catholicus, cum aliis 35. suæ communionis Afris Episcopis. Eadem de causa Africani Episcopi Catholici Canones de appellationibus ut legitimos admittere nolebant.

Socrat. l. 2. c. 22. *Ecclesiarum status & divisio.* LVI. Post hanc Synodum Orientales & Occidentales non amplius invicem communicarunt; & communionis inter utrosque limes fuit mons Sucorum, qui Illyrios, Thracasque disterminat; ad hunc usque montem indiscreta & promiscua erat omnium Orientalium communio, licet in fide inter se dissentirent. Ulterius vero degentibus nequaquam communicabant. Universa quidem Occidentis Ecclesia, utpote quæ doctrinæ majorum sincere insisteret,

CHRISTI AN. 347.

ret, ab omni fere contentione & rixa de hujusmodi rebus vacua erat. Etsi enim Auxentius Mediolanensis Episcopus, & Ursacius ac Valens Pannonii, eam Imperii partem ad Arii opinionem traducere conarentur, eorum tamen ex voto res ipsis non successit, cum Romanus Episcopus obsisteret, aliique sacerdotes sollicite præcaverent, & hæreseos illius germina amputarent. Orientis autem Ecclesia, etsi post Antiochenam Synodum tumultuari cœperat, & a Nicæna fide palam discrepabat, revera tamen major pars in eamdem conspirabat sententiam, & Filium ex Patris substantia ortum confitebatur.

Ibid. Quidam vero contentionis studio ducti, Consubstantialis vocabulum impugnabant. Nam hi quidem qui jam inde ab initio huic voci fuerant adversati; id quod plerisque evenire solet; turpe sibi fore judicabant, si superati fuisse viderentur. Alii vero qui crebris ea de re disputationibus eo tandem perducti fuerant, ut ita de Deo sentirent, ab opinione sua deinceps abduci non poterant. Alii rursus, qui videbant supradictos, contra quam decebat, pervicaciter contendere, ad id quod utrique parti gratum erat, deflexerunt; propter potentiam vel familiaritatem, vel alias ob causas, quibus homines adduci solent, ut ea indulgeant quæ indulgeri non debent, aut libertate & fiducia non utantur, ubi reprehensione opus est. Multi vero cum stultum esse existimarent in hujusmodi verborum altercationibus tempus terere, decretis Nicænorum Antistitum cum silentio acquiescebant. Sed præ reliquis omnibus Orientalibus, Paulus Episcopus Constantinopolitanus, & Athanasius Alexandrinus, & omnis monachorum multitudo, & magnus Antonius, qui tum superstes erat, & ejus discipuli, alii denique complures per Ægyptum, & in reliquis provinciis, decretis Concilii Nicæni mordicus adhæserunt.

Ath. ad monach. seu solit. nov. ed. pag. 354. ver. 8. Martyres. Rom. Martyr. 11. Febr.

LVII. Orientales Episcopi in Synodo Sardicensi depositi persecutionem movent adversus Orthodoxos. Nam cum Adrianopolitani communicare cum ipsis nollent, quod scilicet a Synodo aufugissent, flagitiisque obnoxii essent, illos ad Imperatorem detulere, effeceruntque ut ex armorum fabrica decem laici capite truncarentur; hac in re ministro usi Philagrio, illic tum comite. Horum monumenta ante urbem sita videbantur. Eos ut Martyres veneratur Ecclesia. Lucium vero Adrianopolis Episcopum, cum magna adversum se loquendi fiducia utentem, suamque impietatem coarguentem, cernerent, catenis ferreis iterum, quod jam prius egerant, collo & manibus vinciri curarunt; itaque illum in exilium miserunt, atque illic defunctus est martyr. Diodorum item Episcopum loco pellunt. Olympium autem Ænorum, Theodulumque Trajanopolis, ambos Thraciæ Episcopos, probos & orthodoxos viros, cum hæresi suæ adversarent esse infensissimos, calumniati sunt apud Constantium, qui rescripsit, ut non modo ipsi urbibus Ecclesiisque suis pellerentur, sed ut capitali pœna, sicubi reperti fuissent, plecterentur. Duos Presbyteros, Diaconos tres in Armeniam relegari curarunt: Arium vero & Asterium, illum Petrarum in Palæstina, hunc in Arabia Episcopum, quod ab se resiluissent, non modo in superiorem Lybiam relegarunt, sed & operam dederunt ut contumeliis afficerentur. Literas quoque obtinuerunt, quibus jussum erat, ut ad portus, ingressusque urbium custodiæ agerentur, ne ii, quibus id concessum a Synodo fuerat, ad suas Ecclesias remigrarent. Authores quoque fuerunt, ut scripto significaretur Alexandrinis judicibus circa Athanasium, & quosdam nominatim recensitos Presbyteros, ut sive Episcopus, sive quispiam ex illis, vel in urbem, vel in fines ejus ingressus deprehenderetur, judici liceret istic repertos capite truncare. Accepta etiam publici curriculi facultate circumeuntes, si quos offenderent, qui sibi fugam exprobrarent, Arianamque aversarentur hæresim, hos flagris cædunt, vinciunt, patria cogunt exulare: Tantusque terror hominum illorum fuit, ut multi ad simulandum adacti fuerint; multi in solitudinem fugere mallent, quam ullo modo cum illis communicare.

Theod. l. 2. c. 8. Ath. ib.

LVIII. Hæc cum Imperator Constans didicisset, doluit quidem, Fratris sui levitatem considerans; cæterum adversus eos, qui hæc machinati essent, & qui facilem Imperatoris animum decepissent, graviter commotus est. Sardicensis Synodus ad Constantium miserat Vincentium Capuæ, & Euphratam Agrippinæ Episcopum orans, ut prout decretum a Synodo fuerat, Imperator Episcopos in suas reverti Ecclesias concederet. Itaque Constans cum iis misit Salian militum magistrum, virum pietate & justitia insignem, suumque Fratrem literis hortatus est, ut Paulum & Athanasium in Sedes suas restitueret, & Stephani ac cæterorum iniqua facinora agnosceret.

CHRISTI AN. 347.

Arianorum impia fraus adversus Euphratam. Theod. l. 2. c. 9.

Legati dum Constantium adeunt Antiochiam, Stephanus illius urbis Episcopus fabulam peragendam suscipit. Publicam itaque meretricem, ipsis sanctissimi Paschatis diebus mercede conductam, noctu ad Euphratem Episcopum immittit, ad id facinus usus opera juvenis projectæ audaciæ & vitæ facinorosæ, qui vocabatur Onager; hic servo data pecunia noctu scortum introduxit, eique commonstrata janua cubiculi, jussit ut ingrederetur, ipse factionis suæ socios vocaturus exivit. Euphratas cum pedum ejus sonitum exaudisset, quisnam ambularet, interrogavit. Illa cum locuta esset, conturbatus est Euphratas, dæmonem suspicans, qui muliebrem vocem imitaretur. Statimque Servatorem Christum in auxilium suum vocavit. Interim Onager una cum suis reversus, ingreditur. Meretrix quæ se initio a juvene accitam existimabat, hominem senem ac Episcopi formam conspicata, clamore statim edito, vim sibi inferri conquerebatur. Onager eam rogabat ut taceret, confictamque criminationem Episcopo imponeret. Tunc ingenti clamore excitato, servi omnes accurrere cœperunt, & Vincentius surrexit a lecto. Cumque fores diversorii occlusissent, mulier cum septem aliis comprehensa in custodiam data est, reliqui fugerunt.

Ibid. Orta luce, cum magistrum militum, qui una cum ipsis venerat, excitassent, simul ad palatium progressi sunt. Magister militum vociferabatur orans, ut de tanto nefario facinore, non in Synodali consessu, sed publico judicio Imperator juberet inquiri. Ipse Episcoporum Clericos traditurum se primum spondebat, ut de illis quæstio haberetur. Sed Stephani quoque ministros idem pati oportere. Porro cum Stephanus impudenter obluctaretur, & Clericos tormentis subdendos non esse diceret, placuit Imperatori & proceribus, ut intus in palatio judicium exerceretur. Ac primum quidem interrogarunt mulierem, quis eam introduxisset in diversorium Episcoporum. Illa totius rei gestæ seriem ut superius, exposuit. His cognitis, Judices natu minimum eorum, qui comprehensi fuerant, induci jusserunt. Qui vim ac necessitatem verberum non expectans, compositam facinoris scenam detexit, & Onagrum cuncta hæc patrasse confessus est. Inductus ergo Onager, Stephanum ista sibi præcepisse dixit; cujus sceleris actores erant ejus Clerici. Ita cum improbitatem Stephani didicissent, præsentibus tunc Episcopis mandarunt, ut eum deponerent; & Ecclesia eum expulerunt. Imperator Constantius paulisper compunctus, ad se redit: Ath. ib.
remque in Euphratam gestam secum reputans, ejusmodi esse illorum adversus cæteros molimina suspicatus est. Ac eos qui Alexandria in Armeniam relegati fuerant Presbyteros Diaconosque continuo liberos dimitti jubet: publicasque Alexandriam literas mittit, ut ne ultra vexarentur Athanasii Clerici vel populi. Euphratæ duplex hæc legatio perhonorifica, tum ad Concilium, tum ad Imperatores, eum antea in Synodo Coloniensi non fuisse depositum certo demonstrat. Quapropter nonnulli duos supponunt Euphratas, quorum prior propter crimina fuerit abdicatus; alter vero perfunctus sit his legationibus. Sed secundus ille Coloniensis Euphratas gratis fingitur; illius quippe nullum extat in tota antiquitate indicium. Alii distinguunt duas Synodos, quarum prior absolvit Euphratam, altera deposuit, & habita dicitur anno 351.; eique subscripsere S. Maximus Treviransis, qui jam ante biennium obierat; & S. Simplicius Augustodunensis, & Desiderius Lingonensis, qui quinto tantum sæculo floruerunt. Demum anni 446. consulum nominibus consignatur.

Ath. ad monach. p. 360.

LIX. Antiochiæ tamen post ejectum Stephanum, ne Arianæ hæresi patronus deesset, Leontius, natione Phryx, ingenio subdolus, illius Ecclesiæ Episcopa-

CHRISTI An. 347.

ſcopatum obtiauit, contra Nicænos Canones; erat enim eunuchus, ſuaque manu ſeipſum abſciderat. Nam cum male audiret, ob conſuetudinem cum puella quadam nomine Euſtatia, quæ cum mulier ejus opera eſſet, virgo tamen vocabatur, & cum ea ſimul degere prohibitus eſſet, illius cauſa ſeipſum exſecuit, ut deinceps libere cum illa verſari poſſet. Et ſuſpicionem nequaquam abolevit: imo vero hac de cauſa, cum Presbyter eſſet, gradu motus eſt. Hanc Eccleſiam per annos octo, impium animum obtegens, adminiſtravit. Cum enim eſſet particeps Arianæ blaſphemiæ, labem intus latentem occultare ſummo ſtudio nitebatur; partim ob graves Conſtantii minas adverſus eos, qui Filium Patri diſſimilem aſſerere auſi eſſent, partim ob metum populi, qui in duas partes diviſus erat: & alii quidem conjunctivam particulam in glorificatione Filii uſurpantes; alii vero præpoſitionem, *per*, tribuentes Filio, *in*, autem Spiritui ſancto applicantes. Ipſe glorificationem ſubmiſſa voce proferebat, ita ut hæc ſolum verba, in ſæcula ſæculorum, exaudirent ii, qui propius aſtabant. Porro ejus ſententiam facta ipſa apertiſſime declararunt. Quotquot enim Apoſtolicam doctrinam ſequebantur, nullam eis curam vel ordinationem impertiebatur. Arianæ autem veſaniæ participes ſummam ſub eo licentiam nacti ſunt, & ad eccleſiaſticos ordines promovebantur.

Theod. l. 2. c. 24.

Hoc tempore Ætius magiſter Eunomii, qui Arii blaſphemiam novis commentis amplificavit, in Diaconorum numerum relatus eſt. Verum Flavianus & Diodorus, qui monaſticum vivendi genus amplexi erant, & pro Apoſtolica doctrina palam propugnabant, Leontii adverſus pietatem inſidias coram redarguerunt, quod hominem malis ſtudiis & artibus innutritum, & per impietatem inclareſcere moliſtentem, publico Eccleſiæ malo ad Diaconatus gradum extuliſſet. Minati ſunt præterea ſe ab Eccleſiaſtica communione receſſuros, & ad Occidentis partes profecturos eſſe, & conſilia ejus patefacturos. His territus Leontius, Ætium quidem miniſterio fungi vetuit: in reliquis vero eum fovere ac tueri non deſiit. Nulla res tamen eum adducere potuit, ut malitiam ſuam corrigeret. Eos qui perverſam fidei doctrinam amplexi fuerant, licet alioquin vitæ eſſent turpiſſimæ, in Presbyterorum & Diaconorum ordinem promovebat; quamobrem Clerus pleroſque habuit hæretica labe contaminatos.

Ibid.

LX. Flavianus & Diodorus, qui pro fidei defenſione tam ſtrenue egerant, licet honorem ſacerdotii nondum adepti eſſent, ſed adhuc inter laicos verſarentur, tamen diu noctuque cunctos ad ſtudium & pietatis defenſionem animabant. Hi primum pſallentium choros duas in partes diviſerunt, & Davidicos hymnos alternis canere docuerunt. Quod quidem Antiochiæ tunc primum fieri cœptum, inde ad reliquos pervaſit, & ad ultimos uſque terrarum fines perlatum eſt. Iidem divinarum rerum ſtudioſis ad Martyrum baſilicas congregatis, una cum illis pernoctare conſueverant, Deum hymnis celebrantes. Quæ cum videret Leontius, eos quidem prohibere haud ſibi tutum putavit. Sciebat enim quanto amore optimos illos viros populus complecteretur. Sed blandis in ſpeciem ſermonibus hortari eos cœpit, ut in eccleſiis id miniſterium obirent. Illi vero, licet ejus improbitatem optime noſſent, fecerunt tamen quod jubebat: & amoris ſui ſocios alacri animo intra eccleſias congregarunt, hortantes eos ut bonum Dominum hymnis celebrarent.

Pſalmos alternis canere inſtituit Flavianus.

Greg. Nyſſ. l. 1. contra Eunom.

Ætii mores & errores.

LXI. Ætius, cognomento Atheus, quem ad Diaconatum promoverat Leontius, ex Antiochia Syriæ trahebat originem. Pater ejus cum in præſidiali officio militaſſet, male rem egit, Rectorque provinciæ facultates ejus Fiſco addixit. Ita Ætius adoleſcens una cum matre ad ſummam paupertatem redactus eſt, quapropter fabrilem artem amplexus ſub exili tugurio neceſſaria vitæ ſibi comparavit. Accepto ab uxore militis aureo monili, ut fractum repararet, æneum reddidit deauratum. Deleta lapſu temporis tinctura, fraus apparuit; fur in jus vocatur, qui cum debitas ſceleri pœnas luiſſet, arte ſua jurejurando ſeſe abdicat, Sobolemque circulatorem ſecutus ſub eo medicinam exercuit. Cumque ex vitæ genere pinguior obveniſſet fortuna, medicam artem deſeruit, atque ad Logicæ ſtudia ſe convertit: Ac primum quidem fuit auditor Paulini Antiocheni Epiſcopi, cui defuncto cum ſubſtitutus eſſet Eulalius, Antiochia expellitur. Inde Ciliciæ urbem Anazarbum profectus, artem ſuam denuo exercuit ad victum ſibi comparandum. Admiſſus in domum Grammatici, qui ipſius ingenium mirabatur, ei miniſtrabat. Et ille viciſſim Ætium artis Grammaticæ præceptis inſtituit. Magiſtrum ſuum, tanquam divina oracula minus recte explicantem, cum aliquando publice redarguiſſet, ex domo ejus expellitur. Ad Athanaſium Anazarbi Epiſcopum Arianum ſe contulit, Tarſum inde perrexit, viſurus Antonium Arianum tunc Presbyterum. Iterum Antiochiam revertitur, auditurus Leontium tunc ejuſdem ſectæ Presbyterum. Philoſtorgius eos Luciani martyris diſcipulos vocat, quod nomen Ariani ambitioſius affectabant, ut fucum facerent imperitis. Sed linguæ intemperantia & dogmatum impietas inde eum ejecit.

CHRISTI An. 347. & 348.

Ibid.

Reverſus iterum in Ciliciam, cum Borborianis hæreticis gnoſticis congreſſus, penitus victus eſt. Quam ob cauſam deſpondere animum cœpit, nec ſibi amplius vivendum eſſe exiſtimabat. Infamiam velaturus mentitus eſt viſionem ſibi divinitus oblatam, quæ ſignis exhiberet ſibi datum, ut a nemine deinceps in diſputatione vinceretur. Alexandriam poſtea venit, ibique dialecticam Ariſtotelis a Sophiſta didicit. A mane ſedens ad veſperam de Verbo divino argumenta connectebat, ſecundum methodum geometrorum. Id autem agebat fretus categoriis Ariſtotelis, ex quarum præceptis diſputans, non animadvertit ſe in ſuam ipſius fraudem captioſas argumentationes componere. Quamobrem intelligentia aſſequi non potuit, qua ratione id quod genitum eſt, coæternum eſſet illi qui genuit. Cæterum adeo mediocri doctrina præditus, & ſacrarum literarum imperitus erat Ætius, & uno contendendi ſtudio exercitatus, quod quivis etiam agreſtis facile conſequi poſſit: ut ne veterum quidem ſcriptorum, qui ſacros religionis libros interpretati ſunt, uſum ullum aut peritiam haberet: ſed Clementem & Africanum atque Origenem, viros omni genere doctrinæ excultos, prorſus aſpernaretur. Eoque temeritatis & audaciæ prorupit, ut aſſereret, revelata ſibi fuiſſe ea quæ Deus Apoſtolis ipſis uſque in hodiernum diem occultaviſſet, ſeque ſupra mortales omnes Deum non fide ſola, ſed propria quadam ſcientia comprehendere jactaret. Filium Patri in divinis diſſimilem eſſe dicebat, & mandatorum obſervationem ſaluti non eſſe neceſſariam: nihil a nobis aliud efflagitare Deum, quam ut cognoſcamus ipſum; quod confirmabat his Chriſti verbis, ſed præpoſtere expoſitis: Da ipſis, Pater, habere in ſeipſis vitam, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hinc cum quis coram ipſo de fornicatione culparetur, irriſit, neceſſarium eſſe naturæ opus, perinde ac aurem ſcalpere, affirmans: hoc tam perdito principio inducebat flagitii cujuslibet impune perpetrandi licentiam.

Theod. l. 2. c. 28.

Epiph. hær. 76.

Joan. 17.

LXII. Gratus in Epiſcopatu Carthaginenſi Cæciliani ſucceſſor, dum e Sardicenſi Synodo rediret, Conſtantem pro pace Eccleſiarum Africæ interpellavit. Imperator Paulum & Macarium anno treceteſimo quadrageſimo octavo in Africam miſit, non quidem primum ad faciendam unitatem, ſed cum eleemoſynis, quibus ſublevata per Eccleſias ſingulas poſſet reſpirare paupertas, & ad unitatem ſingulos hortarentur. Donatiſtæ, ut populos deterrerent, hunc rumorem ſparſerunt in vulgus; venturos Paulum & Macarium, qui intereſſent ſacrificio, ut cum altaria ſolemniter aptarentur, proferrent illi imaginem, & ſic ſacrificium offerretur. Hoc cum acciperent aures, & animi percuſſi, & uniuſcujuſque lingua in hæc verba commota eſt, ut omnis, qui hæc audierat, diceret: qui inde guſtat, de ſacro, ſcilicet dæmonum, guſtat. At ubi ventum eſt, a ſupra dictis nihil tale viſum eſt, ea eo quod fuerat paulo ante fama mentita: nihil viderunt oculi Chriſtiani quod horrerent: nihil probavit aſpectus ex iis quibus perturbatus erat auditus; & rito ſolito ſolemnis conſuetudo perſpecta eſt. Imperatores Pagani imagines ſuas mittere in provincias conſueverant, quas populi religioſe thore & ſacrificiis excipiebant & colebant. Hunc cultum ſuſtulere Imperatores Chriſtiani. Donatiſtæ vero ut horrorem ſacrorum, quæ celebrabantur a Catholicis, incuterent, fingebant effigiem Imperatoris Conſtantis in eorum altaribus poni conſueviſſe dum ſacrificium celebraretur; quo nihil odioſius apud Chriſtianos excogitari poterat.

Optat. Milev. l. 3. de ſchiſm. Donat. num. 3.

Conſtans plures Donatiſtas reducit ad Eccleſiam.

Num. 12.

Qualem imaginem fingunt Donatiſtæ.

LXIII. Pau-

Chrısτı An. 349.
Ib. n. 3.

LXIII. Paulus & Macarius venerunt primo ad Donatum pseudo-episcopum Carthaginensem: & quare venerant, indicant. Ille furore solito incensus respondit: Quid est Imperatori cum Ecclesia? & multa maledicta effudit; adjecitque se literas præmisisse, ne id quod allatum fuerat pauperibus, alicubi dispensaretur. Nihilominus missi per provincias discurrentes spargebant eleemosynas. Cum ad Bagajensem civitatem proximarent, tunc alter Donatus, ejusdem civitatis Episcopus, impedimentum unitati, & obicem venientibus opponere cupiens, præcones per vicina loca, & per omnes nundinas misit, Circumcelliones, ad prædictum locum ut concurrerent, invitavit; quamvis eorum furorem paulo ante a Taurino Comite compesci postulsrint Donatistæ. Hoc metu deterriti qui thesauros ferebant, quos pauperibus erogarent, a Sylvestro Comite militem armatum postulant, non per quem vim alicui facerent, sed vim prohiberent.

Num. 4.

Ibid.

Donatistæ habebant illic vocatorum infinitam turbam, quibus competentem annonam præpararant: de basilica quasi publica fecerant horrea, exspectantes ut venirent, in quos furorem suum exercere potuissent, nisi præsentia armati militis obstitisset. Nam cum ante venturos milites, metatores, ut fieri solet, mitterentur, contusi sunt qui missi fuerant cum equis suis a Circumcellionibus. Reverterunt vexati milites ad numeros suos, & quod aliqui passi fuerant, universi doluerunt: iratos milites coercere nec eorum præpositi valuerunt. Compressa est igitur per vim Circumcellionum audacia, imo & nonnulli cæsi sunt, Marculus de petra præcipitatus est; Donatus Bagajensis in puteum missus, Maximianus & Isaac interfecti, quorum velut Martyrum memoriam celebrarunt, & acta passionis conscripserunt Donatistæ. Plerique schismaticorum Episcopi cum suis Clericis tremore correpti, fugerunt, aliqui sunt mortui; qui fortiores fuerunt capti & longe relegati sunt. Ex horum numero videtur fuisse Donatus Carthaginensis, quem Martyrem in collatione nominavit Petilianus Donatista. Illa sunt tempora & facta Macariana, ex quibus Donatistæ Catholicis invidiam conflabant: & tamen eorum omnium, inquit Optatus, nihil actum est cum voto Catholicorum, nihil cum conscientia.

August. tract. 11. in Joan.

LXIV. Hoc tamen pactu unitas procurata est, & pax in Africa restituta, cujus beneficii gratias egit Deo, omnium Africæ Episcoporum Catholicorum nomine, Gratus Carthaginensis Episcopus, in primo Carthaginensi Concilio. Primum autem dicitur: licet plura præcesserint, præsertim sub D. Cypriano, eo quod nullum sit, cujus acta supersint antiquius. Celebratum est anno trecentesimo quadragesimo nono. Cum Gratus Episcopus Carthaginensis in Concilio una cum collegis suis consedisset, qui ex diversis provinciis Africanis convenerant ...... dixit: " Gratias Deo omnipotenti & Christo Jesu, qui dedit malis schismatibus finem, & respexit Ecclesiam suam, ut in ejus gremium erigeret universa membra dispersa, qui imperavit religiosu Constanti Imperatori, ut votum gereret unitatis, & mitteret ministros sancti operis, famulos Dei Paulum & Macarium ...... Unde considerantibus vobis cum mediocritate mea tractentur tituli necessarii. „ Hinc 14. Canones ediderunt: duo priores pertinent ad Donatistas. Primus est de rebaptizatione. " Interrogati a Grato universi Episcopi dixerunt: Illicitas esse sancimus rebaptizationes. „ Secundus est de Martyrum sepulchris & honorificentia. " Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad passiva seu vulgaris corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendari mandatum est, redigat, ut aut insania præcipitatos, aut alia ratione peccati discretos, non ratione, vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, Martyrum nomine appellet. „ Ex eorum genere fuerunt Donatistæ, qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrii in suam perniciem conducebant; inde etiam illi, qui ex montium cacuminibus, viles animas projicientes, sese præcipites dabant; quos tamen ut martyres venerabantur. Tertius: " Ut Clerici & sanctimoniales fœminæ, cum extraneis viris, vel fœminis non habitent. „ Hanc legem ad viduos & viduas extendit sequens Canon. Quintus statuit, non licere Clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus Episcopi, de cujus plebe est. Sextus Clericis probibet ne sæcularium actus vel domorum procurationem vel administrationem suscipiant. Octavus præcipit, ut implicati negotiis alienis ante redditam rationem Clerici non ordinentur. Undecimus: " Si quis Clericus tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis Episcopis, si Diaconus est qui arguitur; Presbyter a sex; si Episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. „ Grati Episcopi fit mentio in Kalendario Carthaginensi, tertio nonas Maji.

Synodus 1. Carthag.
Tom. 1. Concil. nov. edit. L'Abbe Concil. tom. 2.

Donatistarum falsi martyres. Optat. lib. 3.

Chrısτı An. 349.

Judiciorum Eccl. forma.

LXV. Constantius cum Pauli & Athanasii restitutionem quotidie differret, Constans iterum sic ad eum rescripsit: " Sunt hic apud me Athanasius & Paulus, quos quidem pietatis causa persecutionem pati percontatus cognovi. Si ergo pollicitus fueris, te suas Sedes illis redditurum, & in eos animadversurum, qui sine causa illos insectantur, viros ad te mittam. Quod si hæc ita, ut dixi, facere recusaveris, scias velim illuc me venturum esse, teque invito suas illis Sedes redditurum. „ Constantius his acceptis in maximam redactus est difficultatem, statimque accersitis haud paucis Orientis Episcopis, Fratris sui conditionem eis proposuit, & quidnam faciendum esset, interrogavit. Illi satius esse dixerunt ut Athanasio concederentur Ecclesiæ, quam ut civile bellum susciperetur. Itaque defuncto circa idem tempus Gregorio Alexandriæ pseudo-episcopo, Constantius Athanasium cum summo honore accivit, datis ad eum literis amicitiæ plenis. " Etsi, inquit, diu distuli mentis meæ propositum literis tibi significare, eo quod te ultro accessurum, laboribusque tuis remedium rogaturum exspectarem, tamen quia fortasse metus impedimento fuit, ne propositum exsequere tuum, ideo literas munificentiæ nostræ plenissimas ad tuam constantiam misimus, ut absque metu quamprimum conspectui nostro te præsentem sistere cures, quo voti tui compos effectus, nostramque humanitatem expertus, tuis restituaris. Hac enim de causa Dominum meum & Fratrem Constantem Victorem Augustum pro te rogavi, ut tibi veniendi daret facultatem, quo utriusque nostrum nutu patriæ restituaris, hocque gratiæ nostræ pignus assequare. „ Athanasius adhuc reformidans anceps atque animi dubius hærebat; metuebat enim calumniatorum insidias. Constantius iterum eum hortatur, ut sine ulla suspicione ac metu, conscensis publicis vehiculis, ad se venire festinet. Misit etiam Presbyterum & Archetam Diaconum cum aliis literis, ut majore animi securitate rediret. Sex quoque Comites suos jussit ad illum scribere, quibus præcipue habenda fides erat; affirmabant anno jam integro ejus reditum exspectasse Imperatorem, neque concessisse ut, defuncto Gregorio, ordinatio nova fieret, ut ei suas servaret ecclesias.

Socrat. l.2. c.22.
Ib. c. 23.
Ath. ad Monach. nov. edit. pag. 356. vet. 823. idem Apolog. nov. edit. pag. 170. vet. 769.
Athanasius suæ Sedi restitutus. Socrat. l.2. c.23.
Ath. ad Monach. ibid.

LXVI. Athanasius has epistolas cum accepisset Aquilejæ, ubi Sardica digressus commorabatur, rem totam Deo acceptam referens, qui cor Constantii compunxerat, in Gallias ad Constantem Imperatorem, qui eum evocaverat, iter instituit, indeque Romam profectus est, Ecclesiæ & Episcopo valedicturus. Ecclesia Romana ingenti gaudio perfusa est; Episcopus vero Julius ejus reditui congratulatus, sequentes ad Ecclesiam Alexandrinam misit literas: " Gratulor & ipse vobis, Fratres dilectissimi, quod fructum fidei vestræ ante oculos jam videtis ...... Ipsi quoque Fratri meo Athanasio gratulor, quod quamvis multa acerba pertulerit, nunquam tamen oblitus sit caritatis ac desiderii vestri ...... Atque ego quidem, dilectissimi, omnes illas quas pertulit vexationes, non inglorias, nec inutiles fuisse existimo. Nam & vestra & illius fides ea ratione ab universis cognita & comprobata est. Nisi enim tot ac tantæ contigissent vexationes, quis unquam crederet, aut vos de tanto Episcopo tale tulisse judicium, tantoque caritatis ardore eum complexos esse? aut illum tot ac tantis virtutibus ornatum fuisse? propter quas cœlestium etiam præmiorum spe minime fraudandus est. Adeptus est igitur undecunque gloriosum confessionis testimonium; tum in hoc, tum in futuro sæculo; multas siquidem calamitates terra marique perpessus, cunctas Aria-

Athan. Apolog. nov. edit. pag. 171. vet. 770. Socrat. l.2. c.23.

CHRISTI An. 349.

Arianæ hæreseos insidias conculcavit, ac sæpe per invidiam fraudesque inimicorum in vitæ discrimen adductus, mortem contempsit, Omnipotentis Dei, & Jesu Christi Domini nostri præsidio munitus ..... Nunc autem vobis restituitur, non solum nostro Judicio, sed etiam universi Synodi sententia innocens declaratus. Quocirca, Fratres charissimi, cum omni secundum Deum gloria atque lætitia suscipite Episcopum vestrum Athanasium, & una cum eo quotquot ærumnarum illius socii ac participes extiterunt. His literis fretus Athanasius in Orientem perrexit. Et quacumque transiit, Episcopi eum cum pace deduxere.

Ath. ad monach. nov. ed. pag. 356. vet. 823.

LXVII. Antiochiæ adiit Constantium, qui placido vultu eum intuitus est, dimisitque ut in patriam, & in Ecclesias suas ingrederetur, missis literis ad varios per diversa loca Judices, quibus ante præceperat aditus custodire, ut liberum jam præberent transitum. Deinde cum de illatis sibi malis conquereretur, deque literis ab ipso Imperatore adversum se scriptis, rogaret insuper, ut ne calumnias adversariorum post discessum suum auscultaret: Arcesse, ajens, homines si lubet, per nos licet ut coram adstent, quo illos confutemus. Imperator noluit, sed quæcumque adversus Athanasium dudum scripta essent, abrogari, & ex commentariis Ducis, & Præfecti Ægypti aboleri jussit: missusque Eusebius Decurio ea abrasit ex tabulis, fidemque dedit se calumniis postea minime aurem præbiturum, sed firmum immotumque fore hoc suum propositum. Hoc non tantum verbis protulit, sed etiam juramentis sermonis obsignavit; Deo super hac re teste advocato, eique dedit literas ad Episcopos, & Presbyteros, & populos Ecclesiæ Catholicæ, scilicet Ægypti.

Athan. Apolog. adv. Ari. nov. ed. pag. 173. vet. 772.

In prima præcipit ut quæcumque ante hac contra illos, qui cum eo communicabant, decreta sunt, oblivioni tradantur, omnisque adversus illos suspicio in posterum desinat, & immunitas, qua Clerici qui cum eo sunt, olim fruebantur, illis, ut decet, confirmetur, atque ut omnes, qui in sacro catalogo descripti sunt, certiores fiant, securitatem esse datam cunctis sive Episcopis, sive Clericis, qui ipsi adhæserint. " Recti namque, inquit, uniuscujusque propositi idoneum illud erit argumentum, si Athanasio junctus fuerit. Quicumque enim meliori judicio, & sorte ejus communionem cooptarint, hos omnes ad eamdem similitudinem superioris providentiæ jussimus, ut gratia a nobis juxta Dei voluntatem impertita fruantur. „ In secunda Alexandrinos admonet, ut Athanasium Episcopum suum recipiant, & tota anima, & tota mente complectantur, concordiamque, & pacem perpetuam, juxta Ecclesiæ legem servare curent .... " Judicibus enim, inquit, qui apud vos sunt, literis nostris præcepimus, ut quotquot seditiosos esse compererint, legum subjiciant ultioni. „ Alexandrinorum levitatem ad novos tumultus adjuvabat sectarum diversitas; ethnici enim, Ariani, Meletiani schismatici in ea urbe cum Catholicis commorabantur. In tertia, quæ est ad Præfectos Ægypti, Lybiæ, & Thebaidos, eadem confirmat quæ in prima indulserat. In quarta Nestorio Ægypti Præfecto præcipit, ut omnes literas adversus Athanasium in commentario ipsi commisso repertas ad suum transmittat comitatum. Quam parum sincere egerit Constantius, vel quam inconstans ejus fuerit animus, paulo post gesta demonstrabunt.

Athanasii fortis & prudens zelus. Sozom. l. 3. c. 20.

LXVIII. Athanasius ne tu quidem cum hæreticis sibi dissimulandum putavit: Itaque Leontium tunc Antiochenum Episcopum utpote hæreticum aversatus est: Cum his vero qui Eustathiani vocantur, communionem iniit, in privatis ædibus collectas celebrans. Imperator, suadentibus Arianis, priusquam Ecclesiam suam repeteret, sic eum allocutus est: Ego paratus sum implere cuncta quæ tibi pollicitus sum, cum te evocarem: æquum igitur est, ut tu vicissim quidquid a te beneficii loco petiero, libens mihi concedas: Id autem est, ut ex multis ecclesiis quæ tibi subjectæ sunt, unam habeant ii, qui tibi communicare detrectant. Tum Athanasius: æquum est omnino, imo necessarium est, inquit, o Imperator, præceptis tuis obtemperare, neque ego contradicam. Verum quoniam in hac quoque Antiochenorum urbe multi sunt, qui cum illis, qui ecclesias obtinent, communicare nolunt, ecclesia quoque una iis concedatur in quam libere possint convenire.

Theod. l. 2. c. 12.

CHRISTI An. 349. Ibid. Sozom. ibid.

Annuebat Imperator, justam rectamque esse judicans petitionem. Arianæ vero factionis principes reclamarunt. Intelligebant enim sectam suam apud Alexandrinos nullum unquam progressum esse facturam, propter unum Athanasium, quippe qui tantis viribus polleret, ut & fidei suæ homines firme retinere, & adversarios ad se facile pellicere posset. Apud Antiochenos vero si istud fieret, primum quidem Eustathii fautores, qui multi erant, in unum coituros. Deinde ipsos novas turbas experturos esse; quandoquidem ipsis etiam ecclesias obtinentibus, non tamen universus Clerus ac populus opinionem ipsorum penitus sectaretur: sed per choros distributi ad psallendum, sub finem hymnorum singuli sententiam suam declararent, nam alii Patrem, & Filium tanquam honore æqualem glorificabant: alii vero Patrem in Filio: hac præpositione adjecta denotantes, Filium Patri inferiorem esse: quæ cum ita fierent, Leontius Arianæ factionis Episcopus eos prohibere haudquaquam aggressus est. Verebatur enim ne plebs seditionem commoveret. Manum capiti jam canescenti admovens, dixisse fertur: hac nive liquefacta multum erit luti; significans his verbis, futurum ut hæc hymnorum discrepantia, post mortem ipsius in gravissimam plebis seditionem desineret.

Athan. ad Monach. nov. ed. pag. 358. vet. 825. Sozom. l. 6. c. 25.

LXIX. His ita gestis, postquam valedixisset Athanasius, seque viæ commisisset, amici amicum videntes læti; ex aliis vero quidam ad ejus conspectum pudore affecti sunt: nonnulli coram se sistere non ausi sese abdebant: alii pœnitentia ducti, scripta adversus eum sua repudiabant. Ei per Laodiceam transeunti familiaris, & amicus factus est Apollinaris. Sed quoniam communicare cum Athanasio scelestum habebatur ab Arianis, ex quorum numero erat Georgius illius urbis Episcopus, idcirco Apollinaris cum contumelia pulsus est Ecclesia, utpote qui contra regulas legesque ab Episcopis latas, cum Athanasio congressus fuisset. Hæc igitur illi objecit Georgius; simulque alia delicta, quæ per pœnitentiam obliterata erant, exprobravit. Nam quo tempore Theodotus decessor Georgii, Laodicenam regebat Ecclesiam, cum Epiphanius Sophista nobilis hymnum in laudem Bacchi recitaret, Apollinaris qui eo præceptore utebatur adhuc adolescens, ei recitationi interfuit, una cum patre suo Apollinari, qui Grammaticus erat non obscurus. Cumque Epiphanius in ipso carminis exordio, sicut est moris iis qui ejusmodi hymnos publice recitant; cunctos profanos, nec sacris illis initiatos, foras abire jussisset, nec junior Apollinaris, nec senior, nec ullus ex Christianis qui aderant, discessit ex auditorio. Id cum rescivisset Theodotus Episcopus, graviter commotus est. Ac reliquis quidem qui ex plebe erant, leviter objurgatis, veniam concessit. Utrumque autem Apollinarem publice convictum Ecclesia ejecit; erant enim Clerici, pater quidem Presbyter; filius vero Lector sacrarum Scripturarum. Aliquanto post tempore elapso, cum lacrymis ac jejuniis pœnitentiam delicto suo congruentem egissent, Theodotus eos denuo suscepit. Ob eamdem culpam, & congressum cum Athanasio a communione eum exclusit Georgius.

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 358. vet. 825.

LXX. Athanasius, peragrata Syria, Palæstinam pertransiens, exceptis Acacio Cæsariensi, & Patrophilo Scythopolitano, benigne suscipitur ab omnibus Episcopis, quia ita ejus communionem amplexi sunt, ut etiam literis sese excusarent, testarenturque, se ea quæ ante scripserant, non motu proprio, sed vi adactos scripsisse; Synodo Hierosolymis coacta, eum cum pace dimiserunt, datis ad Episcopos Ægypti, & Lybiæ, & ad Ecclesiam Alexandrinam sequentibus literis: " Dignas universorum Deo gratias agere non valemus, dilecti, de miraculis, quæ ubique operatus est, & jam potissimum erga vestram Ecclesiam, quando Pastorem, & Dominum vestrum, comministrumque nostrum Athanasium vobis restituit ...... Ecce nos qui nihil ecclesiasticæ pacis causa non agimus, quique cum vestra dilectione conspiramus, priores illum amplexi sumus, perque illum vobiscum communicantes, has ad vos mittimus salutationes, nostrasque gratiarum actionis orationes, ut cognoscatis nos charitatis vinculo illi esse conjunctos ..... „ His subscripsere sexdecim Episcopi, quorum primus & Synodi Præses Maximus Hierosolymitanus. Iidem, si Macrinum & Claudium excipias, Sardicensis Synodi decretis subscripserant.

Athan. Apolog. adv. Ari. nov. ed. pag. 175. vet. 825.

Atha-

CHRISTI AN. 349.

Ath. ad Monach. ibid. Socrat. l. 2. c. 24.

Athanasius per Pelusium iter faciens Alexandriam, in singulis, per quas transibat, civitatibus, cunctos commonebat, ut Arianos quidem adversarentur: eos vero susciperent, qui Consubstantialis fidem profiterentur. In quibusdam etiam Ecclesiis ordinationes fecit.

Alexandrinæ Eccl. florens status post reditum Athanasii. ibid.

Alexandriam ubi primum ingressus est, Ægypti & Lybiæ Episcopi accurrebant omnes, erantque ineffabili gaudio perfusi, non tantum quod suos præter spem incolumes reciperent, sed etiam quod ab hæreticis quasi a Tyrannis eriperentur. Ingens fuit lætitia populorum sese invicem in synasibus ad virtutem cohortantium. Quot innuptæ, ad nubendum tamen paratæ, virgines Christo dicatæ permanserunt? Quot adolescentes aliorum exemplo concitati vitam monasticam amplexi sunt? Quot patres a filiis rogati sunt, ut ne suam in Christo exercitationem interpellarent? Quot uxores viris suis, quot viri suis uxoribus persuaserunt, ut orationi incumberent, quemadmodum ait Apostolus? Quot viduæ, quot orphani, qui prius esuriebant, nudique erant, ex ardenti populorum ad virtutem studio, non ultra esuriere, imo etiam induti prodiere? Tanta demum de virtute contentio fuit, ut singulas domos ob probitatem inhabitantium, precesque ad Deum fusas, tot ecclesias existimasses. Pax profunda admirandaque erat in Ecclesiis, cum Episcopi undique Athanasio scriberent, ab eoque mutuo acciperent consuetas pacis literas. Hæc gesta sunt anno trecentesimo quadragesimo nono.

1. ad Cor. 7.

Hilar. frag. pag. 23. & Sozom. l. 3. c. 23. & 24.

LXXI. Eodem anno in Occidente ad tollendum ex Episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi Synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes, hoc magis solliciti atque anxii, ne rursus turbarentur omnia, quod jam pridem plures Episcopos reos, vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis hæresis Arianæ, ab Ecclesia fuerat necesse resecari. Quam opportunitatem nacti Ursacius & Valens, Romanæ plebis Episcopum adeunt, recipi se in Ecclesiam deprecantur, & ad communionem per veniam admitti rogant. Julius ex Concilio veniam, quam orabant, impertit, ut cum lucro Catholicæ Ecclesiæ vires quoque detraheret Arianis; cum eos qui unitatem ante turbaverant, consilii hujus & audaciæ pœnitentes, in communionem Catholicam per veniam reconciliatæ pacis admitteret. Et quia non est nisi de veritate confessio, de vitio pœnitentia, nisi de admisso venia, Valens & Ursacius admittendi, ut orabant, in communionem, de Athanasii innocentia, de judicii falsitate, de Arianæ hæresis piaculo talibus literis sic antea profitentur: " Quoniam constat nos antehac multa gravia de nomine Athanasii Episcopi literis nostris insinuasse, atque literis Sanctitatis Tuæ conventos, ejus rei de qua significavimus, non præstitisse rationem: profitemur apud Sanctitatem Tuam cunctis præsentibus Presbyteris Fratribus nostris, omnia quæ antehac ad aures nostras pervenerunt de nomine prædicti, falsa nobis esse insinuata, atque omnibus viribus carere: atque ideo nos libentissime amplecti communionem prædicti Athanasii, maxime cum Sanctitas Tua, pro insita sibi benevolentia, errori nostro veniam fuerit dare dignata. Profitemur etiam, quod si aliquando nos Orientales voluerint malo animo ad causam vocare, citra conscientiam tuam non adfuturos. Hæreticum vero Arium, sed & satellites ejus, qui dicunt, erat tempus quando non erat Filius; & qui dicunt ex nihilo Filium; & qui negant Dei Filium ante sæcula fuisse, sicut per priorem libellum nostrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc & semper anathematizasse, hæc manu nostra, qua scripsimus, profitemur, & iterum dicimus, hæresim Arianam, & ejus authores in perpetuum damnasse .... Ego Ursacius Episcopus huic professioni nostræ subscripsi, similiter & Valens. "

Ursacii & Valentis ficta pœnitentia.

Ath. ad Monach. nov. edit. pag. 359. ver. 826. Hilar. ibid.

His datis Epistolis, pacificis etiam literis oblatis a Petro & Irenæo Athanasii Presbyteris & Ammonio laico subscripsere, cum tamen nullas Athanasii literas, ad illos directas, afferrent ipsi. Demum Athanasio scripsere in hunc modum: " Dedit se occasio fratris & compresbyteri nostri Moysis venientis ad tuam dilectionem, Frater charissime, per quem tibi salutem largissimam dicimus ex Aquilejensium civitate, & optamus ut incolumis literas nostras recenseas. Dederis enim fiduciam, si tu quoque rescribendo vicem nobis rependas. Sane habere nos locum tecum & communionem ecclesiasticam his literis scito. " Utriusque exemplar Athanasio transmisit Paulinus Trevirensis, qui D. Maximino successerat:

CHRISTI AN. 349. & 350.

Hilar. fragm. Sozom. l. 3. c. 24.

Paulus quoque & Marcellus, Asclepas ac Lucius Sedes suas recuperarunt. Etenim Imperatoris literæ redeundi facultatem illis etiam concesserant. Constantinopolim ingresso Paulo Macedonius se subduxit, & privatim conventus egit. Ancyræ vero gravissimus tumultus extitit, cum introeunte Marcello, Basilius Ecclesia spoliaretur. Reliquis nequaquam difficilis contigit restitutio.

Eutrop. lib. 11. *Constantis mors.*

LXXII. Constantis Imperium strenuum aliquamdiu & justum fuit. Mox cum & valetudine prospera, & ministris pravioribus uteretur, ad gravia vitia conversus, intolerabilis provincialibus propter avaritiam, & militi injucundus evasit. Itaque cum in Galliis venandi cupidine per sylvas saltusque erraret, conspiravere militares in ejus necem, auctoribus Chrestio, & Marcellino, simulque Magnentio. Marcellinus natalem filii sui simulans, plerosque ad cœnam vocat: in multam noctem convivio celebrato, Magnentius, quasi ad ventris solita secedens, apud Augustodunum habitum imperialem capit. Ea re cognita, Constans fugere conatus, apud Helenam oppidum Pyrenæo proximum non longe ab Hispaniis, a Gaisone cum lectissimis misso interficitur, anno Imperii decimo tertio, jam absoluto ætatis trigesimo, Christi trecentesimo quinquagesimo. Vetranio magister militum in Pannonia his auditis apud Mursam ad Imperium consensu militum electus est; vir probus & veterum morum, ac jucundæ civilitatis, sed omnium artium liberalium expers, adeo ut ne elementa quidem primarum literarum nisi jam Imperator didicerit. Aliquanto post Romæ Nepotianus Eutropiæ Constantini sororis filius hortantibus perditis Augusti nomen rapit tanquam hæreditario jure debitum, quem octavo & vigesimo die Magnentius oppressit, gravissimæque proscriptiones, & nobilium cædes fuerunt, ipsamque peremit Eutropiam. Hisque sceleribus Italiam, Africam & Gallias obtinuit.

Athan. Apol. ad Const.

Julian. orat. 1. Eutrop. lib. 11.

LXXIII. Constantius Edessæ tunc commorabatur bello Persico occupatus, cum ei allatum est nuntium de nece Constantis, & Magnentii ac Vetranionis tyrannide. Statim munitis Syriæ oppidis, Gallum patruelem suum fecit Cæsarem, ei suum nomen imponens, Antiochiam habitandam destinavit, ut partes per eum custodirentur Orientales; & profectus est in Occidentem. Nam belli adversus Magnentium gerendi necessitas eo illum vocabat. Convocatis igitur omnibus copiis, hortatus est milites, ut divini Baptismi Sacramenta universi susciperent. Quod si quis, inquit, hanc vestem nunc differt accipere, hic discedens revertatur domum. Non enim commilitones habere velim, qui non sint sacris initiati.

Theod. l. 3. c. 3.

Eutrop. ibid. Cyril. ep. post Catech.

Constantio autem Gallo Cæsari Antiochiam venienti, circa Orientem signum apparuit in cœlo die Pentecostes. D. Cyrillus, qui nuper Maximo successerat in Episcopatu Hierosolymitano, tantum prodigium sic describit in sua ad Constantium Imperatorem Epistola: " Sanctis hisce diebus sanctæ Pentecostes nonis Maji circa horam tertiam, omnium maxima Crux, ex lumine constituta, in cœlo super sanctissimum montem Golgotham, & usque ad sanctum montem Olivarum extensa apparuit, non uni tantum & alteri, sed universæ civitatis multitudini manifestissime ostensa, & compluribus horis supra terram aperte conspecta, coruscis splendoribus radios superans solares .... Universa civitatis multitudo illico ad sanctam Ecclesiam concurrit, metu divini illius prodigii, non sine lætitia concitata .... Concordi & uno ore omnes Jesum Christum Dominum nostrum, Filium Dei unigenitum ejusmodi mirabilium effectorem laudabant, reipsa & experientia discentes, quod Christianorum pientissimum dogma non est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, non ab hominibus tantum annuntiatum, sed de cœlis testificatum. " Demum sic concludit: " Has tibi, Imperator, Deo dilectissime, sermonum meorum offero primitias ...... Ipse Rex omnium Deus .... multis annorum periodis pacificis servet, potentioremque te efficiat, & omni ornatum virtute .... Deus universorum id nobis concedat, Auguste Imperator, laudantibus semper san-

CHRISTI AN. 350. sanctam & omousion, id est Consubstantialem Trinitatem, verum Deum nostrum. „ Ex his sincera Cyrilli fides manifesta est; ordinatorem tamen habuerat Cæsariensem Acacium. Postquam Gallus Antiochiæ Sedem fixit, cum esset Christianus, cum

Sozom. l.5. c.28. locum superstitione gentilium & intemperantium hominum flagitiis purgare constituit: Id autem se facile consecuturum arbitratus, si ecclesiam illic ex

Theod. l.2. c.30. adverso templi Apollinis construxisset, loculumque S. Babylæ martyris Daphnem transtulit. Ex eo tempore dæmon more solito oracula reddere desiit.

D. Jacobus Nisib. immissis muscis fugat Persas. LXXIV. Novo quoque miraculo singulari D. Jacobi Nisibi Episcopi fidea & pietas claruit: hanc urbem Persarum exercitus obsidebat, dum Constantius in Occidente bellis civilibus detineretur. Cumque jam septuaginta dies in obsidione consumpsisset, multasque testudines muris admovisset, urbem tamen capere non poterat. Tandem Persæ aquis fluvii, qui mediam urbem interfluit, is vulgo Mygdonius vocatur, longe supra urbem retentis, & ripis utrimque exaggeratis, & in maximam altitudinem sublatis, ut fluxum aquæ cohiberent; postquam immensam aquarum copiam viderent, adeo ut supra aggerem exundaret, repente eam in muros velut arietem immiserunt. Cujus impetus violentiam cum murus sustinere non potuisset, inclinatus corruit. Idem quoque contigit alteri murorum parti, qua Mygdonius fluvius erupit. Nam & illa impetum aquæ non ferens, subversa est. Quibus visis Sapor jam sperabat se citra pugnam urbe esse potiturum, ac die quidem illo quievit, ut limus siccaretur, utque fluvius vado transiri posset. Postera autem die omnibus copiis urbem aggressus, cum per subversas murorum partes intraturum se in urbem speraret, murum utrimque instauratum videt. Divus enim Jacobus, cum precationis suæ virtute militum ac civium animos roborasset, & murum ædificavit, & impositis ei machinis irruentes hostes repulit. Hæcque perfecit intra ecclesiam Deum precando.

Ibid. Præterea Sapor vidit stantem in muro quemdam imperiali cultu ornatum. Cumque Imperatorem Romanorum eum esse conjiceret, mortem minatus est iis, qui procul abesse illum nuntiaverant. Illis contra affirmantibus vera esse quæ dixissent; intellexit quid visum illud significaret; Deumque pro Romanis pugnare dixit: & indignatus miser sagittam in cœlum conjecit. Tunc admirandus Ephrem, qui apud Syros præstantissimus fuit scriptor, divum Jacobum rogavit ut murum conscendens, barbaros adspiceres, & imprecationis tela in eos immitteret. Cui obsecutus in turrim conscendit, visaque innumerabili hominum multitudine, oravit ut cinifes & culices in eos immitterentur, ut ex minutis animalibus, ejus qui ipsis auxiliabatur, potentiam cognoscerent. Orationem Jacobi nubes ciniſum & culicum protinus excepere. Et elephantorum quidam proboscides, equorum vero aures & nares compleverunt, qui cum eorum impetum sustinere non possent, abruptis loris sessores suos excutere cœperunt, & ordines conturbarunt, relictoque exercitu, totis viribus concitati in fugam se dederunt. Ita Rex Sapor, cum Dei piis hominibus prospicientis virtutem hac modica castigatione didicisset, soluta obsidione recessit. D. Jacobus miraculis & eruditione clarus paulo post moritur, & juxta præceptum Constantini Magni, intra muros urbis Nisibæ sepelitur, ob custodiam videlicet civitatis. Viginti sex libros Syriace scripsit; unius erat argumentum, quod Christus Filius Dei sit, & Consub-

Gennad. catal. c.1. stantialis Patri.

LXXV. Constantius & Magnentius legatos mi-

Sozom. lib. 2. serunt ad Vetranionem, ut eum sibi conciliarent, ne sibi cum duobus esset dimicandum. Ille Con-

Eutrop. lib. 15. stantio maluit adsentiri. Constantius ut Sirmium venit, a Vetranione viro simplicissimo petit, ut junctis copiis publicum de bello contra Magnentium consilium haberetur: paratumque ascendunt tribunal. Constantius priorem dicendi locum ob generis dignitatem nactus, militibus paternam liberalitatem ad animum revocat; cum iis sacramentis, quibus sancte promisissent, omni se benevolentia filios ipsius complexuros; petitque ne committerent, ut impune Magnentius evaderet, qui Constantini filium occidisset. Hæc ubi milites audiissent, opimis

CHRISTI AN. 350. jam ante donis occupati, adulterinos Imperatores expurgandos esse clamarunt, solumque Constantium Imperatorem Augustum voce missa clamaverunt. Cumque de Vetranione nulla memoria fieret, ille repente sciens se traditum, ad pedes se prostravit Imperatoris. Constantius exuto purpura clementer locutus est; Prusamque Bithiniæ ei assignavit ubi commoraretur, jussitque ei sumptus uberrimos ex publicis functionibus exhiberi. Negotiis solutus, piis operibus intentus, Christianorumque conventus frequentans, cum ad aliquod tempus superstes fuisset, rebus humanis excessit. Decem mensibus imperaverat.

Socrat. l.2. c.28. & 29. LXXVI. Constantius exauthorato Vetranione, duces suos cum ingentibus copiis adversus Magnentium præmisit, ipse autem Sirmii degens, rerum eventum operiebatur. Photinus illius urbis Episcopus, Marcelli quondam diaconus & discipulus, licet sæpe damnatus, dogma suum multo quam antea manifestius prædicabat; ex quo cum tumultus esset obortus, Imperator jussit fieri Synodum. Conveniunt 22. Episcopi Orientales Ariani, anno trecentesimo quinquagesimo primo, quo propter tumultus bellicos nemo solemnem gessit consulatum. Sirmii congregati cum Photinum, dogma Sabellii Libyci, Paulique Samosatensis, asserere deprehendissent, statim eum deposuerunt. Et hoc quidem recte se jure factum universi postea approbarunt. Sed qui illic reman-

Arianorum nova fides formula. serunt Episcopi novam fidei formulam edidere. Hanc Marcus Arethusios græco sermone dictavit, quam latine sic refert D. Hilarius. " Credimus in

Ib. c. 30. Hilar. de Synod. pag. 339. unum Deum Patrem omnipotentem ...... & in unicum ejus Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ante omnia sæcula ex Patre natus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia, ... qui est Verbum, & Sapientia & Virtus, & Vita, & Lumen verum. Qui in novissimis diebus propter nos incorporatus est, & natus est de sancta Virgine ...... „ In ea nihil est quod dogma Catholicum astruat adversus Arianos; imo nihil est cui facile non subscribant Ariani.

Ibid. Huic subjecere 27. Anathemata, pleraque adversus Arianos rigidiores, Sabellianos, & Photinum; aliqua favent Arianis, scilicet tertium: " Si quis unum dicens Deum, Christum autem Deum ante sæcula Filium Dei obsecutum Patri in creatione omnium non confiteatur, anathema sit. „ Et decimum octavum. " Si quis Dominum & Dominum, Patrem & Filium, quia Dominus a Domino, duos dicat Deos, anathema sit. Non enim exæquamus vel comparamus Filium Patri, sed subjectum intelligimus. Neque enim descendit in Sodomam sine Patris voluntate: neque pluit ex se, sed a Domino, authoritate scilicet Patris ...... „ Vigesimum quintum. " Si quis nolente Patre natum dicat Filium, anathema sit. Non enim nolente Patre, coactus est Pater, vel naturali necessitate ductus, cum nollet, genuit Filium: sed mox ut voluit, sine tempore & impassibiliter ex se eum genitum demonstravit. „ Hic hæreticorum more multa confundunt. Volens quidem Pater, naturali tamen necessitate genuit Filium, alioquin Filius potuit non esse, & non existit necessario, quod impium est. Præterea ut Filius dicatur sine tempore ante sæcula genitus, sufficit ut ante omnem creaturam fuerit genitus, quod ultro fatebantur Ariani; sed inde non sequitur, eum esse Patri coæternum; imo id non obscure negant, dum damnant, dicentes eum esse sine initio, affirmantque esse productum, mox ut voluit Pater. Demum hujusmodi locutiones in his anathematismis collectæ, præsertim absque temperamento, Filius Patri nec æquandus, nec comparandus, sed ei subjectus, ejus voluntati in creatione mundi obsecutus est tanquam minister, seorsum habent prorsus erroneum.

Vigil. L. adv. Eutich. Vigilius autem Tapsensis de formulis variis Sirmii editis multa confundens, ea tantum laudat

Socrat. l.2. c.30. quæ gesta sunt adversus Photinum. His ut consentiret Photinus ac subscriberet, etiam post depositionem ei persuadere conabantur, suum illi Episco-

Epiph. hær. 71 patum se reddituros polliciti; at ille oblatam sibi conditionem aspernatus, eos ad disputationem provocavit. Igitur constituto ad eam rem die, ex ipsius quoque Imperatoris sententia, conveniunt tum Episcopi qui illic aderant; tum Senatorii ordinis non pauci, quorum princeps erat Thalassius postea Præfectus Orientis, quos Imperator disputationi

inte-

Christi An. 351. intercsse præceperat. Coram illis Basilius Ancyranus, sed tunc ejectus, in certamen descendit cum Photino, notariis eorum verba excipientibus. Certatum est utrimque maxima contentione verborum atque rationum. Victus Photinus & condemnatus est. Qui postmodum in exilio vitam agens, librum græco & latino sermone scripsit adversus omnes hæreses, suum ipsius dogma tantum proponens. Geminius patria Cyzicensis, secta Arianus ei successor datus est. (Hilarii fragm.)

Marcelli Ancyr. a sua communione removet Athanas. cur? Sever. Sulp. l. 2. cap. 52.

LXXVII. Athanasius acceptis literis Synodi Sirmiensis & Mediolanensis de damnatione Photini, diligentius inquirere cœpit de Marcello Ancyrano ejus magistro, inveniensque ipsum errore maculatum, eum a sua communione removit. Qui sponte sua tanti viri judicio damnatus, ab ingressu ecclesiæ seipsum abstinuit. Idque factum, cum celari non posset: nacti ergo Ariani istiusmodi occasionem, conspirant penitus Sardicensis Synodi decreta subvertere. Etenim eis color quidam suppetere videbatur, quod tam injuste fuisset pro Athanasio judicatum, quam Marcellus fuerat absolutus; qui nunc etiam Athanasii judicio hæreticus esse probaretur. Igitur Ariani astuto consilio, miscent innoxium criminosis, damnationemque Photini & Marcelli, & Athanasii eadem sententia comprehendunt, illud nimirum apud Imperatorem præstruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam judicasse, qui de Marcello atque Photino vera sensissent. Atque ad Occidentales rescribentes de Photino, Marcelli mentionem velut talium institutionum magistri addiderunt, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem causæ novitas excitaret. (Hilar. in fragm.)

Metrophanes orthodoxus Metropolita Smyrnensis, in Synodo generali octava, docet Liberium consensisse damnationi Marcelli. Marcellum, inquit, novissime ad proprium vomitum reversum, & deprehensum hæreticum, hi, qui circa Sylvanum erant, anathematizaverunt: quibus & Liberius per literas suas, qui post Julium fuit, concordat dicens: Marcellum denuo impie dogmatizantem. Hoc autem non est utique reprobatio judicii Julii Papæ, vel Sardicensis Synodi, sed dictum est ob factam Marcello mentis mutationem. Marcellum enim enathematizantem omnem hæresim, & eam maxime quam habere dicebatur, juste ac regulariter Julius Papa Romanus, & Sardicensis Synodus recepit. Quem post aliquot annos, ut observat Hilarius, Athanasius ubi quædam alia nova miscere sensit, & ambiguis prædicationibus, in quam Photinus erupit, doctrinæ viam quærere, a communione sua separat ..... & non ex libri editione condemnans. Eadem ratione posteriores Patres D. Basilius, D. Hieronymus, aliique, Marcellum Sabellianæ hæresis arguentes, nominis ejus tanquam hæretici meminere. Et Concilium generale secundum & quartum Marcellum inter hereticos recensent. D. autem Epiphanius dubius de ejus fide videtur, qui de eo scripsit, priusquam ab Athanasio damnaretur. (Metrophan. Hilar. in fragm.)

Christi An. 351. ad 353.

LXXVIII. Magnentius eodem anno superatis Alpibus, Constantio occurrit in Pannonia; post aliquas velitationes, die quarta Kalendas Octobris apud Mursam totis viribus certatum est. Constantius descendere in conspectum pugnæ non ausus, in Basilica Martyrum extra oppidum sita, Valente tum ejus loci Episcopo in solatium assumpto, diversatus est. Cæterum Valens callide per suos disposuerat, ut quis prælii fuisset eventus, primus cognosceret, vel gratiam Regis captans, si prior bonum nuntium detulisset; vel vitæ consulens, ante capturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis, qui circa Regem erant, metu trepidis, Imperatore anxio, primus nuntiat hostes fugere. Cum ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens, ut reverentiam sui adderet, Angelum sibi fuisse nuntium respondit. Facilis ad credendum Imperator palam, postea dicere est solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse. Ab hoc initio illecti Principis extulere animos Ariani potestate Imperatoris usuri, ubi authoritate sua parum valuissent. (Sozom. l. 2. c. 48. Sulp. Sev. hist. lib. 2. *Magnentius victus seipsum occidit.*)

Ingentes Imperii Romani vires in ea dimicatione consumptæ sunt. Magnentius acie profligatus, ac pene captus, fugere in Italiam coactus est, veniensque Romam multos peremit Senatores. Anno sequenti cognoscens vicinos esse milites Constantii, accessit ad Galliæ partes Occidentalis; cumque multa & gravissima inibi prælia in alterutros exercerent, modo isti, modo illi, victores esse videbantur. Occupata vero a Constantianis Aquileja, in Gallias se recepit Tyrannus. Insequentibus vero Constantii Ducibus circa montem Seleucum facta congressione, Magnentius victus, & cæsis ad internecionem suis copiis, solus fugiens venit in Lugdunensem urbem. Nec multo post ibidem a victoribus coarctatus, gladio occulte proviso, ictum pulsu parietis juvans, transfosso latere exspiravit, mense Imperii sui 42., ætatis anno prope quinquagesimo, Christi trecentesimo quinquagesimo tertio. Fuit is ortus Gallis parentibus, legendi studio promptus, sermone acer, animi tumidi & immodici, timidus, artifex tamen ad occultandam audaciæ specie formidinem. Ejus morte audita, Decentius frater ejus, quem ad tuendas Gallias Cæsarem constituerat, apud Senonas laqueo ex fascia composito vitam finivit. Constantius veniens in Gallias victoria crudelius abusus est; si quis enim militarium, vel honoratorum, aut nobilis inter suos rumore tenus esset insimulatus, fovisse partes hostiles, injecto onere catenarum in modum belluæ trahebatur, & capite, vel mutilatione bonorum, aut insulari solitudine damnabatur. Julius Pontifex anno superiore, Christi trecentesimo quinquagesimo secundo, post sexdecim Sedis annos & menses quatuor, diem extremum obierat. Ex ejus scriptis supersunt tantum duæ epistolæ; quarum altera ad Eusebianos, altera ad Alexandrinam Ecclesiam. Eas supra retulimus: successorem habuit Liberium. (Eutrop. lib. 11. Julian. orat. 2.)

TEXTUS GRÆCI
LIBRI UNDECIMI.

Numero XXXIII. Jul. Papæ Epist. in Synod. Rom. ὦ ἀγαπητοί οὐκέτι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ λοιπὸν ἐπὶ ἐξορισμῷ ϗ θανάτῳ αἱ κρίσεις τῆς Ἐκκλησίας εἰσίν. εἰ γὰρ ϗ ὅλως, ὥς φατε, γέγονέ τι εἰς αὐτοὺς ἁμάρτημα, ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, ϗ μὴ οὕτως γεγενῆσθαι, ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον. Ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν οἱ πάσχοντες, ϗ οὐχ αἱ τυχοῦσαι ἐκκλησίαι αἱ πάσχουσαι, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ οἱ Ἀπόστολοι δι' ἑαυτῶν καθηγήσαντο. διατί δὲ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως μάλιστα οὐκ ἐγράφετο ἡμῖν; ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, ϗ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον ἦν ὑποπτευθὲν εἰς τὸν Ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ, ἔδει πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐκκλησίαν γραφῆναι. νῦν δὲ οἱ ἡμᾶς μὴ πληροφορήσαντες, πράξαντες δὲ αὐτοὶ ὡς ἠθέλησαν, λοιπὸν ϗ ἡμᾶς οὐ καταγνόντας βούλονται συμψήφους εἶναι. οὐχ οὕτως αἱ Παύλου διατάξεις. οὐχ οὕτως οἱ Πατέρες παραδεδώκασιν. ἄλλος τύπος ἐστὶν οὗτος, ϗ καινὸν τὸ ἐπιτήδευμα.

Num. XXXIII. Sardic. Concil. Can. 3tio ... Εἰ δὲ ἄρα τις Ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ κατακεκρίσθαι ϗ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν, ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα ϗ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ· εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, ϗ γραφῆναι παρὰ τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ Ἐπισκόπων, εἰ δέοι ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, ϗ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι. εἰ δὲ μὴ συστῆναι δύναται τοιο-

στήσειεν αὐτὸ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρῄζειν, τὰ ἅπαξ κριθέντα μὴ ἀναλύεσθαι· τὰ δὲ ὄντα βέβαια τυγχάνειν.

Sardic. Concil. Can. 40. n. 53. Γαυδέντιος Ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ δοκεῖ, ἀναγκαῖον προστεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει, ἥντινα ἀγάπης εἰλικρινοῦς πλήρη ἐξενήνοχας, ὥστε ἐάν τις Ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν Ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκατασταθῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῆς Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου, ὅρον ἐξενέγκῃ.

Can. 3tus. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἤρεσεν, ἵν' εἴ τις Ἐπίσκοπος καταγγελθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ Ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας τῆς αὐτῆς, τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσι· καὶ ὥσπερ ἐκκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, γράφειν τούτοις τοῖς συνεπισκόποις καταξιώσῃ, τοῖς ἀγχιστεύουσι τῇ ἐπαρχίᾳ, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς μετὰ πάσης ἀκριβείας ἕκαστα διερευνήσωσι, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν, ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. Εἰ δέ τις ἀξιοῖ καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων Ἐπίσκοπον κινῆσαι δόξειεν, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ Πρεσβυτέρους ἀποστεῖλαι, εἶναι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ Ἐπισκόπου, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ, καὶ ὁρίσῃ δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς μετὰ τῶν Ἐπισκόπων κρινοῦντας, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν τούτου παρ' οὗ ἀπεστάλησαν. καὶ τοῦτο θετέον. εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίσῃ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐπίγνωσιν, καὶ ἀπόφασιν τοῦ Ἐπισκόπου, ποιήσει ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. ἀπεκρίναντο οἱ Ἐπίσκοποι· τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

Num. LXXIII. S. Cyrilli Hierosol. Epist. ad Constant. Imp. . . . . Πολλαῖς εἰρηνικαῖς ὑπὸ περιόδοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἡμῖν χαρίσαιτο γαυριῶντα, Αὔγουστε Βασιλεῦ θεοφιλέστατε, δοξάζοντα ἀεὶ τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν. ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

LIBER DUODECIMUS.

Constantius crudeliter usus victoria, crudelius bellum infert. Orthodoxis, eoque periculosius, quod sub specie pacis & unionis cogerentur, suppressa fide Nicæna, communicare cum Arianis; qui, ut facilius fallerent, hæresim paululum dissimularunt. Episcopi multi, damnato Athanasio, subscripsere prævaricationi. Pauci pro defensione veritatis durissimum passi sunt exilium; in quorum locum sufficiuntur Ariani improbissimi, qui fidei Nicænæ defensores graviter affligunt, atque in pseudo-Synodis dominantur. Exilii sui gloriam turpi lapsu macularunt Hosius & Liberius. Athanasius in desertis latens, multa pro sua & Fidei defensione scripsit & passus est. Claruere etiam S. Hilarius Pictaviensis, Phebadius Agennensis, Paulus Constantinopolitanus, Paulinus Trevirensis, Cyrillus Hierosolymitanus. S. Antonius moritur; plures ejus discipuli, quibus præceperat ne cum Arianis communicarent, virtutibus & miraculis floruere, præsertim Hilarion.

Christi An. 353.

Ath. ad monach. nov. ed. pag. 360. vet. 828. & seq.

Persecutionis initia.

I. NOn ab re quidem Athanasius audita morte Constantis in lacrymas effusus est; eodem enim ictu quo interfectus est, Ecclesia etiam vulnerabatur; cujus futuram cladem atque suam S. Antistes animo præsagiebat. Nec vanum fuit augurium. Ariani facti audaciores primo quidem Ursacio & Valenti persuadent, ut mutata sententia ad partes suas revertantur: hanc pœnitentiæ suæ causam comminiscuntur, quod Constantis formidine ad id agendum compulsi essent. Deinde Imperatorem conveniunt, qui belli successu tumidus jam bellum moliebatur Ecclesiæ. Conspecta enim Episcoporum cum Athanasio communione, quasi igne inflammatus sententiam commutavit. Arianorum Duces Leontius Antiochenus, Georgius Laodicenus, Acacius Cæsariensis, & alii Imperatorem jam exacerbatum commovent adversus Athanasium, qui, inquiunt, omnia ubique loca suis adversus nos implet literis, nec cessat nos anathemate condemnare. Hinc statim jussa ac literæ ad Ægypti Præfectum, ut continuo frumentum Athanasio auferretur, & daretur Arianis, ac cuique volenti facultas esset contumelias inferendi iis, qui Athanasii conventibus interessent: hine minæ quoque Judicibus intentatæ, nisi cum Arianis communicarent.

Socrat. l. 2. c. 16.

Paulus Constantinop. ejectus in exilium.

II. Arianorum vero furor primo desæviit in Paulum Constantinopolitanum. Constantius, qui sui Fratris literis adductus, eum Constantinopolim revocarat, Philippo Præfecto Prætorii mandat per epistolam, ut Paulum quidem pellat Ecclesia, Macedonium vero illius loco in Ecclesiam inducat. Philippus populi seditionem pertimescens, mandatum occultat, specie vero publicorum negotiorum, progressus ad balneum publicum, Paulum ad se honorifice accersit. Paruit Paulus. Qui cum accitus venisset, statim Præfectus mandatum Imperatoris ei ostendit. Episcopus se indicta causa damnatum advertens patienter tulit. Præfectus vero circumstantis multitudinis impetum reformidans (plurimi enim suspicione ac tumore ducti illuc convenerant) unam ex lavacri januis aperiri jubet, per quam Paulus in palatium ductus, & conjectus in navem confestim in exilium mittitur. Præfectus autem ex publicis balneis egressus, recta ad ecclesiam contendit; aderat Macedonius eum eo in curru sedens: Circa illos militum manus gladiis strictis incedebat. Homousiani & Ariani ad ecclesiam properantes, prævenire singuli, eamque occupare adnitebantur. Sed repentinus metus plebem ipsosque milites invasit. Tanta erat hominum multitudo, ut Præfecto transeundi nullus daretur locus. Milites plebem violenter impellunt, quæ propter loci angustias retrocedere non poterat; rati milites eam de industria transitum intercludere, districtis gladiis obvios feriunt. Tria millia hominum occubuisse dicuntur, alii a militibus trucidati, alii constipatione multitudinis oppressi. In hunc modum Macedonius & Ariani ecclesia potiti sunt: quam Imperator amplificarat, conjunctaque cum ea quæ dicitur Irene, unoque ambitu comprehensa, Sophiæ nomen retinuit.

Christi An. 353.

Ath. ad monach. nov. ed. pag. 348. vet. 483.

III. Paulus catenis vinctus Singaris Mesopotamiæ exulavit; illine postea Emesam translatus: demum Cucusum Cappadociæ, ad deserta Tauri. Hinc in angusto, & in tenebroso loco inclusus est, ut fame interiret: deinde post sex dies, cum eo ingressi illum adhuc spirantem invenissent, irruentes

CHRISTI An. 353. *D. Pauli martyrium.* Rom. Martyr. 6. Sept.

hominem strangularunt, sabdoleque pervulgarunt, illum morbo extinctum fuisse. Philagrius eorum locorum Vicarius, Arianisque addictissimus, stupore perculsas, id multis, & præsertim Serapioni Episcopo renuntiavit. S. Paulum ut martyrem veneratur Ecclesia. Hoc facinus divina vindicta inultum non præterivit; anno quippe nondum elapso, cum multo dedecore Philippus a præfectura deturbatus est, & privatus esulavit, in dies exspectans qui se confoderet, misere interiit.

Sozom. Hist. l. 4. cap. 9.

IV. Athanasius vero cum persuasum haberet insidias sibi in palatio comparari, ipse quidem ad Imperatoris comitatum proficisci nec ausus est; nec a re sua fore existimavit. Lectis vero ad eam rem quinque Episcopis, ex quorum numero fuit Serapio Thmuitanus, vir admirabilis vitæ sanctimonia, & dicendi copia præditus, ad Imperatorem in Occidentis partibus tum degentem eos misit. Cumque his tres quoque Ecclesiæ suæ Presbyteros direxit, qui Imperatoris animum erga ipsum placarent, & adversariorum calumniis, si opus foret, responderent, cuncta denique agerent, quæ & Ecclesiæ, & ipsi conducere existimarent. Qui re infecta reversi sunt.

Athan. Apol. ad Const. nov. ed. pag. 307. vet. 686.

Ariani enim fictitias sub ejus nomine literas Constantio obtulerunt, quibus rogaret, ut in Italiam ipsi venire liceret, ut quæ putabat ecclesiasticis rebus deficere, instaurari possent. Imperator ei rescripsit per Palatinum Montanum concedens quod fraudulentis literis fuerat postulatum, atque ut iter facilius perageret, publici vehiculi copiam faciebat. His acceptis, obstupuit Athanasius; sed intellecta adversariorum fraude, cum Imperator non juberet ut accederet, sed tantum, quasi id postulasset, ei permitteret, manendum sibi esse statuit: Montanoque significavit, id se non postulasse, paratumque iter instituere, si juberet Imperator. Sed nullum per viginti sex menses accepit ab Imperatore mandatum. Quo tempore ipse multa conscripsit; Ariani vero variis machinamentis ei exitium pararunt.

D. Athanasii Apologia adversus Arianos,

V. Apologiam adversus Arianos, licet dicatur secunda, tunc scripsit Athanasius, ut confictas ab adversariis criminationes, & toties confutatas certis testimoniis convelleret. Illius duæ sunt partes, præpostero ordine digestæ. Prima complectitur primo epistolam Alexandrinæ Synodi Encyclicam ad omnes Episcopos, qua ab Eusebianorum calumniis vindicatur. Secundo Julii Papæ epistolam ad Eusebianos Præsules, qui Synodum Antiochiæ celebrabant, quæ eum purgat ab objectis criminationibus: subsequitur Sardicensis Synodi brevis historia, & tres ejusdem epistolæ, cum aliis sex Constantii Imperatoris literis: tres priores sunt ad Athanasium, ut ad suam redeat Ecclesiam; tres posteriores ad Episcopos Ægypti, ad Ecclesiam Alexandrinam, & ad Præfectum Ægypti Nestorium, quibus jubet, ut prorsus abolita priorum accusationum memoria, benigne suscipiatur Athanasius, privilegiisque & immunitatibus Ecclesiæ suæ concessis cum suo Clero libere fruatur. Has excipit epistola Synodi Hierosolymitanæ ad Episcopos Ægypti, & populum Alexandrinum. Hanc primam partem terminant Ursacii & Valentis epistolæ, quibus suas adversus Athanasium calumnias retractant, ejusque communionem postulant. Hinc patet hoc quoque opus esse scriptum, antequam Ursacium, & Valentem iterum adversus se defecisse ad Arianos cognosceret Athanasius. Quæ igitur sub finem leguntur de exilio Liberii & Osii, hæc postmodum addita sunt.

Ibid.

In secunda parte, qua se jure merito absolutum, suæque restitutum Ecclesiæ demonstrat, rem altius repetens orditur a Meletii schismatis historia, de Nicæna Synodo breviter agit, & de gestis Eusebii, ut Arius damnatus in Ecclesiam admitteretur, cui restitit; Arianorumque & Meletianorum adversus se criminationes esse falsas probat ex ipsis Constantini Magni literis. Ischiræ pariter & Arsenii accusationes esse falsas evincit ex ipsorummet confessione & literis, quibus ejus innocentiam confessi petunt ejus communionem. Postea narrat res in Tyriensi Synodo gestas, & Cleri Alexandrini & Mareotici literas refert, quibus ejusdem Synodi legatorum ad Mareotem prævaricationes manifestat. His adjungit mutuas Alexandri Thessalonicensis & Comitis Dionysii literas, quibus conspirationem adversus Athanasium structam a Tyriensibus Episcopis se deprehendisse confitentur. Huic secundæ parti finem imponunt epistola pseudo-Synodi Hierosolymitanæ, quæ Arium in communionem receperat; epistola Constantini Magni causam Athanasii ad se evocantis; relatio ejus fugæ & exilii in Gallias; demum Constantini junioris eum Alexandriam remittentis epistola. Præcipuas horum omnium partes jam superius dedimus, dum hæc gesta ipsismet Athanasii verbis enarravimus: ex quibus liquet, quam multa mendose scripserint Socrates & Sozomenus: qui nullam servant temporum rationem, atque ubi de dogmatibus loquuntur, suam produnt inscitiam.

CHRISTI An. 353.

Phot. Bibliot. cod. 32.

VI. Epistolas tres iisdem temporibus scripsit Athanasius, quas sicut & alias laudat Photius: Athanasii epistolæ eleganter simul & splendide clareque compositæ, persuadendi insuper vi ac venustate floridæ, ut jucundum sit, quam ibi Apologiam scribit, audire. Prima est de decretis Nicænæ Synodi, hujus hæc est scribendi occasio simul & argumentum. Athanasius familiaris de fide sæpe disputans cum Arianis, aliquando sic eos confutarat, ut nescii quid responderent, criminarentur Nicænam Synodum, quod vocibus e sacra Scriptura non mutuatis uteretur. Rem ille gestam scribit Athanasio, qui res in ea Synodo gestas refert, & causas cur vocem omousion usurparit, quam ipsemet Eusebius fatetur a quibusdam Patribus usurpatam, quos inter recenset & Theognostum, utrumque Dionysium, Alexandrinum atque Romanum, & Origenem. Origenis laudat textum affirmantis, Verbum æternum esse ejusdem ac Patrem substantiæ. Et quæ huic Catholicæ sententiæ contraria videntur in aliis ejus operibus, hæc, inquit, non ex propria mente proponit; sed ex eorum quibuscum disputabat. Librum, in quo de Verbo divino tam orthodoxe scripserit Origenes, non designat Athanasius.

Vocem Omousion defendit Athanas.

Ath. de decret. Nicæn. Synod. nov. ed. pag. 227. vet. 270.

Insigniores illius epistolæ partes dedimus, ubi egimus de Nicæna Synodo. Id unum hic adjiciam: „ Quod si, inquit, rursus murmurent, quod illæ voces, ex substantia Dei, & Consubstantialis, in Scripturis non extent, hoc ipso tanquam futiles & mente non sani sunt rejiciendi, seipsos porro hic potissimum accusant, quod primi huic rei locum dederint, qui ipsi excogitatis vocibus, quæ in Scriptura non habentur, bellum Deo cœperint inferre . . . . . . Noverit tamen quisquis studiosus fuerit, etiam si ipsæ voces ita in Scripturis non extent, sententiam tamen, quam continent, vere ex Scripturis haberi. „ Illius epistolæ occasione Ariani eum eodem Athanasii amico congressi, Dionysium Alexandrinum sibi suæque sententiæ favere contenderunt. Athanasius alia data rursus epistola sanam fuisse sancti viri fidem comprobat ex ejus operibus, de quibus multa jam supra diximus, Athanasii verba proferentes. Observabimus tantum, quod Dionysius Filium esse ex substantia Patris, eique Consubstantialem confiteatur, eamque præclaram addat sententiam, qua omnes profligantur adversus Trinitatem hæreses: “ Sic nos, inquit, unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, ac vicissim Trinitatem, quæ imminui nequit, in unitatem contrahimus. „ Hæc sententia habetur in manuscriptis, & in ultima Athanasii editione.

Dionysius Alexand. Cathol. de Trinitate sensit.

Athan. de sent. Dionys. nov. ed. pag. 255.

VII. Dracontius monachus & Abbas, consecratus Hermopolis Parœciæ Episcopus, cum tantum onus subire pertimesceret, aufugit, seseque occultavit. Id ubi rescivit Athanasius, sequenti epistola eum ad officium redire sic cohortatur . . . “ Quocumque modo spectetur, non culpa vacat id quod egisti, charissime Draconti. Non decuit enim te cum gratiam accepisses, latebras quærere . . . . . . nec debuisti, prudens cum sis, aliis exemplum capescendæ fugæ præbere: multis enim, qui hæc audiere, fuisti scandalo: non quod sic agas quidem; sed quod tempus ac impendentes Ecclesiæ calamitates prospiciens sic agas. Ac vereor ne dum tui causa fugis, aliorum causa apud Dominum periclitere. Alexandrini agri in te eligendo consensus ob tuum secessum necessario in plurimas dividetur factiones: estque hujus loci Episcopatus a multis invadendus, iisque non probis viris, sed quod tu probe nosti. Dehinc ethnici, qui in tua ordinatione se Christianos fore polliciti sunt, in gentilitate permanebunt . . . . Quamnam igitur pro istis excusationem allaturus es? Nosse te, ac nihil ambigere convenit, te antequam ordinarere, tibi ipsi visisse; ordinatum, his quibus ordinatus es. Te populi exspectant, ut cibum illis subministres, scripturarum nempe doctrinam; qui si dum exspectant,

Athan. nov. ed. pag. 263 vet. p45.

CHRISTI AN. 353.

stant, fame laborent, ac interim veniat Dominus ...... Quam, quæso, invenias tui purgandi rationem, cum ipse esurientes suas oves conspiciat? ...... obsecro ...... Ecclesiæ curam habeto, ne tui causa multi ex pusillis damno afficiantur .... An non audisti Apostolum hæc loquentem: Noli negligere gratiam quæ est in te? An non legisti, quomodo eum qui pecuniam duplicasset, cum Isude suscepit Dominus; & qui abscondisset, condemnavit? Utinam quamprimum revertaris, ut ex eorum numero sis qui laudantur .... Cujusnam te imitatorem esse suadent hujus consilii authores? .... An beati Pauli, qui accepto dispensandi munere, ... hæc scripsit: Væ enim mihi est, si non evangelizavero ...... hinc illa sancto viro cura fuit usque ad Illyricum prædicandi, nec dubitavit, vel Romam proficisci, vel usque ad Hispanias properare, ut quo magis laborasset, eo ampliorem mercedem consequeretur .... Ego sane te & meipsum omnium sanctorum imitatores esse pemptarim .... matura igitur, dilecte, nec ultra moreris .... neque enim tu solus ex monachis ordinatus es: sed nosti Serapionem monachum esse, & tam multis præfuisse monachis. Nec te præterit quot monachorum Pater fuerit Apollos. Nosti Agathonem, nec ignoras Aristonem, ac meministi Ammonii cum Serapione peregre profecti. Fortassis etiam ad te pervenit fama Muiti in superiore Thebaide commorantis, atque discere potuisti, quid Paulus qui Lati degebat, egerit; ac similiter alii complurimi, qui tamen ordinati non repugnarunt ..... vel propterea seipsis deteriores facti sunt; sed potius cum laboris mercedem expectent, ipsi in melius proficiunt, dum alios ad profectum cohortantur. Quot illi quantosque ab idolorum cultu revocarunt? Quot a dæmoniaca consuetudine monitis suis averterunt? Quot Domino adduxere servos, adeo ut qui ista signa videant, admiratione capti sint? .... Quapropter cum tales tibi viri sint in exemplum propositi, nec credas iis qui dicunt, Episcopatum esse peccandi occasionem; licet tibi in Episcopatu esurire & sitire, quemadmodum egit Paulus .... ut dum ejus exemplo jejunas, alios doctrina tua satiare valeas .... Matura igitur cum potissimum instet sacra solemnitas, ne in tua absentia festum populi concelebrent, in maximum sane tui capitis periculum: Quis enim te absente Paschatis festum prædicabit? Quis illius resurrectionis diem te latente annuntiaturus est? Quis te fugiente hortaturus, ut congrua pietate festum agant? „ Hic loqui videtur de Epiphania, quo die tunc Paschatis dies indicari solebat.

1. ad Tim. 4.

1. ad Cor. 9.

Athan. Apolog. ad Const.

VIII. Interea novis calumniis extremum Athanasio exitium parabant Ariani; Constantio revocabant in memoriam, quomodo Constans ei bellum minatus esset propter Athanasium, quem inter fratres odia seminasse, atque adversus ipsum concitasse criminabantur; & quod atrocius est, Magnentio Tyranno, ut eum sibi demereretur, scripsisse literas, quarum exemplar se tradidisse jactitabant. Tertio eum inconsulto Imperatore dedicasse majorem ecclesiam, quam ejus sumptibus inchoasset Gregorius. Denique vocatum in Italiam ejus mandatis non obtemperasse. His supramodum exacerbatus Imperator statuit Athanasium ab Occidentalibus damnatum ejicere ecclesia. Orientales igitur scribunt Liberio, ut Athanasio damnato communionis mutuæ concordia conjungerentur. Pontifex convocatis multis ex Italia Episcopis ostendit hasce literas, cum decretis Alexandrinæ Synodi, quibus octoginta subscripserant Episcopi, qui Athanasium testabantur innocentem: unde contra divinam Legem visum est, etiam cum Episcoporum numerus pro Athanasio major existeret, in parte aliqua commodare consensum. Sed Vincentium Capuensem & Marcellum ex Campania Episcopum delegarunt, qui omnium nomine Imperatorem deprecarentur, ut juberet, sicut ei placuerat dudum Concilium Aquilejæ congregari. Constantius vero Arelate hyemem agens, post theatrales ludos atque Circenses ambitioso editos apparatu, die sexta Idus Octobris, anno trecentesimo quinquagesimo tertio, cum multi in ejus comitatu essent Episcopi, indixit Synodum. Orientales enim confinxerunt Liberium suppressisse literas, quibus Athanasii crimina continebantur, ne apud omnes paterent. Quapropter urgebant ejus damnationem. Legati proposuere hanc conditionem, ut si iidem Arii hæresim condemnassent, hoc genere inclinati

Constantius ut Athanasium damnent Occidentales.

Liber. epist. ad Osium tom. 2. Concil.

Hilar. in fragm. nov. edit. p. 1330. vet. 456.

Hilar. ibid.

Liberii legatorum prævaricatio.

Sulpit. l. 2. c. 54.

Hilar. ibid.

CHRISTI AN. 353.

eorum sententiis obedirent. Accipitur conditio, itur in Concilium: accipiunt cum deliberatione responsa, Arii doctrinam se damnare non posse, Athanasium, quod solum exigebant, esse communione privandum. Arianorum sententiam Occidentales cum non reciperent, edictum ab Imperatore proponitur, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. Minus cessit Vincentius, qui Athanasii innocentiam suo calculo comprobaverat in Romana & Sardicensi Synodo. Post ejus factum, inquit Papa Liberius, duplici mœrore confectus, moriendum magis pro Deo decrevi, ne videar novissimus delator existere. Ac proinde falsum est eum sui Pontificatus initio suam Athanasio denegasse communionem. S. Paulinus Ecclesiæ Trevirorum Episcopus, eorum perditioni simulationique se non miscuit, & cum tantis istorum sceleribus contraisset, indignus Ecclesia ab Episcopis, dignus exilio a Rege est judicatus. Post quinque annos in Phrygia exulans moritur. Ejus natale Augusti trigesimo primo in Martyrologio celebratur.

Concil. tom. 2. vet. edit. tom. 1. nov. edit.

Hier. in Chron.

IX. Liberius graviter dolens de infelici Arelatensis conciliabuli exitu, quodque reliqui per Italiam Episcopi publica conventione coacti fuissent sententiis Orientalium obedire, voluit experiri an ex alio Concilio tantis malis remedium posset invenire. Deo procurante Lucifer Calaritanus e Sardinia supervenit. Qui cum latebras causæ interioris cognovisset, & pervenisset ad ejus conscientiam, sub occasione nominis Athanasii, hæreticos hæc velle tentare, ut fidem everterent: pro devotione fidei suæ subire voluit justum laborem, & ad comitatum Imperatoris pergere: ut tandem, exposito ordine totius causæ, impetraret ut omnia quæ in medium venerunt, in cœtu possent sacerdotum Dei tractari. Liberius cum eo Pancratium Presbyterum, & Hilarium Diaconum cum his literis misit ad Imperatorem .... " Ego, religiosissime Imperator, tecum veram pacem requiro, quæ non sit verbis composita interna dispositione fallaciæ, sed præceptis Evangeliorum rationabiliter confirmata. Non Athanasii tantum negotium, sed multa alia in medium venerant, propter quæ Concilium fieri mansuetudinem tuam fueram deprecatus: at ante omnia, quod specialiter optat mentis tuæ erga Deum sincera devotio, cum fidei causa, in qua nobis prima spes est ad Deum, diligenter fuisset tractata ...... significant Orientales paci se nostræ velle conjungi. Quæ est pax, Clementissime Imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor Episcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii hæreticam sententiam noluissent damnare, de Concilio iratis animis exiere. Horum, si fas est sententiis, quale sit, aut quid habeat, commodare consensum, æquitas & clementia tua poterit æstimare. Non est novum, quod nunc subtiliter, & sub occasione nominis Athanasii attentetur. Manent literæ Alexandri Episcopi olim ad Sylvestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significat, ante ordinationem Athanasii, undecim tam Presbyteros, quam Diaconos, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia ejecisse; ex quibus nunc quidam extra Ecclesiam Catholicam foris positi, dicuntur sibi conciliabula invenisse, quibus asseveratur etiam Georgius in Alexandria per literas communicare. Quæ ergo potest pax esse, si Episcopi, ut nunc per Italiam factum est, cogantur talium sententiis obedire .... Hinc jam tua clementia hoc quoque consideret, recte Catholicæ religionis jure servato, an hominis causa debeat diligenter, excusseque tractari. Unde iterum atque iterum animum tuum Deo deditum rogo per ejus virtutem, qui se in defensione tua, quantus sis, universis mortalibus approbavit, habens ante oculos ejus beneficia, hæc in cœtu Episcoporum diligenter faciat omni cum consideratione tractari .... ut quæ fuerint judicio sacerdotum Dei confirmata, cum constiterit omnes in expositione fidei, quæ inter tantos Episcopos apud Nicæam, præsente sanctæ memoriæ patre tuo, confirmata est, universos consensisse, cum exemplo possent in posterum custodiri. „

Liber. ep. 3. ad Euseb. Vercel. tom. 2. Concil. vet. edit.

Liberius fidei & Athanasii causam strenue agit.

Liber. ep. 2. ad Const. ib.

Scripsit & ad Eusebium Vercellensem, ut pro fidei suæ ardore una cum legatis suis universa, quæ fides Catholica exigit, Imperatori insinuaret; hortatur pariter in altera, ut eorum consortio se jungens uno consilio, una consideratione id agat, ne absens damnetur Athanasius. In tertia ei gratias agit,

Liber. ep. 3. ib. Epist. 4.

CHRISTI An. 353. & 354.

quod uti cognoverat ex ejus literis, cum legatis ſuis profectus ſit ad Imperatorem tunc in Galliis degentem. Euſebius natione Sardus Romam venit, & adſcitus eſt in Clerum, & ex Lectore Romanæ Eccleſiæ propter ſummam virtutis opinionem communi ſuffragio creatus Vercellenſis Epiſcopus, communem vitam cum Clericis ſuis agens in paupertate & jejuniis, orationibus & lectionibus, remotus ab omni mulierum conſortio, vitam monaſticam imitabatur; hæc duo conjungens, & Clericorum officia, & inſtituta monachorum; illudque ſanctum vivendi genus invexit in Occidentem: plures ex ejus ſchola prodiere ſanctiſſimi Epiſcopi. Fortunatianum Aquilejenſem etiam rogavit ut pro Eccleſiæ cauſa legatos ſuos adjuvaret. Fortunatianus autem natione Afer, qui brevi & ruſtico ſermone ſcripſit commentarios, ſpem ejus feſellit.

Hier. de ſcriptor. Eccleſ. *Euſebius Vercell. Canonicorum regularium inſtitutor.* Ambroſ. epiſt. 63. & 82. Lib. ap. 5. Ibid.

X. Gallus Cæſar in Oriente Judæos, qui, interfectis per noctem Romanis militibus, arma ad rebellandum invaſerant, oppreſſit cæſis multis hominum millibus uſque ad innoxiam ætatem, & civitates eorum Diocæſaream, Tiberiadem, & Dioſpolim, plurimaque oppida, igni tradidit. Felicitatem non ferens acceſſit ad tyrannidem, & inſinuans Imperatori ſuam intentionem, Quæſtorem nomine Magnum, & Domitianum Præfectum Occidentis occidit. Ob quam rem Conſtantius indignatus evocavit eum. Qui cum contemnere non valeret, pergebat ad Principem. Cumque contra Inſulam Falconenſem veniſſet, illic eum Conſtantius præcepit interimi, anno Imperii ejus Cæſarei quarto, & vitæ vigeſimo nono, Chriſti trecenteſimo quinquageſimo quarto. Vir fuit natura ferus & ad tyrannidem promptior, ſi ſuo jure imperare licuiſſet. Theophilus Indus & Ætius Arianiſmo ejus animum infecerant. Prior exulare juſſus eſt.

Hier. in Chron. Eutrop. lib. 10. Ammia. Marcell. lib. 14.

XI. Julianus Galli frater duplicis quoque criminis reus agitur apud Imperatorem, quod a Marcelli fundo in Cappadocia poſito ad Aſiam demigrarat, liberalium deſiderio diſciplinarum, & per urbem Conſtantinopolim tranſeuntem viderat fratrem. Sed oſtendit neutrum ſine juſſu feciſſe. Imperatricis Euſebiæ precibus ſervatus eſt, atque permiſſum eſt ire in Græciam, ut Philoſophiæ vacaret Athenis. Annum tertium & viceſimum tunc agebat, jamque a tribus annis ad gentilium ſuperſtitionem dilapſus a fide defecerat, cum ab ineunte ætate fuiſſet Chriſtianus. Impietatem tamen diſſimulavit metu Conſtantii; vatum colloquiis & familiaritate depravatus eſt. Aſſumpta majore quam debuerat fiducia, Imperii cupiditate exarſit. Hujus rei cauſa Græciam circumiens vates quærebat & ariolos, ſcire cupiens num quandoque compos fieret votorum ſuorum. Tandem incidit in hominem quemdam, qui hæc ſe prædicturum pollicebatur. Qui cum in idolorum templum eum perduxiſſet, & in adyta ingredi juſſiſſet, ſeductores dæmones invocare cœpit. Cumque iſti terribili, ut ſolent, ſpecie apparuiſſent, metu compulſus Julianus Crucis ſignum fronti impreſſit. Tunc vero dæmones ſignum Dominici trophæi cernentes, ſeque per id victos recordati protinus evanuerunt. Præſtigiator vero, qui cauſam fugæ probe norat, Julianum objurgavit. Verum ille & timorem ſuum ei aperuit, & virtutem Crucis magnopere ſe mirari dixit: dæmones enim eum ejus ſignum ferre non poſſent, aufugiſſe. At præſtigiator, Cave, inquit, hoc putes, vir bone, non enim timuerunt illi, ut tu cenſes, ſed factum tuum abominati receſſerunt. Hoc modo cum miſerum illum decepiſſet, ſacris initiavit, & nefario ſcelere implevit. Ita cupiditas Imperii infeliciſſimum Julianum pietate ſpoliavit.

Ammia. Marcell. lib. 15. *Julianus depravatur.* Socrat. l. 3. c. 1. Sozom. l. 5. c. 2. Theod. l. 3. c. 3. *Crucis virtus.*

Ibid.

Aliquando Conſtantinopolim reverſus, magiſtrorum, qui illic erant, auditoria frequentavit. Cumque in diſciplinis magnos progreſſus faceret, haud quaquam in obſcuro delituit. Per urbem ſpargi cœpit idoneum illum eſſe, qui Romanam Rempublicam gubernaret. Quod cum latius omnium ſermone divulgaretur, Imperatoris animum conturbavit. Quamobrem ab urbe Regia tranſtulit Nicomediam, præcipiens ne ſcholam adiret Libanii Sophiſtæ, quoniam religione gentilis erat. Orationum tamen illius amore captus, clam eas ſibi comparans ſtudioſe lectitabat. Huc ad eum venit Maximus Philoſophus Epheſius, eique Philoſophiæ ac magiæ rudimenta tradidit. Quibus Imperatori nuntiatis, timore perculſus comam raſit, & monaſticum vivendi genus ſimulavit, clamque Philoſophiæ operam dabat. Illius Apoſtaſiam multi præviderant ex eventu quodam mirabili. Julianus & frater ejus Gallus ſepulchrum Mamæ martyris ampliſſima baſilica circumdare ſtudentes, opus inter ſe diviſerant; dumque alter alterum magnificentia, & cultu ſuperare contenderet, pars operis quæ Gallo obvenerat, attollebatur, & ex animi procedebat ſententia. Ex operibus autem Juliani alia corruebant, alia ex fundamentis ſurſum propellebantur, alia ne ſolo quidem cohærere ab initio ſuſtinebant, non ſecus ac ſi contraria quadam vi deorſum obſiſtente detruderentur.

CHRISTI An. 354.

XII. Conſtantius Arelate hyemans Clericis amplam immunitatem conceſſit ſequenti lege: “ Ut Eccleſiarum cœtus concurſu populorum ingentium frequentetur, Clericis ac juvenibus præbeatur immunitas, repellaturque ab his exactio munerum ſordidorum, negotiatorumque diſpendiis minime obligentur, cum certum ſit quæſtus, quos ex tabernaculis & ergaſteriis colligunt, pauperibus profuturos. Ab hominibus etiam eorum qui mercimoniis ſtudent, cuncta diſpendia eſſe ſancimus: parangariarum quoque parili modo ceſſet exactio. Quod & conjugibus & liberis eorum, & miniſteriis majoribus pariter ac fœminis indulgemus, quos a cenſibus etiam jubemus perſeverare immunes. „ Prohibuit quoque nocturna ſacrificia, quæ permiſerat Magnentius. Juſſit etiam Mediolani congregari Synodum, quam ad pacem inter Eccleſias conciliandam poſtularat Liberius. Imperator vero id agebat & moliebatur, ut omnes qui eo convaniſſent, ſingillatim aſſentiri cogeret depoſitioni Athanaſii, eoque jam ab Eccleſiis expulſo, aliam fidei formulam conſcribere. Orientales pleroſque aut eorum ſenectus, aut itineris longitudo domi retinuit. Ex Occidentis autem partibus plures quam trecenti adfuerunt.

L. 10. cod. Theod. de Epiſc. & Cler. *Cleri immunitas.* Theod. l. 2. c. 15. Socrat. l. 2. c. 36.

XIII. Conſtantius Mediolanum veniens ineunte anno trecenteſimo quinquageſimo quarto, collecto jam Concilio Epiſcoporum, deeſſe reperit Euſebium Vercellenſem, quem per literas ſub ſpe pacis humaniter evocavit; Concilium ſequentem ad eum dedit epiſtolam: “ Non ignorat chariſſima nobis dilectio tua, quam ſit pretioſum vinculum charitatis & pacis ..... Et quia hoc cuſtodire nos, qui Eccleſiæ Catholicæ præſumus, divina Domini præcepta docuerunt; ideo plenum ſanctitatis ac juſtitiæ arbitrati ſumus, ut chariſſimos Coepiſcopos noſtros Euſtomium & Germinium, ad dilectionem tuam mitteremus, & omnia quæ aguntur, inſinuarent, & pateſacerent. Itaque ſinceriſſima prudentia tua audiat ſupra dictos, & communicato pariter cum his conſilio, definiat quid de nomine hæreticorum Marcelli & Photini, nec non & Athanaſii ſacrilegi totus prope definivit Orbis. „ Ex his liquet quid intenderant Ariani. Ut eorum impietati reſiſterent, cum aliis literis evocarunt Legati Liberii. Imperatori ſic reſcripſit Euſebius: “ Ego, clementiſſime Imperator, videns animum tuum Deo devotum hoc cupere, quemadmodum per Orbem terrarum firma pax eccleſiaſtica permaneret, ſatis cum gaudio literas tuas accepi. Suſcepi etiam literas Fratrum & Co-epiſcoporum meorum, quibus hæc intimare digneti ſunt, ut plena mihi ratio per ipſos, quos miſerant, redderetur, & ſic facerem quod volebant; ſed quia mihi pleniter ratio reddi non potuit, & debui clementiæ tuæ parere, hoc neceſſarium duxi, ut Mediolanum venire properarem: quidquid autem, Domine Imperator, in præſenti cum venero, juſtum fuerit viſum, & Deo placitum, id me facturum eſſe promitto. „

Ughell. tom. 4. Italiæ ſacræ. *Synodus Mediol.* tom. 1. Conc. nov. edit. & tom. 2. vet.

Euſebius valedictis ſuis Vercellenſibus prædixit quæ ei in ipſa Synodo accidere deberent ..... & poſt ſeptem dies profectus eſt. Interim Conſtantius cum Arianis Epiſcopis egit ut Athanaſius damnaretur: ſubſcripſerunt Dionyſius Mediolanenſis, cæterique Epiſcopi poſt eum numero viginti & novem. Nondum enim advenerant Catholici Epiſcopi ..... Obviavit Euſebio Dionyſius tenens manibus Evangelium Chriſti crucemque Domini, & projiciens ſe in terram coram eo ait: Pater, peccavi; libera me, ſi vales. Data confeſſione, & accepto conſilio gradiebantur ſimul. Ventum eſt Mediolanum, & recipientes ſe in hoſpitio tractabant de ereptione Dionyſii Epiſcopi: decem diebus ad Eccleſiam vetitus eſt accedere, dum adverſus tam ſanctum virum malitia ſe perverſa conſumit. Supputatis

Ughell. ibid. Hilar. ad Conſt. lib. 1.

deinde

CHRISTI AN. 354.

deinde consiliis omnibus, ubi libitum est advocatur; adest una cum Clericis Romanis, & Lucifero Sardiniæ Episcopo. Conventus ut in Athanasium subscriberet, ait de sacerdotali fide prius oportere constare: compertos sibi quosdam ex his qui adessent, hæretica labe pollutos. Expositam fidem apud Nicænam posuit in medio, spondens omnia quæ postularent esse facturum, si pro fidei professione scripsissent. Dionysius Mediolanensis primus chartam accipit, ubi profiteri scribendo cœpit, Valens calamum, & chartam e manibus ejus violenter extorsit, clamans: non posse fieri, ut aliquid inde gereretur. Res post clamorem multum deducta in conscientiam plebis est; gravis omnium dolor ortus est, impugnata est a sacerdotibus fides. Verentes illi igitur populi judicium e Dominico in palatium transeunt; illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt omni pravitate refertam, eo nimirum consilio, ut si ea æquis auribus populus recepisset, publica authoritate cupita proferrent. Sin aliter fuisset excepta, omnis invidia esset in Rege, & ipsa venialis, quia etiam tum Catechumenus, sacramentum Fidei merito videretur potuisse nescire; igitur lectam in Ecclesia epistolam populus aversatur.

Eusеb. Vercell. resistit Arianis, ejicitur in exilium. Sulpic. Sever. l. 2. c. 54.

Ughel. ibid. Ambr. serm. 56. seu author Anonym. coæv.

Imperator Eusebium evocat ac minis, & blandimentis suadet ut contra Athanasium subscribat. Tum ille: Vos dicitis Filium Dei Deo Patri æqualem esse non posse; cur ergo mihi meum filium ac discipulum in subscribendo prætulistis? Qua ratione permoti statim chirographum, cui Dionysius subscripserat, obtulerunt. At ille: Non post filium scribam, cui præsum nomine. Istud incendite, novumque, si vultis ut scribere debeam, scribite. Factumque est ut nutu divino incenderetur chirographum, cui Dionysius, & cæteri Episcopi subscripserant. Incenso autem primo chirographo, rursum aliud ocyus scripserunt: cui subscribere Eusebius, & alii debuissent Episcopi. Constantius tunc ait ad Eusebium: Decet te ut prior omnibus subscribas, deinde cæteri tuam sequendo honorificent paternitatem. Respondit Eusebius ..... Non ego me vestris sceleribus polluo, neque filium meum Dionysium, cæterosque Sodales meos vobiscum participare in hac dementia permitto ..... Imperator reliquit eum in potestate Arianorum, ut eum subscribere facerent. Erant ingentes scalæ domus ipsius in qua erant, ... trahebant autem B. Eusebium a summo usque ad imum, sursusque ab imo usque ad sursum, dicebantque ei: Modo nobis communica, atque consenti decretis nostris. Ipse autem gratias agens gratulabatur, quia aliquam contumeliam pro veritate, quæ Deus est, mereretur sustinere. Tunc vinctis ei manibus post tergum, verberibus cæsum interrogabant si jam consentiret. Ipse autem prudenter respondebat, se permanere in confessione sua, & libenter pro ipsa velle mori. His auditis Constantius jussit eum deportari in exilium, scilicet Scythopolim in Palæstina; illius urbis Episcopus erat Patrophilus Arianorum antesignanus.

Ath. ad Monach. nov. edit. pag. 330. vet. 861. *Ortodoxi Episcopi pelluntur in exil.*

XIV. Luciferum, & Dionysium aliosque Catholicos pariter sollicitat ut adversus Athanasium subscriberent: fidenter respondent Ursacio, & Valenti fidem ultra non habendam esse, quos antea pœnituisset eorum, quæ jam dicerent. Imperator exurgens, Ego, inquit, jam sum Athanasii accusator, mei gratia eorum dictis fidem habetote. Illi responderunt: Quo pacto accusator esse potest absente reo? non judicium Romanum jam instituitur, ut tibi, quamvis Imperator sis, fides habeatur, sed de Episcopo judicium agitur, & pari jure cum accusatore, & accusato agi oportet. Qui autem accusare tu potes? non enim tibi præsens fuit vir, qui procul te versabatur. Quod si ea dicis quæ didicisti ab illis, æquum sane fuerit te ejus quoque dictis fidem adhibere; sin illi fidem non adhibens, his adhibes, videntur certe illi hæc in tui gratiam proferre, in tui gratiam item Athanasium accusare. His offensus Imperator, jubet, damnent Athanasium, suisque communicent. Dicunt: id ecclesiastici non esse Canonis. Statim ille: at quod ego volo, id pro Canone habeatur: me quippe ita loquentem Syri tolerant Episcopi. Aut vos quoque extorres futuri estis. Episcopi manibus ad Deum tensis eum docent non suum esse Imperium, sed Dei qui tradidisset, rogant ut eum timeret, ne derepente datum adimeret, suadentque ne res ecclesiasticas pessumdaret, neu Romanum Imperium cum ecclesiasticis statutis commisceret, vel Arianam hæresim introduceret in Ecclesiam Dei. Verum ille neque audivit, nec eos plura dicere permisit; quin & acrius districto adversum illos gladio comminabatur; imo ex iis nonnullos ad supplicium abduci jusserat, sed commutata statim sententia misit in exilium. Ursacius, & Valens cum Pancratio Presbytero, Hilarium Diaconum Liberii legatum, priusquam in exilium proficisceretur, nudant, atque flagris cædunt vociferantes: Quare Liberio non obstitisti, sed ejus detulisti literas? Diaconus dum verberabatur, Domino benedicebat.

Ib. p. 363. vet. 831.

Hilar. in Const.

XV. Hic fuit infelix Concilii Mediolanensis exitus: omnium pene conspiratione damnatur Athanasius; plures decepti, vel vim passi, ab ejus communione recessere. Tribuni viam sibi omni per populum crudelitate pandentes, penetrant ad Sancta Sanctorum, & protrahunt de altario sacerdotes, qui restiterant Imperatori; qui dum per loca, & civitates transirent, etsi vinculis constricti nihilominus evangelizabant, ac piam fidem prædicantes, Arianam hæresim anathemate damnabant, traducebant Ursacii atque Valentis pœnitentiam. Et quanto longiore intervallo distabat exilii locus, tanto majus in Arianos odium concitabatur. Econtra exules tanquam confessores totius Orbis studiis celebrabantur; pecuniasque eis in sumptum constat affatim congestas, legationibus quoque eos plebis Catholicæ, ex omnibus fere provinciis frequentatos. Lucifer Germaniciam Syriæ amandatur. Eudoxius illius urbis Episcopus eum in obscuro carcere detinuit, nec cuiquam eum adire permisit. D. Dionysius Episcopus Mediolani jam tum Metropolis Italiæ, ut testatur Athanasius, in Cappadociam relegatus, ibidem propiore martyribus titulo spiritum Deo reddidit. Ejus sacrum corpus ab Aurelio Episcopo Mediolanum transmissum est ad beatum Ambrosium; ejus natale Maji decimo quinto celebratur. Auxentium depopulatorem potius quam Christianum e Cappadocia Mediolanum evocat Constantius, ibique eum Episcopum constituit, hominem ne latinæ quidem linguæ, sed tantum hæreseos peritum. Alii quoque præter memoratos Episcopos exilii pœnam subire maluerunt, quam vel Athanasium damnare, vel communicare cum Arianis: Exuperantius Eusebii Vercellensis Clericus fuit ejus exilii comes, & postea in Tortonensem Episcopatum cooptatus est. Eminuit etiam inter Confessores Maximus Neapolitanus, qui cum ægritudine stomachi laboraret, ab Arianis subscriptionem suam extorquere conantibus multis est afflictus malis: at cum ille invictum gerens animum nullis cederet cruciatibus, tandem in exilium pulsus est, ibique extremum diem pie obiit: Ariani in ejus locum intrusere Zosimum. Iisdem annumeratur Rufinianus quidam vitæ sanctimonia conspicuus, qui fidei causa ab impio Epicteto Centumcellarum Episcopo, ante currum ejus concitato cursu procedere compulsus est, quo factum est ut erumpentem sanguinem ore evomens extinctus sit.

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 364. vet. 832. Sulpic. Sever. l. 2. c. 55.

Rom. Martyr. Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 390. vet. 861. Lucif. l. 2. pro Ath.

XVI. Liberius audito virorum clarissimorum exilio, constantiam ipsis suam gratulatur epistola, cui titulus est, ad omnes Confessores exules. " Quo, inquit, præconio laudis, qua vocis exultatione merita virtutis vestræ proferam, positus inter mœrorem absentiæ vestræ, & gaudium gloriæ? prorsus invenire non possum: nisi quod, scio, hinc me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me nobiscum in exilium esse datum ..... Optaveram, Fratres charissimi, prior pro omnibus vobis impendi, ut exempla gloriæ, per me magis vestra dilectio consequeretur. Sed fuit hæc palma meritorum vestrorum, ut priores de perseverantia fidei ad confessionis illustrem gloriam veniretis. .... Estote itaque de promissione cœlesti securi, & quia proximiores Deo estis effecti, orationibus me vestrum consacerdotem famulum Dei ad Dominum sublevate: ut supervenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur, graviora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre possimus: ut inviolata fide, salvo statu Ecclesiæ Catholicæ, præmia nobis Dominus dignetur afferre: „ Ariani non diu illi pepercere: nihil reveriti, quod Apostolicus thronus ille sit ..... Cum enim cernerent eum sanæ fidei cultorem, suæque hæresis adversarium, arbitrati sunt si Liberium seducere possent, omnes illico superaturos: quare illum apud Imperatorem calumniantur. Ille quæ egerat adversus Athanasium, authoritate, qua potiores sunt æternæ urbis Episcopi, firmari desiderio nite-

Liber. epist. 6. tom. 2. Concil. *Liberius exulibus gratulatur, & resistit Constantio.*

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 364. vet. 830. & seq.

Christi An. 354. Ammia. Marcel. lib. 15. Ath. ib.

nitebatur ardenti, inquit Ammianus Marcellinus scriptor ethnicus. Itaque cum literis spadonem Eusebium mittit, dona ferentem, ut blandiretur donis, literis vero minaretur.

Profectus Romam spado, principio auctor erat Liberio, ut contra Athanasium subscriberet, cum Arianisque communicaret: illud, ajebat, Imperator exoptat, hoc te facere jubet. Hinc ostensis muneribus hortabatur, manusque Liberii contrectans ajebat: Imperatori obtempera, & hoc accipe. Liberius contra hisce verbis eum docebat: Qui, quæso, adversus Athanasium id agatur, quem non una solum, sed & altera Synodus, scilicet Sardicensis, ex toto Orbe coacta purum innoxiumque jure declaravit, quem Romana Synodus cum pace dimisit; quo pacto eum damnare possumus? Quis nos probaturus est, si quem præsentem ad communionem admisimus, absentem aversemur? non ecclesiastici Canonis illud est, nec talem unquam a Patribus accepimus traditionem, quam ipsi a magno, & beato Apostolo Petro accepere. Sed si ecclesiasticam pacem curat Imperator, si jubet abrogari quæ apud nos pro Athanasio scripta sunt; abrogentur pariter quæcumque ab illis adversus eum, & alios gesta fuerint: ac demum ecclesiastica Synodus procul palatio cogatur, modo imprimis ecclesiastica servetur fides, prout e Patribus in Nicæna Synodo definita est; ejiciantur Arii sectatores, anathemateque damnetur eorum hæresis. Ac demum judicio reddito de criminibus in Athanasium, & de quibus accusantur illi, tunc demum rei expellantur, innoxii cum securitate degant. Neque enim fas est eos Synodo annumerari, qui fide impii sunt; neque convenit fidei inquisitioni, alterius cujusque negotii inquisitionem anteferri. Hæc Imperatori renuntia, hæc illi conducunt, & Ecclesiæ ædificationi. Ne audiantur Ursacius, & Valens, qui cum de rebus a se notea gestis pœnitentiam egerint, jam minime fide digni sunt. Hæc Liberius.

Ibid. XVII. Eunuchus indignatus non tam quod subscribere renueret, quam quod illum hæresi adversarium comperisset, oblitusque se coram Episcopo stare, acriter interminatus cum donis abit, profectusque ad martyrium Petri Apostoli, ibi dona deposuit. Re comperta, Liberius adversus loci custodem graviter succensuit, quod eum non prohibuisset, ipsaque dona ut illicitum sacrificium ejecit; quæ res castratum ad iram magis concitavit, Imperatoremque commovet adversus Liberium, qui nollet subscribere, & damnaret Arianos. Constantii iram pariter inflammant alii eunuchi, penes quos omnis erat potestas, nihilque, nisi de eorum sententia, gerebatur. Literas igitur Romam mittit Imperator ad Præfectum Leontium, ut Liberium dolo Roma subductum ad se in castra transmitteret, aut vi hominem persequeretur ..... Roma tunc quoque Christi hostium immanitatem experta est, novitque demum quæ ante non crediderit, cum audiret quantam vastitatem aliis Ecclesiis, & urbibus intulissent. Liberius ægre populi metu, qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio trahitur ad Imperatorem. Damasus Diaconus eum comitatur Mediolanum usque.

Ammi. Marcel. lib. 15.

XVIII. Imperatori oblatum magna loquendi usus est fiducia, dum in Consistorio interrogaretur; utrimque dicta notis excipiebant Notarii, & Damasus audivit, quæ postea descripsere viri pii, historiæque suæ inseruit Theodoretus. Constantius Imperator dixit: Nos & quoniam Christianus, & Episcopus nostræ civitatis, idcirco te advocandum duximus, & admonendum, ut nefariæ dementiæ impii Athanasii communionem abjicias. Id enim æquum esse Orbis terrarum censuit, eumque ab ecclesiastica communione alienum esse Synodali sententia decrevit. Liberius dixit: Judicia ecclesiastica, o Imperator, summa cum æquitate fieri debent. Quare, si placet pietati tuæ, judicium constitui jube. Etsi quidem Athanasius condemnatione dignus videbitur, tunc juxta ecclesiastici ordinis formam in illum sententia proferetur. Neque a nobis condemnari potest vir, quem non judicavimus ...... Imperator dixit: præsens judicatus est in Concilio Tyri, & omnes totius Orbis Episcopi eum in Concilio damnarunt: Liberius dixit: Numquam ille præsens judicatus est in Concilio Tyri, sed post ejus e Concilio discessum eum condemnarunt ..... Quinque soli judicarunt, ex iis qui cum Ischira navigarunt in Mareotem: quos quidem illi miserunt, ut adversus eum acta conficerent. Ex iis duo ex hac luce migrarunt, Theognius scilicet ac Theodorus. Reliqui tres adhuc superstites sunt, Maris, Valens, & Ursacius. Contra hos Sardicæ ob hoc ipsum negotium lata est sententia. Qui postea in Synodo libellos obtulerunt veniam poscentes, ob acta quæ per calumniam, altera duntaxat parte præsente, adversus Athanasium in Mareote confecerant. Quos quidem libellos nunc in manibus habemus. Utris horum assentiri, & communicare debemus, Imperator? Hisne qui prius Athanasium condemnarunt, & postea veniam petierunt; an illis qui nuper illos condemnarunt?

Theod. l.2. c.16.

Christi An. 354.

Ibid. Epictetus Episcopus dixit: Non fidei causa, nec pro defensione judiciorum ecclesiasticorum Liberius verba facit, o Imperator, sed ut apud Romanæ urbis Senatores glorietur, Imperatorem esse a se superatum. Imperator Liberio ait: Quota pars es Orbis terrarum, ut tu solus homini impio suffragari velis, & Orbis Romani pacem dissolvas? Liberius dixit: Etiamsi solus sim, fidei causa non idcirco minuitur: nam & olim tres tantum reperti sunt, qui Regis mandato resisterent ..... Eusebius Eunuchus dixit: Imperatorem nostrum facis Nabuchodonosor. Liberius dixit: Nequaquam, sed tu temere hominem condemnas, de quo non judicavimus. Ego vero postulo ut primum quidem generalis præcedat subscriptio, quæ fidem Nicææ expositam confirmet. Deinde ut revocatis ab exilio Fratribus nostris, & in sedes suas restitutis, si ii qui tumultus in Ecclesiis nunc excitant, Apostolicæ Fidei consentire visi fuerint, tunc universi Alexandriam convenientes, ubi & accusatus ipse, & accusatores sunt, & defensor eorum, examinato illorum negotio, concordem sententiam proferamus. Epictetus dixit: Cursus publicus haudquaquam sufficiet subvectioni Episcoporum. Liberius dixit: ecclesiastica negotia non indigent publico cursu; Ecclesiæ enim singulæ Episcopos suos ad mare usque perducere suis sumptibus facile possunt. Imperator dixit: Quæ jam formam excepere judicii, ea resolvi amplius non possunt: valere enim debet plurium Episcoporum sententia. Tu solus es, qui impii illius amicitiam retineas. Liberius dixit: Numquam audivimus, Imperator, absente reo, judicem ei impietatem objicere, quasi privatas inimicitias cum eo gerat. Imperator dixit: Omnes quidem ille in commune affecit injuria, neminem tamen æque ac me. Qui non contentus exitio fratris mei majoris natu, felicis memoriæ Constantem ad suscipiendas mecum inimicitias incitare nunquam destitit: nisi nos majori consuetudine, & incitantis, & incitati impetum pertulissimus. Nullam itaque victoriam tanti facio, ne illam quidem quam de Magnentio tetuli ac Sylvano, quanti ut hunc sceleratum ab Ecclesiæ subministratione submoveam.

Ibid. Sylvanus, natione Francus, de Imperatore bene meritus, adversariorum calumniis ad rebellionem compulsus, per dolum oppressus a Duce Ursicino Coloniæ fuerat interfectus die 28. Imperii. Liberius dixit: Noli, Imperator, inimicitias tuas per Episcopos vindicare: Ecclesiasticorum enim manus ad benedicendum ac sanctificandum vacare debent. Jube igitur, si placet, ut Episcopi ad proprias sedes revocentur. Ac siquidem visi fuerint consentire cum illo, qui rectam fidem Nicææ expositam nunc tuetur, tunc in unum convenientes paci Orbis terrarum provideant, ut virum, qui nihil deliquit, notatum esse comprobetur. Imperator dixit: Unum est quod quæritur, te namque ubi Ecclesiarum communionem fueris amplexus, Romam remittere volo. Assentire igitur paci, & subscribe, atque ita Romam revertere. Liberius dixit: Fratribus, qui Romæ sunt, jam valedixi .... Potiores enim sunt ecclesiasticæ leges, quam domicilium Romæ. Imperator dixit: Ergo trium dierum spatium habes ad deliberandum, utrum subscribens Romam redire velis, aut ad cogitandum quem in locum cupias deportari. Liberius dixit: Trium dierum aut mensium intervallum non mutat sententiam. Itaque mitte me quo voles. Biduo post Imperator cum eum accivisset, atque is de sententia non decederet, eum Beroeam Thraciæ relegari præcepit. Cumque egressus esset, quingentos ei solidos misit ad sumptus faciendos. Liberius vero dixit ei qui attulerat: Abi, redde hos Imperatori. Opus enim his habet ut stipendia præbeat militibus. Augusta similiter totidem

et soli-

Christi An. 354. Liberius relegatur.

ei solidos misit. Liberius dixit: Redde hos Imperatrici, & der eos Auxentio vel Epicteto. Eusebius eunuchus alios ei attulit. Cui Liberius dixit: Ecclesias Orbis terrarum vacuas ac desertas fecisti; & mihi tanquam noxio eleemosynas adfers? Abi, & prius Christianus fias: & post triduum relegatus est, cum nihil accepisset.

Faustin. & Marcel. libel. Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 389. vet. 831.

XIX. Eo die, quo Liberius ad exilium proficiscebatur, Clerus omnis, id est Presbyteri, & Archidiaconus Felix, & cuncta Ecclesiæ officia, omnes pariter præsente populo Romano sub jurejurando firmaverunt, se vivente Liberio Pontificem alterum nullatenus habituros. Constantius tamen per Epictetum Centum-cellarum Episcopum adolescentem audacem ei successorem subrogavit. Hic adornato in Ecclesiæ locum palatio, cum populorum vice, tres sibi castratos adesse jussisset, Episcopos adegit, ut Felicem ipsorum moribus dignum hominem, inquit Athanasius, Episcopum ordinarent in palatio. Populi enim animadversa hæreticorum prævaricatione non concesserunt ut in Ecclesias illi ingrederentur, sed procul illis abscesserunt. Felicis ordinatorem fuisse Acacium Cæsariensis Ecclesiæ Episcopum Arianum testatur D. Hieronymus. Felix formulam fidei a Nicænis Patribus expositæ, integram quidem atque inviolatam servabat, cum iis tamen, qui eam labefactabant, communicabat; atque ob eam causam nemo ex civibus Romanis in ecclesiam ingressus est, dum ille intus esset. Hieronymus, Optatus Milevitanus & Augustinus Felicem in suo Romanorum Pontificum catalogo non recensent. Julio, inquiunt, successit Liberius, Liberio Damasus.

Hier. in Chron. Theod. l. 2. c. 17. Aug. ep. 53. olim 165. Optat. lib. 2. contra Parmen.

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 369. vet. 850. & seq. Osius resistit Constantio & exulat.

XX. Post Liberii totque Episcoporum exilium, nihil se perfecisse rati Ariani, quamdiu magnus Osius eorum malignitatem expertus non esset; Episcoporum pater habebatur, atque Christi confessor; sexaginta annos in Episcopatu exegerat, Synodis præfuerat, ejusque literis omnes obtemperabant. Hic damnatis Arianis, Nicænam fidem ediderat. Constantium igitur adeunt, eique suadent aliorum inutile fore exilium, si Osius remanserit, nec ei consenserit. Imperator statim literis ei suis præcepit, ut se conveniret. Quo tempore Liberium pertentare incipiebat. Accedentem hortatur, ut adversus Liberium subscriberet, & cum Arianis communicaret. Senex, qui rei hujusce vel auditum ægre ferret, Imperatorem verbis suis perculsum de sententia deduxit, atque ita in Ecclesiam suam remigravit. Sed cum querelis suis denuo eum instigarent Ariani, & concitarent Eunuchi, literas alias mittit, interminatur; sed cum perstaret firmus in proposito suo, pluribus ad eum missis literis, nunc modo Patrem vocabat blandiens, modo minabatur, modo conquerebatur quod sibi solus obsisteret. Osius nihil reformidans, sic ad eum rescripsit: "Osius Constantio Imperatori in Domino salutem. Ego jam pridem confessus sum, cum sub avo tuo Maximiano persecutio grassaretur. Quod si tu quoque me persequare, etiamnum ad quodvis potius tolerandum paratus sum, quam ut innoxium effundam sanguinem, veritatemque prodam .... Desine itaque talia scribere, & cum Ario ne sentias, nec Orientales audias, nec Ursacio & Valenti habeas fidem. Nam quæ illi effutiunt, non Athanasii causa, sed hæresis suæ gratia loquuntur .... Sardicensi interfui Concilio, quo tempore tu, ac beatæ memoriæ vir frater tuus, Constans nos omnes convocastis." Tum narrat quomodo hic Athanasii adversarios convicerit. Inde concludit: "Cur itaque etiamnum obtrectatores ejus audis? Cur Ursacium Valentemque toleras, tametsi pœnitentiam egerunt, calumniamque suam scripto confessi sunt? Confessi sunt autem non vi coacti, ut obtendunt illi, non urgentibus militibus, non conscio fratre tuo, non talia quippe sub illo, qualia his temporibus, agebantur, absit: sed ultro Romam profecti coram Episcopo & Presbyteris hæc scripsere, cum antea amicam & pacificam epistolam misissent ad Athanasium. Quod si vim sibi illatam obtendunt, quam illicitam agnoscant: Sique vim tu non approbes, desine vim inferre, nec literas, nec comites mittas; sed exules remitte, ne tu cum vim redarguas, majorem illi vim exerceant .... Desine, quæso, & memento te hominem mortalem esse, time judicii diem, teque innoxium ad eam diem custodias. Ne te rebus misceas ecclesiasticis, neu nobis his de rebus præcepta mandes, sed a nobis potius hæc edifcas. Tibi Deus Imperium tradidit, Ecclesiastica nobis credidit. Ac quemadmodum qui tibi Imperium subripit, Deo ordinanti repugnat; ita metue ne si ad te ecclesiastica pertrahas, magni criminis reus fias. Reddite, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. Neque nobis igitur terræ imperare licet, neque tu adolendi habes potestatem: hæc, ut tuam curem salutem, scribo. Quod vero res spectat, de quibus scripsisti, ecce meam sententiam: Arianis minime adjungor, imo eam hæresim serio anathemate, nec contra Athanasium scribam, quem nos & Romana Ecclesia, imo tota Synodus insontem declaravit. Nam tu cum hæc perspecta haberes, eum accivisti, ac concessisti, ut cum honore in Ecclesiam suam remigraret. Quænam extitit tantæ mutationis causa? Iidem enim ipsi sunt ejus inimici, qui jam ante fuere; & quæ jam susurrant, hæc prius obloquebantur, meque postulante probationes proferre nequivere .... Quis te induxit, ut post tantum temporis literarum ac verborum tuorum obliviscereris? Cohibe te, quæso, & ne improbis hominibus morem geres; ne mutui commodi causa te ipsum reum constituas. Quod enim jam illis indulges, de hoc in die judicii solus rationem redditurus es. Adversatiorum illi suum auspiciis tuis optant lædere, teque volunt malitiæ suæ esse ministrum, ut tua ope execrandam hæresim in Ecclesia disseminent." Hæ fuare senis Osii literæ.

Matt. 22.

Imperator earum nullam habuit rationem, sed perstitit graviter interminando, ut eum aut vi a sententia deduceret, aut non obsequentem pelleret in exilium. Cumque comperisset alios esse in Hispaniis, qui ejusdem atque Osius sententiæ essent, tentatos illos, ut subscriberent, cum non valuisset eos vi adducere, arcessit Osium, quem exilii vice anno integro Sirmii detinet, nihil veneratus ejus senectutem, erat quippe centenarius.

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 361. vet. 829. & seq. Episcopi plurimi subscribunt damnationi Athanasii & cum Arianis communicant.

XXI. Persecutio per universas brevi desæviit provincias. In exteriores partes iterum jussa mittuntur, Notarii item per singulas urbes & Palatini minas deferentes ad Episcopos, ut Arianorum communionem amplecti contra Athanasium subscribant, aut exilii pœnam sustineant: ac qui cum illis conveniunt populi, sciant se vincula, plagas, bonorumque direptionem experturos. Legatis comites dati sunt, Ursacii & Valentis Clerici, qui illos concitarent, remissioresque judices ad Imperatorem deferrent. Cumque reliquas hæreses concederent in Dominum blasphemare, solis Christianis parabant insidias. Nam & ipsis magistratibus missæ literæ sunt, mulctaque pecuniaria indicta, nisi singuli suæ urbis Episcopum adigerent ad subscribendum. Omnis denique locus, omnis civitas terrore ac tumultu replebatur .... Imperator eo pacto tantum Episcoporum numerum & minis & promissis compulit ut dicerent: non ultra cum Athanasio communicamus. Abnuentes autem pellebat in exilium; cura illi fuit, vim hominum una cogere, ut invidiam Episcopo conflaret, atque ut Arianæ hæresi, cui patrocinabatur, aliquam adferret dignitatis speciem, satus se veritatem perinde atque homines subvertere posse. Quisquis Arianis amicus erat, etsi aliis sceleribus obnoxius esset, quamvis reus atque convictus; hic tamen apud illos probus, statimque Imperatoris amicus efficiebatur, ex sua scilicet impietate commendatus. Qui vero confutans eorum impietatem, sincere Christi causam agebat, is tametsi purus in omnibus, quamvis a nemine accusaretur, attamen illis causas comminiscentibus, statim abripiebatur, & mittebatur in exilium, hæresisque patronus statim mittebatur in illius Episcopi Ecclesiam. Hinc bonorum proscriptiones, omneque vexationis genus in eos qui invasorem non recipiunt. Hujus persecutionis circumstantias iisdem verbis narrant Athanasius, & Theodoretus..

Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 345. vet. 310. & seq.

XXII. Arianismus sæculari potentia fratus per 24. annos aperte oppressis Catholicos; infirmus sub Constantino, fraudibus, calumniis, & dissimulatione crevit: sed ubi primum viribus invaluit, omni scelere debacchatur in Orthodoxos: ea est omnium hæreticorum indoles. Ecclesiæ suæ incolumitati semper invigilans divina providentia, tunc adversus eorum furorem acerrimos duos veritatis assertores parabat, Basilium & Gregorium Nazianzenum Cappadoces. Hic Cæsareæ primum, deinde Alexandriæ Thespesii fuit auditor; hinc Athenas navigavit, ut operam daret Rhetoricæ. Navigantu tempestas repente exorta

D. Basilii & Greg. Nazianz. initia. Gregor. presb. vit.

summum

CHRISTI AN. 354. & 355.

summum vitæ periculum intulit; saluti suæ maxime timebat necdum baptizatus; evasit incolumis. Basilius Magnus Cæsariensis ejusdem eruditionis gratia non multo post Athenas appulit. Illius parentes & vitæ sanctitate & generis nobilitate insignes, filium pie educarant; avia D. Macrina eum puerulum imbuerat elementis Fidei Catholicæ, S. Gregorii Thaumaturgi ei verba tradens, quæ memoriæ beneficio ad illius usque ætatem servate ipsa retinuerat. Cæsareæ & deinde Constantinopoli litteras didicit. Athenis vitæ necessitudinem & contubernii necessitatem cum Gregorio contraxit, magno utriusque emolumento.

Gregor. Naziant. Gregor. Naz. car. Basil. ep. 331. & 74.

Gregor. Naziant. orat. in laud. Basil.

Athenæ quidem jam dudum erat literarum domicilium, verum abundante juventutis multitudine vitia grassabantur. Adolescentes in partes divisi quemque discendi causa advenientem nitebantur adsciscere præceptori suo, ut illos opera sua locupletiores efficerent: præoccupabantur urbis portus & viæ; cum autem juvenis quispiam accesserit, atque vel libens, vel invitus in eorum, a quibus captus est, manibus atque potestate fuerit, apud priores eorum hospitio excipitur, tum e quovis volente cavillis lacessitur, ut ejus fastum & superbiam retundant; plus autem habet terroris hæc minarum ostentatio, quam res ipsa. Demum per forum ad balneum cum pompa deducitur. Gregorius, qui Basilii in moribus gravitatem atque constantiam noverat, persuasit sodalibus ut eum a communi lege solverent. Hoc utriusque fuit propositum, ut virtutem cum scientia conjungerent, atque ad futuras spes vitæ suæ rationes accommodarent. Itaque spectaculis, epulis, & ludis relictis, cum optimis tantum & honestissimis habuere consuetudinem; & quamvis acri valerent ingenio, summo labore, magna contentione incubuere literis liberalibus, Grammaticæ scilicet, Eloquentiæ, Poeticæ, Philosophiæ tum speculativæ tum practicæ: Astronomiam autem, Geometriam & Arithmeticam hactenus didicisse contenti, ut non ab iis, qui in ejusmodi rebus eruditi sunt, exagitarentur. Himerium, & Proæresium Christianum Sophistas ea tempestate celeberrimos audierunt. Sacrarum vero literarum expositionem, ex iis, qui in sacris voluminibus interpretandis non mediocrem laudem adepti fuerant, cum accurate didicissent, maximo adjumento postea fuerunt iis, qui fidem Nicæni Concilii sequebantur.

Sozom. l. 6. c. 17.

Gregor. Nazianz. orat. 4. pag. 122. *Juliani mores. Fit Cæs.*

XXII. Julianus tunc Athenis versabatur, ut Græciam ejusque scholas viseret; clam vero regionis illius sacrificulos & impostores de rebus suis consulebat. Qualis postea futurus esset, ex habitu corporis intellexit Gregorius: *neque enim mihi boni quidquam*, inquit, *significare videbatur, cervix minime firma, humeri quos subinde agitabat, & ettollebat, oculus vagus & oberrans, & furiosum quoddam intuens, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam spirans, vultus lineamenta ridicula, risus protervi & exæstuantes, nutus & renutus omni ratione carentes, sermo hærens, spirituque intercisus, interrogationes præcipites & imperitæ, responsiones nihilo meliores: adstantibusque dixi, quale malum alit Romanum Imperium! ac mihi, ut falsus vates essem, imprecatus sum.* Constantius anno trecentesimo quinquagesimo quinto hunc evocavit, & constituit Cæsarem, septimo Idus Novembris, dansque ei conjugem Helenam sororem suam, in Gallias destinavit contra barbaros, qui eas vastabant & urbes expugnabant. Cum autem juvenculus esset Julianus, jussit ei Imperator, ut præter consilium Ducum nihil moliri præsumeret. Copiarum vero Præfectis scripsit, caverent ne quid novarum rerum aggrederetur. Ipse vero remansit in Italia, ut provinciis Orientalibus facilius provideret.

Eutrop. lib. 10.

Ath. ad monach. nov. ed. pag. 373. vet. 845. Apolog. ad Const. nov. ed. pag. 309. vet. 688. & seq. *Athanasius morti fuga se subtrahit.*

XXIV. Constantius postquam quæ libuit omnia adversus Ecclesias Italiæ aliarumque regionum peregisset, ac omnia ubique formidine implesset, ut vexatus Athanasius nullum haberet Episcopum apud quem conquereretur, furorem suum vertit in Ecclesiam Alexandrinam. Sex & viginti mensibus postquam profectus erat Montanus tribunus, legantur Notarii Diogenes & Hilarius, & una cum illis Palatini. Diogenes nullam Imperatoris attulit epistolam, nequidem in conspectum Athanasii venit, nec quidquam ab eo jussum significavit. Imo cum Syrianus dux exercitus Alexandriam ingressus esset, ex eo sciscitatur Athanasius, num eas, quas Ariani jactitabant, literas exilii haberet. Cum autem se non habere dixisset, rogavit ut vel ipse, vel Maximus Præfectus Ægypti discessum ipsi scripto juberet; hoc ipsum Clerus, & maxima civitatis pars postulabant, vel ut non amplius illi Ecclesias conturbarent, donec populi hac de re legatos mitterent ad Imperatorem. Syrianus præsente Hilario pollicitus est, se nihil amplius conturbaturum. Syriano fidem dante, populi cum gaudio in ecclesiis conventus agebant, omni deposito metu ac suspicione. Hæc contigere decimo quarto Kalendas Februarii.

CHRISTI AN. 355.

Athan. Apol. de fuge sua nov. ed. pag. 334.

Sed post dies tres & viginti cum militibus in ecclesiam irrumpit Syrianus, orantibus cum Athanasio fidelibus, sequentis quippe synaxeos tunc pervigilium celebrabatur. Ariani ita sese adjunxerant, ut illos concitarent, & indicarent Athanasium. Dux igitur cum militibus plusquam quinque millibus, ecclesiam circumsedit, ne quis evaderet. Athanasius non æquum existimans in tanto tumultu populum deserere; in throno sedens jussit Diacono, ut psalmum legeret, populoque ut responderet: *Quoniam in æternum misericordia ejus*: se ita recederent abirentque domum. Verum cum dux vi in templum invasisset, militesque sacrarium, ut eum comprehenderent, obsedissent; quotquot e Clero & populo illic aderant, clamare & obsecrare, ut se subtraheret. Ille contra negare se recessurum, nisi omnibus singulisque egressis. Surgens itaque ac injuncta oratione, enixe rogabat ut omnes prius discederent, satius esse ipsum periclitari quam, lædi quempiam e populo. Egressis plurimis, cæterisque subsequentibus, qui cum eo illic aderant Monachi, & ex Clericis quidam ascendentes, eum pertraxere, atque ita Domino duce tot inter milites pertransivit, atque discessit. Multi conculcati confestim corruere, alii confossi sagittis cecidere. Athanasius animi deliquium passus fere extinctus est.

Ps. 136.

Martyr. Roman. 28. Jan. Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 303. vet. 866.

Militibus jusserunt duces, ut defunctorum corpora occultarent. Sanctissimæ porro Virgines, quæ mortuæ relictæ fuerant, in monumentis sepultæ sunt, eamque gloriam adeptæ sunt, ut Martyres eas veneraretur Ecclesia. Diaconi in ipso Cyriaco seu templo, plagis concisi, atque conclusi sunt: his præsens aderat Dux civitatis Gorgonius. Arma ibidem relicta & reperta in ecclesia suspensa sunt; ut testimonium illius hostilis incursus, eaque auferri non passi sunt fideles; præterea de vi publice contestati sunt. Relatis iis omnibus, quæ per vim gesta erant, addunt se quoque vi compulsos ut neminem occisum fuisse testarentur, sicque concludunt: *Si edictum sit ut nos persecutionem patiamur, parati sumus omnes ad martyrium subeundum; sin hoc Augusti placitum non sit, rogamus magistratus omnes, ut eum deprecentur, ne talia in posterum illi aggrediantur; rogamus item ut hæc illi offeratur nostra supplicatio . . . . . . ut nobiscum maneat Episcopus noster Athanasius.* Mechir decimo septimo, seu pridie Idus Februarii, anno trecentesimo quinquagesimo sexto.

Ath. ep. ad Episc. Ægypt. nov. ed. pag. 23. seu orat. 1. adv. Arian. vet. 287. & seq. *D. Athanasii epistola ad Alexand. de fraudibus Arianorum cavendis.*

XXV. Athanasius fuga elapsus, atque in alienis latitans regionibus, datis ad Episcopos Libyæ & Ægypti literis, eos vehementer obsecrat, ut Arianorum conatibus & fraudibus fortiter obsistant. "Audivi, inquit, uti Fratres orthodoxi nunciarunt, aliquos ex Arii sectatoribus simul convenisse, ac de Fide, prout voluerunt, scripsisse, velleque ad vos literas mittere . . . . . . ut vel subscribatis; vel qui contradixerit, in exilium ejiciatur . . . . . Quod summa calliditate faciunt, duabusque ut mihi videtur, potissimum de causis. Prima est, ut vobis subscribentibus, ipsi infami Arii nomine notari desinant, nec cum Ario sentire existimentur. Altera est, ut ita scribendo, Nicænam Synodum & fidem, quæ in ea adversus Arianam hæresim exposita est, videantur obscurare. Verum id etiam evidentius perversitatem illorum, pravamque doctrinam arguit. Si enim recta crederent, fide, quæ Nicææ ab universa generali Synodo exposita est, essent contenti. Similiter si per calumniam Arianos se vocari arbitrarentur, non tantis conatibus contenderent ea immutare, quæ contra Arium sunt decreta, ne videlicet quæ in illum decreta fuerint, ea tanquam adversus se sancita fuerint." Hæc Athanasii observatio valet plurimum ut agnoscantur hæretici, vel eorum fautores dum dissimulant. Et infra: "Itaque omnia movent & conturbant, nec tamen suis decretis sunt ipsi contenti, nam singulis

annis velut qui pacta scribunt, ipsi quoque conveniunt, & de fide statuere dissimulant, ut etiam nihil inde nisi risum, & dedecus referant, quippe quorum decreta non ab aliis, sed ab ipsis rescindantur . . . . . hinc depositos & indignos ad Episcopatum promovent . . . hinc etiam quemdam Georgium ex Cappadocia mercede conductum ad vos nunc volunt mittere. Sed nulla hujus ratio haberi debet: Siquidem fama est hisce regionibus illum ne Christianum quidem esse, sed potius idololatriæ additum, barbarisque esse moribus, & quæ ad Fidem Christi spectant nullo modo novit . . . . Quocirca vos ego præmoneo, nemo vastrum decipiatur . . . . Sed singuli retenta fide, quam a Patribus accepimus, quamque hi, qui Nicææ convenerunt, scripto comprobavere, eos, qui nova contra illam moliuntur, ferre nolite. „ Hæreticorum fraudes post hæc retegit, qui Scripturæ & Orthodoxæ Fidei verba proferentes non recta mente loquuntur . . . . hisque tanquam esca illectos ignaros in propriam attrahunt nequitiam, Demum Arii blasphemias exponit atque confutat multis Scripturæ testimoniis, præsertim hisce D. Joannis verbis: *Et sumus in vero Filio ejus Jesu Christo, ipse est verus Deus, & vita æterna*. . . . Atque ut Arianorum argumenta dissolvat, observat in Scripturis multa, quæ creaturis conveniunt, dici de Filio Dei, quia scilicet Homo & Filius hominis factus est; ac proinde nemo hujusmodi vocibus offendi debet, siquidem hominis proprium est creari, nasci, formari, pati, mori, & a mortuis excitari. At quemadmodum Verbum & Sapientia Patris, omnia quæ sunt Patris habet, nempe æternitatem, immutabilitatem, perfectissimamque cum illo secundum omnia & in omnibus similitudinem, ita ut nihil prius, vel posterius in illo sit, sed una cum Patre existat, eademque ipse sit divinitatis forma, & vi efficiendi præditus. Dum autem ait, Arianos ante 36. annos hæreticos fuisse declaratos, loquitur de Synodo Alexandrina, cujus judicium Synodus Nicæna confirmavit.

[Ibid. p. 277.]
[1. Joan. 5. Ibid. p. 287.]

XXVI. Alexandriæ gesta cum accepisset Constantius, comprobavit, literasque misit ad Senatum & populum Alexandrinum, sollicitans ut Athanasium persequerentur, vel notum haberent ipsos sibi inimicos fore. Fratris mei, ajebat, amicitiam reveritus, Athanasium ad quoddam spatium temporis vos adire permisi, & Patris exemplum secutus, qui eum amandavit in Gallias, exulare jussi. Has literas promulgavit Comes Heraclius, denuntiavitque, si non eis obtemperarent, auferendum panem, scilicet ex publico pauperibus dari solitum, subvertenda idola, plurimisque magistratibus popularibusque captivitatem plane exspectandam fore; palamque divulgavit: Athanasium Imperator repudiat, ecclesiasque Arianis tradi jussit. Hinc mirari super hac re omnes, nutusqua invicem dare, ac dicere: Num Constantius factus est hæreticus? Ille Senatores ethnicorumque magistratus idolorum æditues urgebat ut iis subscriberent, profiterenturque se illum recipere Episcopum, quem mitteret Imperator. Ethnici tali subscriptione redimebant Idolis suis immunitatem.

[Ath. ad Monach. nov ed. pag. 374. vet. 843.]
[Ibid. p. 377.]

Populis autem in magna ecclesia congregatis, quarta quippe Sabbathi erat, ac proinde dies Stationis, Heraclius Comes secum assumpsit Cataphronium Ægypti Præfectum, Faustinum Catholicum sive Quæstorem primarium, Bythinumque hæreticum, ac illi una Forensium juniores, idolorumque cultores concitant, ajentes eam esse Imperatoris jussionem, ut in ecclesiam irruerent, populosque lapidarent. Cum itaque jam e populo plurimi post dimissionem egressi essent, remanentibus paucis mulieribus, quæ finita oratione sedebant; derepente juvenes illi cum lapidibus & fustibus irruentes, alias lapidare, virgines verberare, detractisqua velaminibus earum capita nudare, renitentesque pedibus percutere, obscœna verba proferentes. Iidem subsellia, thronum, mensam, nam lignea erat, vela ecclesiæ, ac cætera quæ potuere, direpta & asportata ante ostium in magna platea combusserunt, thusque injecerunt in ignem idola sua laudibus celebrantes, dicebantque: Gentilis Constantius effectus est; Ariani nostra approbant. Quin etiam Buculam, quæ hortus in Cæsareo sitos irrigabat, immolare sunt aggressi; atque immolassent, nisi fœmina ea fuisset, quas sacrificare sibi nefas esse dicebant. At divina ultio eorum coercuit improbitatem. Nam juvenis quidam ex petulantioribus irruens, ausus est in throno sedere, sedensque meretricium quoddam naribus personabat. Inde cum surrexisset, thronum convellere, ad seque trahere conatus est, sed in suam perniciem, dissilientis ligni fragmento in ventre percussus intestina foras emisit, collapsusque asportatus est, & post unam diem interiit. Ingressus alius, qui thallos gestabat, quos utpote ethnicus manu agitans cachinnos profundebat, derepente tenebris effusis nihil videbat, a comitibus manu deductus exivit, vixque postridie mentis compos effectus est. His conspectis ethnici perterriti sunt, nihilque ultra agere sunt ausi. Arianos autem ne tum quidem gestorum puduit.

XXVII. Successor exinde datus Athanasio Georgius, quem anno 354. Antiochiæ convenientes Ariani Alexandrinum Episcopum ordinarant. Hic natione Cappadox in fullonio natus, malus genere, animo pejor, ne quidem omni ex parte liber, primum fuit alienæ mensæ mancipium. Tandem cum ad Rempublicam gerendam pestifere se contulisset, atque extremo & sordidissimo illius muneri, hoc est, suillis carnibus, quibus turba militaris alitur, suscipiendis præfectus fuisset, atque in commisso sibi negotio infidum se præbuisset, totamque muneris sui administrationem ad ventrem retulisset, postquam nihil illi præter corpus reliqui fuit, profugiendi consilium capit. Atque aliam ex alia regionem subinde permutans, postremo ad communem Ecclesiæ perniciem, instar cujusdam Ægyptiacæ plagæ Alexandriam invadit: non pietatis larvam falsam & inanem speciem præferens, verum ad suscipienda facinora, resque perturbandas aptissimus, studiosusqua Ariani dogmatis assertor. Constantius jussit hunc militari pompa Ducisque authoritate Alexandriam ingredi, scriptisque ad Alexandrinos literis, sic eum laudibus extulit: Ergo animos a terrenis istis deficientes ad cœlestia evehamini, duce itineris Georgio, viro in hujusmodi rebus mortalium omnium exercitatissimo. Sic omnis cupiditas cœca nunquam sanum admittit judicium.

[Sozom. l. 4. c. 8. Gregor. Nazianz. orat. 21. *Georgii pseudo-episcopi Alexand. mores, & per vim gesta.*]
[Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 389. vet 861.]

XXVIII. Quadragesimæ tempore ingressus Georgius, mala, quæ a magistris illis edoctus fuerat, adauxit. Alexandrini Fratres in Paschali solemnitate, & Dominicis, in loco deserto prope cœmeterium orationi vacarunt: Hebdomade post sanctam Pentecosten, cum populus, expleto jejunio, scilicet Quatuor Temporum, orandi causa ad cœmeterium egressus esset, quod omnes a Georgii communione abhorrerent; re comperta, Sebastianum ducem Manichæum concitat, qui cum magna manu plusquam trium millium militum, in Christianos irrupit, ipsa die Dominica. Paucis illic in oratione repertis, plurimi namque adveniente hora recesserant, Sebastianus Dux, accenso rogo, virgines igni admotas adigebat, ut dicerent, Arianæ se fidei esse. Ut autem eas nihil ignem curare animadvertit, nudatas iterum ita in faciem cædit, ut per aliquantum temporis vix dignosci possent. Viros autem quadraginta comprehensos, insolentiore modo verberavit: nam virgis palmarum recens amputatis, quibus adhuc hærebant aculei, sic eorum terga laceravit, ut nonnulli ob infixos aculeos medici opera sæpius eguerint; imo quidam vim plagarum non ferentes extincti sunt: neque initio concesserunt ut defunctorum corpora cognatis suis traderentur, sed ipsa arbitratu suo occultarunt, abjeceruntque insepulta; rati sic posse latere suam crudelitatem. Eorum memoriam inter Martyres recolit Ecclesia. Alios ad magnam relegarunt Oasim. Sub specie conquirendi Athanasii, domos & sepulchra scrutantes, rapinis & omni contumeliarum genere sæviebant adversus Orthodoxos. Ejusdem Ducis ac magistratuum authoritate Presbyteri ac Diaconi Catholici pelluntur profliganturque; Ariani vero, etiam qui cum Ario ab Alexandro Episcopo pulsi sunt, Ecclesias occupatunt.

[Athan. Apolog. de fuga nov. ed. pag 323. vet. 704.]
[Martyr. Rom. 21. Maji. — *Catholici Alexand. multa patiuntur, ne cum Arianis communicent.*]

XXIX. Eutychianum Subdiaconum, virum ecclesiæ probe ministrantem rapuere, quem ubi taurinis scuticis ad necem ferme cædi curassent, miserunt ad metalla, quæ Phæno dicuntur, ubi homicida condemnatus, vix paucis diebus vivere queat. Vixque paucis horis curari ejus vulnera concessere. At ille non multum progressus ex vulnerum dolore in via interiit. Et cum supplex populus pro Eutychiano deprecaretur, jusserunt illi ut quatuor probi liberique viri arriperentur, inter quos Hermias erat,

[Athan. Ibid.]

qui

CHRISTI AN. 356.

qui mendicorum pedes abluebat, quos gravibus plagis concisos Dux conjecit in carcerem. Ariani ubi illos plagarum dolora non eatinctos videre, comminati sunt se scripturos Eunuchis, quasi Dux mitius ageret. Petterritus ille, denuo eos verberare coactus ait: qui dum cederantur, hæc tantum loquebantur: propter veritatem vapulamus; nec communicamus eum hæreticis. Impii optabant illos in carcere interire; sed populus Dei eum nosset temporis opportunitatem, pro illis deprecatus est, atqne post septem circiter dies dimissi sunt. Na quidem a pauperibus abstinuerunt. Egeni & viduæ relictis ecclesiis, quas occuparant Ariani, sedebant in assignatis sibi locis a Clericis, quibus viduarum cura concredita fuerat. Igitur cum ceroerent fratres prompto ipsis animo eleemosynam erogare, viduisqne alimenta præbera, aas pedibus pulsantes insequebantur, largitoresque deferebant ad Ducem Seballianum; qui eum Manichæus esset, hoc erat ei gratissimum: res enim Manichæis odiosa arat, pauperum misereri. Insolens profecto erat illud accnsationis genus, quo de beneficio in misaros collato in jus vocabantur Christiani. Adeo crudelem in modum sæviebant Ariani, ut populos ad sui communionem adigerent. Econtra Catholiei tot mala fortiter ferebant, ne sacrilega communicatione fidem negarent, vel proderent, rati tot ærumnas martyrii sibi loco esse.

Ath. ad monach. nov. ed. pag. 387. vet 857. *Ægyptii Episcopi 30. ab Arianis ejiciuntur in exil.* Arh. ad Monach. nov. ed. pag. 318. vet. 863. & seq.

XXX. Plerique Episcopi in reliqua Ægypto Georgii communionem rejecerunt. Itaque Dua Sebastianus literas misit ad omnes ubique locorum Præpositos, militaresque Præfectos; tnm veri Episcopi, qui in Clero consenuerant, quique multos annos in Episcopatu, ab Alexandro nimirum ordinati, transegerane, pulsi sunt in Ammoniacam, non alia mente, qnam ut per deserta loca transeuntes interirent. Etenim ne infirmorum quidem miserti sunt. Eatinctus est unus ea illis, cujus cadaver suis ausferendum non concesserunt. Episcopos plusquam triginta in fugam verterunt, quorum alios ad lapicidinas tradiderunt, alios ad necem insecuti sunt, alios multos diripuere. Legitimis eapulsis Episcopis, ii qui impie sentirent, eorum vice intrusi sunt; plerique juniores petulantes, & criminibus onusti, quia nempe pecuniosi erant, ae civili potentia valebant. Eorum plurimi neque sacram noverant arga Christum fidem; nea quid sit Christianismus, aut quæ nobis Christiania sint Scripturæ; nam quidam aorum ex idolis, alii ex Senatu, & ex supremis Magistratibus aceassere ad antiquiores Meletianos, a quibus pecunia corruptis, promoti sunt ad eam dignitatem, priusquam instituerentur.

Ibid.

Illi totam contaminatunt Ægyptum, nbi Arianam hæresim vel nominari curarunt. Hactenus enim in sola Ægypto libera ubique fuerat sanæ fidei professio; quapropter invidiam ei quoque conflare impii illi eonati sunt. Hinc populis gravior amersit calamitas; enm enim mercenarios illos aversarentur, tum verberati, proscripti, carceriqne a Duce exercitus manciparii sunt. Secundus Peotapoliranus Episcopus Arianus, ejnsdemque conjurationis Stephanus, gnari se, quantumvis injurias inferrent, hæresim semper pro sua defensiona habiturns, cum Presbyterum non sibi obsequenrem in Barca cernerent, Secundum nomine, & orthodoxum, in ipsa Quadragesima aum ealcitrando interfecerunt. Ille veto dum necaretur, elamabat: nemo me apud Judiees ulciscatur, ultorem habeo Dominnm, cujus causa hæc ab illis patior. Aliis in locis Presbyteri & Monachi ferreis catenis ligati, ad necemqua fere plagis concisi, relegati sunt, subversa monasteria, domus direptæ, deposita ab Episcopis in liberorum domum delata, irrumpentes, abstulerunt Ariani. Interea tamen Clerus plebique Catholica tot ærumnis, tot ealamitatibus afflicti, da constantia ae de veræ Fidei studio nihil intermittebant. Duo tantum Presbyteri, Macheres & Didymus vexationis declinandæ causa ad Arianorum partes transiera.

Ib. p. 383.

Pag. 386. & 8. Lucif. pro Ath. 2.

XXXI. Interea Georgius fretus Constantii gratia exactoris ac tyranni magis, quam Episcopi munus ngebat, vimque toti civitati inferebat, ut etiam civibus erepta bona paterna in rem suam converteret. Ad hæc nitrum sibi omne attribuit, cujus magna vis quot annis colligebatur; atqua una papyri calamique paludes, nec non salinaria stagna. Imo tam sordida laborabat avaritia, ut vilissimæ res ai essent quæstui oppotunæ. Nam inter cætera, lecticarum ad efferenda mortuorum corpora certum numerum assignavit, nec cuiquam præter eos, qnos ipse constituisset, mortuorum maxima peregrinorum corpora efferre licitum erat; quod lucri causa faciebat, quia ex singulis eadaveribus nonnihil ipsi quæstus eveniret. Non in Ægypto duntaxar, sed & in Syria, & per totum Orientem, parem, quoad facultas fuit, intulit vastitatem, lucraque in pessimos aonvertebat usus: ex proceribus eos sibi peeunia conciliabat, qui auri amorem Christi amori anteferrent, ac potissimum eunuchos palatii; tantumque valuit, ut Episcopo ea tempestate disertissimo linguæ vice uteretur, ipse manus officium apud factionis suæ turbam sibi retinuit, qui veritatem auro evertere conabatur. Quod quidem ad pios usus corrogatum, impietatis instrumentum improbis curantibus evasit. Si quis autem sibi indigna molienti obsisteret, eum quam primum ad Constantium deferebat, professionis suæ oblitus, quæ nihil, nisi justum suadet & lene. Dicebatur idquoque maligne docuisse Constantium, ædificia cuncta Alexandriæ solo cohærentia, ab Aleaandro Magno exstructa, cujus suceessor esset, emolumentis ærarii proficere debere ex jure. Cumque ob has causas in commune omnium odium ineidisset, plebs furore succansa, eum in ecelesia agentem adorta est, parumqua absuit, quin eum interficeret, ægrequa servatus ad Imperatorem se contulit.

Gregor. Nazian. orat. 21.

Ammian. Marcell. lib. 22.

Sozom. l. 4. c. 10

Ibid.

Illi varo qui eum Athanasio communicabant, ecelasias obtinuerunt. Verum id non longo tempore stetit. Etenim Dux Ægypti Alexandriam veniens, Georgii fautoribus aas denuo tradidit. Post hæc Notarius Principis jussus est ue seditiosos supplicio afficeret, multos Alexandrinorum tormentis subdidit, ac verberibns affecit. Nec diu post Georgius ipse revertitur, terribilior factus, multoqne magis invisus, quam antea, quippe qui Imperatorem ad multorum vexationem incitasset. Præterea ob perfidiam atque arrogantiam ineusabatur n monachis, quorum sententiam sequebatur populi multitndo, eo quod virtutem excolerent. Ætius, quem olim Leontius Flaviani & Diodori veritus accusationes, diaconatu exucrat, eonfugit ad Georgium, qui eum impiorum verborum ac scelestorum facinorum adjurorem babuit. Eunomius his se adjunxit Ætii discipulus, æmulusqua impietatis; Eunomius patre bono & agricola natus in vieo Cappadocum nomine Dacora, primis annis agriculturam exercuit, hyeme vero primis elementis pueros informans, alimenta sibi comparabat. Postea valedicens paternis aratris, eeleriter scribere adoctus, eum consanguineorum uno habitavie, non alia mercede, quam victu quotidiano; domini sui filiis pædagogus datus, aloquentiæ studio succenditur. Cum ad ipsum Ætii fama pervenisset, Antiochiam profectus adiit Secundum, qui eum Ætio tunc Alexandriæ commoranti commendavit, cui in sacris sele disciplinis instruendum tradidit, ejusque simul notarium egit. Georgius his adjutoribus plures Syriæ & Orientis Episcopos suis partibus adjunxit.

Theod. l. 2. c. 27.

Sozom. l. 5. c. 27. Gregor. Nyss. l. 1. contra Eunom.

Gregor. Nazian. orat. 21.

XXXII. Athanasius, qui saluti suæ consulens in interiora deserti fugerat, statuit proficisci ad Imperatorem ejus promissis fretus. Jamque viæ sa dederat, eum audiit quæcunque adversus sa & Occidentis Episcopos Orthodoxos gesta erant: nee sic quidem deterritus est, confidens ea præter Constantii sententiam perperrari, atque hæc ubi ei comperta forent, illum, ne io posterum ea fierent, cutaturum. Verum accepto duarum Constantii epistolarum exemplari, in eremum reversus est. Prior est ad Alexandrinos; eos laudat, quod decretis ejus obedientes, expulso Athanasio, adhæsarint Georgio; hanc autem sic concludit adversus sectatorea Athanasii: Hortamur eos, ut a studio erga Athanasium absistant, nec recordentur superfluæ illius garrulitatis, aut sero animadvertent se in extremis versari periculis; ex quibus nescio, an quis ex gravissimis viris seditiosos eripiet; absurdum quippa est perditissimum Athanasium, in turpissimis sceleribus deprehensum a regione in regionem expelli, ut aliquando debitum supplicium luat. Si tamen id præstari possit, etiam si quis illum decies occidat; assentores antem ejus & ministros negligere, quos occidi jam diu judicibus præceptum ast. Et fortassis morituri non sunt, si a prioribus delictis sero tandem resipiscant. Quibus sceleratissimus Athanasius sa ducem præbuit, nam & Rempublicam labefactavit, ae

Athan. Apol. ad Const. nov. ed. pag. 315. vet. 691. & seq. *Constantii furor advers. Athanas.*

CHRISTI An. 356.

ad sanctissimos viros impias & nefarias manus intulit. „ Manifestissime appares, hic iræ impotentem fuisse Constantium.

Alteram scripserat Æsanæ & Sazanæ Auxumens Principibus. Jubet, ut Frumentium Episcopum ab Athanasio ordinatum quamprimum in Ægyptum mittant ad Georgium: ut cum apud eum totius vitæ suæ experimentum dederit, ab eo constituatur, si verus Episcopus & juxta leges ordinatus haberi velit. Athanasius his perlectis veritus ne deprehensus ad Præfectos deduceretur, atque a suis interficeretur adversariis, Ægypti deserta repetens consolatoriam plebi Catholicæ Alexandrinæ misit epistulam, qua deploratis eorum calamitatibus, hortabatur ne animo conciderent, sed in Deo spem reponerent res ipsorum prospiciente; & quia de ablatis ecclesiis maxime dolebant; " Ariani, inquit, loca, vos Fidem Apostolicam habetis. Illi in locis existentes a vera Fide sunt foris; vos vero a locis quidem foris estis, sed Fides intus est. Discutiamus quid sit majus; locus, an Fides? Clarum est utique quia vera Fides: Quis ergo plus amisit, vel quis plus habet, qui locum tenet, an qui Fidem? Bonus quidem locus est, quando illic Apostulica Fides prædicatur, sanctus est, si ibi sanctus habitat ..... Vos autem beati qui fide in Ecclesia estis, in Fidei fundamentis habitatis, & sufficientem satisfactionem habetis, Fidei summitatem, quæ in vobis permanet inconcussa, ex Apostolica enim traditione pervenit ad vos, & frequenter eam execranda invidia voluit commovere, nec valuit. „ Monachos quoque ob scrupulosas quæstiones dissidentes, ademptis scilicet scrupulis, pristinæ tranquillitati restituit. Nonnulli nocturnas illusiones animi corporisque puritatem maculare contendebant. Amun eorum pater consuluit Athanasium, qui respondit: " Si, ut in actibus Apostolorum legitur .... genus Dei sumus, nihil sane in nobis impurum habemus. Tunc enim solum inquinamur, cum pessimi operis opus, peccatum scilicet operamur. At cum præter voluntatem naturale quodpiam excrementum emittitur, tunc naturæ necessitate, hæc cum ceteris toleramus. „

Athan. tom. 2. nov. edit. pag. 968.

Athan. epist. ad Amunt.

XXXIII. Ibidem, solitus in secretioribus eremi locis jam diligenter elaborarat suam ad Constantium Apologiam, quam secum deferebat, dum ad eum properaret, quemadmodum sub ejus finem ipse testatur. In ea varias Arianorum calumnias depellit: accusabant Athanasium primo: Quod Constantem Imperatorem in Constantium fratrem suum concitasset. Ostendit id nequidem probabile esse; quandoquidem nunquam Constantem solum solus esset allocutus, sed semper multis præsentibus, qui rei gestæ testimonium ferre possent. Dicebant secundo eum Magnentio Tyranno misisse literas, quarum suppositum exemplar evulgabant: Athanasius testem Deum invocat, se nunquam novisse impium Magnentium, qui Constanti sibi patrono, aliisque multis de se benemeritis necem intulerit; nec sibi pepercisset, ob singularem erga Constantem benevolentiam, cujus amicos omnes occiderat.

Athan. Apol. ad Const. Imper. nov. edit. pag. 295. vet. 673. *Athanasii Apologia ad Constantium.*

Ib. p. 301 Tertio ei in crimen vertebant, quod in magna ecclesia habuisset synaxim, priusquam completum ædificium esset. " Ita se res habet, inquit, fateor: sed alio prorsus modo, quam criminantur illi, res gesta est. Nequaquam dedicationis festum celebravimus, Religiosissime Auguste; id namque ante jussum tuum agere nefas fuisset. Nullus Episcopus, nullus Clericus fuit vocatus, ædificio quippe plurima deerant .... Festum quidem erat Paschatis, populique ingens aderat multitudo. Cum igitur ecclesiæ paucæ essent numero & angustissimæ, ingenti edito tumultu rogabant populi, ut in magna ecclesia conventus ageretur. Me contra hortante, ut eum tantisper differrent, morem illi non gessere, imo parati erant ex urbe egredi, ut in desertis locis sub dio conventus celebrarent, satius ducentes itineris perferre laborem, quam cum mœrore festum peragere. Nam crede mihi, Imperator, in Quadragesimæ synaxibus, ob locorum angustiam, ingentemque populi frequentiam, pueri complures, nec paucæ juniores mulieres, multæ anicolæ, adolescentes plurimi, compressi domum delati sunt. Deo tamen dante, extinctus nullus est. Sed universi haud sine murmuratione postularunt, ut in magna ecclesia conveniretur ...... Idipsum me egisse fateor, ita tamen ut non dedicatio, sed synaxis ad orandum celebrata sit. Quod Alexandriæ, Treviris, & Aquilejæ jam fecerant Episcopi; nullus tamen extitit qui factum hujusmodi in crimen vocaret. „

CHRISTI An. 356.

Virginum dignitatem in Ecclesia ibidem sic prædicat. " Dei Filius Dominus & Salvator noster Jesus Christus, propter nos Homo factus est, qui mortem abrogavit, nostrumque genus a corruptionis servitute liberavit, cum aliis omnibus donis suis, illud quoque nobis impertivit, ut Angelorum imaginem in terra haberemus, nempe Virginitatem. Eas sane, quæ hac virtute præditæ sunt, Sponsas Christi vocare consuevit Ecclesia Catholica; has ethnici cum vident, ut templum Verbi admirantur: certum quippe est nusquam hanc venerandam, & cœlestem professionem excoli, nisi duntaxat apud nos Christianos: hoc enim maximum est argumentum, esse certam ac veram apud nos religionem; has præ aliis beatæ memoriæ piissimus pater tuus Constantinus Magnus Augustus honorabat. Verum nunc mirabiles illi Ariani, Judicibus sibi hac in re ministrantibus, has nudatas in hermetariis, ut vocant, suspendi jussere, & sic illarum latera ternis usque vibicibus lacerarunt, ut ne viri quidem scelestissimi talia unquam sint experti .... Solis hæreticis illiusmodi malignitas propria est, erga Dei Filium impie se gerere, & in sanctas ejus virgines desævire. " Alias illius operis partes, nec non epistulam ejus ad Serapionem de morte Arii supra dedimus.

Ib. p. 317 *Virginum laus.*

XXXIV. Athanasius in deserto cum monachis consuetudinem agens, ut aliorum omnium arbiter & conciliator erat; ita solitariam quoque vitam cum communi conciliavit, ostendens Sacerdotium non esse Philosophiæ Asceticæ expers, & Philosophiam sacerdotio agere ...... Et qui alios virtute anteibant ...... tantum ei tribuebant, ut quidquid ipsi visum esset, pro lege haberent; ac rursus vetitum sibi ac interdictum, quidquid ille sententia sua improbasset, existimarent. Ariani suspicati hic eum latere, miserunt qui sanctum virum perinde ac feram quamdam investigarent. Constantius etiam Artemio Duci mandaverat ut eum perquireret, qui cum militibus monasteria circumiens ubique perscrutabatur; Monachi vero ne miscere quidem cum iis, qui missi fuerant, colloquia voluere: verum cervices gladiis objiciebant, velut pro Christo periclitantes, atque ita animo comparati, ut si acerbissimi quidpiam pro eo perferrent, id magni ad Philosophiam seu pietatem momenti ducerent, diuturnisque jejuniis, chameuniis, cæterisque corporis ærumnis, quas pro perpetuis deliciis haberent, multo sublimius ac divinius.

Gregor. Nazian. orat. 21. *Athanasii sanctitas.*

Vita Pachom.

XXXV. Athanasius, ut insequentium insidias effugeret, subinde sedes mutabat, ac demum ne monachi sui causa molestiis afficerentur, ad interiora deserti se recepit, ut magnum inviseret Antonium; sed diem extremum jam obierat. Hic fuit ejus vitæ exitus. Cum de more monachos in exteriore monte degentes inviseret, & a providentia divina de futura morte præmonitus fuisset, Fratribus hæc dixit: Jam postremo vos inviso, tempus quippe est ut hinc transmigrem, cum ferme quintum supra centesimum annum agam. His illi auditis, lacrymari, senem amplecti. Ille vero lætus monebat ne in Ascetica vita animo deficerent, sed ita viverent, ac si quotidie morituri essent, sanctosque æmularentur viros, nec ad Meletianos schismaticos accederent, nec ullam haberent cum Arianis communionem, quorum impietas nemini non explorata esset: etiamsi videritis Judices eis patrocinari, nec ideo turbemini, cessabit enim, atque mortalis modicique temporis est imaginaria hujusmodi tempestas. Vos itaque puros ab illis custodire, servateque Patrum traditionem, & imprimis piam fidem in Dominum Jesum Christum, quam ex Scripturis didicistis, & quam vobis ego plerumque in memoriam revocavi. Fratribus autem vehementer rogantibus, ut illic moriturus remaneret, abnuit ille, ideoque maxime quod Ægyptii soleant piorum hominum defunctorum corpora, maximeque sanctorum Martyrum, funerare quidem & lineis involvere, nec tamen sub terram occultare, sed lectulis superponere & apud se intus servare, rati id mortuis esse honori. Antonius plerumque rogarat Episcopos ut ea de re populos monerent, eos ipse sæpius objurgarat, ajens nec legitimum, nec sanctum illud esse; nam & Patriarcharum & Prophetarum corpora hactenus in monumentis servantur, ipsumque Domini Corpus in monumentum fuit depositum, impo-

D. Antonii mors. Ath. vit. Anton.

ctusque

CHRISTI AN. 356.

situsque ipsi lapis, quo operiretur donec tertia die resurgeret .... Quibus auditis, multi deinceps sub terra occultarunt, & Domino egere gratias, quod tam probe edocti essent. Ægyptii quibusvis pro arbitrio privatorum hunc honorem exhibebant; quod erat illicitum. Nos vero eos etiam, qui cum magna sanctitatis opinione decedunt, sub terra sepelimus; eorumque sanctas reliquias publicæ venerationi non exponimus, nisi prius de eorum sanctitate pronuntiaverit publica Ecclesiæ authoritas, jusseruntque Patres Tridentini, ut Pastores cultum sanctis debitum diligenter doceant, ne qua ex populorum ignorantia subrepat superstitio.

Ibid.

Ille vero metuens ne suo corpori idipsum præstarent, salutatis monachis, qui in exteriore erant monte, ingressusque in montem interiorem, ubi manare solitus erat, post paucos menses in morbum incidit, vocatisque duobus suis discipulis Machario & Amatha, qui per quindecim annos Ascesicam agentes ob senectutem illi ministrabant, ait illis: viam ingredior Patrum, video enim a Domino me vocari; vos autem vigilate, ac diutissimæ exercitationis vestræ fructum ne perditote: sed quasi jam ejus initium poneretis, curate vestram retinere alacritatem .... ac velut quotidie morituri vivite .... nulla vobis sit communicatio cum schismaticis, aut cum Arianis hæreticis .... Corpus meum in Ægyptum transferri ne patiamini .... illud humata, terraque contegite. Nemo vobis exceptis locum sciat. Ego quippe in resurrectione mortuorum incorruptum ipsum a Salvatore recepturus sum. Mea dividite vestimenta, Athanasio Episcopo melotem date unam, palliumque quo obvolvebar, quod novum ab ipso cum acceperim, jam detritum ast; alteram melotem Serapioni tradite Episcopo; vos habete cilicinum indumentum. Quod reliquum est, salvete filii, Antonius quippe hinc migrat, nec ultra vobiscum erit. His ille dictis, postquam ipsum osculati sunt, erectis pedibus, & quasi amicos se adeuntes contemplatus, eorumque causa lætus exspiravit decimo septimo Januarii, anno Christi trecentesimo quinquagesimo sexto, ejus vitæ centesimo quinto.

Ibid.

Ab adolescentia ad tam grandem ætatem æquali servato ad Asceticam studio, nec ob senectutem lautioris cibi desiderio victus, nec ob corporis infirmitatem mutata corporis forma, nec ablutis aqua pedibus, nihilominus incolumis perduravit. Illæsos quippe oculos atque integros habuit, ita ut recta videret; dentiumque illi ne unus quidem excidit: omnibusque qui variis cibis, lotionibus, & vestibus utuntur, vegetior apparebat. Discipuli, quemadmodum mandarat, condito & involuto corpore, illud terra contexerunt. Qui autem accepere B. Antonii utramque melotem, & detritum pallium, quasi res magni pretii ambo illa custodierunt, atque in illis Antonium se conspicere, iis quoque amicti se Antonii monita gestare sibi videbantur. Quod autem ubique terrarum fama ejus pervagata fuerit, quod omnibus admirationi, iisque etiam qui nunquam vidissent, desiderio fuerit, id sane illius virtutis animæque Deo charæ argumentum est, & Dei donum, qui suos, etsi occulta degunt, & cupiunt latere, attamen quasi lucernas omnibus exhibet, ut, his auditis, alii compertum habeant, sufficere præcepta Dei ad res præclare gerendas, & studio ad pietatis iter instituendum inflammentur.

Hier. de scriptor. Eccl.

Antonius Ægyptiace scripsit ad diversa monisteria, Apostolici sensus sermonisqua epistolas septem, quæ in græcam linguam & postea in latinam translatæ sunt, quarum præcipua est ad Arsenoitas. Basilii Imperatoris anno vigesimo primo corpus Sancti Antonii repertum cum maximo honore Alexandriam

Et in Chron.

perducitur, & in Basilica Sancti Joannis Baptistæ honorifice collocatur.

Hier. vit. Hilar.

D. Hilarionis fama & humilitas.

XXXVI. Antonii mortem divinitus cognovit Hilarion; cum enim Aristana Præfecti uxor venisset ad eum, volens etiam ad Antonium pergere; Cui ille flens, vellem, ait, ipse quoque ire, si non carcere hujus monasterii clausus tenerer, & si eundi fructus esset. Biduum enim hodie est, quo totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa, & substitit. Et post paucos dies veniente nuntio, Antonii dormitionem audivit. Hilarion quintum vitæ & sexagesimum agebat annum; jamque a biennio flebat quotidie cernens turbas eorum, qui diversis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ut eos sanaret, & incredibili desiderio conversationis antiquæ recordabatur. Reipsa ad eum concurrebant Episcopi, Presbyteri, Clericorum & Monachorum greges; matronarumque Christianarum, & hinc & inde ex urbibus & agris ignobile vulgus, sed & præpotentes viri & Judices, ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. Interrogatus a Fratribus quid haberet, cur se conficeret? ait: Rursus ad sæculum redii, & recepi mercedem meam in vita mea. En homines Palæstinæ, & vicinæ provinciæ existimant me alicujus esse momenti, & ego sub prætextu monasterii ad dispensationem Fratrum vilem supellectilem habeo. Servabatur autem a Fratribus, maxime ab Hesychio, qui miro amore venerationi senis deditus erat. At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur, in tantum, ut quadam die proficisci statuerit: & adducto asello, nimis quippe exesus jejuniis vix ingredi poterat, iter arripere conaretur: quod cum percrebuisset, plusquam decem millia hominum diversæ ætatis & sexus ad retinendum eum congregata sunt.

CHRISTI AN. 356.

Ibid.

Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens loquebatur: Fallacem Dominum meum non faciam, non possum videre subversas Ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem. Universi autem, qui aderant, intelligebant revelatum ei esse quiddam secreti, quod nollet confiteri, & nihilominus custodiebant eum ne proficisceretur. Decrevit ergo, publica omnes voce contestans, non cibi se, non potus quidquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ tandem relaxatus, ac valedicens plurimis, cum infinito agmine prosequentium venit Betuliam, ubi persuasis turbis ut reverterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberent viaticum & possent jejunantes ingredi. Quinto igitur die venit Pelusium, visitatisque Fratribus, qui in vicina eremo erant, perrexit post triduum ad castrum Theubatum, ut videret Dracontium Episcopum & Confessorem, qui ibi exulabat. Post triduum multo Babylonem labore pervenit, ut viseret Philonem Episcopum & Confessorem: Constantius enim utrumque in ea loca deportarat. Inde egrediens post triduum venit ad oppidum Aphroditon; ubi convento Diacono Baisane, qui locatis Dromadibus camelis, ob aquæ in eremo penuriam, consueverat euntes ad Antonium ducere, confessus est Fratribus instare diem annuum dormitionis B. Antonii, & pervigilem noctem in eo ipso, quo defunctus fuerat, loco, a se ei deberi celebrari. (Ac proinde mense Januario anni 357. hæc gesta sunt.) Tribus igitur diebus per vastam & horribilem solitudinem, tandem ad montem altissimum pervenerunt, repertis ibi duobus monachis Isaac & Pelusiano, quorum Isaac interpres Antonii fuerat, diligenter lustravit loca, in quibus versari consueverat Antonius, jacensque in strato ejus quasi calens adhuc cubile deosculabatur ...... Antonii discipulos præterea rogavit, ut sibi locum tumuli ejus ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum monstraverint, nec ne, ignoratur. Causam occultandi juxta præceptum Antonii fuisse referentes, ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus, sublato ad villam suam Sancti corpore, martyrium fabricaretur. Si nullus sanctis Confessoribus cultus tunc fuisset exhibitus, hunc honorem profecto non timuisset S. Antonius. Hilarion reversus ad Aphroditon, duobus secum tantum retentis Fratribus, in vicina eremo moratus est tanta abstinentia & silentio, ut tunc primum se cœpisse Christo servire diceret.

S. Antonii discipuli sanctitate florent.

Hier. in Chron. Rosweid. vit. Patrum.

XXXVII. Plerique D. Antonii discipuli vitæ sanctitate tunc floruerunt; eminebant præ cæteris Macarius, Amathas, Sarmatas, Pithyrion, Isaac, Phanutius, Paulus cognomento simplex, Pior, Cronius, Ammonas, Hierax. Saraceni in monasterium S. Antonii irruentes Sarmatam interfecerunt. Pithyrion post Ammonam, qui factus est Episcopus, præfuit monachis, qui juxta montem S. Antonii habitant in speluncis. Tanta in eo erat virtutum copia, tantaque gratia sanitatum, & potestas adversus dæmones, ut duorum summorum virorum hæreditatem consecutus duplicem videretur. Bis tantum comedebat in hebdomada, Dominica, & quinta feria, pulticulas accipiens ex farina, nec poterat jam accipere aliam escam, neque ætate, neque consuetudine permittente. Paulus jam sexagenarius post

Ibid. pag. 730.

graves

CHRISTI AN. 356.

graves probationes receptus ab Antonio factus est monachus, singulatique obedientia ad eam pervenit perfectionem, atque in tantum spiritualium gratiarum culmen ascendit, ut multo plures & potentiores virtutes per ipsum Dominus, quam per Antoninm faceret.

Ibid. pag. 503.

Piotis virtutem tanti fecit Antonius, nt anno vitæ quinto & vigesimo ei permiserit nt habitaret solitarius. Cum autem pervenisset ad locum, qui situs est inter Nitriam & eremum Scyti, effodit puteum, sed falsa & amara inventa est aqua. Remoratus est tamen in eodem loco annis triginta, sex pania uncias & quinque olivas quotidie in cibum accipsens, & hoc deambulando sorit. Ejus soror vidua misit duos filios, qui eum in etemo perquirerent; vix tandem eum invenientes dixerunt ei: Nos filii sororis tuæ sumus, quæ nimio desiderio optat te videre ante exitum suum. Ipse vero non acquievit petitioni eorom. Perrexerunt adolescentes ad Antonium, qui illum evocavit, eique dixit: Vade, nt videat te soror tua. Tunc assumpsit secum alium monachnm, & perrexit ad domnm sororis suæ: & stetir foris prope januam atrii clausis oculis: Soror autem veniens projecit se ad pedes ejus, de nimio enim gaudio angustiata est; & dixit ei: Ego sum Pior frater tuus, vide ergo me quantum volueris. Et post hoc statim reversus est ad eremum in cellulam suam. Hoc autem fecit ad erudiendum monachos, ut non daretur eis licentia, cum libitum eis fuerit, visitare parentea vel propinquos suos. Cronius interpres Antonii, qui græce loqui nesciebat, & postea Presbyter in monasterio Nitriæ, supra decem & centum annos in summa humilitate vixit.

Euseb. Vercell. epist. ad Eccl. suam.

D. Eusebii Vercell. invicta fortitudo adversus Arianos.

XXXVIII. Inter Episcopos qui veræ Fidei & Athanasii causa exulabant, invictoque semper animo ærumnas iocdiamque perrnlerunt, eminuit Eusebii Vercellensis forritudo, qui Scytopolin relegatus, principio quidem perhumaniter exceptus est in domo Josephi Comitis Orthodoxi; SS. monachorum & virorum pietate insignium salutationibus sæpe consolatus, quin & Syrus Diaconus & Victorinus Exorcista ejus Clerici, Vercellensis vicinarumque Ecclesiarum literas ei detulerunt eum eleemosynis. Patrophilus Scytopolis Episcopus, homo violentus, hæc ægre cum ferret, ad sui communionem malis omnibus eum cogere constituit. Itaque congregata soorum multitudine, quasi hanc ab Imperatore potestatem accepisset, eum per summam vim extractum de hospitio, ita ut nudsro corpore supinum deportarent in cellulam, prohibuit ne quis e suia ei ministraret; urgebatque per quatnor dies ut secum communicaret. Ille vero constanter abnuens sic scripto contestatus est. *Servus Dei* Eusebius cum conservis suis, qui mecum fidei causa laborant, Patrophilo custodi cum suis. Tum malorum, quæ pertulerat, narrationem subjicit, sicque concludit: Interim me hoc decrevisse sciatis, noo panem manducaturum, neque aquam bibiturum, nisi ante singuli professi fueritis, non solum verbo, sed & manu, vos non prohibituros fratres meos, qui mecum fidei causa hæc libenter patiuntur, necessarias escas afferre, nec eos, qui me dignati fuerint *requirere*. Timebat enim ne si cibos a Patrophilo missos reciperet, in cibo saltem cum eo communicare videretur ..... Pergit: Etsi putaveritis hoc debere vos contemnere, non quasi mortem timentem, sed ne post excessum meum dicatis me voluntaria morte exire voluisse: conventutum me scitote Ecclesias; ut in ipsis concurrentibus, Orbis terrarum, quid Fides integra, quæ ab universis Catholicis Episcopis comprobata est, ab Ariomaniris patiatur, quos ante damnavit, possit cognoscere. Subscriptioni hæc apposuit: adjuro te, qui has literas legeris, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, ut non supprimas, sed aliis legendas tradas.

Ibid.

Quæ postea sibi contigere, sic narrat: Hi ergo vix quarta die mitigati jejunos ad hospitium, in quo manseramus, reverti nos compulerunt. Viderunt interea, quemadmodum nos revertentes populi cum gaudio susceperunt: lucernis nostrum hospitium circumdederunt. Cœpimus, annuente Domino, iterum egentibus ministrare. Non hoc sustinuit eorum inhumanitas. Post viginti quinque dies erumpnnt denuo, & cum perdita multorum manu ad nostrum hospitium veniunr armati fustibus; iterum rapiunt & in arctiori custodia cum solo Tegrino Presbytero recludunt. Nostros quoque fratres, id est, Presbyteros & Diaconos omnes rapiunt & includunt. Post triduum potestate sua, per loca diversa mitrunt in exilium. Alios fratres qui ad nos venerant visitandos, in carcere publico mittunt, per plurimos dies reclusos tenent, & omnia quæ in sumptu, aut pauperibus fuerant comparata, diruunt; leviora quædam reddiderunt, ut se nobis nostra reddidisse jactarent: pecuniam vero apud se tenuerunt. Nullum de meis ad me venire permiserunt, qui escas corporis necessarias afferrent. Vix sexta die, clamantibus sibi diversis, unum venire permiserunt. Hanc epistolam suis perferendam Syro Diacono e sacris locis redeunti clam tradidit; hortatur eos nt cum omni vigilantia custodiant fidem & concordiam, orationibus instantes, suique sine intermissione memores: ut dignetur Dominus Ecclesiam suam liberare, quæ per universum Orbem laborabat. D. Epiphanius in agro Eleutheropolitano natus, qui a prima adolescentia in vita monastica se exercuerat, magistris sancto Hilarione, & S. Hesychio, testatur se cum aliis monachis invisisse S. Eusebium Vercellensem, qui postea in Ægyptum, demum in Thebaidem deportatus est.

Hier. de script. Eccl. Sever. Sulp. l. a. Hilar. adv. Const. Cocil. tom. s. nov. ed. Hilar. lib. de Synod.

D. Hilarius cum aliis relegatur.

XXXIX. Saturninus Arelatensium Episcopus, homo impotens & factiosus premebat Gallias: Hilarius Pictaviensis cum aliis Episcopis Gallicanis se ab ejus & Valentis & Ursacii communione separavit, indulta cæteris consortibus eorum resipiscendi facultate. Saturninus eos per Episcopos suæ factionis compellit ad Biterrensem Synodum. In hac cum Arianam hæresim ingerere pararet; Fidei periculum prævidens Hilarius, Episcopis, qui ad Synodum convenerant, cognitionem hujus hæreseos obtulit, ut caverent: sed hi timentes publicæ conscientiæ audire noluerunt, putanres se innocentiam suam posse Christo mentiri, si volentes nescirent, quod gesturi postmodum essent scienter. Saturnious cum suis Athanasii damnationem flagitabat, cui decreta Synodi Sardicensis opposuit Hilarius. Interea Saturninus falsa eorum quæ gererentur, relatione circumvenit Constantium, qui Hilarium in Phrygiam relegavit. Rhodanium quoque Tolosanum Antistitem, qui natura lenior, non tam suis viribus, quam Hilarii societate non cesserat Arianis, eadem conditio implicuit. Hic exul in Phrygia, unaque Paulus Trevirensis diem extremnm obiere.

Hier. in præf. ad Paul. in l. 2. comment. ep. ad Galat. Hilar. l. 1. de Trinit. num. 4. & seq.

D. Hilarii initia.

XL. Hilarius latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus Pictavis genitus est ex nobilibus parentibus, sed ethnicis & profanis scientiis eruditus inprimis excoluit eloquentiam. Quo pacto ad Fidei Christianæ notitiam pervenerit, sic ipse narrat: Discussis variis Philosophorum de beatitudine & de Deo sententiis, quæ cum ipsi minime probarentur; Inter hæc, inquit, animus sollicitus, utili & necessaria ad cognitionem Dei sui via nitens, cum neque incuriam Deo rerum a se conditarum dignam esse arbitraretur, neque naturæ potenti atque incorruptæ competere sexus deorum, & successiones satorum atque ortorum intelligeret: porro autem divinum & æternum nihil nisi unum esse pro certo habebat, atque ita omnipotentiam & æternitatem nonnisi penes unum esse: quia neque in omnipotentia validius infirmiusque, neque in æternitate posterius anteriusve congrueret. In Deo autem nihil nisi æternum potensque esse venerandum.

Exod. 3.

Hæc igitur multaque alia ejusmodi mecum animo reputans, incidi in eos libros, quos a Moyse atque Prophetis scriptos esse Hebræorum religio tradebat; in quibus ipso creatore Deo testante de se, hæc ita continebantur: Ego sum qui sum: & rursum: Hæc dices filiis Israel, misit me ad vos is qui est. Admiratus sum plane tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ divinæ incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam sermone loqueretur ...... Quanquam igitur optimæ hujus atque inexplicabilis intelligentiæ sensu animus gauderet, quod hanc in Parente suo & Creatore immensæ æternitatis infinitatem veneraretur; tamen studio adhuc intentiore illam ipsam infiniti & æterni Domini sui speciem quærebat, ut incircumscriptam immensitatem in aliquo pulchræ intelligentiæ esse opinaretur ornatu. Hunc de Deo pulcherrimæ sententiæ modum mens propheticis vocibus apprehendit: De magnitudine enim operum, & pulchritudine creaturarum, consequenter generationum conditor conspicitur.

CHRISTI AN. 356.

Magnorum Creator in maximis est, & pulcherrimorum conditor in pulcherrimis est . . . . Suberat autem omnibus his naturalis adhuc sensus, ut pietatis professionem spes aliqua incorruptæ beatitudinis aleret, quam sancta de Deo opinio, & boni mores quodam victricis militiæ stipendio mererentur . . . . Fatigabatur autem animus partim suo, partim corporis metu; sed ea lectione doctrinæ Evangelicæ, & præsertim Evangelii secundum Joannem mens trepida & anxia plus spei invenit, quam expectabat. Ac primum ad cognitionem Dei Patris imbuitur: non in Deos fidem laxans, quia ex Deo Deum audit; non ad naturæ diversitatem in Deum ex Deo decedens, quia plenum gratia & veritate Deum ex Deo didicit: neque præposterum ex Deo Deum sentiens: quia in principio apud Deum esse Deum comperit. Rarissimam deinde hujus salutaris cognitionis fidem esse, sed maximum præmium noscit: quia recipientes in Filios Dei aucti sunt, non ortu carnis, sed fidei . . . Hunc itaque divini sacramenti doctrinam meas beata suscepit.

Hier. ep. ad Marcell. Fortun. l. 1. vit. Hilar.

Heliodoro Presbytero familiariter utebatur, ut ab eo, quæ in Scripturis intelligere non posset, quomodo ab Origene essent dicta, quæreret. Aliquot annis ante Episcopatum regeneratus, ita variis pietatis operibus se exercuit, ut adhuc in laicali proposito Pontificis gratiam divino nutu possideret. Denique Deum, quo plenus erat, in alios etiam effudit; omnesque de pio religionis opere commonens, non cessabat in plebem verba veritatis fructum fidei redundantia seminare. Tanto viro dignam Deus tribuit sponsam, ex qua filiam unicam nomine Abram procreavit: cui postea scribens, eamque ad modestiam & virginitatem cohortans, jubet eam, si quid per ætatem minus intelligat, matrem interrogare, quæ verba indicant matrem piissimam. Ipse in matrimonio quasi monachi vitam egit. Quo cognito quoniam tantum lumen etsi voluisset, latere non potuit: concordante favore populi, aut potius Dei Spiritu proclamante, sacris altaribus Sacerdos electus D. Maxentio D. Maximini fratri successit in Episcopatu Pictaviensi, conjuge adhuc superstite, quæ & ipsa professa est continentiam. Ei crevit animus per ministerium impositi sacerdotii, etiam cæteris prædicabat, munus suum ad officium publicæ salutis extendens. Ejectus in exilium, ita de Christi confessione sibi nunquam decedendum decrevit, ut neque honestam aliquam aut probabilem ineundæ unitatis rationem respuendam statueret, Episcopatumque retinens per Presbyteros suos communionem distribuebat.

Hilar. ep. ad Fil. Fortun. in vit. D. Hilar. Hilar. l. 1. de Trinit. Idem l. advers. Const.

Sozom. l. 4. c. 20. *Macedonius cum suis persequitur Orthodoxos.* Ib. c. 2. & 3.

XLI. Dum hæc geruntur in Occidente, Macedonius Constantinopolim & vicinas Ecclesias vehementer afflixit, adjutorem habens Eleusium & Marathonium, quorum alterum, qui jam ante Diaconus ipsius Ecclesiæ fuerat, & industrius curator prochotrophiorum, & monasteriorum utriusque sexus, Episcopum Nicomediæ constituit. Eleusium vero, qui prius in palatio splendide militaverat, ad Cizicenum Episcopatum promovit. Ambo in vexandis iis, qui Filium Patri Consubstantialem profitebantur, acerrimi fuere, licet non eodem modo grassati sint quo Macedonius. Nam iste quidem eos, qui communicare ipsi detrectabant, non fugavit modo, verum etiam in vincula conjecit, & judicibus tradidit. Multi verberibus cæsi interierunt; alii bonis mulctati, alii civitatis jure spoliati sunt, quidam notis in fronte inustis compuncti. Martyrius Subdiaconus, & Marcianus Cantor & Lector sacrarum Scripturarum, quos utpote Pauli domesticos contubernales cum Præfecto tradidisset tanquam auctores necis Hermogenis, forti animo necem pertulere; sepulti sunt ante muros urbis regiæ, ubi noxii ad mortem ducebantur. Sed postea multa miracula ad illorum tumulum contigerunt. Itaque locus purgatus est, eorumque sepulchrum Ecclesiæ ambitu circumdatum, tanquam Martyrum monumentum: Quam quidem Ecclesiam extruere primum cœpit Joannes Chrysostomus, absolvit autem Sisinnius. Eorum natalis

Ib. c. 10. dies octavo Kalendas Novembris celebris est in Ecclesia.

Quosdam vero etiam invitos communionem secum inire compulit Macedonius. Mulieres etiam & parvulos nondum sacro lavacro tinctos per vim rapiens baptizabat. Multas quoque ecclesias passim destruxit, Imperatoris mandatum prætendens. Gravia quoque in eadem persecutione, sed sine fructu, passi sunt Novatiani schismatici. Multi etiam ex familiaribus

Ib. c. 21.

Macedonium reprehendebant, utpote authorem tantorum malorum. Imperator quoque eum aversatus, non amplius benevolo erga illum animo fuit. Sed & alia quædam odii causa gravioris accessit: Constantini Imperatoris arcam alio transferre volebat Macedonius; Ædes enim illa in qua erat reposita, ruinam minabatur. Ex plebe vero alii ut id fieret, consentiebant: alii contra obsistebant, impium id facinus existimantes: his autem se adjunxerunt ii, qui Nicænæ Synodi doctrinam sequebantur, qui nec corpus Constantini violari sustinebant, utpote qui ejusdem cum ipsis fuisset sententiæ, & Macedonio adversari studebant. Verum ille nihil cunctatus arcam transtulit ad basilicam, in qua sepulchrum est Acacii Martyris. Plebs vero in duas partes divisa; alii factum approbantes, alii contra reprehendentes, in ipsa basilica adversus se mutuo irruerunt, ipsamque ecclesiam & vicina loca sanguine ac cædibus compleverunt. Imperator his auditis graviter commotus est, & contumeliam patris sui, plebisque miserabilem cladem Macedonio imputans adversus illum excanduit. Constantio octavum, & Juliano consulibus factæ sunt quædam sacrarum reliquiarum translationes: Die quarto Julii S. Timothei discipuli quondam B. Pauli Apostoli, qui primus Ephesi in Asia fuit creatus Episcopus, reliquiæ Constantinopolim cum summa veneratione delatæ sunt, & in Æde SS. Apostolorum, sub ipso sacro Altari repositæ. Anno sequenti die tertio Martii, reliquiæ SS. Lucæ & Andreæ Apostolorum cura Constantii Augusti, cum veneratione, cultu, psalmis & hymnis, depositæ sunt in eadem Æde sanctorum Apostolorum.

CHRISTI AN. 356. & 357.

Chron. Alexand.

XLII. Constantius, qui jam sextum annum in Occidente commorabatur; hoc anno trecentesimo quinquagesimo septimo, quarto Kalendas Maji propter vicennalia sua cum ingenti pompa & apparatu triumphum agens de Magnentio primum Romam venit, & cum eo uxor ejus Eusebia. Senatorum vero & honoratorum conjuges a suis viris petierunt, ut Principem adirent, rogarentque ut Pastorem Liberium gregi suo redderet. At illi iram Principis se reformidare dixerunt: Nobis enim, ajebant, utpote viris nullam fortasse veniam indulgebit: Vobis autem rogantibus proculdubio parcet: duorumque alterum eveniet, ut aut precibus vestris annuat; aut si abnuerit, saltem illæsas dimittat... Hoc consilium amplexæ præstantissimæ fœminæ, cum solemni cultu atque ornatu cum adierunt, ut cum ex veste eas nobiles esse conjecisset, cum reverentia ac lenitate ipsas exciperet. Sic igitur ornatæ cum ad Imperatorem venissent, suppliciter ab eo petierunt, ut tantæ urbis Pastore suo orbatæ misereretur. Ille vero matronis respondit: Urbem alio Pastore non egere, habere enim Felicem Antistitem idoneum, qui ipsius curam gerat. Mulieres Imperatori suggerunt, quod nemo in ecclesiam ingrederetur, dum ille intus esset. Imperator flexus, adhibitis in consilium Episcopis, qui cum ipso erant, respondit se illum revocaturum, & petentibus redditurum esse, si sacerdotibus, qui in ipsius erant comitatu, consentire vellet, unaque cum Felice administraret Ecclesiam. Hæc Imperatoris responsio cum in circo recitata fuisset, populus exclamavit, æquam esse Imperatoris sententiam; spectatores enim divisos esse in duas factiones, ex coloribus suis cognominatas; alterum igitur Episcopum huic factioni, alterum illi præesse oportere. Hac ratione cum Imperatoris responsionem explosissent, omnes una voce acclamarunt; unus Deus, unus Christus, unus Episcopus.

Ammia. Marcell. lib. 16. Theod. l. 2. c. 17. Sozom. l. 4. c. 11. Theod. ibid.

XLIII. Constantius, qui superiori anno duas hasce leges adversus idololatras promulgarat: „ Pœna capitis subjugari præcipimus eos, quos operam sacrificiis dare, vel colere simulacra constiterit. Nemo aruspicem consulat aut mathematicum, nemo ariolum: augurum & vatum prava confessio conticescat . . . Sileat omnibus perpetuo omnis divinandi curiositas; etenim supplicio capitis ferietur, quicumque jussis nostris obsequium denegaverit. „ Hoc anno Romæ agens aliam dedit adversus eos, qui magicis artibus elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiant malis artibus inimicos. Præterea simulacrum Victoriæ & aram e vestibulo Capitolii jussit amoveri; gladiatorium ludum Palatinis & militibus interdixit. Gladiatores in Oriente sustuleras Constantinus, sed Roma veterem morem retinebat, eumque tolerare cogebantur Principes.

Cod. Theod. l. 6. de Pag. ib. l. 5. de malef. *Leges adversus idololatras.* Ibid. Relat. Symmach. apud Ambr. Cod. Theod. lib. 2. Ib. l. c.

Constan-

Christi An. 358.

Constantio satis visum, si honestis vitæ generibus inter gladiatores decertare probiberet. Alia lege Clericos, qui copiatæ seu fossarii & operarii dicebantur, exemptos voluit a collatione lustrali, quam solvebant negotiatores. Trigesimo postquam ingressus est die, quarto Kalendas Junias ab Urbe profectus, Mediolanum rediit, menseque Decembri per Tridentinum iter in Illyricum festinavit.

Hilar. de Synod. Ath. de Synod. nov. ed. pag. 744. vet. 902. *Impia fides formula ab Arianis edita Syrmii.* Joan. 20. Hilar. de Synod.

XLIV. Constantius Syrmii substitit: hac opportunitate utens Arianorum factio ineunte anno trecentesimo quinquagesimo octavo, novam fidei formulam latine edidit, quæ postea græce translata est: hæ sunt partes ejus præcipuæ: " Cum nonnullis putaretur esse de fide disceptatio, diligenter omnia apud Syrmium tractata sunt, & discussa, præsentibus sanctissimia Fratribus & Co-episcopis nostris, Valente, Ursacio & Germinio. Unum constat Deum esse omnipotentem & Patrem, sicut per universum Orbem creditur, & unicum Filium ejus Jesum Christum Dominum, Salvatorem nostrum, ex ipso ante sæcula genitum. Duos autem Deos nec posse nec debere prædicari: quia ipse Dominus dixit: Ibo ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum, ad Deum meum, & ad Deum vestrum. „ Hic autem Dei unitatem sic prædicant, ut veram soli Patri divinitatem tribuant. Id enim, inquit Hilarius, tentatum ac laboratum fuit, ut dum Pater unus & solus omnium Deus prædicatur, Deus esse Filius negaretur. Errores suos deinde sic apertius exponunt: " Quod vero quosdam aut multos movebat de substantia, quæ græce Usia appellatur, id est ut expressius intelligatur, homoousion, aut quod dicitur homoeusion, nullam omnino fieri oportere mentionem: nec quemquam prædicare ea de causa & ratione, quod nec in divinis Scripturis continentur... nulli potest dubium esse Patrem honore, dignitate, claritate, majestate, & ipso nomine Patris majorem esse Filio: ipso testante: Qui me misit, major me est. Et hoc Catholicum esse nemo ignorat duas

Joan. 14.

Personas esse Patris & Filii; majorem Patrem, Filium subjectum cum omnibus his, quæ ipsi Pater subjecit. Patrem initium non habere .... Filium autem natum esse ex Patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine .... Carnem, vel Corpus id est hominem suscepisse ex utero Virginis Mariæ. „ Hanc formulam vocat Hilarius exemplum blasphemiæ apud Syrmium per Osium, & Potamium conscriptæ.

Libell. Marcell. & Faust. *Osii lapsus.*

XLV. Potamius Ulyssiponensis Episcopus hanc dictaverat. Hic primum quidem Fidem Catholicam vindicans, postea vero præmio fundi Fiscalis, quem habere concupiverat, fidem prævaricatus. Hunc Osius apud Ecclesias Hispaniarum, & detexit, & repulit ut impium hæreticum; sed & ipse Osius Potamii querela accersitus ad Constantium, qui vim seni intulit, quem jam exilii vice anno integro Syrmii detinuerat; Ariani multis plagis eum crudelissime lancinarunt, accusationes adversus ejus cognatos confinxerunt, ita ut senex centenarius & corpore imbecillus, malis oppressus, ad tempus illis cesserit, & cum Ursacio & Valente communicans Syrmiensi formulæ subscripserit, non autem adversus Athanasium. Hinc sic in eum invehitur Vigilius Tapsensis, absit, dicamus, sicut tu, Osi, qui fidem tuam, quam in Nicæna Synodo conscripseras, irritam fecisti, dum Regiæ potestati famularis. Præterea qui morti esses perquam vicinus, sic in laqueum voraginis barathri incidisti, ut exideres tanquam mortuus a corde, & diceres: Quis ignorat Patrem majorem esse honore, dignitate, claritate & majestate? Quasi duæ vel certe tres essent claritates aut majestates, in singulis bis Personis Patris & Filii & Spiritus Sancti: quod absit. Osius prævaricatus in fidem regreditur in Hispanias, siqua Faustino & Marcellino fides, Orthodoxos Episcopos persecutus est, ut sibi consentientes faceret, renuentesque sibi communicare, curavit a magistratibus pelli in exilium. Gregorius Eliberitanæ civitatis Episcopus non acquievit in nefariam ejus communionem; extatque in fragmentis Hilarii, Eusebii Vercellensis ad eumdem Gregorium epistola, qua laudat eum, quod transgressori Osio restiterit assensum denegans, fidemque servans, quam Patres Nicæni scripserant. Resipuit tamen, teste Athanasio, bonus senex: instante quippe morte, vim sibi illatam quasi testamento declaravit; Arianamque hæresim feriit anathemate, vetuitque ne quis illam reciperet. Sed & Potamio non fuit inulta sacræ Fidei prævaricatio. Cum ad fundum properat, quem pro impia fidei subscriptione ab Imperatore meruerat accipere, dans novas pœnas linguæ, per quam blasphemarat, in via moritur, nullos fructus fundi vel visione percipiens. Hanc formulam paulo post improbarunt Orientales, curaruntque ut per Marcianum notarium exempla ab iis, qui haberent, auferentur; sed irrito conatu, plurima enim in multorum manus jam pervenerant.

Ath. Apolog. de fug. & in hist. Aria. ad Monach. Vigil. Tapf. in lib. de unit. Dei. Hilar. frag. l. 2. Ath. ad Monach. nov. ed. pag. 372. vet. 841. Ath. de Synod.

Ath. ad Monach. *Liberii lapsus.* Hier. de script. Eccl. *Liberii ep. 50.* *Idem ep. 7.* Concil. tom. 1. nov. ed. & tom. 2. vet.

XLVI. Liberius Romanus Pontifex jam a duobus annis & amplius exul, denique fractus est, minisque mortis perterritus subscripsit. Fortunatianus Afer Aquilejensis Episcopus, hunc primus sollicitavit ac fregit; & ad subscriptionem hæreseos compulit, ut ait Hieronymus. Liberium ipsum exitii sui progressum enarrantem audiamus: " Urbicus Diaconus, quem videbar habere solatium, a me per Venerium agentem in rebus sublatus est, & ideo sanctitati tuæ, scilicet Vincentio Capuæ Episcopo, significandum credidi, me de contentione illa nominis Athanasii recessisse. Dominus meus & frater communis Demophilus, qui dignatus est pro sua benevolentia Fidem veram & Catholicam exponere, quæ Syrmii a pluribus Fratribus & Co-episcopis nostris tractata, exposita & suscepta est. Hanc ego libenti animo suscepi in nullo contradicens. „ Et paulo superius: " Ego Athanasium non defendo, sed quia susceperat illum bonæ memoriæ Julius Episcopus decessor meus, verebar ne forte ab aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi, quando Deo placuit, juste vos illum condemnasse, (Orientales alloquitur,) mox consensum meum commodavi sententiis vestris: literas adeoque super nomine ejus, id est, damnatione ipsius per Fratrem nostrum Fortunatianum dedi perferendas ad Imperatorem nostrum Constantium .... Itaque amoto Athanasio, super quo statuta omnium vestrum a me cum Sede Apostolica suscipienda sunt, dico me cum omnibus vobis, & cum universis Episcopis Orientalibus, super universas provincias pacem & unitatem habere .... Sane petendam credidi sanctitatem vestram, quia semper videtis in omnibus vobis me consentaneum esse; dignamini communi consilio ac studio elaborare, quatenus de exilio jam dimittar, & ad Sedem, quæ mihi divinitus credita est, revertar. „

Hilar. in frag.

Ex his tria constat: Primo Liberius Athanasium, cujus causam, ut cum fide conjunctam ante defenderat, & innocentem injuste damnavit, suique prædecessoris & Synodi Sardicensis decretum rescidit, rataque habuit quæ per vim & calumniam adversus eum decreverant Ariani. Secundo. Iisdem Arianis communicavit, & scripsit se in omnibus eis consentire. Tertio. Formulæ fidei ab Arianis conscriptæ subscripsit; Syrmienses enim omnes formulas dictarunt Ariani: Hæc grandis & triplex culpa Liberii fuit personale peccatum, cum gravi conjunctum scandalo; sed eam toti Ecclesiæ credendam non proposuit, neque postulavit ab Episcopis ut ei subscriberent. Imo postea Arianæ impietati fortiter obstitit, ac proinde ut summus Ecclesiæ Doctor non erravit. Perperam igitur illius lapsum ejus successoribus objiciunt heterodoxi; Apostolicæ Sedis authoritati nullatenus præjudicat, nec Ecclesiæ docentis infallibilitati, Hilarii vero anathemata, quibus septimam Liberii epistolam ad Orientales, quam accurate refert, interpolavit, personæ quidem, non vero Sedis lapsum supponunt. His adde quædam esse in fragmentis Hilarii, quæ falsa esse & supposititia certo constat apud omnes peritos.

Sozom. l. 4. c. 15. *Cui formulæ subscripserit Liberius.*

XLVII. Controversum est cuinam Syrmiensi formulæ subscripserit Liberius. Longe probabilior nobis videtur sequens Sozomeni sententia; cui nullus veterum contradixit, & diversa conciliat. Basilius scilicet Ancyranus, Eustathius & Eleusius, qui præcipua apud Imperatorem authoritate pollebant, cum ea, quæ contra Paulum Samosatensem, & contra Photinum Episcopum Syrmii, nempe in prima Synodo, decreta fuerant, ac præterea fidei formulam in dedicatione Antiochensis Basilicæ editam, in unum tunc libellum conjecissent, perinde quasi sub obtentu vocabuli Consubstantialis propriam hæresim stabilire conarentur; quamvis nullum expressum præferret errorem, (hi enim erant Semiariani) effecerunt ut Liberius, & cum eo Athanasius, Alexan-

CHRISTI AN. 358.

der, Severianus, & Crescens Africæ Episcopi ei formulæ consentirent. Consenserunt pariter Ursacius, & Germinius Episcopus Syrmii, & Valens Mursæ, & quoquot ex Orientis partibus aderant Episcopi. Sed & confessionem a Liberio vicissim susceperunt, qua eos, qui Filium secundum substantiam, & per omnia similem non esse assererent, alienos ab Ecclesia pronuntiabat: Equidem Filius non potest esse Patri similis secundum substantiam & per omnia, quin sit ejusdem substantiæ; quemadmodum observant Athanasius & Hilarius; sed, ut recte monet Apollinaris, necessaria erat eorum cum explanatione repetitio, propter minime sanam pravamque contextus interpretationem, quam ii introduxerant, qui aperte quidem olim contradicebant, nunc vero contradictionem sub specie enarrationis celant: ubi erat Consubstantialitatis, & consequenter fidei Nicænæ, maligna abrogatio: .... Pro Consubstantiali autem introducebatur simile secundum substantiam; quod excogitatum est, confuse nominatum, & malitiose intellectum; siquidem similitudo rerum est quæ sunt in substantia, non quæ substantiales sunt. Semiariani tamen duos Deos esse non dicebant; quia secundum ipsos solus erat Pater a semetipso Deus, & quid unum moraliter cum Filio. Periit autem divinitas, si sua ipsi physica unitas in natura eripiatur. Liberium huic formulæ subscripsisse, ratio pariter evincit: Imperator Potamii blasphemiam modo suppresserat postulantibus Arianis; tertia fidei formula necdum erat edita. Hæc igitur prima adversus Photinum superest, cui subscripserat.

Epist. Apollin. ad Basil. tom. 2. Cotel. pag. 91.

Hilar. adv. Const.

XLVIII. His confectis, Imperator Romam redeundi potestatem Liberio concessit. Cujus restitutionis conditiones reprehendens Hilarius sic invehitur in Constantium: O te miserum, qui nescio utrum majore impietate relegaveris, quam remiseris. Scripserunt etiam Episcopi, qui Syrmium convenerant, ad Felicem, qui tum Romanæ Ecclesiæ præsidebat, & ad Clerum ejusdem civitatis ut Liberium susciperent, atque ambo Apostolicam Sedem gubernarent, & simul sacerdotio fungerentur; absque ulla dissensione; & quidquid molestiæ acciderat, propter Felicis ordinationem atque absentiam Liberii, oblivioni traderent. Tertio exilii sui anno rediit Liberius, cui obviam cum gaudio populus Romanus exivit. Felix a populo Urbe propellitur; & post parum temporis, impulsu quorumdam Clericorum rediit; quem omnis multitudo Fidelium & proceres de Urbe iterum cum magno dedecore projecerunt: Felix modico tempore supervixit; Liberius solus Ecclesiam administravit.

Libel. Marcel. & Faust. tom. 5. Bibliot. Max. Patr. Sozom. ibid.

XLIX. Athanasius interim scripsit Apologiam de fuga sua, qua propulsaret calumnias Leontii Antiochiæ, Narcissi Neroniadis, & Georgii Laodiceæ Episcopi, qui fugam ejus criminabantur: hujus operis duæ sunt partes; in prima ut ostendat quantum sibi ab injusto Arianorum furore metuendum esset, describit eorum persecutionem adversus Episcopos Catholicos, præsertim adversus Osium & Liberium, quorum lapsus meminit. In secunda parte laudabilem esse fugam in tantis periculis demonstrat exemplo Christi, Apostolorum & Prophetarum. Hanc concludit, narrans quo pacto obsessa a Syriano Duce ecclesia, in qua tum versabatur, Deo opitulante tantum evaserit periculum. A monachis seu solitariis sæpius rogatus Arianorum historiam usque ad annum 357. Ariique dogmatum confutationem scripsit, eisque transmisit; historiæ initium & finis desiderantur, Arianismi confutatio penitus interiit. Utriusque epistolæ varias partes jam huic operi inseruimus. Omisimus quæ scripsit adversus Constantium Imperatorem, cujus recensitis sceleribus, ejus levitatem, crudelitatem, & impietatem dure perstringit, Arianorum partibus prorsus addictum, ejusque hæresis patronum aperte declarat; Constantius tamen Filium Patri similem confitebatur, Arianosque rigidiores, qui dissimilem in substantia prædicabant, ejiciebat in exilium: adeo verum est, hanc fidei formulam (Filius est Patri similis in natura) tunc minime fuisse sufficientem, & certe sub ea suum errorem occultabant Semiariani.

Theod. l. 2. c. 26. Sozom. l. 4. c. 24.

L. Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, licet a Synodo Sardicensi depositus Sedem retinebat, tot Episcoporum multitudinem despiciens; tuncque de jure Metropolitani adversus Cyrillum Hierosolymitanum quæstionem moverat, qui Sedem Apostolicam tenens ei subesse detrectarat. Ex quo factum est ut inimicitias inter se susciperent, seseque mutuo accusarent, quod non recte sentirent de divinitate: Acacius quidem idem cum Ario sentiebat; Cyrillus vero Filium Patri Consubstantialem prædicabat. Acacius cum Episcopis Palæstinæ, qui idem cum ipso sentiebant, Cyrillum prævenit ob ejusmodi causam. Cum Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destituta, in Cyrillum utpote Episcopum oculos conjecit: cum autem pecuniæ deessent, quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus thesauros Ecclesiæ & sacra vela divendidit. Ajunt igitur quemdam postea donarium suum agnovisse in muliere scenica, quæ illo amicta erat: inquirentemque curiosius unde illud haberet, deprehendisse mercatorem, qui illud mulieri vendiderat; mercatori vero Episcopum vendidisse. Hanc ergo causam prætexens Acacius deposuit Cyrillum, qui sæpius in judicium vocatus, duobus annis continuis non comparuerat, & Hierosolymis expulit.

CHRISTI AN. 358.

Philost. 4. Sozom. ibid.

Cyrillus deponitur ab Arianis.

Depositus appellationis libello ad eos, qui ipsum deposuerant, misso, ad majus judicium provocavit. Cui quidem appellationi etiam Imperator Constantius adstipulatus est. Hanc inepte improbat Socrates; jus enim illud, ut supra vidimus, declarant Concilium Antiochenum, & Sardicense, & Canone sexto confirmavit Concilium secundum generale. Cyrillus Antiochiam prætergressus, ubi mortuo Leontio Sedes vacabat, Tarsum venit, atque cum admirando Sylvano vixit. Quod cum Acacius rescivisset, literas misit ad Sylvanum, eique depositionem Cyrilli nuntiavit. At ille, & Cyrillum reveritus, & populum reformidans, utpote qui Cyrilli concionibus admodum delectaretur, eum ab ecclesiastico ministerio haud quaquam prohibuit.

Socrat. l. 2. c. 40.

Theod. l. 2. c. 26.

LI. Tertium annum in exilio jam exegerat Hilarius, cumque, ut ipse scribit, plurimis Galliarum Episcopis significasset, quid ei cum religiosis Orientis Episcopis fidei studiique esset, quantaque sub occasione temporalium motuum diabolus venenato ore, mortiferæ doctrinæ sibila protulisset, nullasque ab eis literas accepisset, constituerat nullas etiam ad eos ecclesiastici sermonis literas mittere, timens ne in tanto erroris periculo, eorum taciturnitas de pollutæ atque impiatæ conscientiæ esset desperatione suspecta. Acceptis demum eorum literis, quibus cognovit eos illæsos ab omni contagio detestandæ hæresis perstitisse, exiliique sui participes ei fide ac spiritu cohærere, ideoque non scripsisse, quod ejus exilii locum ignorarent, Saturninoque Arelatensi per totum illud tempus suam negasse communionem, eosque Syrmiensem impietatem non modo non suscepisse, sed nuntiatam damnasse; ipse postmodum rescribens eis gratulatus misit tractatum de Synodis. Interrogarant quippe de fide Orientalium, qui tam multiplices fidei formulas conscriberent.

Hilar. de Synod. init.

LII. Potamius Syrmiensem blasphemiam in Occidentem transmiserat, cum epistola, qua asserebat carne & spiritu Christi coagulatis per sanguinem Mariæ & in unum corpus redactis, passibilem Deum factum. Volebat scilicet Verbum divinum pro anima in Christo fuisse, & passioni obnoxium. Utramque hæresim egregio tractatu impugnavit S. Phæbadius Agennensis in Aquitania Episcopus, diligenterque exposuit mysteria Trinitatis & Incarnationis, ostendens doctrinam hanc Catholicam, quam sua morte confirmarunt Martyres, a Prophetis & Apostolis fuisse traditam. Et quoniam Osii authoritate suos errores tuebatur Potamius; respondet Phæbadius: " Non sum nescius .... antiquissimi sacerdotis & promptæ semper fidei Osii nomen, quasi quemdam in nos arietem temperari, quo contradictionis temeritas propulsetur. Sed hanc contra nos erigentibus machinam brevi admodum sermone respondeo: non potest ejus authoritatem præscribi, quia aut nunc errat, aut semper erravit. Novit enim mundus, quæ in hanc renuerit ætatem, qua constantia apud Sardicum, & in Nicæno tractatu assensus sit, & damnaverit Arianos. Quid, si diversa nunc sentit, & quæcumque ab eo retro damnata fuerunt, defenduntur; quæ defensa, damnantur? Rursum dico, non mihi ejus authoritate præscribitur. Nam si nonaginta fere annis male credidit, post nonaginta illum recte sentire non credam."

Phæbad. contra Arian. tom. 5. Bibl. PP.

Ibid.

LIII. Ba-

Christi An. 358.

Gregor. Nyss. in vit. D. Macrin.

D. Macrinæ mira virtus.

LIII. Basilins sub idem tempus relictis Athenis Cæsaream profectus, publice per aliquod tempus causas egit in foro. Macrina ejus soror natu maxima, illum eloquentia vehementer elatum, omnesque despicientem dignitates, & fastu superantem eos, qui in magistratu essent, tanta celeritate ad sapientiæ studium incitavit, ut mundi posthabita claritate, despectaque eloquentiæ gloria, laboriosum vivendi genus per paupertatem perfectam amplexus, expeditam sibi ad virtutem viam struxerit. Macrinæ vero nuptias cum ambirent plurimi, ob eximiam ejus formam atque virtutem, hanc duodennem adolescenti moribus honesto & probato despondit pater, si ad ætatem pervenisset; sed ejus sponsus in ipsa defunctus est adolescentia. Illa judicium patris connubium vocans, in reliquum vitæ tempus apud se manere constituit, constansque in sancto proposito permansit: cumque multi fama pulchritudinis adducti illam sibi cupereot uxorem, atque ad nuptias sollicitaret parens, eum cui fuisset desponsa, non esse mortuum contendebat, sed spe resurrectionis vivere Deo; quapropter se eum peregre profectum esse judicare, & nefas fore si peregrinanti sponso fidem non servaret. Patre mortuo matrem suam S. Emmilia plurimum adjuvit in instituenda pissima familia, quæ decem erat liberorum. Demum ei author fuit, ut ad sapientiæ studium, & puram vivendi rationem sese conferret; eamque ad propriam humilis abjectæque vitæ moderationem adduxit, ut in ea virginum multitudine eadem cum illis conditione viveret.

Ibid.

Ejusmodi sanctimonialium miram sanctitatem sic describit Gregorius Nyssenus, D. Macrinæ Basiliique frater. Earum vita ab omni rerum humanarum vanitate aliena ad Angelorum vitæ similitudinem proxime accedebat. Non ira, non invidia, non odium, non suspicio inter eas cernebatur: omnis honoris, gloriæ & aliarum id genus inanium rerum cupiditas, omnis fastus & superbia & reliqua omnia similia inde rejecta eraot. Delicias suas in temperantia collocabant: gloriam suam in eo putabant sitam, quod notæ essent nemini: divitias, quod nihil possiderent, quodque terrenas omnes copias tanquam pulverem a corporibus suis excussissent. Nullum autem non inane studium esse ducebant, quod in hac vita curanda colendaque poneretur. Sola illic rerum divinarum vigebat cura, perpetuumque precandi studium, & assidua psalmorum decantatio, quæ nullo unquam tempore, nec die nec nocte intermittebatur; ut in ea re & opus ipsarum pariter & quies consisteret.

Basil. ep. 79.

D. Basilius vitam monasticam profitetur.

LIV. Basilius autem monachorum exemplis adductus ipse quoque vitam monasticam professus est. Cum primis, inquit, hoc mihi curæ fuit, ut morum correctionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem cum improbis contractam perverteram. Lecto Evangelio, illicque animadverso, quod plurimum occasionis & momenti adferat ad perfectionis studium, si quis bona sua vendat, deque illis egenis Fratribus communicet, & prorsus nulla teneatur ipsius vitæ cura; nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari: optabam dari aliquem ex Fratribus, cui istud vitæ genus arrideret; quo una cum illo profundum hujus vitæ pelagus superare liceret. Inveni multos apud Alexandriam & Ægyptum, & alios in Palæstina, & Cœle-Syria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum in vitæ ratione temperantiam, atque in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obstupui precandi vigorem & constantiam. Cum observarem quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper, & invictum animi sensum in fame & siti, in frigore & nuditate servarent, nec corporis rationem habentes; sed quasi in alia carne degerent, ipso corpore ostendentes, quid sit in rebus hujus vitæ peregrinum esse, & conversationem in cœlo habere. Cumque illa admirarer, vitamque illorum ob id beatam judicarem, quod ipso opere mortificationem Jesu se circumferre declararent: cupiebam & ipse, quantum mihi possibile esset, illos æmulari. Sic ætatis suæ monachos laudat D. Basilius; & pergit: hujus itaque gratia ubi videbam quosdam in mea patria illorum institutum sectari cœpisse, commoditatem aliquam me reperisse ratus, invisibilium animi affectuum, in iis, quæ videri possunt, experimentum cœpi .... sed cum dogmatum gratia accusarentur, delationem non admittebam....

Christe An. 358.

Basil. ep. 19.

In Pontum abivi, ubi locum juxta fluvium Iridem mihi Deus moribus meis convenientem ostendit. Mons enim est sublimis, grandi sylva tectus, gelidis ac pellucidis undis Septemtrionem versus irriguus. Hujus ad radices planicies resupina substrata est, quæ montanis humoribus jugiter fœcundatur. Hanc sylva prope valli loco cingit. In alia epistola depingens utilitates vitæ solitariæ, quamvis præ humilitate se parum profecisse testetur, quid tamen in ea ageret, satis sic exprimit. Est secessus a mundo, non extra mundum esse corpore; cæterum a consensu corporis mutuaque affectione animum abrumpere, non civem esse, ... nihil proprium habere ..... non sodalitatis officia, non amicitias colere .... nullis negotiis vacare, juris gentium contractus humanasque disciplinas non nosse: Ita se comparare, ut cor aptum sit admittere disciplinam ex divinis monumentis informatam .... Pietatis autem meditatio animam divinis cogitationibus alit. Quid vero beatius, quam hominem in terra conventum Angelorum imitari? ineunte statim die in orationes ire? Exinde sole jam dilucescente converti ad opera, nusquam sine oratione. Denique canticis tanquam sale condire actiones? Quietus igitur status animæ auspicatus est, cum nec lingua loquitur, quæ ad homines pertinent; nec oculi colorum nitores circumspiciunt in corporibus .... Cum nec aures animæ intentionem elanguescere faciunt.... Quippe mens nec extrorsus dissipata, nec in mundum per sensoria diffusa, ad sese ipsa redit, moxque suopte nutu ad Dei notionem evadit. Quo fit ut in illo decore illustratus undique intellectus, atque superne illuminatus, naturæ quoque ipsius oblivione capiatur ..... idque assequi conetur, quo virtutes omnes absolute excolat .... Demum qua ratione exteriores hominis religiosi actiones temperari debeant, docet. Eadem postea fusius in regulis docuit Basilius, opereque complevit humi cubans in cilicio, nec igne utens, nec balneo. Austerum adeo vitæ genus tabidam longamque ægritudinem induxit, consumptisque viribus tantam contraxit maciem, ut de seipso dicat, se carne sua tanquam lucernarum papyro circumdatum esse.

Idem ep. 1. ad Greg. Nazian.

Idem ep. 8.

Gregor. Naz. vit.

D. Gregorius Naz. vitam monasticam profitetur.

LV. Gregorius Nazianzenus haud multo interjecto tempore, patriæ se restituit: ac primum divino baptismo tingitur. Deinde ut parentum & amicorum, qui ipsum verba facientem audire gestiebant, cupiditati satisfaceret, hoc quoque munere defungitur. Verum cum iidem authores ipsi essent, ut publicis domesticisque negotiis seipsum involveret; ipse contra sibi consulebat, ut quemadmodum in vitæ discrimen adductus promiserat, Deo sese offerret, & a mundo sejunctus, cum eo, qui solus purissimus est, vitæ consuetudine jungeretur, atque ex librorum sacrorum familiari lectione veritatis splendorem hauriret. Postquam autem eum pater invitum ægreque cedentem Presbyterum creaverat, Præsulemque instituere aggressus est, ab Ecclesia se proripit Gregorius, atque in Pontum profectus cum Basilio vitam egit monasticam. Hic dum scripturas secundum veterum scriptorum interpretationem assidue meditantur, multa simul ex libris Origenis collegerunt, quæ litterarum studiosis utilia judicabant, ac inscripsere Philocalia; postea cum multi ad eos pietatis causa confluerent, monasticæ vitæ leges scripsit Basilius, quas sibi proprias fecerunt Orientales monachi: eas sic laudat Photius: Legimus D. Basilii Episcopi qui vocantur Asceticorum libros duos, utile sane opus, si quod aliud, pietatis studiosis, quique æterna illa bona consectantur: maxime vero iis, qui in monasteriis ad pietatem veram exercentur. Continet autem tum e Scriptura, variarum quæstionum, quæ ad mores componendos faciunt, breviarium: tum his solutiones additas atque explanationes. Eminet porro hujus in libris egregie, non ille modo solemnis adeo ipsi affectus lenior, sed pura etiam perspicuitas; nisi quod in quæstionibus quibusdam emphaseos aliquid ab eo aspersum appareat .... Et adhibet ille quidem suum ad persuadendum accommodatum acumen multis quæstionum solutionibus, sed animæ salus atque utilitas plane ubique spectatur.

D. Basilii regula

Photius Bibl. cap. 191.

CHRISTI AN. 358. Primus ejus liber continet: Quæ sit causa, quantumque periculum hujusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidii. Deinde, quod omnis præcepti divini

Ibid. transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idque e sacris Scripturis demonstratum. Tertio agit de Fide nostra Catholica, sive de pura nostra & sincera confessione sanctissimæ Trinitatis: Liber vero secundus Christiani nominis quamdam veluti descriptionem per summa capita breviterque proponit, similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo Evangelio præfecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam Asceticas interrogando & respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque, iterumque breviores alias trecentas tredecim. Asceticum illud opus nonnulli tribuunt Eustathio, qui postea fuit Sebastiæ in Armenia Episcopus; monasticæ conversationis author in iis locis fuisse dicebatur; sed non modo Photius, sed & Rufinus, qui ea ætate visit, illudque latine reddidit, vindicat D. Basilio, cujus discipuli Cœnobitæ per contubernia in urbibus & pagis simul degebant.

Ruf. l. 2. hist. c. 9. Zozom. l 6. c. 34. Ib. c. 27. Neque enim præ frigoris acerbitate, quæ illic ob naturam loci sæpissime solet evenire, fieri poterat ut in solitudine morarentur. Christianam religionem studiose colebant, Nicænæ Synodi decretis mordicus adhærentes; hinc postea effecere ut Eunomii & Apollinaris dogmata, in his aliisque vicinis provinciis non prævalerent. Populus enim cum eos monachos ob virtutem atque opera valde admiraretur, recte illos sentire existimabat: eos vero qui aliter sentirent, tanquam adulterinis opinionibus inquinatos aversabatur. Recentiores quidam regulas breviores suspectas habent, præsertim quia in quæstione 293. sic legitur: Scire illud convenit differentiam hanc majorum & minorum peccatorum nusquam in novo Testamento reperiri. Verum Basilii mens patet ex ipsa interrogatione, quæ sic proponitur: Quomodo agi par est cum iis, qui cum majora peccata declinent, minora, perinde ac si nihil referret, committunt? Basilii responsionis hic igitur est sensus, differentiam hanc majorum & minorum peccatorum, quæ negligi & facile committi debeant, nusquam in novo Testamento reperiri. Præterea Basilius in brevibus regulis quandoque remittit ad longiores. CHRISTI AN. 358.

LVI. Gregorius postea Nyssenus, & Petrus postea Sebastenus Episcopus, Basilii Fratres, idem cum ipso vitæ genus sequebantur. Macrina liberorum natu maxima sacris institutis a puero Petrum erudivit; talemque reddidit, ut antequam excederet e pueritia, ad excelsum virtutis gradum asceuderit; atque in reliqua vita magno Basilio virtutis præstantia nihil inferior judicaretur; reipsa ei successit in administratione monasterii, cui sanctissime præfuit. Gregorius vero civium suorum precibus adductus, Neo-Cæsariensem juventutem erudiendi in eloquentia onus suscepit; quam curam detrectarat Basilius, quamvis missa legatione virorum, qui magistratu fungerentur, cives eum vocarent, & populus omnis circumfusus deprecaretur. Gregorius Nazianzenus, qui & ipse Athenis, priusquam baptizaretur, Rhetoricam professus fuerat, Gregorium cognominem graviter reprehendit, quod studiis sacris ac libris, quos plebi in ecclesia lectitare solebat, abjectis, ad Rhetoricam profitendam se contulisse. Ipse tamen paulo post solitudinem deserere coactus est, sed causa fuit honestior. Pater ejus & canitie & curis gravis, cum reverentia quadam ad reditum impulit. Quamvis enim tranquillæ vitæ amor eum in Ponto manere hortaretur, pietas e solitudine traxit, inserviendum Patri esse præscribens. Gregor. Nyss. vit. D. Macrin. Greg. Nazian. epist. 64. Gregor. Naz. vit.

TEXTUS GRÆCI LIBRI XII.

NUm. VI. S. Athanasii Epist. de Decretis Nicæn. Synod. Pag. 227. nov. edit. . . . . . . Ἡ μὲν οὖν πρόφασις τῶν τοιούτων λέξεων, αὕτη· εἰ δὲ ὅτι καὶ μὴ ἔγγραφοί εἰσι πάλιν γογγύζουσιν, αὐτόθεν μὲν αὐτοὶ ἐκβαλλέσθωσαν ὡς κενολογοῦντες καὶ τὸν νοῦν οὐχ ὑγιαίνοντες· ἑαυτοὺς δὲ καὶ ἐν τούτοις αἰτιάσθωσαν, ὅτι πρῶτοι, παρελθόντες τὴν τοιαύτην πρόφασιν, ἐξ ἀγράφων θεομαχεῖν ἤρξαντο· γινωσκέτω δὲ ἅμα, εἴ τις ἐστὶ φιλομαθὴς, ὅτι εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις.

Num. VI. D. Athanas. Epist. de Sentent. Dionys. pag. 255. . . . . . . οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν Τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν Τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα.

Num. XX. S. Athanas. Histor. Arian. ad Monach. pag. 371. . . . Φοβήθητι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, φύλαξον σεαυτὸν εἰς ἐκείνην καθαρόν· μὴ τίθει σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν παρακέλευε· ἀλλὰ μᾶλλον παρ' ἡμῶν σὺ μάνθανε ταῦτα· σοὶ βασιλείαν ὁ Θεὸς ἐνεχείρισεν, ἡμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευσε· καὶ ὥσπερ ὁ τὴν σὴν ὑπεκλέπτων ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ· οὕτω φοβήθητι μὴ καὶ σὺ, τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων, ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ. ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν, οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾷν ἐξουσίαν ἔχεις, βασιλεῦ.

Num. XXXIII. S. Athanas. Apolog. Ad Const. Imp. pag. 317. Ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἄνθρωπος γενόμενος δι' ἡμᾶς, καὶ καταργήσας τὸν θάνατον, ἐλευθερώσας τε τὸ γένος ἡμῶν ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἐχαρίσατο πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ εἰκόνα τὴν τῆς ἀγγέλων ἁγιότητος ἔχειν ἡμᾶς ἐπὶ γῆς τὴν παρθενίαν. Τὰς γοῦν ταύτην ἐχούσας τὴν ἀρετὴν, νύμφας τοῦ Χριστοῦ καλεῖν εἴωθεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Ταύτας δὲ Ἕλληνες ὁρῶντες ὡς ναὸν οὔσας τοῦ Λόγου θαυμάζουσι. παρ' οὐδενὶ γὰρ ἀληθῶς τοῦτο τὸ σεμνὸν καὶ οὐράνιον ἐπάγγελμα κατορθοῦται, ἢ παρὰ μόνοις ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς. μάλιστα γὰρ καὶ τοῦτο μέγα τεκμήριόν ἐστι, τὸ παρ' ἡμῖν εἶναι τὴν ὄντως καὶ ἀληθῆ θεοσέβειαν. ταύτας πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ὁ τῆς μακαρίας μνήμης ὁ θεοσεβέστατός σου Πατὴρ Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος ἐτίμα.

LIBER XIII.

Ecclesia nunquam graviorem passa est divisionem vel persecutionem. Quamvis inter se dissiderent Ariani. Constantius ut omnes ad sententiam suam reduceret, Occidentales Arimini, Orientales vero Seleuciæ Synodum agere jubet. Ariani ambiguam fidei formulam sub Imperatoris nomine proponunt, ac per vim & fraudem adduxere Catholicos ut ei subscriberent, abolitis quæ prius decreverant pro fide Nicæna. His non consensit Papa Liberius. Interea Ariani damnato Aetio sibi conciliant Imperatorem, qui misit Judices, qui cogerent Episcopos Ariminensi formulæ subscribere, vel cedere Episcopatu; subscripsere plurimi eamdem retinentes fidem. D. Hilarius Parisiis cogit Synodum, quæ depositis Arianis ratam habet Nicænam fidem, & pluribus libris pro fidei defensione conscriptis sancte obiit. Doctrina & miraculis claruit, ejus etiam discipulus D. Martinus. Lucifer amariori stylo scripsit adversus Constantium. Athanasius confutat impium Eunomium, & Macedonium, qui Spiritum sanctum esse creaturam docebat. Ejus errorem amplexi sunt Semiariani. Meletius Antiochia ejectus est, quia Filii divinitatem prædicarat coram Constantio, qui audita Juliani rebellione, adversus eum proficiscens, moritur in impietate.

Christi An. 358. Sozom. l. 4. c. 12.

I. ANtiocheasem Eeclesiam jam dudum occuparant Ariani; omnium deterrimus hanc sie iavasit Eudoxius Germaniciæ in Syria Episcopus. Imperatore adhuc ia Occidentis partibus eommorante, nuntius allatus est de morte Leontii Antiochensis Episcopi. Eudoxius callide cum Constantio eollocutus, quasi Germanicensium eivitas solatio ipsius atque providentia indigeret, petiit ut quam primum illuc redeundi potestas sibi concederetur. Imperator nihil doli suspicatus hominem dimisit. At ille primores ejus eubieularios nactus adjutores, qui secum Filium Patri dissimilem esse credebant, celeriter Antiochiam venit, ejusque loci Episcopatum sibi assumpsit, Episcopis Syriæ, penes quos jus ordinandi erat, non eonsentientibus. Rapto per vim Episcopatu, improbitatem suam non dissimulavit, sed adversus Apostolicam doctrinam pro-palam furens, eos qui coatradicere audcrent, omni ealamisatum genere vexabat. Aetius bis auditis ex Ægypto reversus est, Eunomium secum adducens. Cumque Eudoxium idem cum ipso sentientem depreheodisset, & simul cum impietate Sybariticas quoque dclicias consectantem, Antiochenæ urbis domicilium reliquis anteposuit; & una cum Enanmio stibadiis affixus Eudoxii, parasitorum vitam æmulatus est.

Theod. l. 2. c. 25. Ib. c. 27.

Eudoxius pariter Aetium fovens, collecto Episcoporum concilio, omni studio contendit, ot Diaconatus dignitatem ei restitueret. Verum id nequaquam perfici potuit, propterea quod odium adversus Aetium, Eudoxii erga eumdem studio potentius fuit: huic conciliabulo aderat Acacius Cæsareæ, & Uraojus Tyri Episcopus, qui una cum similis substantiæ vocabulo Consubstantialis vocem rejecerunt, causati Occidentales Episcopos idem quoque deerevisse, scilicet in formula Syrmiensi ...... Hæc Ariaaorum factio Anomœorum nomen obtinuie. Anomojos enim græce, idem sonat ac dissimilis.

Socrat. l. 2. c. 37. Sozom. l. 2. c. 12.

II. Cum Eudoxius ad huac modum res turbaret, multi ex Aatiochena Ecclesia, qui ejus conatibus resistebant, ab eo ejecti sunt. Qui acceptis Georgii Laodicensis Episcopi literis Ancyram Galatiæ venerunt. Forte tunc Basilius ad dedicationem Basilicæ a se constructæ multos vicioarum urbium Episcopos ad se convocarat, quibus Epistolam Georgii tradidit, quæ sic habet:" Aetii naufragium totam pene comprehendit Antiochiam .... Eteoim Eudoxius discipulus execrabilis Aetii, qui a vobis ignominia ootati sunt, omnes suscipiens in Clerum promovet, ipsumque Aetium hæreticum præcipuo honore prosequitur. Succurrite igitur tantæ civitati, ne illius naufragio totus simul Orbis abripiatur. Et in onum congregati quotquot convenire potueriat, ab aliis Episcopis subscriptiones postulate; eo consilio ut Eudoxius & Aetium ipsum ex Antiochena Ecclesia expellat, & discipulos illius in Clericorum album relatos expuagat. Quod si eum Aetio Filium Patri dissimilem dicere perrexerit ..... periit vobis Antiochia." Incertum est quot convenerint Episcopi; duodecim tantum reperiuntur subscripsisse Synodicæ Semiarianorum Epistolæ, quæ verbosior est. Sic incipit:" Sacrosancta Synodus quæ Ancyræ paulo anta Pascha, scilicet anno trecentesimo quinqusgesimo octavo, variis ex provinciis collecta est ....," tum laudat fidei expositiones superiorum Coaciliorum, sed suppresso Nicæno, & per Sardicense designat conciliabulum Arianorum, qui Philippopoli seorsim conveoerant. Itaque solas Arianorum Synodos prædicaot Ancytani Episcopi; iisque se aliquid addidisse profiteotur, ut Anomœorum impietati sese opponerent.

Sozom. l. 2. c. 13. Christi An. 358. Epiph. hær. 73. Ibid.

III. "Itaque Fides nostra, inquiont, ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum refertur. Sic enim Dominus noster Jesus Christus discipulos suos iostituit. Euntes, inquit, docete omnes gentes baptizantes eos io Nomioe Patris, & Filii, & Spiritus sancti ...... Ut appellationes naturales ex rebus translatis audientes, Patrem sui similis oaturæ principium intelligamus. Itidemque Filii Nomen audientes, Filium ejus Patris, cujus Filius est, similem esse cogitemus. Deinde Filium sie a creaturæ conditione eximunt, ut medium quoddam procreatum ioter Deum & alias creaturas esse statuant. Tertio noo duas tantum in Patre & Filio personas admittunt, sed & duas substantias similes, quarum una scilicet Patris sit iogenita, alia vero, scilicet Filii, per generationem acceperit existentiam, quod est contra Fidem, quæ docet naturam divinam a seipsa existentem io ipsa generatione Filio fuisse communicatam. Audiamus ipsos loquentes .... " Pater sui similis substantiæ Pater a nobis intelligitur ..... Qnod eoim Pater non ipsius actionis, sed naturæ cujusdam similis, quæ per illam actionem existit, Pater appelletur, naturales rationes evidenter ostendunt .... Et infra .... Nam ut sapiens Deus, noa sapientia velut affectione aliqua præditus, aut compositione ulla sapiens a nobis intelligitur, sed simplicissima ratione, & esseatia sua & sine compositione sapiens est; ita sapieotia, qui Filius esse dicitur, non affectio putanda est, sed ipsamet substantia est, ab ejus qui sapiens est, producta. Quæ quidem sapientia substaatia ipsa est, hoc est, subsistens Filius, eademque sapientis Patris substantiæ similis, a quo sapieotia Filius existit."

Semiarianorum fidei professio. Matt. 28.

Victo-

CHRISTI AN. 358.

Victor. l. 1. adv. Arianos

Aug. l. de hæres.

Victorinus eos vocat impios, qui dicunt secundum naturam Filium esse similem Patri; substantia enim, inquit, secundum quod substantia est, non est alia, ut similis sit ad aliam, eadem enim est in duobus, & non est similis, sed ipsa. Et D. Augustinus; Semiarianos, inquit, Epiphanius dicit, qui similis essentiæ dicunt Patrem & Filium, tanquam non plenos Arianos, quasi Ariani nec similem velint, cum hoc Eunomiani dicere celebrentur. S. Hilarius & alii Patres hanc loquendi formulam recipiunt, ut Semiarianos ostendant sibi contrarios, qui Filium Consubstantialem negabant, admittebantque in natura similem, cum tamen fieri non possit ut perfecta sit ista Patris & Filii secundum naturam similitudo, nisi una sit utriusque natura, seu substantia; quod illi aperte respuebant.

Baluz. nov. collec. Concil. p. 50. & 51.

Sic pergunt Antistites Ancyrani: " Filius Patri, a quo genitus est, essentia similis, suam illam essentiam, non ad identitatem cum Patre, sed ad similitudinem perducit. „ Hanc Epistolam concludunt quindecim anathematismis adversos Anomœos, & Pauli Samosateni & Photini discipulos. S. Hilarius in libro de Synodis, duodecim tantum refert, omissis haud dubie minus necessariis; præcipuos hic referre sufficiet. Undecimus, qui cum septimo D. Hilarii convenit, sic habet: " Si quis in Patrem & Filium sese credere profitens, Patrem non similis cum Filio essentiæ dicat esse, sed actionis, tanquam profanas vocum novitates de Filii Dei essentia pronuntiare ausus, & veram Filii proprietatem evertens, anathema sit: „ hanc actionis similitudinem admittebant Anomæi. Decimus quintus. " Si quis Patrem Unigeniti, quem produxit, Filio tempore anteriorem esse dicat, Filium vero Patre juniorem, anathema sit. „ In his duobus potissimum ab Arianis differebant Semiariani, quod Filium æternum & Patri similem secundum naturam prædicarent. Ultimus Canon prorsus hæreticus est: " Si quis Patrem potestate simul & substantia Filii Patrem asserens, Consubstantialem, vel ejusdem cum Patre substantiæ Filium esse dicat, anathema sit. „ Profecto si Filius non est ejusdem cum Patre substantiæ, igitur sicut Pater & Filius sunt duæ personæ, sic quoque sunt duæ substantiæ realiter distinctæ, licet similes, quæ est hæresis Semi-Arianorum.

Sozom. l. 4. c. 13. *Anomæi relegantur.*

IV. Episcopi, qui Ancyræ convenerant, cum novandi studium Eudoxii manifeste deprehensum esset ex conscriptione fidei, quam ille una cum Episcopis Antiochiæ congregatis ediderat, rem Imperatori significarunt, postulaveruntque ab eo ut diligenter provideret, ut ea quæ in Sardicensi Arianorum, & Sirmiensi decreta fuerant, firma ac stabilia permanerent: quibus in Conciliis definitum erat communi consensu, Filium Patri similem esse secundum substantiam. Deliguntur itaque ad Imperatorem legati;

Basil. epist. 74.

Basilius Ancyræ, Eustathius Sebastiæ, qui sæpius fidem suam mutaverat pro conditione temporum, Eleusius Cyzici Episcopus, & cum illis Leontius quidam ex Imperatoris cubiculario Presbyter; qui cum ad comitatum pervenissent, offendunt illic Asphalium Antiochenæ Ecclesiæ Presbyterum, ardentissimum fautorem dogmatis Aetii: qui confectis rebus, quarum causa venerat, & literis a Principe impetratis, reditum jam parabat. Verum indicata hæresi per legatos, qui Ancyra venerant, Constantius quidem Eudoxium cum suis condemnavit, Epistolam vero suam ab Asphalio recepit, ejusque

Ib. c. 14.

loco ita scripsit: " Victor Constantius Augustus sanctæ Ecclesiæ, quæ est apud Antiochiam. Eudoxius non a nobis missus advenit: nemo vestrum ita existimes ..... Planc ex verbis Aetium agnoscitis & sectatores hæreseos illius, quibus hoc unum studium est, ut imperitam multitudinem corrumpant ..... Revocate quæso in memoriam primos illos sermones, tunc cum de fide inquireremus; quibus demonstratum Servatorem nostrum esse Filium Dei, & similem Patri secundum substantiam. Verum ... qui de Deo temere proferunt, quidquid in buccam venerit, eo impietatis progressi sunt, ut & ipsi nova quædam aliter, quam se res habet, opinentur, & alios ea docere conentur. Ac nos plane persuasum habemus, id in caput ipsorum recasurum esse. Interim vero sufficiet, a cœtibus Ecclesiasticis, & a publico conventu eos arceri.

Philost. l. 4. c. 8.

Basilius adjunctis sibi aliis Episcopis, Aetium, Eudoxium, & Theophilum apud Imperatorem accusavit, quod conscii ac participes fuerint conjurationis Galli, Imperator ei credens, Theophilum Heracleam Ponti relegavit. Eudoxium Antiochia excedere jussit. Is in Armeniam, ex qua oriundus erat, recessit. Aetium Pepusa Phrygiæ vicus exulem recepit; Eunomius, quem Diaconum ordinatum Eudoxius ad Imperatorem delegarat, ut ea quæ Ancyræ fuerant decreta, rescinderentur, in itinere captus a Basilianis Midajum Phrygiæ relegatus est. Imperator

Socrat. l. 2. c. 30.

præterea edicto præcepit, ut exemplaria secundæ formulæ Sirmiensis omnia conquirerentur, pœnam interminatus si quis ea occultasse deprehenderetur. Verum semel editam nullæ minæ abolere potuerunt.

Sozom. l. 4. c. 16.

V. His Sirmii peractis, Imperator propter hæresim Aetii, & ob ea quæ Antiochiæ tentata fuerant, Synodum Nicææ celebrare constituit. Sed cum Basilius ejusque asseclæ id recusassent, eo quod olim de fide illic tractatum fuisset, placuit ut Nicomediæ in Bithynia Synodus congregaretur; atque ex omnibus provinciis Episcopi, qui præ cæteris prudentia valerent, & intelligendi dicendique facultate præditi essent, ad præstitutum diem literis imperialibus evocarentur, ita ut vice omnium provinciæ suæ Episcoporum in Concilio residerent, & judicio interessent. Sed cum major jam pars Episcoporum iter ingressa esset, nuncius allatus est de Nicomediæ calamitate, eam scilicet totam terræ motu fuisse concussam. Quapropter Episcopi ulterius progredi destiterunt.

Ammia. Marcel. l. 17. c. 7. *Nicomedia eversa & incensa.*

Hanc cladem sic narrat Ammianus Marcellinus. Iisdem diebus terræ motus horrendi per Macedoniam, Asiamque & Pontum assiduis pulsibus oppida multa concusserunt. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminet Nicomediæ clades .... Primo lucis exortu ad diem nonam Kalendas Septembres, concreti nubium globi nigrantium lætam paulo ante cœli speciem confuderunt, & amandato solis splendore, nec contigua vel apposita cernebantur. Dein velut numine summo fatales contorquente manubias, ventosque ab ipsis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum. Hæcque cum horrifico tremore terrarum, civitatem & suburbana funditus everterunt. Et quoniam acclivitate collium ædes pleræque vehebantur, aliæ super alias concidebant. Interim clamoribus variis excelsa culmina resultabant, quæritantium conjuges & liberos, & si quid necessitudinis arcte constringit.

Sozom. l. 4. c. 16.

Cecropius ipsius Antistes & alius quidam ex Bosphoro Episcopus oppressi sunt. Quæ supererant, consumpsit incendium. Ignis enim per omnes domos erat incensus in foculis ac furnis, & in caminis balneorum, eorumque opificumque, qui ignis beneficio artes suas exercent. Dejectisque ædium tectis & lacunaribus, flamma materiem corripiens, serpensque passim, totam civitatem instar unius rogi effecit.

Ibid. *Arsacius hac clade prædicta exspirat.*

VI. Arsacius quidam Nicomediæ vitam agens monasticam prævidit hanc calamitatem, priusquam accideret. Erat hic natione Persa, qui cum alendis Imperatoris leonibus præpositus militaret, non ignobilis inter confessores principatu Licinii extiterat. Abjecta militia in arce Nicomediæ commorabatur, monasticæ disciplinæ studiis sese exercens. Illic divina visio ei oblata jussit ut egrederetur e civitate mox subruenda. Exinde celeriter ad Ecclesiam profectus mandavit Clericis, ut sollicite Deum supplicarent ad depellendam iram quæ intentabatur. Cum vero illis non persuaderet, sed ridiculus videretur, quippe qui insperatam prædiceret cladem, in turrim suam reversus est; pronusque in terram cadens adoravit. Interea temporis orto terræ motu, plerique perierunt; qui vero incolumes remanserant, ad arcem concurrerunt. Illic Arsacius in turre, quæ inconcussa steterat, mortuus repertus est, pronus humi jacens eodem habitu, quo se orationem inchoaturus extenderat. Vivens miraculis claruerat: ita ut dæmones fugaverit, eosque qui ab illis vexabantur, purgaverit. Dæmoniacus quodam die per forum exerto gladio cursitare cœpit. Cumque omnes diffugerent, & civitas tumultu plena esset, occurrens ei Arsacius, prolato Christi nomine eum dejecit, statimque dæmonio liberavit, & ad sanam mentem reduxit.

Ibid.

VII. Episcopi propter Nicomediæ cladem ulterius progredi ad Concilium prohibiti: alii quidem novum Imperatoris mandatum exspectabant, alii suam de fide sententiam per literas significarunt. Imperator

Christi An. 359. rator autem ambigens quidnam agendum esset, scripsit ad Basilium Ancyranum, sciscitans ex eo quid de Synodo fieri oporteret. Ille laudata Imperatoris pietate per Epistolam, allatisque e sacra historia exemplis, eum de clade Nicomediæ consolatus, hortatur ut Synodum acceleret, nec ab incepto desistat, cum pietatis causa id operis susceperit; locum vero Synodo constituit Nicæam, sperans se rem ei gratam significaturum, quippe qui initio Synodum Nicææ congregari decrevisset. His literis acceptis, Imperator jussit ut ineunte æstate anni trecentesimi quinquagesimi noni, Nicæam convenirent Episcopi, exceptis his qui infirma corporis valetudine essent; ita tamen ut isti Presbyteros aut Diaconos suo loco mitterent, quos vellent, qui ipsorum sententiam significarent, simulque omnes inter se de omnibus consentirent. Deinde ut decem legati ex Occidentis partibus, totidemque ex Orientalibus, quos Synodus communi sententia delegisset, ad comitatum mitterentur, relaturi quæ decreta essent: quæ & ipse dispiceret, utrum illi juxta normam sacrarum Scripturarum inter se mutuo consensissent, & de his quæ agenda essent, prout optimum factu sibi videretur, decerneret. Sic per nefas supremum in rebus ecclesiasticis sibi reservabat judicium.

VIII. Post hæc inito Concilio, præcepit ut omnes Episcopi in propriis Ecclesiis exspectarent, donec locus Concilio designatus fuisset. Acacius enim, Ursacius & Valens, & qui cum illis erant Anomæi, cum apud se reputassent, ex omnibus ubique Episcopis alios quidem Nicænam fidem constanter retinere; alios vero eam præferre, quæ in dedicatione Antiochenæ basilicæ edita esset: quarum utraque substantiæ nomen haberet, & Filium Patri undequaque similem assereret; ac si forte omnes in unum convenirent, opinionem Aetii, quam ipsi probabant, eos proculdubio condemnaturos, utpote a duabus illis fidei formulis dissentientem: id evicerunt, ut Occidentales quidem Arimini in Italia, Orientales vero Seleuciæ in Isauria congregarentur. Eo scilicet consilio, ut quoniam facilius est paucis, quam omnibus, persuadere, ipsi bifariam divisi, utramque Synodum, si fieri posset, in suam sententiam pertraherent; sin minus, alteram saltem; ne communi omnium suffragio hæresis ipsorum condemnaretur. Ad has autem res perficiendas subsidio illis fuere, tum Eusebius eunuchus præpositus cubiculi, qui & necessarius Eudoxii, & ejusdem cum illo sententiæ erat: tum alii primores viri, qui Eusebio gratificari studebant.

Ibid.

IX. Basilius interim ad Imperatorem profectus est, qui tum Sirmii morabatur. Ibi tum alios quosdam reperit Episcopos, qui propter privatas necessitates eo advenerant, tum Marcum Arethusium, & Georgium Alexandriæ Episcopum. Cumque jam constitutum esset ut Seleuciæ in Isauria Concilium haberetur; hi qui cum Valente erant Sirmii, Anomæorum hæresi faventes, operam dederunt ut Episcopi, qui in comitatu erant, subscriberent formulæ quam dictarat Marcus Arethusius, quæ sic latine reddita est: " Exposita est Fides Catholica præsente Domino nostro Imperatore Constantio Augusto Æterno, Flavio Eusebio & Hypatio viris clarissimis Consulibus. Sirmii die undecimo Kalendas Majas anni trecentesimi quinquagesimi noni. Credimus in unum solum ac verum Deum Patrem omnipotentem .... & in unum Filium Dei unigenitum ante omnia sæcula .... qui genitus ex Patre unigenitus .... Deus ex Deo, similis Patri qui ipsum genuit, secundum Scripturas .... & infra. Nomen vero substantiæ, quod a Patribus simplicius positum, a populo minime intellectum, offensioni est plurimis, propterea quod in Scripturis non continetur, placuit omnino removeri, nec ullam deinceps, cum de Deo sermo est, substantiæ fieri mentionem, quoniam Scripturæ sacræ nusquam meminerunt substantiæ Patris & Filii. Filium vero per omnia similem Patri dicimus, quemadmodum sacræ Scripturæ dicunt, ac docent. „ Valens ubi de more subscripsit, adjecit, Filium esse Patri similem, prætermissis his vocibus (in omnibus) quas addidit, jubente Imperatore. At Basilius suspicatus voces illas, in omnibus, ex propria mente ac sensu Valentis ad formulam adjectas, cum exemplum professionis illius Valens cum suis habere vellet, quod secum ad Ariminensem Synodum deferret, hoc modo subscripsit: Basilius Episcopus Ancyræ, credo

Ibid.

Anomæorum fraudulenta fidei professio.

Ath. de Synod.

Epiph. hær. 73.

& assentior iis, quæ supra scripta sunt, similem in omnibus confitens Patris esse Filium. In omnibus vero cum dico, non voluntate solum intelligo, sed subsistentia & existentia, adeoque essentia ipsa, utpote Filium, quod sacræ literæ confitentur. Si quis autem dixerit ex parte similem, hunc alienum agnoscit Ecclesia Catholica. Christi An. 359.

Hinc patet vel ipsos Arianos varie intellexisse has voces, Filius est Patri similis; primo in aliqua perfectione, qua cæteris creaturis præemineret. Secundo. Secundum exteriorem repræsentationem. Tertio. Quantum ad voluntatem, quatenus Filius eadem quæ Pater semper volebat; & sic ei similis est in omnibus. Quarto. Quantum ad efficientiam, quatenus Filius eadem quæ Pater operabatur. Quinto. Quantum ad essentiam, seu substantiam, quatenus inducebant duas substantias similes: concedentes, inquit Severus Sulpicius, similitudinem, dum adimerent unitatem. Quos sensus omnes ut hæreticos anathematizabant Catholici; nolebant enim Filium alio modo dici Patri similem per omnia, nisi quatenus unius ejusdemque cum eo est essentiæ seu substantiæ. Athanasius in libro de Synodis invectus est in eam formulam. Socrates vero tres Synodos Sirmienses in unam male confundit.

Sever. Sulp. l. 2.

X. D. Hilarius dum hæc aguntur, ut optatis satisfaceret Gallorum, qui de Orientalium rebus ab eo certiores fieri postularant, paulo ante Synodum Sirmiensem ad eos misit tractatum de Synodis. In eo refert sex fidei formulas ab Arianis editas. Prima conscripta fuerat Antiochiæ in encæniis. Secunda Philippopoli, quam Sardicensem abusive vocat: Tertia Ancyræ; tres aliæ Syrmii, easque expendit & explicat. Vulgaris est opinio, qua Hilarius Orientales Semiarianos habuisse velut Orthodoxos, eorumque formulas tanquam Catholicas, existimatur. Quippe si secundam Sirmiensem exceperis, quam Potamii & Osii blasphemiam vocat, alias benignius interpretatur, atque ad sanum sensum trahit, videturque laudare quæ in suo de Synodis libro damnat Athanasius. Lucifer ipse Cagliariensis Episcopus, qui eadem ætate vixit, Hilario exprobrarat, quod approbasset Omiousion, seu similem in natura, defensoresque ejus Orientales Orthodoxos habuisset, adulatorieque laudasset. Hilarius Apologia pro se scripta, sic hanc injuriam repellit, ut non queratur de se temere judicatum, sed culpam in se suscipit, quasi obscurior ejus sermo justæ reprehensioni locum dedisset.

Has & alias Arianorum formulas numquam absoluti approbavit Hilarius.

Ejus responsa audiamus: " In eo, inquit, quod laudans eos in invidiam deducor a quibusdam, parum intellectus sum. Non enim eos veram Fidem, sed spem revocandæ veræ Fidei attulisse dixi: ut sicut illi auditi sunt, ita & nos ex hoc contra Valentem & Ursacium possemus audiri, & cooptandus ad eos allocutionis sermo blandus nihil aliud quam procacium convitiorum effugeret fœditatem, cum amarius, atque etiam probrosius, occulta expositionum essem scandala proditurus .... „ Et infra, reddens rationem earum laudum, quas tribuit Ancyranæ formulæ, cujus ultimam partem Sirmii suppresserant legati illius Synodi: " Hoc, inquit, ideo ita dictum est, quia quæ ad præsens tacita ab his fuissent, eram proditurus; non tamen in his, quæ possent tanquam excusabilia defendi, videri volebam calumniari. Anne existimor suspicionem ab his adimere, vel ea laudare, quibus parco? Parcere enim, & cum dilatione ad hoc parcere, nihil improbi est & remissi. Ibidem aperiens quo sensu Omiousion receperit, ait: Anne quisquam me existimare poterit omoeusion velle suscipere, de quo ita tractavi. Satis absolute, domine frater Lucifer, cognosci potuit, invitum me omoeusii mentionem habere; sed quia tu similitudinem Filii ad Patrem prædicabas, demonstratio ejus a me fuit exponenda sine vitio. Numquid & hic de omoeusio legentem admonui, non aliter ostendens suscipi oportere, nisi ad unitatem substantiæ referretur. An hic similem substantiam aliud patior esse, nisi unam? Quæ si non una sit antea confitenda, jam postea impie sit similis prædicanda. „ Profecto si has formulas prorsus Orthodoxas ac sufficientes credidisset Hilarius, contumaciæ damnasset Athanasium, aliosque Orthodoxos, qui de sola voce dissidentes ab adversariis foverent dissensiones, quæ secum tot calamitates traherent, quas subscribendo, v. g. formulæ Antiochenæ, restinguere potuissent, Ecclesiasque reducere ad concordiam.

Hilar. Apolog. nov. ed. p. 1206. & seq.

XI. Quem

Christi An. 359.

Hilar. de Synod. num. 8.

XI. Quem scopum in eo opere sibi proposuerit, sic ipse declarat: " Cum comperissem Synodos in Ancyra & Arimino congregandas; & a singulis provinciis Gallicanis binos vel singulos esse venturos, ea, quæ inter nos atque Orientales Episcopos mutuis suspicionibus detinentur, per me, qui in Orientis partibus continebar, exponenda vobis existimavi: ut cum hanc prorumpentem a Sirmio hæresim & vos condemnassetis, & illi cum anathemate judicassent, sciretis tamen in cujus fidei professione idipsum, quod vos gesseratis, etiam ab Orientalibus Episcopis esset effectum; & vos, quos maxime vellem futuris Synodis probabiles elucere, non pateret uno atque eodem Apostolicæ Fidei sensu Catholica sentientes, aliqua saltem a Catholicæ Fidei sinceritate, ignorata verborum opinione, dissferre. „ Pacis viam igitur aperire voluit, dum utraque pars intelligeret se pariter damnare rigidiores Arianos, omisis verborum contentionibus, Occidentales ex iis, quæ in suis formulis concederent Orientales, eos quasi sponte deducerent ad rectam fidem. Id ut exequatur, in duas partes librum dividit. In prima parte varias refert formulas & expendit, ostenditque primo, his varias hæreses maxime Anomœorum legitime fuisse damnatas: secundo varias Semiarianorum locutiones in exponenda Filii divinitate licet imperfectas vel ambiguas, admittere sensum legitimum, quem indicat. In secunda parte probat omoousion, & omoiousion, seu Consubstantialem, & similem in natura, licet nonnulli erronee interpretentur, habere sensum naturalem Orthodoxum, expositaque similis substantiæ, quæ omoeusion appellatur, fideli ac pia intelligentia, docet non aliter suscipi oportere, nisi ad unitatem substantiæ referatur, quod nolebant Semiariani, ut constat ex ultimo anathemate Ancyranæ formulæ.

Hilar. in Apolog.

D. Hilarius de Synod. n. 6.

Hinc ut ostendat in eo tantum sensu se laudasse ejusmodi formulas; sic monet in libro de Synodis: " Sed quisquis hæc legenda & cognoscenda susceperit, modum sibi atque mihi patientiæ fidelis indulgeat, & usque ad absolutionem universa percenseat: forte enim omnis hic fidei meæ sermo præstabit, ut neque furtivi hæretici, quod volunt, fallant, & perfecti Catholici quod desiderant, consequantur .... Ego quæ gesta sunt, fideliter transmisi; vos an Catholica, an hæretica sint, vestræ fidei judicio comprobate. „ Hæc ne sunt authoris verba absolute eas formulas approbantis? hinc recte dicit in Apologia: " Si diligenter sententia hæc expensa esset, forte totius tractatus mei ratio non fuisset suspiciosa. Non enim tacui esse illic, quod nonnisi cum scandalo esset audiendum. „ Reipsa, quantum in Oriente prævaluerit hæresis, sic ipse declarat: " Tantum Ecclesiarum Orientalium periculum est, ut rarum sit hujus fidei aut sacerdotes aut populum inveniri .... Nam absque Episcopo Eleusio, & paucis cum eo, ex majori parte Asianæ decem provinciæ intra quas consisto, vere Deum nesciunt. „ Tum veniens ad eos qui Filium Patri similem secundum naturam prædicabant, ait: " Nec me fallit, Fratres charissimi, quosdam esse qui similitudinem confitentes, negant æqualitatem: sed loquantur ut volunt, & blasphemiæ suæ virus ingerant ignorantibus. Si inter similitudinem & æqualitatem differre dicunt; quæro unde comparetur æqualitas? Namque si secundum essentiam, & gloriam & tempus Patris Filius similis est; interrogo ex quo non videatur æqualis? ...., Ita similitudo proprietas est, proprietas æqualitas est, & æqualitas nihil differt. Quæ autem nihil differunt, unum sunt, non unione personæ, sed æqualitate naturæ .... Caret igitur, Fratres, similitudo naturæ contumeliæ suspicione; nec potest videri Filius idcirco in proprietate paternæ naturæ non esse, quia similis est, cum similitudo nulla sit, nisi ex æqualitate naturæ; æqualitas autem naturæ non potest esse, nisi una sit, una vero non personæ unitate, sed generis. Hæc fides pia est, hæc conscientia religiosa, hic salutaris sermo est, unam substantiam Patris & Filii idcirco non negare, quia similis est: similem vero ob id prædicare, quia unum sunt. „

Infra, Valentem & Ursacium ut fallaces hæreticos exagitat, demonstratque non debere improbari quod a Nicæna Synodo pie susceptum est. Unde concludit sic recipiendum omoiusion, ut non improbetur omoousion. Ac proinde eos non habet ut Orthodoxos, qui admisso simili in natura damnabant omoousion. Denique respondens objectionibus Semiarianorum mentem suam magis ac magis sic manifestat. " Male intelligitur omoousion? Quid ad me bene intelligentem? Male omoousion Samosatenus confessus est. Sed numquid melius Ariani negaverunt? Octoginta Episcopi olim respuerunt; sed trecenti decem & octo nuper receperunt ... Quid fidem meam in omoousion damnas, quam per omoeusii professionem non potes non probare? Damnas enim fidem meam, vel potius tuam, cum damnas intelligentiam ejus in nomine. Sed male alius intelligit? Damnemus in commune vitiosam intelligentiam, non auferamus fidei securitatem; Synodo Samosatensi subscribendum putas, ne secundum Samosateni intelligentiam quisquam sibi usurpet omoousion? Subscribamus & Nicænæ Synodo, ne omoousion improbent Ariani. Sed verendum est, ne secundum fidem omoeusion non significare videatur omoousion? Decernatur nihil differre unius & similis substantiæ. Sed omoousion potest male intelligi? Constituatur qualiter possit bene intelligi. Unum atque idem pie sentimus, rogo ut unum atque idem quod sapimus, pium inter nos esse velimus. Date veniam, fratres, Ariani non estis? Cur negando omoousion censemini Ariani? Sed dicis: movet me cum scandalo omoousii ambiguitas. Iterum audi, oro, sine scandalo: & me movet omoeusii nuditas: multa sæpe fallunt quia similia sunt .... Timeo lactis similitudinem, ne oblatum mihi lac, non lac ovium sit, sed bubulcum ..... similitudo vera in veritate naturæ est .... has enim similitudines, quæ non ex unitate naturæ sint, metuo. „

Christi An. 359.

Ibid.

Hinc formulam Ancyræ editam, qua naturæ unitas in Patre & Filio damnabatur in ultimo ejus anathemate, sic sibi suspectam & infidam indicat: " Vereor, fratres, Orientis hæreses in tempora singula pullulantes: Et quid vereri me dicam? jam legi. Nihil quidem in his quæ vos, de Orientalium quorumdam assensu, susceptæ legationis ministri subscribenda Sirmium detulistis; nihil suspicionis relictum est. Sed habuerunt ab exordio non nihilum offensionis, quæ credo vos sanctissimi Viri, Basili, & Eustati, & Eleusi, ne quid scandali afferretur, abolenda tacuisse. Quæ si recte scripta sunt, nunc taceantur; cavendum est ne aliquando dicantur. „ Profecto formulam Ancyranam non sine gravi cautione recipiendam putabat.

Ibid.

Ibid.

Hoc opus sic concludit, alloquens Orientales: " Oro vos, Fratres, adimite suspicionem, excludite occasionem, ut probari possit omoeusion, non improbemus omoousion .... Non patitur hanc vocem, ut in anathemate sit omoousion, secundum religiosam intelligentiam confitens. Nomen nihil habet criminis, quod sensum non perturbat religionis. Omoeusion nescio, nec intelligo, nisi tantum ab similis essentiæ confessione. Testor Deum cœli ac terræ, me cum neutrum audissem, semper tamen utrumque sensisse, quod per omoousion omoeusion oporteret intelligi, id est, nihil simile sibi secundum naturam esse posse, nisi quod esset ex eadem natura .... Regeneratus pridem, & in Episcopatu aliquantisper manens, fidem Nicænam nunquam nisi exulaturus audivi, sed mihi omoousii, & omoeusii intelligentiam Evangelia & Apostoli intimaverunt .... Pium est quod volumus ne damnemus Patres, ne animemus hæreticos, ne dum hæresim appellamus, hæresim nutriamus ... Potest inter nos optimus fidei status condi: ut nec ea quæ bene sunt constituta, vexentur, & quæ male sunt intellecta, resecentur.

D. Hilarii scopus in libro de Synodis.

XII. Itaque D. Hilarius Orientalium fidei formulas post Nicænam editas laudavit, primo, quia nullum errorem expresse continent; secundo recte damnant veras hæreses; tertio, quia hæ locutiones, Filius est ex substantia Patris, & Patri similis secundum naturam, sensum habent Orthodoxum, nempe si intelligantur de similitudine, quæ in naturæ unitate fundata sit, nec damnetur omoousion. Quibus conditionibus Orientales & Occidentales de vera Fide convenientes ad concordiam facile redire possunt, ut communi consensu damnent Anomæos; quod Hilario propositum videtur. Eas tamen indicat sibi esse suspectas, tum quia multi omoeusion male interpretantur, negantes Filii & Patris æqualitatem: tum quia hæreses in Oriente pullulant; tum quia rejiciunt Omoousion, Nicænamque fidem reprobant; affirmantque Patrem & Filium, unius ejusdemque

non

Christi An. 359.

Ath. de Synod.

non esse substentiæ. Quod revere contigit in Ariminensi Synodo; ubi patuit verum esse, quod prævideret Athanasius, scilicet Orientales tot novas fidei formulas promulgare, ut decrete Nicæna, si possent, abolerent. Eustathium vero Sebastensem, & Eleusium, quos laudat, obstinatos fuisse hæreticos evidenter patebit ex sequentibus, qui pietatis larva, & verbis embiguis hæresim suam dissimulantes, Catholicorum communionem subripere nitebantur; quemadmodum de Eustathio, quem prius defenderat, confessus est Basilius; & de Eleusio, quem laudavit Hilarius. Hæc paulo fusius explicare fuit necesse, quia de his minus accurate scripsere nonnulli recentiores.

Sever. Sulp. l. 2. num. 56.

XIII. Imperator persuatum habens nec Reipublicæ propter sumptus, nec Episcopis ipsis propter itineris longinquitatem conducare, ut in eumdem locum omnes convenirent, Synodum bifariam divisit. Orientales apud Seleuciam, Occidentales vero apud Ariminum urbem Italiæ, Synodum congregare jubet. Idque Tauro Præfecto imperat, ius collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent, promisso eidem consuletu, si rem effectui tradidisset. Illius Synodi res gestas diligenter explicabimus: ejus enim acta depravata, consusa, nec integre referunt plurimi. Nos Athanasii, Hilarii, Hieronymi, & Severi Sulpicii, qui de ea scripsere quæ in actis nondum deperditis legerant, vel e præsentibus acceperant, verba proferemus.

Ibid. *Ariminensis Synodus*, Sozom. l. 4. c. 17.

Itaque missis per Illyricum, Italiem, Africam, Hispanias, Galliasque magistris officialibus acciti fere trecenti Occidentales Episcopi, Ariminum convenere, quibus omnibus ennonas, & cellaria dare Imperator præceperat. Sed Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens visum: repudiatis igitur fiscalibus, propriis sumptibus vivere maluerunt. Tres tentum ex Britannia, inopia proprii, publico usi sunt, cum oblatam e cæteris collationem respuissent, sanctius putantes Fiscum grevare, quam singulos. Constantius scriptis literis ad Episcopos, qui Arimini, & Seleuciæ erant congregati, jussit ut primum quidem controversias de fide componerent: ad extremum de Episcoporum causis, qui se injuste depositos, aut in exilium missos esse quererentur, cognoscerent, & de criminibus, quæ quibusdam Episcopis intendebantur, sententiam ferrent; Ægyptii enim rapinas, & contumelias objiciebant Gregorio. Denique ut universis rebus judicatis, decem ex utraque Synodo ad comitatum venirent, nuntiaturi quæ gesta essent.

Hilar. in frag. l. 2.

Exemplum epistolæ Imperatoris ad Ariminenses Episcopos sic refert D. Hilarius: " Contineat prima instituta, Venerebiles, sanctimoniam legis rebus ecclesiasticis uti..... His ita se babentibus, de fide atque unitate tractari debere cognoscat sinceritas vestra, & operam dare ut ecclesiasticis rebus ordo competens præbeatur ..... Non de Orientalibus Episcopis in Concilio vestro patitur ratio aliquid definire. Proinde super his tantum, quæ ad vos pertinere cognoscit grevitas vestre, tractare debetis; & emplectis celeriter universis, consentiente consensu, decem mittere ed comitatum meum, ut prudentiæ vestræ prioribus literis intimavimus..... Prædicti enim poterunt omnibus, quæ eisdem Orientales proposuerint, respondere, vel tractare de fide, ut exitu comperenti omnis quæstio terminetur, & embiguitas sopiatur. Quæ cum ita sint, adversus Orientales nihil statuere vos oportet; aut si aliquid volueritis contra eosdem, prædictis ebsentibus, definire, id quod fuerit usurpatum, irrito evanescet effectu. „ Sexto Kalendas Junias, anni trecentesimi quinquagesimi onni. Colligimus primo Episcopos in ea Synodo aliquid statuere de Athanasio, & ejus adversariis prohibitos. Secundo, Imperatorem, eudita utriusque partis sententia, supremum sibi reservesse judicium. Tertio, Ariminenses Patres convenisse mense Junio.

Sever. Sulp. l 2. Ath. ep. ad Afros. Hilar. l. 2. de frag. Hier. ad Lucif. c. 7. Sozom. l. 4. c. 17.

XIV. In prima sessione, fit partium secessio. Ecclesiem nostri obtinent, Ariani tum ædem de industria vacantem orationis loco capiunt; sed hi non amplius quam octogiota, ducenti vero erant Orthodoxi Episcopi, ut testatur Athanasius. Restitutus Episcopus Carthaginensis Catholicus videtur præsedisse Synodo, ut innuit Hilarius; cum eo venerat Muzonius Episcopus provinciæ Byzantinæ, cui propter ætatem primæ partes ab omnibus deferebantur. Inter Gallos Episcopos erant celebres D. Phœbadius Agennensis, & D. Servatius Tungrensis Episcopus. Liberius Pontifex neque per se, neque per Legatos huic interfuit. Utreque pars simul conveniebat, ut de rebus sibi propositis deliberarent. Cum autem quæri cœptum est de fide, prodeuntes in medium Valens, & Ursacius, adjuvantibus eos Germinio, Auxentio, Cajo, atque Demophilo antesignanis Arianorum, postularunt ut reliquæ omnes fidei formulæ, quæ antea scriptæ essent, abrogarentur: ea vero sola reta esset, quam ipsi non ita dudum Sirmii latino sermone conscripserent, quæ similem quidem Patri Filium esse docebat, substantiæ vero in Deo nullam omnino mentionem esse faciendam, Imperatorem hanc approbasse, testabantur, eamque a Concilio etiam necessario suscipi oportere, nec in posterum curiosius scrutandum esse quod quisque sentiret, ne vocabulis in disputationem revocatis, dissidia ac seditiones nascerentur. Satius enim esse, ut imperitius differendo, recte de Deo sentiamus, quam ut novitates nominum introducamus, affines dialecticorum argutiis ..... addebant: ob duas voces, quæ in sacris voluminibus non extarent, corpus Ecclesiæ distrabi non debere, sed similem quidem per omnia Filium dicendum esse, substantiæ vero vocabulum reticendum, quippe quod in Scripturis minime inveniretur. Sic Episcoporum multitudinem decipere conati sunt, ac præcipue Occidentales, quos simpliciori ingenio præditos putabant. His dictis, tertiam fidei formulam apud Sirmium compositam a Marco Arethusio legendam curarunt.

Christi An. 359.

Theod. hist. l. 2. cap. 18.

Ath. de Synod. nov. ed. pag. 722. vet. 876. *Ariminenses Nicæna decreta confirmant.*

XV. Hac perlecta non diu postea eorum, qui scripserant, vafrities deprehensa est. Episcopis enim proponentibus, ut Ariana cum aliis hæresibus anathemate damnaretur, acquiescentibus omnibus, abnuerunt Ursacius, & Valens cum sociis: atque demum compertum est, illos non sincero ea scripsisse animo, sed ut ea quæ Nicææ acta fuerant, abrogerent, eorumque loco nefariam inducerent hæresim, ac proinde fatendum fidei formulam in qua dicebatur Filius Patri similis per omnia, esse insufficientem, ambiguam, & faventem hæresi. Siquidem hanc rejiciunt Orthodoxi, Ariani vero etiam rigidiores, & faventes Anomæis ejus subscriptionem exigebant, ut fidem Nicænam abolerent, & hæresim inducerent. Hominum itaque dolose verba, pergit ibidem Athanasius, & vafrum consilium mirati Episcopi ajebant: Nos non ideo huc convenimus quod fide egeremus, in nobis enim ipsis sanam habemus fidem; sed ut eos qui veritati repugnant, & nova moliuntur, pudore afficeremus. Quod si vos, quasi qui credere nunc incipiatis, ista scripsistis, nondum Clerici estis, quippe qui jam primum fide instituamini. Si vero qua mente nos convenimus, eadem & vos accessistis, sit omnium concordia, & hæreses anathemate damnemus, Patrumque nostrorum servemus traditiones, ne posthac Synodorum cogendarum causæ passim occurrant, cum semel illi qui Nicææ convenerunt, omnia præoccupaverint, & nihil non pro Catholica Ecclesia egerint. Sed cum Episcopi omnes una consentirent, abnuere tamen Ursacius, & Valens, & reliqui eorum sequaces. Quapropter cum exploratum esset, eos vafros, vel potius hæreticos esse homines; omnes Nicænam Synodum suis suffragiis approbarunt.

Hilar. in fragm. in fin. *Ariminensis fidei definitio.*

XVI. Eorum definitionem sic refert D. Hilarius: Sic credimus placere omnibus posse Catholicis, a symbolo accepto nos recedere non oportere; quod in collatione apud omnes integrum recognovimus: nec e fide recessuros, quam per Prophetas a Deo Patre per Christum Dominum nostrum docente Spiritu Sancto, & in Evangeliis, & in Apostolis omnibus suscepimus, ut per traditionem Patrum secundum successionem Apostolorum usque ad tractatum apud Nicæam habitum contra hæresim, quæ tunc temporis exsurrexerat, positum nunc usque permanet. Quibus omnibus nec aliquid addendum credimus, nec minui posse manifestum est. Placet ergo nihil novum fieri: Substantiæ quoque nomen, & rem a multis sanctis Scripturis insinuatam mentibus nostris, obtinere debere sui firmitatem. Quam rem cum suo nomine Ecclesia Catholica cum doctrina deifica semper confiteri, & profiteri consuevit. „ Huic definitioni omnes in unum Catholici conspirantes subscripserunt, & sequentibus adversus Arii doctrinam anathematismis.

Ibid.

" Blasphemiæ Arii licet antehac fuerint damnatæ, latebant tamen occultæ, quia cum blasphemasse ignorabatur. Verum, favente Deo, procuratum est

ut con-

CHRISTI AN. 359.

ut constitutis nobis apud Atiminum, ejus pestifera hæresis repeteretur. Et iden simul cum ejus blaspbemiis omnes quoque hæreses, quæ antehac exsurrexerunt contra Catholicam, & Apostolicam traditionem, sicot jam dudum damnatæ snot præteritis Concilis, & diversis in locis, nos quoque damnamus.„ Tunc anathematizant sigillatim varios errores contra SS. Trinitatam, jam sæpe proscriptos, quorum tamen defensores se negabant Ariani, ut populos facilius deciperent, dum ad eos veniunt in vestimentis ovinm.

Hilar. ib. Ath. de Synod. ibid. *Valens & Ursacius damnantur.*

XVII. Cum tractatum fuisset de fide, & sedisset animo quid agi deberet; Grecianus Episcopus a Calle dixit; „ Quamdiu decuit, Fratres charissimi, Catholica Synodus patientiam habuit, & piam Ecclesiam toties eshibuit erga Ursacium, & Valentem, Germinium, & Claudium, qui toties mutando quod crediderunt, omnes Ecclesias turbaverunt, & nunc conantur hæreticum aoimum suum ioferre animis Christianis; subvertere enim volunt tractatum habitum apud Nicæam, qui positus est cootra Arianam hæresim, & cæteras. Attulerunt oobis præterea a se scriptam fidem, quam recipere oon licebat. Jam quidem hæretici ante hac nobis pronuociati sunt, & multis diebus est comprobatum, quos ad nostram communionem ooo admisimus, voce oostra damoantes eos præsentes. Nunc iterum quid vobis placet, iterom dicite, ut singulorum snbscriptione firmetur. Universi Episcopi dixerunt: placet ut hæretici damnentur; quo possit Ecclesia Fide inconcussa, quæ vere Catholica est, in paca perpetua permaoere. „

Ath. de Synod. Hilar. in frag. *Ariminensium Synodica.*

XVIII. Synodus, ea quæ decreverat, Imperatori significavit per sequentem epistolam: " Deo jubente ex præcepto pietatis tuæ credimus fuisse dispositum, nt ad Arimineosium losum ex diversis provinciis Occidentalium Episcopi venitemus, ut Fides clarescerct omoibus Ecclesiis Catbolicis, & bæretici noscerentur ...... Nefas duaimus sanctorum aliquid mutilare, & eorum qui in Nicæno tractatu consederant, una cum gloriosæ memoriæ Constantioo patre pietatis tuæ. Qui tractatus manifestatus est, & iosinoatus mentibus populorum, & contra hæresim Arianam tunc positus invenitur, ut hæreses sint expugnatæ: a quo si aliquid demptum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur. „ Post hæc conqueruntur de Ursacio, & Valente, tanquam de turbatoribus Ecclesiarum, quo res novas tentaotes in Syodo a sua communione removerant. " Et ne, inquiuot, Ecclesiæ frequentius perturbeotur, placuit iostituta vetera rationabilia servari. Ad iostrueodam igitur ruam elemeotiam, legatos misimus, qui tibi senteotiam Synodi per epistolam indicent. Quibus hoc ipsum solum mandamus, nt non aliter legationem perserreot, quam statuta vetera permanerent firmissima..... Ob quam rem tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus, & sereno vultn universos legatos nostros, & respicias, & andias ...... Oramus etiam ut præcipias tot Episcopos, qui Arimioo detinentur, inter quos plurimi sunt, qui ætate, & paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare: ne destituti suis Episcopis laboreot populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ot nibil innovetur, nibil mionatur, sed postulamus, ut maneant incorrupta quæ Patris sanctæ pietatis tuæ tamporibus, & tuis religiosis sæculis permanserunt. „

Hilar. l. de frag. Sever. Solp. l. 2. num. 56. Sozom. l. 4. c. 19. Theod. hist. l. 2. cap. 19.

XIX. Cum bac epistola integræ fidei subscribentas Episcopi Catholici miserunt decem legaros ad Imperatorem, sed adolescentes, & parum doctos, eisque maodarunt ne cum Arianis quoquomodo communionem ioirent, omniaque integra Synodo reservareot. Idem Ariani faciunt, mittuotque numero pari legatos, seoes callidos, veterno perfidiæ imbutos, qui adversum nostros coram Imperatore confligerent. Priores Ariani veoeruot ad Imperatorem; & cum honore suscepti sunt. Ursacius, & Valens conscriptionem fidei a se perlectam in Synodo Constaotio ostenderunt, & Synodum accusare cœperuot. Imperator indigoatione commotus, ob id fortasse, quod fidem illam suscipere recusassent, quæ Sirmii coram ipso comprobata fuerat, legatos Concilii despectui habuit. Palatii proceres, qui hæresi patrocinabaotur, ipsam quidem epistolam Imperatori tradiderunt, sed legatos minime iotroduxeruot, Priocipem publicis negotiis districtum asse asseverantes: bæc autem idcirco faciebant, quod crederent Episcopos longioris moræ tædin cruciatos, & civitates sibi commissas revisere eupientes, vallum quod adversus hæresim oppositum fuerat, subrnere ac dissipare coactum iri, uti contigit.

Socrat. l. 2. c. 37.

Imperator tandem per illos qui aderant, sic Synodo rescripsit: " Viginti Episcopos a vestra prudentia missos .... hactenus nobis videre non licuit; urget enim expeditio adversus barbaros: & quemadmodum nostis, animo ab omoi cura ac sollicitudine vacuo divinæ legis negotia tractanda sunt. Quamobrem Episcopis mandavimus, ut reditum nostrum Hadrianopoli exspectarent .... Interim vero nequaquam molestum sit vestræ gravitati eorum reditum præstolari; ut cum reversi fuerint, nostra ad vos responsa referentes, ea quæ ad utilitatem Ecclesiæ Catholicæ pertioent, ad exitum perducere possitis.

Lib. 15. cod. Theod. de Episc.

XX. Has literas com accepissent Episcopi, rescribunt Imperatori, se oullatenus a proposito discessuros, obsecrari ejus elementiam, ut ante hyemis asperitatem se ad Ecclesias remeare jubeat, ut solemnes pro ejus imperin preces offerant Deo. Iorerim tractantes de privilegiis Ecclesisrum, & Clericorum, nonnulla super his disposita, scilicet de Ecclesiis, & Clericis in universum plenissima immunitate, etiam a solitis, & ordinariis fonctionibus; & tributis, donandis, transmiseruot ad Constantium, qui Synodi dispositionem sanctione sua repulit; voluitque Ecclesias, etsi ab extraordinariis muneribus, & translatiooibus immuoes essent, attamen a canonicis, & ordinariis immunes non esse, quod idem Honorio postea placuit: De Clericis vero statuit, ut non taotum canonica munera, verum etiam extraordinaria agnoscerent, veluti translationem, itemque lustralem collationem, aliaque negotiorum munera, & pensitationes: quorum eo fine certa quædam matricula confecta fuit. Verum banc legem hac parte anoo sequenti abrogavit.

Ibid. Lib. 16.

Theod. hist. l. 2. cap. 21. *Legatorum Synodi prævaricatio.*

XXI. Post allatam hanc epistolam, Ariani cum Imperatoris animum ad iracundiam incitassent, plerosque ex Episcopis invitos ad oppidum Thraciæ duxerunt, eui oomen Nice, comque ex bis alios dolo decepissent ob simplicitatem, alios meru oppressissent, persuaserunt illis ut fraudem, quam ipsi dudum adversus pietatem excogitarant, absolverent: & Substantiæ quidem ac Coosubstantialis vocabula ex fidei formula removerent; eorum loso Simile substituerent. Illius novæ formulæ præcipuas partes hic subjicimus, quandoquidem et postea subscripsere Patres Ariminenses, qot paulo ante rejecerant formolam Sirmiensem, licet minus fraudi obnoxiam, in ea qnippe dicebatur Filius Patri similis per omnia, quæ duæ voses in sequenti non leguntur; sit enim se babet..... " Credimus in unom solum ac verum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo omnia..... Et in uonm Filium Dei unigenitum, qui ante omnia sæcula, & ante omoe principium genitus est ex Deo; per quem omnia facta sunt, visibilia, & iovisibilia. Qui genitus est uoigeoitus solus ex solo Patre, Deus ex Deo, similis Patri, qui ipsum genuit, secundum Scripturas, cujus generationem nemo novit, nisi solus Pater, qui genuit illum. Hooc unigenitum Filium Dei, a Patre missum e cœlo desceodisse novimus, sicut scriptum est, ad mortem culpamque abolendam: & ex Spiritu Sancto oatum de Maria Virgine, ... Et in Spiritum Sanctum, quem unigeoitus ipse Filius Dei Jesus Christus Deus ac Dominus noster, missurum se promisit generi humano, consolatorem, sicut scriptum est. Nomen autem Substantiæ, quod a Patribos simplicius expositum, & a populo noo iotellectum, offeosioni est plurimis, propterea quod in Scripturis non continetnr, placuit omnioo removeri, nec ullam deinceps substantiæ fieri mentionem, quooiam Scripturæ sacræ ousquam meminerunt substantiæ Patris, & Filii. Neque item in persona Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam hypostasim nominari oportere. Similem vero Patri Filium dicimus, qoemadmodum divioæ Scripturæ dicunt ac docent. Omnes autem hæreses, seu quæ jam prius damnatæ, seu quæ postea exortæ sunt, huic fidei expositiooi contrariæ, anathema sint. „

Huic subscripsere legati Concilii Ariminensis. In ea tameo duo maxime reprehendenda videntur: primo dum prohibent, ne quis faciat mentionem substantiæ Patris, & Filii, eo quod scaodalum pariat

hæ

Christi An. 359.

hæc locutio, & ne dicat Patrem, Filium & Spiritum Sanctum unius eſſe hypoſtaſis ſeu ſubſtantiæ, quemadmodum tunc communiter intelligebatur, abrogant decreta Nicænæ Synodi, & venenis hæreticorum aditus panditur, ut in ſuis ad Conſtantium literis jam obſervarant Ariminenſes Epiſcopi. Secundo dum id unum concedunt, ut dicatur Filius Patri ſimilis, cauſam obtinent Ariani, ſiquidem Anomæi omnium maxime blaſphemi in Filium fatebantur eum Patri eſſe ſimilem virtute perfecta, conſenſu, & voluntate, quemadmodum in ſua ad Afros epiſtola notat Athanaſius. Et certe intelligi non poteſt de ſimilitudine ſecundum ſubſtantiam, vel quæ fundata ſit in unitate naturæ, ſiquidem harum vocum mentionem fieri vetant, eaſque proſcribunt; hinc Ariani omnes etiam rigidiores ſubſcripſere huic formulæ, quam rejecere vel ipſi Semiariani, & poſtea damnarunt Catholici. Nec quamquam moveat, quod in ea Filius dicatur Deus ex Deo; id Arius vel Ariani nuſquam negarunt. Quo ſenſu id intelligerent, ſuperius expoſuimus.

Hilar. contr. Conſt. — Hanc fidei formulam ſic confutat S. Hilarius: " O fallax blandimentum tuum.... eſcis laqueos ſupponis .... ſatisfacere te ignorentibus putas, quia dicis ſimilem Patri ſecundum Scripturas. Audi etiam nunc impietatis tuæ artem. Numquid non pie dicimus hominem ſimilem Deo ſecundum Scriptures? (Gen. 1.) quia dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Homo ergo ad imaginem & ſimilitudinem Dei Patris, & Dei Filii eſt..... De Filio autem nuſquam ſimilitudinem reperies. Imaginem autem Dei eſſe Apoſtolus dicit, ſed cum additamento fidei, ne imaginem corporalem ſentires: (Ad Col. 1.) ait enim: Qui eſt imago Dei inviſibilis. Ut imago inviſibilis Dei, per id, quo ipſe inviſibilis eſt inviſibilis Deus imago eſſet .... Similitudinem vero eum imagine ad Deum homini deputavit, ne veritatis eſſe proprietas exiſtimaretur, cui ad imaginem ſimilitudo eſſet adjuncta ..... Quæ ergo callida religionis tuæ profeſſio eſt, ſimilem ſecundum Scripturas Patri Filium dicere, cum ad imaginem & ſimilitudinem Dei homo tantum factus ſit? Quid itaque verbis fallis? Quid arte eludis? Cur non æqualem Deo, hoc enim ſecundum Scriptures pie dicis. „ (Gregor. Nazian. orat. 21.) Gregorius vero Nazianzenus de eadem ſic judicat: " Piam & veterem doctrinam ac Trinitatis patronam ..... labefactata Conſubſtantialis voce ſuſtulit. Impietati autem ſcripti dogmatis ambiguitas feneſtram aperuit, hoc quidem prætextu quaſi Scripturam revereretur, ac probatiſſimarum vocum uſum amplecteretur: re autem vera Arianiſmum nullo Scripturæ loco proditum in ipſius locum ſubſtituens. Hæc verba, ſimile ſecundum Scripturas, ſimplicioribus illecebra erent impietatis hamo circumjecta, ſtatua ad omnes pertranſeuntes ſeſe obvertens. „

Hilar. in fragm. *Legati Arimini geſta reſcindunt, & communicant Arianis.*

XXII. Excommunicationis ſententiam, Arimini prolatam adverſus Urſacium & Valentem ibidem reſcindunt legati, promulgantque illius cum Arianis unionis actum ſequentem: " Euſebio & Hypatio Conſulibus, ſexto Idus Octobris, dum conſediſſent Epiſcopi manſioni Nicææ, quæ ante hac Uſtodizo vocabatur in provincia Thraciæ, Reſtitutus, Gregorius, Honoratus, Artemius, (aliique decem nominantur) quos ad Conſtantium delegaret Synodus Ariminenſis; Reſtitutus Epiſcopus Carthaginenſis dixit: Scit prudentia veſtra, conſacerdotes ſanctiſſimi, quod cum apud Ariminum de fide tractatus haberetur, contentio ſic diſſidium fecerat, ut de ſacerdotibus Dei, immittente diabolo, diſcordia extiterit; atque exinde factum fuerit, ut ego Reſtitutus & pars Epiſcoporum, quæ me ſequebantur, in Fratres noſtros Urſacium, Valentem, Germinium, & Gajum, quaſi in auctores mali intellectus ſententiam promeremus, id eſt, ut a noſtra communione ſegregarentur. Sed quia in cominus poſiti univerſa tractavimus, & univerſa diſcuſſimus, invenimuſque quod nulli diſplicere debeat, id eſt, Fidem in his Catholicam, juxta profeſſionem ſuam, cui & nos ſubſcripſimus omnes, neque unquam hæreticos fuiſſe; & ideo quia pacis concordia apud Deum res eſt maxima, placuit ut communi conſenſu noſtro omnia quæ apud Ariminum tractata ſunt, in irritum deducantur, & communio eorum, Deo favente, integre conveniret, nec quiſquam in diſſidio remaneat, quod eos aut maculare poſſit, aut debeat. Et ideo, ut dixi, quia præſentes ſumus, unuſquiſque debet dicere, an rectum ſit, quod proſecutus ſum, & manu ſua ſubſcribere. „ Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, & ſubſcripſerunt. Synodus præceperat legatis ne cum Arianis communicarent, omniaque integra Synodo reſervarent: Quæcumque igitur adempta ſibi poteſtate decreverunt, irrita erant & nullius authoritatis.

Sever. Sulp. l. 2. num. 58. *Ariminenſium lapſus.*

XXIII. Ariani id intellexere, quapropter dimiſſis poſt hæc legatis, Præfecto mandatum, ut Synodum non ante laxaret, quam conſcriptæ Fidei conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur. Ac ſi qui pertinacius obſiſterent, dummodo is numerus intra quindecim eſſet, in exilium pellerentur. Sed regreſſis legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio. Enim vero, compertis quæ decreta erant, major rerum & conſiliorum perturbatio exoritur; dein paulatim plerique noſtrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere ſeſe adverſariis, jam poſt reditum legatorum, ſuperioribus, & eccleſiam, noſtris inde detruſis, obtinentibus; factaque ſemel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram conceſſum: donec ad viginti uſque noſtrorum numerus imminutus eſt. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erent; conſtantiſſimuſque inter eos habebatur Phœbadius Agennenſis, & Servatius Tungrorum Epiſcopus. Hos, quia minis & terriculis non ceſſerant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obteſtatur, mitiora uti conſulerent. Clauſos intra urbem Epiſcopos jam ſeptimum menſem agere. Injuria hyemis & inopia confectis, nullam ſpem reverſionis dari. Quis tandem eſſet finis? Sequerentur plurium exemplum, authoritatem ſaltem ex numero ſumerent. At enim Phœbadius paratum ſe exilio, atque ad omne ſupplicium, ad quod depoſceretur, profiteri: ſe ab Arianis conceptam fidem non recepturum.

Ibid. — Ita in hoc certamine aliquot dies tracti, ubi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipſe infractior, ad extremum propoſita conditione evincitur: Namque Valens & Urſacius affirmantes, præſentem Fidem Catholica ratione conceptam ab Orientalibus, Imperatore authore, prolatam cum piaculo repudiari; ut quis diſcordiarum finis foret, ſi quæ Orientalibus placuiſſet, Occidentalibus diſpliceret? Poſtremo ſi quid minus plene præſenti fide editum videretur, ipſi adderent quæ addenda putarent: præbituros ſe in his, quæ eſſent adjecta, conſenſum. Favorabilis profeſſio pronis omnium animis excepta, nec ultra noſtri repugnare auſi, jam quoquomodo finem rebus imponere cupientes; Phœbadius & Servatius quaſdam edidere profeſſiones, in quibus damnabatur Arius totaque ejus perfidia. Sed cum Conſubſtantialis, unius eſſentiæ, ſimilis ſecundum naturam, imo & ſubſtantiæ voces ea formula penitus removeri placuiſſet, jam aliqua additione ſatis emendari non poterat.

Hieron. adv. Lucif. c. 7.

XXIV. Itaque, ut refert D. Hieronymus, nomine unitatis & fidei incredulitas conſcripta eſt; nihil tam conveniens Dei ſervis videbatur, quam unitatem ſequi, & totius mundi communionem non ſcindi: præſertim cum ſuperficies expoſitionis nihil ſacrilegum præferret ...... De Uſiæ enim nomine abjiciendo, veriſimilis ratio præbebatur. Quia in Scripturis, ajebant, non invenitur, & multos ſimpliciores ſua novitate ſcandalizat. Non cura erat Epiſcopis de vocabulo, cum ſenſus eſſet in tuto. Denique ipſo in tempore, cum fraudem fuiſſe in expoſitione rumor ventilaret, Valens, qui eam conſcripſerat, præſente Tauro Prætorii Præfecto, profeſſus eſt ſe Arianum non eſſe, & penitus ab eorum blaſphemiis abhorrere.

Ibid. — Itaque alia die in eccleſia, quæ eſt apud Ariminum, & Epiſcoporum ſimul & laicorum turbis concurrentibus, Muſonius Epiſcopus provinciæ Byzacenæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferebantur, ita locutus eſt: Ea quæ ſunt jactata in publicum, & ad nos uſque perlata, aliquem e vobis ſanctitati veſtræ legere præcipiamus; ut quæ ſunt mala, & ab auribus & a corde noſtro abhorrere debent, una omnium voce damnentur. Reſponſum eſt ab univerſis, Placet. Itaque cum Claudius Epiſcopus provinciæ Piceni, ex præcepto omnium, blaſphemias, quæ Valentis ferebantur, legere cœpiſſet; Valens ſuas eſſe negans, exclamavit & dixit: Si quis negat Chriſtum Dominum Dei Filium, ante ſæcula ex Patre genitum, anathema ſit. Ab univerſis conſonatum eſt, anathema ſit.

Valentis fraus in anathematiſmis.

Christi An. 359.

Et addidit: Si quis negat Filium similem Patri secundum Scripturas, anathema sit. Omnes responderunt, anathema sit. Si quis Filium Dei non dixerit æternum cum Patre, anathema sit. Ab universis conclamatum est, anathema sit. Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut sunt creaturæ cæteræ, anathema sit. Similiter dictum est, anathema sit. Si quis dixerit, de nullis extantibus Filium, & non ex Deo Patre, anathema sit. Si quis dixerit, erat tempus, quando non erat Filius, anathema sit; omnes responderunt: anathema sit. In hoc vero cuncti Episcopi, & tota simul Ecclesia plausu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt.

Ibid.

Cum ergo cuncti Valentem ad cœlum laudibus tollerent, & suam in eum suspicionem cum pœnitentia damnarent. Idem Claudius, qui supra legere cœperat, ait: Adhuc sunt aliqua, quæ subterfugerunt Dominum & Fratrem meum Valentem, quæ, si vobis videbitur, ne quis scrupulus remaneat, in commune damnemus: Si quis dixerit Filium Dei esse quidem ante omnia secula, sed non ante omne omnino tempus, ut ei aliquid anteferat, anathema sit. Dixerunt cuncti: anathema sit. Ad pronunciationem Claudii Valens condemnavit. Hæc ex actis

Sever. Sulp. l. 2. num. 58.

Ariminensis Synodi se libasse testatur Hieronymus. Fefellit audientes fraus professionis, quam Valens edidit. Etenim his verbis, quibus similis esse cæteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen, potior tantum cæteris, pronuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides, seu fidei formula pro Arianis, professiones vero postea adjectæ pro Orthodoxis erant: præter illam, quam Valens subjunxerat, cum dicit Filium Dei non esse creaturam, ut sunt cæteræ creaturæ, quæ tum non intellecta sero demum animadversa est. Hoc modo Concilium, bono initio, fœdo casu est consummatum.

XXV. Priusquam in suas Ecclesias redirent Episcopi, Imperatori scripserunt sequentem epistolam. "

Hilar. in fragm. *Ariminensium Synodica ad Constantium.*

Inlustrati pietatis tuæ scriptis, maximas Deo retulimus & referimus gratias, quod nos beaveris intimans nobis illa, quæ cum discussione pietatis tuæ facere deberemus, ne quis usiæ vel omoousii nomina Ecclesiæ Dei ignora aliquando nominet, quod scandalum inter fratres facere solet; plurimum gratulati sumus, quia id quod tenebamus, recognovimus ...... Nos igitur reddentes obsequium clementiæ tuæ, quod coram veritatis status clusit, quæ postea nesciat vinci, ut indignum Deo nomen, quod nusquam in legibus sanctis scriptum est, jam a nullo dicatur. Unde oramus pietatem tuam, quoniam in eo loco, ubi Synodus gesta est, unde responsum per nostros legatus dedimus, adhuc detinemur, jubeat nos, qui integram cum Orientalibus doctrinam retinemus, jam ad nostras plebes dimitti; ut ex hac parte appareant amatores veritatis, qui Deo non mutant nomen, nec cum eis, qui perversa doctrina infecti sunt, diutius nos qui veritatem Catholicam tenemus, detineamur ..... Jam usiæ & omoousii nomina recedant, quæ in divinis Scripturis de Deo & Dei Filio non inveniuntur scripta. "

Hasce literas nemo negabit Nicænis decretis esse plurimum injuriosas. Sed adversus Ecclesiam non minus iniqui sunt heterodoxi, qui ex prævaricatione Ariminensi colligunt eam in suis de fide judiciis esse fallibilem. Aderant quidem Episcopi fere trecenti, qui tamen non repræsentabant Ecclesiam, eorumque Synodus nullo modo fuit œcumenica. Nam, ut observat Papa Damasus in sua ad Illyricos epistola, cui subscripsere nonaginta Episcopi; neque enim præjudicium aliquod nasci potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt; cum constet neque Romanum Episcopum, cujus ante omnes expetenda fuit sententia, neque Vincentium Capuanum Episcopum, neque alios hujusmodi statutis consensum aliquem commodasse. Fatetur Augustinus vix septem inventos esse, quibus cariora essent Dei præcepta, quam Regis. Ecclesia vero in Conciliis repræsentatur per majorem numerum Episcoporum, qui cum Romano Pontifice, suo capite sententiis congruunt. Respondet Athanasius, Arimini octoginta Episcopos hæreticos & depositos, (quibus proinde nullum jus suffragii competebat,) per vim & fraudem ad confessionem ambiguam pertraxisse Episcopos, qui jam confirmarant Nicænam fidem, quam conscripserant legitimi Episcopi, & minime de-

Ariminensis Synodus non est œcumenica.

Theod. hist. l. 2. cap. 22.

August. l. 1. oper. Imperf.

Athan. in epist. ad Afr.

positi. His adde Ariminensi Synodo non adfuisse Orientales, & Ægyptios, qui seorsim Seleuciæ convenerant, quorum longe major pars ultimum Ariminense decretum reprobavit, aliamque novam edidit fidei formulam, ut constabit ex sequentibus. Itaque dum invicem dissentiunt, atque a Romano Pontifice reprobantur, multorum definitio pro judicio totius Ecclesiæ tunc haberi non potest; præsertim cum decretorium judicium contra omnes Ecclesiæ leges sibi reservaverit Imperator.

Christi An. 359.

XXVI. Ariani rebus nimium prospere & secundum vota fluentibus Constantinopolim ad Imperatorem concurrunt, quo venerant etiam Legati Seleuciensis Synodi, cujus res gestas paulo altius repetere juvat. Orientales Episcopi centum circiter ac sexaginta eodem anno 359., Seleuciam Isauriæ convenere. Advenerat cum illis Leonas, qui splendido quodam officio in palatio fungebatur. Quem Imperator Concilio interesse idcirco jusserat, ut eo præsente de doctrina fidei inquireretur. Aderat etiam Lauricius Dux & Præses provinciæ, si quid opus foret, præstiturus. D. Hilarius quartum jam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Episcopos per Vicarium ac Præsidem data evectionis copia adesse compellitur. Is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus, omnium in se animos & studia converterat. Ac primum quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides, quia tum Arianis prava de illis vulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebantur, trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse. Sed exposita fide sua, juxta ea quæ Nicææ erant a Patribus conscripta, Occidentalibus perhibuit testimonium. Concilio adscitus reperit tantum blasphemorum Episcoporum, quantum Constantio placebat ..... In prima sessione, inquit, deprehendi, quod centum & quinque Episcopi omoeusion, id est, similis essentiæ Filium prædicarent, & dicebantur Semiariani; decem & novem anmoeusion, id est, dissimilis essentiæ profiterentur: soli Ægyptii, præter Georgium Alexandrinum hæreticum, omoousion constantissime obtinerent.

Sever. Sulp. l. 2. num. 59.

Seleuciæ Synodus dividitur in duas factiones.

Sever. Sulp. l. 2. num. 57.

Hilar. adv. Const. num. 12.

Die quinta Kalendas Octobres cum convenissent Episcopi, jussit Leonas, ut quisque proponeret quod vellet. Sed qui aderant, nullam movendam esse quæstionem dicere, donec venissent Basilius Ancyræ, aliique Episcopi qui aberant, veriti ne ob crimina accusarentur. Macedonius Constantinopoleos laborare se morbo dicens aberat. Pattophilus vero Scythopolis oculorum dolorem prætexebat, eamque ob causam in suburbano Seleuciæ sibi necessario manendum esse; alii denique aliam absentiæ suæ causam afferebant. Sed quoniam Leonas istis etiam absentibus proponendam esse nihilominus quæstionem dicebat, subjecerunt qui aderant, se nullam omnino quæstionem moturos esse, nisi prius habita esset ratio de vita ac moribus eorum qui accusabantur. Cyrillum deposuerat Acacius; Eustathium Sebastiæ damnarat Synodus Melitinensis in Armenia; ambo provocarant ad majorem Synodum ..... Qua ex re gravis inter eos, qui aderant, contentio exorta est. Nam hi quidem vitam eorum, qui in crimen vocati fuerant, prius discutiendam esse dicebant: illi contra nihil prius quærendum esse censebant quam de fide. Contentionem excitavit varia Imperatoris sententia; proferebantur enim ejus literæ, quibus nunc de hoc capite prius esse quærendum ajebat, nunc de isto. Cum igitur hac de re inter se contenderent, factum est dissidium Episcoporum. Atque hæc fuit origo & causa, cur Seleuciensis quoque Synodus duas in partes dirimeretur.

Socrat. l. 2. c. 39.

XXVII. Prævaluit ut prius de doctrina fidei disputaretur. Anomæi, quorum duces erant Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus & Georgius Alexandrinus; Nicænam fidem prorsus abrogandam, aliam vero conscribendam esse significarunt. Alterius partis Episcopi, numero superiores, quorum principes erant, Georgius Laodiceæ, Sophronius Pompejopolis, Eleusius Cizici, qui Filium Patri similem per omnia dicebant etiam secundum substantiam. Anomæi nomen Substantiæ prorsus e medio tollendum esse contendebant; prætendebantque formulam fidei, quam paulo ante Marcus Sirmii composuerat, quam tum alii susceperant Episcopi. Nihil nisi profanissimum asserebant; negantes quidquam substantiæ Dei simile esse posse; neque de Deo posse existere generationem, sed esse Christum creaturam. Itaque quod creatus esset, id ei nativitas deputaretur; ex nihilo autem esse, & idcirco

Socrat. ibid.

Sozom. l. 4 c. 22.

Hilar. contra Const.

Christi An. 359.

idcirco non esse Filium, nec Deo similem. Præterea recitatum est in conventu publico, quod prædicante Eudoxiu exceptum habebatur: hæc ergo dicta ab eo commemorabantur; erat Deus, quod est, Pater nuu erat, quia neque ai Filius; nam si Filius, necesse est ut & femina sit. Sequebantur aliæ impiæ obscœnitates, post quss, eum Patrem & Filium ea nominibus potius, quam ex natura comparasset, ait; quantum enim Filius se extendit cognoscera Patrem, taotum Pater super axteudit se, oe cognitus Filio sit. Quibus recitatis tumultus axortus est.

Sozom. ibid.

Porro non levis suspicio erat, Acacianos de industria in doctrina fidei ab aliis dissidere, eoque prætextu quæstionem, quæ de criminibus ipsorum habenda erat, eludere. Nam eum antea sariptis literis ad Macedonium Constantinopolitaoum, Filium Patri per omnia similem, confessi fuissent, tunc perfricta fronte priorem confessionem suam impugnabant. Post multa ingenti eoutentione orrimque agitata, Sylvanus Tarsi Episcopus proclamavit, ferendum non esse, ut nova fidei formula induceretur, præter illam quæ Antiochiæ probata esset, eamqua solam ratam esse oportere.

Greg. Nazian. orat. 21. Socrat. ibid.

Acaciaoi id moleste fereutes, e Concilio discesseruut. Residui tum qnidem ea, qoæ Antiochiæ decreta suaraut, recitarunt. Postera die in Ecclasiam D. Theclæ convauiautes, fores occluseruot, remotisqua arbitris, decreta illa suis suffragiis confirmarunt. Pro Episcopis autem nonnullis qui aberant, subscripsere Diaconi & Lectores, quorum opera approbaturos sa fidei formulam absentes professi eraus.

Ath. de Synod.

XXVIII. Acacius cum suis id factum raprahendebat. Quippe ajebat, aa quæ in occulto gernotur, reproba assa & suspecta. Cumque alii ejusdero Arianæ factionis veoissent, homines de variis arimiuibus xecusati, & a Secundo in Nicæna Synodo deposito ordinati; querelsm de violentia præmisit fidei formulæ, quam promulgare in animo babebat, & Lauricio & Leunæ Rectoribus jsm antea recitaverat. Hæc acta sunt secundo dia, nec amplius qnidquam. Tertio die Leunas rursus operam dedit, ut ambæ psrtes in unum coovanireot; quo quidem die nec Macedonins nec Bsilius abfuit, ambo Semiariani. Cum igitur in eamdem partem coocessisseot, iterum Aeaciani ad Concilium occurrere noluerunt; ea conveutu ajiciendos prius esse diceutes, tum aos qui jam antea depositi, tum illos qui in præseotia nceusati araot. Post multam ultru citroque contentiunem, eum hæc sententia tandem prævaluisset, ii qui in crimen vocati fuıraut, egressi suot, unaque eum illis Hilarius. Acaciani vero introiere. Tum Leonas libellum sibi ab Aeacio traditum esse dixit; dissimulans interim quod asset axpositio fidei, nona occulta, nuoc aperte superioribus repugnantis. Cum

Acacianorum fidei professio. Ath. de Synod.

silentinm fecissent hi qui adetant, tum recitatns est Acacii liber de fide, qui sic habet: " Nos non refugimut authenticam Fidem, quæ Antiochiæ in encæniis promnlgata ast, eam utique proferentes, licet Patres nostri ad propositum, de quo tum quærebatur, convenerant. Cæterum quandoquidem hæ vuces omoousion & omoeusion roultos superioribus temporibus turbarunt, atque atiamnum turbant: ac præterea nuper a quibusdam invactum asse dicitur to ἀνόμοιον, id est dissimilitudo Filii a Patre; idcirco omoousion quidem & omoeusion tanquam voees a sacris literis alieoas rejieimus: Anomœon autem aoathemate damnamus, omnes qui istiusmodi sunt, eatraneos esse ab Eeelesia censemus, similem autem Patri Filium esse plane confitemur secunduro Apostolum, qui de Filio ita dicit, qui ast imago

Ad Col. 1.

iovisibilis Dei. „ Huie confessioni tres & triginta subscripsere Episcopi, ut resert Socrates. Qusdraginta tres subscriptiones exhibet historia tripartita; ac proinde decem val eam postea confirmarunt, vel eorum

Socrat. ibid.

nomina supposuerunt Acaciani. Cum autem recitata esset, Sophronius Pompejopolis Paphlagouiæ Episcopus sic proclamavit: Si propriam quotidia sententiam exponere, id fidei eapositio ast; destituet nos regula veritatis. Cumqua plurima ultro aitroque & da hac re, & da illis qui accusati erant, dicta fuissent, Coneilium dimissum est.

Hilar. contra Const. *Anomœorum impietas.*

XXIX. Acaciaoos fraudulanter damnasse dissimilitudioem, sic demonstrat Hilarius. Ipse ego quemdam aurum, qui forte ad me pertentandum accesserat, quasi ignorans rerum gestarum percunctatus sum, quid sibi vellet istud, nt qui unam substantiam Filii esse cum Patre damnassent, vel asse similis substantiæ denegassent, dissimilitudinem damoarent. Tunc mihi ait, Christum Deo similem nun esse, sed similem Patri assa. Rursus hoc ubseurius mihi videbatur. De quo cum irerum interrogarem, tuuc hæc ita locutus ast: Dico aum dissimilem Deo esse, similem Patri posse iutelligi, quia Pater voluissat creaturam istiusmodi areare, quæ similia sui vellet; & idcirco similem Patri asse, quia voluntatis essec potius Filius, quam divioitatis; dissimilem antem Deo esse, quia nequa Deus esset, nequa ax Deo, id ast de substantia Dei natus asset. Hæc audians non credidi, donec publice ax cousensu omnium ratio prosaoissimæ bujus similitudinis prædiearetur. Sed longa major stuporis causa, quod iidem in Symbolo, quod relatæ formulæ subjeceraut, hæc addaot: Credimus io unum Deum Patrem omnipotentem. Credimus etiam in Dominum nostruro Jesum Christum, Filium ejus, sina ulla passiona ante omnia sæcula ax eo genitum (Denm Verbum ca Deo Uuigenitum.) Quis posthæc eredat hæretieis, dum aliquid coucedere videntur, ut pariter eis aliquid remittatur, ut inde aerius iropugncot Ecclesiam, quasi secum senserit, aosqua approbaverit.

Socrat. ibid.

XXX. Quarto iterum dia, eum omnes in unum conveoissent, eadem eum pervicacia disporare cœperunt. Acacius diait: Cum fides Nicæna jam pridam semel ac deinde sæpius mutata sit, nibil vetat quominus nunc quoque alia conseribatur fides. Ad hæc Eleusius, Concilium inquit, in præsantia congregatum est, nou ut ea discat, quæ jam olim didieit, oeque ut fidem suscipiat, quam prius non babuit; sed fidei Patrom iusistans, nac vitæ, nec mortis tempora ab aa ouquam recedat. Fidem Patrum appellabat eam, quæ exposita erat Antiochiæ; sad ipsins argumentum longa validius pugnabat pro Nicæua Synodo œcumenica, cujus fidem mutaront pauci Antiocheoi; suppresso Consubstantiali. Post hæc ad aliam rursus quæstionem transierunt. Aeaciaui, in sua fidei formula, Filium Patri similem esse dixeraut; quærebant inter sa, qua in re Filius asset similis Patri? Acaciani quidem sola voluutate similem asse dicebant, non autam substautia. Reliqui omnes etiam substantia similam Patri esse Filium asserebant. De hsc quæstione intar se altercantes totum diem contrivere. Et Acaeium eoofutabant, quod in libris, quos a se seriptos ediderat, Filium Patri per omnia similem diaisset: Quomodo, ajebaut, negara nuue audes Filii cum Patre similitudinem secundum substaotiam? Tum Acacius, ueque ex receutioribos, inquit, neque ax vetustioribus quisquam ex libris suis judieatus est, Cum diu acriter da hoc capite disputasseut, nec ullo modo inter se convenireot, surgens Leonas Concilium dissolvit.

Socrat. ibid.

XXXI. Postero die rogatus Leonas nt ad consessum veniret, recusavit, ab Imperatore missum se esse dicens ut concordi Synodo iuteresset. Quoniam vero nonnulli inter vos dissident, inquit, ego adessa non possum. Abite ergo, & in ecclesia garrire. Aeaciani magno id ducentes luero, ulterius adesse noluerunt. Leonas corum senteutiam sequens eis aperte favebat. Alterius partis Episcopi eum in ecclesiam

Ath. de Synod.

convenissent, Aeacium & sequaces ad Concilium vocarnnt, ut eausa Cyrilli judicaretur, quem ipse dapusnerat. Alios perinde accusatos eitaverunt, qui ad partes confugarant Acacii; sed quoniam accersiti venire detrectabaut, Episcopi, qui in Concilio eraut, Aeacium ipsum, Patrophilum, Eudoxium Antiochenum, Georgium Aleaandrioum, aom quinqua alios deposuere; decreveruntqua ut ita manerent, donec sese purgautes, ab criminibus sibi illatis sa innoeentes comprobareot; eumque ad singulas Diœcesas judicium contra eos latum seripsissent, Eudoaii

Socrat. ibid.

loco Annianum constituuot Aotiochiæ Episcopum, quem moa comprebensum Aeaciani Leonæ ac Lauricio tradiderunt; ab his illa iu exilium missus est. Ea re commoti Episeopi, qui Anniauom ordiuaverant, contestatorios libellos apud Leouam & Lauricium advarsus Acaciauus deposueruut, quibus denuntiabsnt violatum asse judicium Synodi. Porro cum nihil amplius perficeeratur, Constantinopulim profecti suut, ut Imperatorem de his quæ decreverant, facerent cartioram; Acaeiani varo, ue ad aumdam querelas deferrent. Hic fuit Seleuaianæ Synodi eaitus.

XXXII. Athanasius in secessu cum eerto cognovisset res in ca Synodo gestas, & io Ariminensi, sed tantum usque initia lapsus Occidentalium, apisto-

CHRISTI AN. 359.

lam de Synodis eodem anno scripsit ad familiares, ne illi multis varie Synodis gesta narrantibus animo penderent. Tres sunt illius partes: in prima agit de Synodis Ariminensi & Seleuciana. In secunda parte, ut fluctuantem Arianorum in fide sua animum perspicue commonstret, varias variis locis temporibusque ab illis editas fidei formulas recenset, atque ad verbum refert. Orsus ab Arii Thalia, ejus non modicum describit fragmentum impietatibus refertum. Nona est quam Seleuciæ edidere Acaciani. Quibus postea duas alias adjecit, Constantinopolitanam, & secundam Antiochensem; hanc partem sic concludit: " Quis homines videns in singulis Synodis alia detrahere, alia addere, eorum suspectam & subdolam erga Christum mentem non animadvertat? Quis eos conspicatus fidei suæ formulam, ac criminationum depulsionem multis concinnare verbis, non advertat homines sese prodere, & multa de industria scribere, ut per intempestivam ostentationem, & tantam loquacitatem simpliciores seducant, ac suam possint hæresim occultare?.... Nam si rescripta illa omnia unam eandemque sententiam ferant, quid multorum opus? Sin tam multorum opus fuit, manifestum est singula deficere, plenaque non esse, quod illi plusquam nos palam faciunt: ea quippe omnia immutant, atque alio edunt sermone. Porro multitudo Synodorum, scriptorumque discrepantia arguit sane eos, qui convenerunt, adversus Nicenam Synodum concertare; sed tamen se imbecilliores esse adversus veritatem. „ Utriusque prioris partis insigniora fragmenta jam huic operi inseruimus. In tertia parte Consubstantialis vocem validissimis argumentis, & veterum Patrum authoritate defendit adversus Arianos, & ostendit admittendam. Hinc potiora delibabimus.

Athan. Synod. nov. ed. pag 748. vet 908.

Consubstantialis vocem esse retinendam demonstrat Athanasius.

XXXIII. Hæc duo potissimum prætendebant Ariani: Consubstantialis vox multos conturbat & offendit: igitur cum in Scripturis non habeatur, hanc rejicimus. Quibus respondet Athanasius: Christi Crux & Scripturæ sacræ multis fuere scandalo & offensioni, nec tamen abjiciuntur. Præterea quicumque pie sentiunt de Christo, quorum longe maximus est numerus, hac voce non offenduntur, sed eam amplectuntur. Solis Arianis dolori est, non scandalo. Itaque demonstratum est illam scandali, quam afferunt rationem, nullius esse probabilitatis. In Scripturis quidem non legitur, sed ipsimet in suis formulis multa scripsere, quæ in Scripturis non leguntur. „ Præterea Ariani cum majoribus suis & ipsi secum pugnant, & sibimet contrarii inveniuntur. " Cum enim Antiochiæ declarassent Filium, esse substantiæ Patris sine ulla dissimilitudine imaginem, jurassentque se ita sentire, ac eos, qui aliter sentirent, anathemate damnassent, imo Seleuciæ in Isauria scripsissent: non refugimus authenticam Fidem in encœniis Antiochiæ editam, veluti eorum immemores, ibidem post aliquot lineas iis adversantia conscripserunt, scilicet, Consubstantiale & Substantia Simile, utpote aliena a Scripturis rejicimus, & Substantiæ nomen de medio tollimus, quippe cum in Scripturis non reperiatur. Quis igitur viros hujusmodi ulterius Christianos existimabit? Aut quæ fides, apud quos nec verba, nec scripta firma sunt, sed omnia pro temporis ratione mutantur, & invertuntur? Si enim, o Acaci, & Eudoxi, non refugitis expositam in encœniis fidem, in eaque scriptum est, Filium esse substantiæ Patris sui sine discrepantia imaginem; cur in Isauria scribitis, rejicimus Simile in Substantia? Si namque Filius secundum substantiam Patri Similis non est, qui substantiæ erit imago sine discrepantia..... & cur hoc legitis: In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & ex plenitudine ejus nos accepimus? „

Ibid.

Ad Col. 2.

Infra de alterius partis Episcopis, qui pariter Seleuciæ convenerant, hæc monet. " Viros autem, qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem Consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est; neque enim nos velut Ariomanitas, aut Patrum adversarios aggredimur; sed disputamus veluti Fratres cum Fratribus, qui eamdem nobiscum sententiam habent, & de solo nomine diffident. Confitentes enim Filium ex substantia Patris esse, & non ex alia hypostasi, nec creaturam, nec opificium illum esse, sed genuinam naturalemque prolem, & ab æterno una cum Patre Verbum & Sapientiam existere, non longe absunt a recipienda Consubstantialis voce. Talis est Basilius Ancyræ, qui de fide scripsit. Nam si Similis dicatur tantum secundum substantiam, id non idem prorsus significat atque illud, ex substantia; quo verbo magis, ut ipsi dixere, Patris germanum Filium ipsum esse significatur..... Quandoquidem autem, & ex Substantia, & substantiæ Similem eum esse dixerunt, quid aliud his significant, quam eum esse Consubstantialem? Etenim sicut qui dicit tantum, substantiæ Similem, non prorsus indicat eum ex substantia esse; sic qui dicit Consubstantialem, utriusque dicti sententiam complectitur, & substantiæ Similis, & ex Substantia. „

Ibid.

CHRISTI AN. 359.

Filium Patri Similem secundum substantiam dicere non sufficit.

Itaque, secundum Athanasium, ea fidei professio non est sufficiens, qua Filius dicitur, tantum Patris Similis secundum substantiam...., Verum est autem quod dicit de Basilio, ejusque sequacibus, si sincere retractarunt ultimum suæ confessionis articulum, in quo anathematizabant eos, qui dixerint Filium esse ejusdem cum Patre substantiæ, non autem subdole suppresserint, ut timebat D. Hilarius; qui testatur, quod dixeriot Filium Patri Similem, ut æqualem negarent. Etsi vere quoad sensum omnia Nicææ scripta receperint, excepto Consubstantialis vocabulo; sed sincere eos non egisse multa declarant. Macedonius, Eleusius, & Marathonius illius opinionis antesignani, persequebantur eos qui Filium Patri Consubstantialem profitebantur. Perfidiam Eustathii Sebasteni, qui fuit ex illis, & quem diu Catholicum crediderat, agnovit Basilius Magnus. Illius factionis Episcopi statim palam professi sunt Macedonii hæresim, Spiritum enim sanctum Filio inferiorem & inæqualem, sicut ipsum Filium Patri, facile crediderunt; secesseruntque ex secunda Synodo generali, ne fidei Nicænæ subscriberent. Equidem Filium esse ex substantia Patris, & non ex alia hypostasi, eique similem secundum substantiam cum dicerent, consequens erat ut eum faterentur Consubstantialem: sed ut observat doctissimus Petavius, qui quærit consequentiam in dogmatibus hæreticorum, perinde est ac si hominem cum ratione insanire vellet. Id unum satagunt, non ut sint, sed ut Orthodoxi videantur. Articuli ultimi & hæretici suppressionem in eorum confessione publica ignorare potuit tunc latens in desertis Thebaidis Athanasius.

De Consubstantiali.

Ignat. in epist. ad Ephes.

Infra omousion esse retinendum probat authoritate utriusque Dionysii, Romani & Alexandrini, explicatque quibus de causis, & quo sensu, in Paulo Samosateno omousion damnarint Patres Antiocheni. His subjicit testimonium D. Ignatii Martyris, qui licet non vocem, tamen Consubstantialis sensum sic exprimit. Unus medicus est, carnalis & spiritualis, factus & non factus, in homine Deus, in morte vita vera, & ex Maria, & ex Deo. Idem variis confirmat argumentis: unum referre sufficiet. " Si non ex participatione Filius est, sed substantia ipsa Verbum est, & Sapientia Patris: hæc autem substantia Paternæ substantiæ foetus est, ejusque similitudo, veluti splendor lucis, quapropter Filius dicit: Ego & Pater unum sumus. Et, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo hæ voces intelligendæ sunt? Aut qua mente eas accipientes, Patrem & Filium unum esse tuebimur? Nam si ob dogmatum consensum, & quod Pater a Filio non dissentiat, ut dicunt Ariani, prava sane hæc intelligendi ratio. Etenim sancti, & multo magis Angeli & Archangeli hujusmodi habent cum Deo consensum, nec ulla apud ipsos est dissensio; nam qui discors fuit diabolus, e cœlo cadere visus est, ut ait Dominus. Si ergo ob consensum Pater & Filius unum sunt, etiam opificia, quæ ita cum Deo consentient, unum cum Deo fuerint, quorum quodque dicere possit: Ego & Pater unum sumus. Quod si absurdum hoc sit, ut revera est, necesse demum fuerit, Filii & Patris unitatem secundum substantiam intelligere ...„ Quamobrem vocibus unitatem indicantibus, æqualitatem cum Patre habere dicitur, & hinc fit, ut quæ de Patre dicuntur, eadem de Filio Scripturæ asserant: " Ex tamen exceptione, quod ille Pater dicatur. Ipse enim Filius ait; omnia quæcumque habet Pater, mea sunt: Patrique dixit: omnia mea, tua sunt, & tua mea. Hujusmodi est illud, Deus: nam Deus erat Verbum: & illud: Omnipotens: hæc dixit qui est, & qui erat, & qui venturus est Omnipotens. Et quod sit creatrix causa, nam omnia per ipsum facta sunt. Quod sit æternus: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas. Et, in principio erat Verbum.

Joan. 10. & 14.

Joan. 16. Joan. 27. Joan. 1. Apoc. 1. Joan. 1. Ad Rom. 1.

Quod

CHRISTI AN. 359. Quod sit Dominus: Unus Dominus Jesus Christus. Patri ministrant Angeli, Filius autem ab ipsis adoretur: & adorent eum omnes Angeli ejus: quod honoretur sicut Pater, ut inquit, honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. (Ad Heb. 1.) Quod sit æqualis Deo: Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ..... Demum quæcumque de Patre dicta repereris, tot tantaque de Filio dicta reperies. „ In duobus aliis libellis de decretis Nicænis, & de sententia Dionysii disputavit Athanasius, ex quibus non pauca, cum de iisdem egimus, mutuati sumus.

(Sozom. lib. 4.) XXXIV. Decem Legati Synodi Seleuciensis Constantinopolim advenientes offendunt Acacianos, qui jam ipsos palatii proceres in suam sententiam traxerant; eorumque opera benevolentiam Principis sibi conciliaverant. Etenim ex aulicis alii quidem ejusdem cum ipsis erant opinionis: alii ecclesiarum opibus corrupti fuerant: alii verborum blanditiis, & suadentis authoritate in fraudem inducti. Etenim Acacius haud quaquam spernendus videbatur, quippe qui suapte natura, cum ad intelligendum, tum ad loquendum promptus, & ad ea quæ decreverat, perficienda gnavus atque industrius esset. Illustri præsidebat Ecclesiæ, & Eusebium Pamphili, cui in Episcopatu successerat, magistrum se habuisse gloriabatur, & ob ejus librorum famam, & successionem, doctior cæteris videri volebat; Ariminenses legatos eadem cum ipso sentientes sibi sociarat. (Theod. l. 2. c. 27.) Seleucienses vero Legati Imperatorem hortati sunt, ut de Eudoxii blasphemia, & iniquis actibus quæstio haberetur. Verum Imperator a contrariæ partis sectatoribus admonitus, causam fidei prius disceptandam esse dixit, tum de illo quæstionem habendam. Cumque Basilius Ancyrensis pristina familiaritate fretus, Imperatorem libero coarguisset, tanquam Apostolicæ doctrinæ insidias struentem, commotus est Constantius, & Basilium silere jussit, utpote qui turbas, & tempestates in Ecclesiis excitaret.

(Ibid.) Tunc Imperatori Eustathius dixit: Quandoquidem causam fidei dijudicari cupis, Imperator, vide quas contra Unigenitum blasphemias effudit Eudoxius. Simul hæc dicens, porrexit expositionem fidei, in qua, præter alia multa, hæc quoque impia verba continebantur: Ea quæ dissimiliter proferuntur, dissimilia sunt secundum substantiam. Unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia. Atqui inter se dissimilia sunt, ex quo & per quem: Filius ergo est dissimilis Patri. Hanc expositionem cum recitari jussisset Constantius, & ob impietatem in ea comprehensam graviter indignaretur, Eudoxium interrogavit num hæc ab illo scripta essent? Negavit confestim Eudoxius, & Aetium ista scripsisse asseveravit. Imperator Aetium adduci jussit. Et cum venisset, expositionem illam ei ostendit, quæsivitque num hujus scriptionis ipse author esset? At ille cum & rerum gestarum prorsus ignarus esset, & interrogationis causam nesciret, sperans ex confessione laudem se consecuturum, ejus scripti authorem se professus est. Imperator vero impietatis magnitudinem considerans, eum exilio damnavit, & in quemdam Phrygiæ locum deportari jussit. Eustathius Eudoxium idem sentire dixit: Aetium enim convivam ejus, & contubernalem esse, ejusque voluntati inservientem ita scripsisse. Idque certissimum esse argumentum dicebat, Eudoxium ejus scriptionis conscium esse, quod nemo, præter illum, eam expositionem Aetii esse dixisset. Verum Imperator, ex conjectoris, inquit, Judices sententiam ferre non debent, sed res gestas diligenter inquirere. Tunc Eustathius, Nobis igitur universis, inquit, persuadeat Eudoxius se non ita sentire, anathema dicendo scriptioni Aetii. Cumque Imperator eam postulationem libenter amplexus esset, idque ita fieri præcepisset; Eudoxius tergiversari cœpit, oblatamque ipsi conditionem variis artibus eludere conatus est. Sed cum Imperator indignaretur, minatusque esset se illum cum Aetio in exilium missurum, utpote impiæ sententiæ ac doctrinæ consortem; Eudoxius suam ipsius doctrinam negavit; quam tamen, & tunc temporis, & postea defendere nunquam destitit. Quæ communis est multis hæreticis dissimulatio.

(*Anomæi prævalent.* Hilar. in fragm.) XXXV. Orientales Semiariani, hanc opportunam occasionem rati, ut Legatos Ariminenses suis partibus adjungerent, epistolam nomine Synodi Seleuciensis eis tradiderunt; hortabantur ut discederent ab Acacianis, quos damnarat Imperator, & Synodus Seleuciensis, cujus ipsi Legati maluerant ingressu ecclesiæ abstinere, quam cum ipsis communicare. Tum subjiciunt: Dolus nunc præparatur ut Aetius author hujus hæresis ipse potius, quam hæc impietatis dicta damnentur, magisque in hominem, quam in doctrinam, sententia lata esse videatur. Monemus ergo vos, Fratres, ut hæc diligenter retractetis, detisque operam ut Fides Catholica maneat. Cæterum non ambigit caritas vestra, universa ita ut geruntur, Occidentalibus esse Ecclesiis nuntianda. Tantus detectæ fraudulentiæ suæ Occidentales Arianos furor subiit, ut periculum depositionis in eum constituerent, qui eas literas susciperet. Damnatus enim erat Aetius, & necesse erat ut ejusdem impietatis socios se profiterentur, qui se eis conjungerent; noluerunt tamen ab Acacianis damnatis recedere. Cumque in conventu multorum arguerentur, cur etiam non creaturam Dei Filium dicerent? Responderunt: a sanctis Ariminensibus non Christum creaturam negatum fuisse, sed dissimilem cæteris creaturis, quia in eo quod dictum sit, non esse creaturam veluti cæteras creaturas, non hoc dictum est, quia creatio non sit, sed quia excipiatur a cæteris, ut licet dissimilis cæteris sit, ita tamen sit dissimilis, ut ipse aliud non sit. Æternum quoque Filium cum Patre profitebantur, sed quatenus Angelorum, & animarum more semper duraturus sit, non quod existat ab æterno; similemque Patri dixere secundum Scripturas, quia in Scripturis homo Deo similis dicitur; sic illudentes Orthodoxis, pravis interpretationibus corrumpebant quæcumque Arimini damnasse videbantur.

(Sozom. l. 4. c. 23.) XXXVI. Aetius aliique Anomæi Orientales, cum eadem secum sentire intelligerent Legatos Ariminensis Synodi, quæ Substantiæ nomen rejecerat, tum formulam Arimino allatam proposuerunt, utque Legati a Seleuciensi Concilio missi eam susciperent, postularunt. Cumque isti constanter asseverarent, substantiæ vocabulum nunquam se repudiaturos, Acaciani interposito jurejurando eis persuaserunt, se nequaquam dissimilem substantia Filium asserere, paratosque esse eam hæresim condemnare. Quin etiam Imperator ipse ad eam formulam approbandam inductus est, cum apud se reputaret multitudinem eorum qui Arimini convenerant, persuasumque haberet nominibus sacræ Scripturæ ignotis utendum non esse. Rationes aliæ, quas ibidem subjicit Sozomenus, non sunt probabiles. Constantius per tot annos tantam non movisset persecutionem, si putasset has locutiones, Filius est Patri similis secundum Scripturas, &, Filius est Patri Consubstantialis, esse synonimas. Itaque præcepit Episcopis, ut in fidem ab Ariminensi Concilio expositam consentirent. Cumque postridie ad solemnem decimi consulatus pompam se pareret, sicut moris est apud Romanos, Kalendis Januarii, anni trecentesimi sexagesimi, totum diem, & insequentis noctis partem maximam consumpsit cum Episcopis disceptans, donec legati, qui a Seleuciensi Synodo advenerent, formulæ fidei Ariminensium subscripsissent. (*Ariminensi formulæ subscribunt omnes.*)

(Sozom. l. 4. c. 24.) XXXVII. Acaciani Victores Episcopos e Bithynis evocant, inter quos erat Maris Chalcedonensis, & Ulfila Gotthorum Episcopus, qui tum primum eorum impietati consensit; nam ante illud tempus Nicænam fidem amplexus fuerat; secutus Theophilum, qui cum Gotthorum esset Episcopus, Nicæno Concilio præsens subscripserat. (Socrat. l. 2. c. 41.) Cumque essent numero quinquaginta in unum collecti, formulam fidei, quæ Arimini recitata fuerat, suffragiis suis comprobarunt, hoc tantum adjecto, ne quis in posterum substantiam in Deo, aut hypostasim diceret, utque præter hanc formulam reliquæ omnes, tam quæ antea scriptæ, quam quæ postea scribendæ essent, condemnarentur. His rebus confectis, Aetium diaconatu exuunt, utpote qui libros scripsisset contentiosos, & ad ostentationem scientiæ, a more institutoque Ecclesiarum alienæ.

(*Acacianorum Synodica.* Ibid.) Res a se gestas in hac Pseudo-Synodo Constantinopolitana exponunt in sua Synodica ad Georgium Alexandrinum: " Diaconatu Aetius exutus, & ab Ecclesia remotus est. Adjectæ sunt a nobis commonitiones, ut nefariæ ejus epistolæ non legantur, sed projiciantur potius, eo quod inutiles sunt, & infructuosæ. Quibus illud quoque additum volumus, ut ipse si in eodem proposito permanserit, anathematiaretur cum sectatoribus suis ..... Serra, Stephanus,

CHRISTI AN. 359.

nos, Heliodorus, Theophilus, & reliqui qui cum illis sunt, sententiæ in eum latæ cum cæteris subscribere noluerunt. Licet Sctra aliam quoque ejusdem Aetii insanam jactantiam accusaret. Ajebat enim illum eo temeritatis atque audaciæ prorupisse, ut assereret, revelata sibi fuisse ea, quæ Deus Apostolis ipsis usque in hodiernum diem occultasset..... Nos cum eum aliosque diu sustinuissemus, an forte intelligere, & flecti vellent......, eos a communione alienos esse decrevimus, concesso eis sex mensium spatio ad emendationem, & pœnitentiam..... Ac si quidem intra tempus ipsis indultum correcti, concordiam cum Fratribus suis elegerint, & iis, quæ de Aetio decrete sunt, consensum præbuerint, ab Ecclesiia suscipiantur.... Si vero perstiterint, tunc alienum ab Episcopali dignitate censemus. „ Hic neque hæreticum declarant Aetium, neque ejus errorem de Filii cum Patre dissimilitudine condemnant. Sed ea ludicra condemnatione aliis Episcopis fucum facere voluerunt, & purgare se apud Imperatorem, apud quem accusabantur, quod idem cum Aetio sentirent. Aetius Imperatoris jussu subinde mutans exilii locum, donec Emblada Pisidiæ in radicibus montis Tauri deportatus est; ubique blasphemias suas adversus Sanctissimam Trinitatem 47. articulis comprehensas publicavit, Ejus scripta confutavit D. Epiphanius.

Sozom. ibid.

Sever. Sulp. l. 2. num. 50. Hilar. ad Const. l. 2. *D. Hilarius restitit Arianis.*

XXXVIII. Aderat Constantinopoli tum Hilarius a Seleucia Legatos secutus, nullis certis de se mandatis, operiens Imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis, Orientales per scelus vinci; tribus libellis publice datis, audientiam Imperatoris poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Unus tantum superest: in ejus exordio, eaulem se confessus factione Saturnini, “ Quem, inquit, hic præsentem, cum jusseris, usque ad confessionem falsorum, quæ gessit, educam. Tunc autem cum ageretur de mundi periculo, exponit Imperatori quanta ex frequenti mutatione acciderit Evangelicæ fidei corruptio, dum facta sit fides temporum potius, quam Evangeliorum, dum & secundum annos describitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum atque etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas esse, quot mores; & tot causas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides scribuntur ut volumus, aut ita ut nolumus, intelliguntur. Et cum secundum unum Deum, & unum Dominum, & unum baptisma, etiam fides una sit, excidimus ab ea fide quæ sola est: & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ne ulla sit; nam etiam anno superiori quatuor fidei formulæ diversæ fuere conscriptæ. Et quo tandem processum est: ut neque penes nos, neque penes quemquam ante nos, sanctum exinde aliquid, atque inviolabile, perseveret. „ His præmissis subjicit; “ Unum hoc ego per hanc dignationis tuæ sinceram audientiam rogo, ut præsente Synodo, quæ nunc, (scilicet Constantinopoli) de fide litiget, pauca me de Scripturis Evangelicis digneris audire, & loquar tecum de verbis Domini mei Jesu Christi, cujus vel exul sum, vel sacerdos....... Fidem Imperator quæris; audi eam, non de novis chartulis, sed de Dei libris: non tam mihi autem rogo audientiam, quam tibi, atque Ecclesiis Dei. Sed memento tamen, neminem hæreticorum esse, qui se nunc non secundum Scripturas prædicare ea, quibus blasphemet, mentiatur. Idque dum probavit inductione. “ Omnes, inquit, Scripturas sine Scripturæ sensu loquuntur, & fidem sine fide prætendunt; Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo. „ Hanc collationem Ariani maximopere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminarium, & perturbator Orientis, redire ad Gallias jubetur, absque exilii indulgentia.

Sulp. ib.

Socrat. l. 2. c. 42. *Ariani deponunt Semiarian. & Orthodoxos.* Sozom. l. 4. c. 24.

XXXIX. Acacius, & Eudoxius, & qui cum illis erant Constantinopoli, cum Aetii depositione sibi conciliassent Imperatorem, id maxime ambibant, ut & ipsi vicissim nonnullos adversarum partium deponerent. Sciendum porro est, neutros ob religionem, sed propter alias causas, hujusmodi depositiones decrevisse. Nam quamvis in fide dissentiebant, tamen cum se vicissim deponerent, neutra pars alterius fidem insimulavit. Qui igitur ab Acacio stabant, abutentes Imperatoris indignatione in Macedonium, qui Constantini loculum in aliam transtulerat ecclesiam, unde exorta seditio cum multis cædibus; quapropter eum Episcopatu abdicant, ac præterea Eleusium Cizici, Basilium Ancyræ, Heortasium Sardium, & Dragontium Pergami, & Sylvanum Tarsi, Sophronium Pompejopolis, Elpidium Santalorum, & Neonem Seleuciæ Episcopum. In commune quidem omnibus objiciebant, quod Ecclesias perturbassent, & adversus ecclesiasticas leges deliquissent. Privatim singulis crimine quædam objiciebant; sed, ut observat Gregorius Nazianzenus: Hic erant prophani sanctorum Judices..... atque inique rerum gestarum inquisitio, & pretio conducti sycophantæ. Hinc alii ab Ecclesiarum thronis injuste pellebantur, alii in eorum locum subrogabantur; sic tamen ut ab iis impietatis chirographa, non secus atque aliud quidpiam necessarium exigerent: atque in promptu atramentum erat, & calumniator a tergo. Cum his Cyrillum quoque exauthorarunt, propterea quod post depositionem in Palæstina factam communionem iniisset cum Basilio, & Georgio Episcopo Laodicæno.

CHRISTI AN. 359. & 360.

Gregor. Nazian. orat. 21.

Sozom. l. 4. c. 25.

Episcopos depositos Constantinopoli expulerunt Acaciani; demum decem Episcopos ex suo numero, qui depositionibus subscribere detrectabant, separatim agere jusserunt, & neque divino ministerio fungi, neque Ecclesias suas gubernare, donec depositionibus illis subscripsissent. Quod si intra sex mensium spatium non resipuissent, nec omnibus Synodi decretis, & gestis consensissent, ipsos quoque deponi jusserunt: utque Episcopi unjuscujusque provinciæ convenientes simul, in eorum locum alios subrogarent. Reipsa in locum Basilii suffectus est Athanasius, Macedonius Constantinopolitana spoliatus Ecclesia, in locum quemdam juxta urbis regiæ portas se recepit. Eudoxius vero ejus loco Ecclesiam obtinuit, ordinantibus Acacianis. Qui quidem non animadvertebant, se contraria iis, quæ ipsi antea judicaverant, decernere. Nam qui Dracontium idcirco deposuerant, quod ex Galatia Pergamum transiliisset; iidem Eudoxium tunc secundo ad alium Episcopatum transilientem ordinantes, illud minime reputabant, se suis ipsorum decretis contraria gerere. Eudoxius Eunomium Cyzicenæ urbis Episcopum constituit, utpote qui eloquentia sua multitudinis animum ad se allicere posset. Imperatoris edicto propositum, Eleusium exturbari, Eunomium autem in sede collocari jussit. Quo facto hi qui cum Eleusio erant, extra urbis muros ædificata ecclesia collectas illic egerunt. Herennius expulso Cyrillo Hierosolymitanam Ecclesiam obtinuit. Depositi vero Episcopi cum in exilium ducerentur, subscriptiones suas, quibus Ariminensis Concilii fidem confirmaverant, revocarunt: atque hi quidem Consubstantialem, illi vero Similis substantiæ Filium iterum prædicarunt. Adeo verum est nihil esse certum iis, qui semel ab Ecclesiæ regula recesserunt.

Sozom. l. 4. c. 26.

Socrat. l. 2. c. 43.

Socrat. l. 4. c. 7.

Basil. ep. 72. & 73.

XL. Eudoxius in urbe Regia sacerdos constitutus, cum magna Ecclesia, quæ Sophia cognominatur, dedicaretur, anno trecentesimo sexagesimo, quinto die mensis Februarii, ad ea encœnia Imperator Constantius vota seu munera, multa vasa aurea, & argentea ingentia, gemmeaque, & auro intertexta tela pro altari multa contulit. Quin & in januis, geminas utrimque fores aureas vario opere fecit, ipsasque exteriores portas auro mire variavit. Multa etiam beneficia magnifice contulit, tum in universum Clerum, tum in religiosas viduas, & virgines; & in xenodochia, & eorum alimenta: pauperum quoque, & pupillorum domiciliis frumentum auxit, majori numero quam pater ejus Constantinus fuerat largitus.

Socrat. l. 2. c. 43.

Chron. Alexand.

XLI. Zelum quidem habebat, sed non secundum scientiam: hinc periculosam movit persecutionem. Acacius, & simul juncti omni ope laborabant, ut eorum quæ Nicææ statuta fuerant, memoria ex omnium animis abolerent; quapropter Ariminensem fidei formulam, una cum additamentis suis, ad omnes Imperii Romani provincias miserunt, eosque qui huic fidei subscribere renuissent, in exilium ablegari jusserunt ex Imperatoris mandato. Verum ea res gravissimarum calamitatum causa extitit. Nam per universum Orbem Romanum tumultus exortus est, & omnes ubique Ecclesias quædam quasi persecutio occupavit, cujusmodi olim sub ethnicis Imperatoribus grassata fuerat. Etsi enim hæc, quod quidem ad cruciatus attinet, remissior videbatur, prudentibus viris propter infamiam visa est acerbior.

Gregor. Nazian. orat. 21. Sozom. l. 4. c. 26. *Ariani curant ut omnes subscribant formulæ Arimin.*

Utri-

Christi An. 360.

Gregor. Nazianz. orat. 21.

Utrique enim, & is qui persequebatur, & ille qui persecutionem sustinebat, ex Ecclesia erant. Permultos e nostris in fraudem impulit, qui quamvis mente non prolapsi fuerint, subscriptione tamen transversi acti sunt, atque cum illis utroque nomine improbis consenserunt. Nam si perpaucos exceperis, qui vel ob nominis obscuritatem contemptui habiti fuerant, vel ob virtutem restiterunt, omnes Orientales tempori obsecuti sunt; alii citius impietatis duces se præbuerant, alii tardius, nempe vel timore perculsi, vel utilitate subacti, vel denique ignorantia circumventi, quod omnium levissimum est. Gregorius senex, Gregorii Nazianzeni pater, per animi simplicitatem abreptus est, dolumque ob animi sinceritatem ab omni dolo alienam non cavit. Monachi tamen ab ejus communione sese subtraxere, simulque abscessit pars populi haud exigua. Gregorius ejus filius præmissa ad Deum oratione, patrem ad veniam culpæ petendam, veritatemque pure ac sincere profitendam hortatur, & facile perducit; eos vero, qui secesserant, adducit ad consensum & concordiam; sicque suum huic Ecclesiæ reddidit ornatum, medendique celeritate oblivionem morbi attulit. Dianius quoque Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, qui Basilium a se baptizatum ordinaverat Lectorem, eadem tempestate dejectus est. Arianis in Sardicensi Concilio jam consenseret, sed ante mortem resipuit.

Gregor. Nazianz. orat. 12. & 19. & in ejus vita.

Basil. ep. 26.

Sozom. l. 4. c. 19.

XLII. Hilarius in Gallias reversus ubique vidit sævientem persecutionem. Ursacio & Valenti permiserat Imperator ut Occidentalium partium Ecclesias pro arbitrio suo ordinarent, & formulam fidei Arimini perlectam promulgarent; eos vero qui illi subscribere renuissent, Ecclesiis ejicerent, & in eorum locum alios constituerent, quod illi fecerunt. Tunc, inquit, Hieronymus, Usiæ nomen abolitum est; tunc Nicænæ fidei damnatio conclamata est. Ingemuit totus Orbis, & Arianum se esse miratus est, non quidem mente, vel professione, sed subscriptione, & communione cum Arianistis talis videbatur. Neque enim pristinam fidem mutaverant Patres Ariminenses, sed fraudem sibi factam non senserant. Hinc, ut addit ibidem Hieronymus, alii intra suam communionem remansere, alii ad eos confessores, qui sub Athanasii nomine exulabant, cœperunt literas mittere: nonnulli junctam societatem meliorum desperatione planxerunt: pauci vero errorem pro Concilio defensavere: Liberius Romanus Pontifex numquam subscripsit, vel illi prævaricationi consensum accommodavit, teste Damaso ejus successore. Idem testantur Socrates & Sozomenus authores Græci; sæviente persecutione hunc in vicino cœmeterio latuisse ferunt usque ad obitum Constantii, qui contigit anno sequenti. Alii plures tum in Occidente, tum in Oriente non subscripsere, præsertim quos principatus sui tempore in exilium ejecerat Imperator; quamvis enim alios per vim eis subrogarit; hi erant intrusi atque fures, illi vero Pastores legitimi, ac proinde in judiciis ecclesiasticis eorum tantum suffragia numerari debent. Eorum vero qui sedes eorum invaserant, nulla ratio habenda est, & reipsa pace reddita redacti sunt in ordinem. Galliarum, & primæ Germaniæ, & Hispaniarum, & Africæ Episcopi subscriptionem Ariminensem jam retractarant. Indorum vero atque Persarum, aliarumque barbararum nationum Antistites fidem Nicænam semper retinuerant: ita ut Athanasius non multo post non dubitaverit affirmare Joviano Imperatori, multo plures secum fidei Nicænæ adhærere. Ac proinde formulæ, quæ favebat hæresi, non consensit Ecclesia Catholica. Dixi, favebat hæresi: nullum enim expressum continebat errorem, ut superius S. Gregorii Nazianzeni & Hieronymi authoritate probavimus.

Hieron. adv. Lucif.

Sozom. ibid.

Socrat. l. 2. c. 37.

Liberius cum multis non subscripsit Ariminensi formulæ.

XLIII. S. Martinus Sabaria Pannoniarum oriundus patre gentili & tribuno militum, tunc iterum se pietate informandum tradidit Hilario. Ipse militiam in adolescentia secutus inter scholares alas sub Constantio, deinde sub Juliano Cæsare militavit, non tamen sponte. Nam cum esset annorum decem, invitis parentibus ad ecclesiam confugit, seque Catechumenum fieri postulavit. Mox eremum concupivit, fecissetque votis satis, si ætatis infirmitas non obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria, aut circa Ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in puerili ætate, quod postea devotus implevit. Sed cum edictum esset a Regibus, ut veteranorum filii ad militiam scriberentur, prodente patre, cum esset annorum quindecim, raptus & sacramentis militaribus implicatus est. Triennium fere ante baptisma in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas, patientia vero atque humilitas ultra humanum modum, quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. Miseris omnibus subveniebat, nihil sibi ex militiæ stipendiis præter quotidianum victum reservans.

Christi An. 360.

Ibid.

Aliquando cum jam nihil præter arma & simplicem militiæ vestem haberet, media hyeme, quæ solito asperior inhorruerat, adeo ut plerosque vis algoris extingueret, obviam habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum, qui cum prætereuntes, ut sui misererentur, oraret, omnesque miserum præterirent, intellexit sibi illum reservari. Arrepto itaque ferro, quo accinctus erat, mediam chlamydem dividit, partemque ejus pauperi tribuit, reliqua rursus induitur. Nocte insecuta cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum. Mox ad Angelorum circumstantium multitudinem, audit Jesum Christum clare voce dicentem; Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit. Quo viso vir beatus bonitatem Dei in suo opere cognoscens, cum esset annorum duodeviginti, ad baptismum convolavit. Tribunique sui precibus evictus, qui transacto sui Tribunatus tempore renuntiaturum se sæculo pollicebatur, adhoc per biennium fere militavit. Interea irruentibus in Gallias barbaris, Julianus Cæsar coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus; singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est: tunc opportunum tempus existimans, hactenus, inquit ad Cæsarem, militavi tibi; patere ut nunc militem Deo. Cæsar exprobrat, eum metu pugnæ, non religionis gratia detrectare militiam. Martinus intrepidus, crastina die, inquit, ante aciem inermis astabo, & in nomine Domini Jesu, signo Crucis, non clypeo protectus, hostium cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in custodiam jubetur, facturus fidem dictis. Postera die hostes legatos de pace miserunt.

Ibid.

XLIV. Exinde relicta militia S. Hilarium expetivit, & aliquamdiu apud eum commoratus est. Tentavit Hilarius, imposito Diaconi officio, sibi eum arctius implicare, sed eum restitisset, indignum se esse vociferans, Exorcistam eum esse præcepit; nec multo post admonitus per soporem, ut parentes adhuc gentiles religiosa sollicitudine visitaret, ex voluntate sancti Hilarii profectus est, multis ab eo adstrictus precibus, & lachrymis, ut rediret. Matrem gentilitatis absolvit errore, patre in malis perseverante; plures tamen suo salvavit exemplo. Ariana hæresi grassante in Illyrico, cum adversus perfidiam sacerdotum solus pene acerrime pugnaret, virgis publice cæsus est, & ad extremum de civitate exire compulsus. Galliam repetens, cum Hilarium exulare cognovisset, Mediolani sibi monasterium statuit. Ibi quoque eum Auxentius princeps Arianorum gravissime insectatus est, multisque affectum injuriis de civitate exturbavit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad Insulam Gallinariam nomine secessit, haud procul a Liguria, comite quodam Presbytero magnarum virtutum viro; hic aliquamdiu radicibus vixit herbarum, quo tempore etiam elleborum inscius in cibum sumpsit, sed cum vim veneni in se grassantis vicina jam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit. Nec multo post cum Hilarium redire comperisset, Romæ tentavit ei occurrere; cumque jam prætergressus, eum est vestigiis prosecutus: cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido Pictaviensi monasterium collocavit; nullum in Galliis novimus antiquius.

Ibid.

Catechumenus ei se junxit, cupiens ejus disciplinis institui; paucis interjectis diebus languore correptus, tam subita morte oppressus est, ut absque baptismate humanis rebus excederet. Martinus, qui tum aberat, post triduum redit, tum egredi cellulam, in qua corpus jacebat, cæteros jubet, ac foribus obseratis, super exanimata defuncti fratris membra prosternitur; & cum aliquamdiu orationi incubuisset, erectus paululum orationis suæ ac miseri-

cordiæ

CHRISTI AN. 360. & 361. cordiæ Domini intrepidus exspectabat eventum: cixque duarum fere horarum spatium intercesserat, vidit defunctum paulatim membris omnibus commoveri, & laxatis in usum videndi palpare luminibus. Ita redditus vitæ, statim baptisma consecutus, plures postea vixit annos. Nec multo post, dum agrum Lupicini cujusdam honorati viri præteriret, clamore & luctu turbæ plangentis excipitur, indicaturque unum e familia servulum laqueo sibi vitam extorsisse. Ingreditur, exclusisque omnibus turbis, superstratus corpori aliquantisper oravit. Mox vivescente vultu defunctus erigitur, adprehensaque beati viri dextera, cum eo usque ad vestibulum domus, turba omni inspectante, processit.

Fortunat. vit. D.Hilar. XLV. D. Hilarius iisdem temporibus miraculis inclaruit; infantem absque baptismi regeneratione defunctum suis precibus ad vitam revocavit. Præterea cum Abram filiam suam incolumem invenisset, tentat ejus animum, si vellet videre sponsum, quem patria gratia procideret? Libenter, inquit illa. Quam voluntatem pius pater agnoscens, intentus orationibus non cessavit, donec sine dolore, sine contagio, se præsente, filia migraret ad Christum, quam propriis manibus, ut decuit, venerandæ tradidit sepulturæ: quod cum vidisset Abræ mater, a viro postulat, ut & ipsa cum filia præmitteretur ad regnum. Cujus vota considerans, assidua oratione & ipsam ante se transmisit ad gloriam. Quis æstimaturus est talem virum ita dilexisse Dominum, conjugis & filiæ affectu contempto?

Hilar. contra Const. num. 2. Hier. de script. Eccl. XLVI. Hilarius anno Christi trecentesimo sexagesimo primo, scilicet quinque annis postquam missus est in exilium, ut ipse testatur, contra Constantium scripsit librum, cujus meminere D. Hieronymus, & Facundus Hermianensis. Priusquam eum absolveret, obiit Constantius; hinc imperfectus est. Recentior quidam, ut suppleret quod deerat, ei assuit additamentum ex ipsismet Hilarii de Trinitate libris. Hilarius, qui semper, & præsertim toto exilii sui tempore, summam exhibuerat moderationem, & reverentiam erga Imperatorem, dum aliqua fuit spes unionis ineundæ; ea penitus amissa, gravi dolore commotus ob deplorātum Ecclesiarum statum, ac fidei periculum, adversus Constantium persecutorem aspere invehitur; sic tamen ut a cæteris ejus vitiis carpendis abstineat: hoc unum fortiter reprehendit, quod Christo vera divinitas abrogetur.

D. Hilarius scribit contra Constant. Num. 5. Præmissis his causis tam vehementis orationis, Constantii persecutionem sic describit: " Nunc pugnamus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum, . . . qui non proscribit ad vitam, sed ditat in mortem; non trudit carceri ad libertatem, sed intra palatium honorat ad servitutem . . . non ignes publice minatur, sed gehennam privatim accendit. Non contendit, ne vincatur; sed adulatur, ut dominetur. Christum confitetur, ut neget . . . unitatem procurat, ne pax sit . . . Ecclesiæ tecta struit, ut fidem destruat. Te in verbis, te in ore circumfert

Num. 7. & omnia omnino agit, ne tu Deus, ita ut Pater, esse credatis. Episcopatus tuis donas, bonos malis demutas, sacerdotes custodiæ mandas, exercitus tuos ad terrorem Ecclesiæ disponis, Synodos contrahis, & Occidentalium fidem ad impietatem compellis, conclusos urbe una, scilicet Ariminensi, minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione depravas; Orientales autem dissensiones artifex nutris, blandus elicis, fautor instigas: ceterum turbator es, profanus novorum es: omnia sævissima sine invidia gloriosarum mortium peragis, & sine

Num. 8. martyrio persequeris. Plus crudelitati vestræ, Nero, Deci, Maximiane, debemus. Diabolum enim per vos vicimus. Sanctus ubique beatorum Martyrum sanguis exceptus est, & veneranda ossa quotidie testimonia sunt, dum in his dæmones mugiunt, dum ægritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur . . . at tu, omnium crudelissime, damno majore in nos, & venia minore sævis; specie religionis impietatem peragis, Christi Fidem, Christi mendax prædicator, extinguis. " Sanctorum reliquias esse venerandas, eorumque virtutem hic

Ibid. apertissime prædicat Hilarius.

Num. 17. *Christi divinitas.* Hinc recenset varias clades quas Ecclesiæ intulit Constantius. Tum propius ad rem veniens examinat formulam Ariminensem, cujus subscriptionem urgebat Constantius, ostenditque fraudulentiam: "

Num. 17. Similem, inquit, quod scriptum non est, Patri Filium decernis prædicari, ut æqualem Christum Deum, quod scriptum est, taceas . . . Vetas igitur non scripta dici, scilicet Filium Patri Consubstantialem, vel ei similem per omnia etiam secundum substantiam; & ipse tamen non scriptis uteris, neque quæ sunt scripta loqueris. Similem vis Patri Filium prædicari, ne ab Apostolo audias: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanivit se formam servi accipiens, non rapit quod erat Christus, sed est in forma Dei esse. Non est æqualitas Dei in forma Dei esse, si non æqualitas hominis est, esse in forma servi. Quod si in forma servi, homo Christus est; quid aliud in forma Dei, quam Christus Deus est . . . . mihi quidem similitudo, ne unioni detur occasio, sancta est: sed tibi a me non concedenda est; quia æqualem eumdem, & similem postea pie fatebor. Similem autem Patri, similem quoque Deo religiose prædicabo: similem vero ita, ut similitudini hoc tibi semper ante feram; Ego & Pater unum sumus. " CHRISTI AN. 361. Ad Philip. 2. Num. 22. Joan. 10. Ibid.

Denique Constantio & Arianis suam sic exprobrat in fide inconstantiam, quæ se prodebat tot formulis, quibus a seipsis constituta abrogabant, ut nova substituerent: " Fidem autem non demutat vera Christi Ecclesia . . . Taceo cur nostra apud Nicæam a Patribus gesta rescindis, non enim cum his tibi convenit: hoc tantum quæro, cur tua damnas? Fidem enim unam; & unum baptisma Apostolus prædicat. Jam quidquid apud te præter fidem unam est, perfidia, non fides est; nam qui fidem emendando condemnas, damnationem fidei esse constituis, dum apud te aboletur per alteram quæ per alteram rursus abolenda est. Cujus enim tu eandem Episcopi manum innocentem reliquisti? Damnare homousion decernis, antiquatis fidem, & pietatis securitatem. Anathematizari homoeusion ab his ipsis, a quibus usurpatum est, constituisti: quod tametsi ad fidem nobis otiosum est, tamen rescindentibus fidei suæ damnatio. Damnas quoque & Substantiæ nomen, quod te & Sardicensi Synodo & Sirmiensi pium esse Occidentalibus mentiebaris . . . omne itaque quod probatum antea est, damnare jubes; quod improbatum semper est, sanctificare compellis. O tu scelestе, qui ludibrium de Ecclesia facis . . . Substravisti voluntati tuæ Orientales Episcopos; neque solum voluntati tuæ, sed & violentiæ. Mandas tibi subscriptionem Afrorum, quibus blasphemiam Ursacii & Valentis condemnaverant, reddi. Renitentibus comminaris, & postremum ad diripiendos mittis . . . anathema tibi 318. convenientes apud Nicæam Episcopi sunt: anathema deinde omnes, qui variis exinde expositionibus adfuerunt. Ipse quoque pridem jam mortuus anathema tibi Pater tuus est, cui Nicæna Synodus fuit curæ, quam tu falsis opinionibus infamatam perturbas, & contra humanum divinumque judicium cum paucis satellitibus tuis profanus impugnas: " Iisdem temporibus adversus Ursacium & Valentem scripsit historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodi; illius tantum supersunt fragmenta quædam maximæ utilitatis, literas enim actaque antiqua continent. Num. 23. Num. 25. Num. 26. Num. 27. Hier. de script. Eccl.

XLVII. Hilarius non tantum scriptis, sed & Conciliis in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformavit. Optimum factu arbitratus revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, perfecit ut Parisiis Gallicanorum Episcoporum Synodus celebraretur. Jam minus timebatur Constantius, Julianus enim ab exercitu proclamatus Augustus, Gallias tenebat, Catholicamque Fidem externa profitebatur. Perlectis in ea Orientalium exolum literis, quibus Occidentales admonebant de blasphemiis Acacianorum, eosque ab eorum societate deterrebant. His cognitis, simulque Orientalium in retinendo Usiæ vocabulo constantia, Galli sequentem eis miserunt Synodicam, qua res ab eis in ea Synodo gestæ continentur. Sever. Sulp. l. 2. *Synodus Parisiensis pro fide Nicæna.*

XLVIII. " Ex literis vestris, quas dilecto Fratri & consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem diaboli, & conspirantia adversus Ecclesiam Domini hæreticorum ingenia cognovimus, ut divisi in partibus Orientis atque Occidentis, diversis invicem opinionibus falleremur; nam plures numero, qui aut Arimini, aut Niceæ in Thracia adfuerunt, sub auctoritate vestri nominis ad Usiæ silentium sunt coacti: quod verbum a vobis quondam contra Arriomanitarum hæresim inventum, a nobis semper sancte fideliterque susceptum est: nam homousion sermonem ad veram & legitimam ex Deo Patre Unigeniti Hilar. fragm. 11. n. ed.

nativi-

CHRISTI AN. 361. nativitatem significandam sumus amplexi, detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam unionem, neque aliam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum Unigenitum Deum natum; unius a nobis idcirco vel Usiæ, vel Substantiæ cum Deo Patre confessum, ne creatura potius aut adoptio, aut appellatio videretur. Et quia ex ipso esset, ut ex Patre Filius, ut ex Deo Deus ...... Similitudinem quoque ad Deum Patrem non inviti audientes, ... sed eam solam similitudinem dignam ad Patrem intelligentes, quæ Dei veri sit ad Deum verum: ita ut non unio divinitatis, sed unitas intelligatur .... Hanc igitur fidem semper tenentes, & tenebimus .... Itaque charissimi, cum ex literis vestris in Usiæ silentio fraudem se passam simplicitas nostra cognoscat: nos quoque ab his omnibus, quæ per ignorantiam perperam gesta sunt, referimus. Auxentium & Ursacium ac Valentem, Gajum, Megasium & Justinum excommunicatos habemus secundum literas vestras; & certe, ut diximus, juxta Fratris nostri Hilarii professionem, qui se pacem cum his, qui horum sectarentur errores, habiturum negavit. Blasphemias quoque omnes, quas literis vestris subjecistis, damnamus, maximeque eorum sacerdotes apostatas respuentes, qui in loca fratrum exulantium, quorumdam aut ignoratione, aut impietate sunt substituti, pollicentes hic coram Deo, atque etiam confirentes, ut quisque his, quæ statuimus, intra Gallias putaverit renitendum, a communione ac sede sacerdotii sit abjiciendus. A qua etiam Saturninum Arelatensem, qui statutis salubribus impiissime contradicit, secundum Fratrum nostrorum geminas literas excommunicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis charitas vestra cognoscat: quem & vetera dissimulata jam diu licet crimina indignum Episcopi nomine esse fecerunt. Ac proinde vel in Patriarcha-
Sever. Sulp. L. 2. num. 59. tu Romano tunc Episcopos deponebant Synodi. Saturnino Ecclesia ejecto, partium Arianarum vires, amisso duce, infractæ sunt. Paternus etiam a Petrocoris æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus: cæteris venia data, illud apud omnes constitit, unius Hilarii beneficio Gallias periculo hæresis liberatas.

XLIX. Lucifer quoque Calaritanus in Oriente exul plures libros scripsit adversus Constantium: primus est pro D. Athanasio, quem juste damnari non
Lucifer Calarit. scribit adversus Constantium. posse probat: alter est de Regibus apostatis: illius argumentum sic ipse proponit alloquens Constantium: " Usitatum quia habere dignaris verbum, quod nisi & integre crederes, & hæc quæ geris circa nos Deo essent placita, jam fuisses extinctus; paucorum tibi in apostasia atque crudelitate æqualium Regum facta desideravi relegere, quo possit vox illa tua sepeliri, quæ dicat, nisi Catholica esset fides Arii, hoc est mea, nisi placitum esset Deo quod illam persequar fidem Nicænam, numquam profecto adhuc in Imperio florerem. Non illorum Regum facio mentionem, qui a Dei notitia fuerunt alieni; de his solis tracto, qui in Judæa noscuntur regnasse, " quos constat in sua impietate fuisse felices. Tertius est de non conveniendo cum hæreticis: ejus argumentum sic clarius explicat, Imperatorem alloquens: " Cum omnibus perniciosis tuis conatibus advertisses itum obviam, cumque omnia machinamenta contra Ecclesiam Dei tua, reperisses cuncta Dei populo revelata, dixisti nos fuisse atque esse inimicos pacis, hostes unitatis, adversarios etiam fraternæ charitatis. Si inter Dei cultores & ejus religionis inimicos nihil esse debet inter, cur Moyses tempore illo quo vidit populum illum carnalem Judaicum, cujus tu sapientiam tenes, idololatriæ incurrisse reatum, posteaquam gladio certos percuti fecit, etiam stationem suam segregatam esse voluit? ..... per quod factum ostensum est vos in Deum peccantes vitandos, secedendumque esse a vobis.

Hier. de scrior. Eccl. Eorum librorum stylus durior est & amarior; indicium tamen miræ constantiæ & præparati animi ad martyrium. Reipsa eos in occulto non tenuit Lucifer, vel nomen dissimulavit, sed transmisit ad Constantium; qui commotus ejus audacia, Florentio magistro officiorum præcepit, ut sic ei rescriberet: " Nomine tuo codicem quidam Domino & Augusto nostro obtulit, hunc ad sanctitatem tuam perferri mandavit: & cognoscere desiderat, si idem codex a te destinatus sit. Id ergo quod in fide veri est, præscribere debebis, & codicem remittere, ut possit æternitati ejus denuo offerri. " Rescripsit Lu- CHRISTI AN. 361.
cifer: " Codicis perlatorem, quem memorat honorificentia tua nomine meo adiisse Imperatorem, a mea fuisse destinatum mediocritate, ipsum quoque codicem, ut es admonere dignatus, sollicite inspectum, atque Bonoso in rebus agenti perferendum traditum scias. His informanda fuit religiosa prudentia tua, fili charissime. Jam tuæ erit generositatis, agnitum a me sine ulla cunctatione defendere. Nos etenim, propitio Deo, contra ea, quæ in nostram parantur necem, stare læros, cur tali scripserim modo, cum discutere cœperit, inveniet. " Constantius his acceptis affectandam patientiam existimavit, se tantum contumeliis indigne affectum conquestus est.

L. Illius expostulationi duobus aliis libellis re- Ibid.
spondit Lucifer. Prioris hic est titulus: De non parcendo in Deum delinquentibus. " Superatum te, Imperator, inquit, a Dei servis ex omni cum conspexisses parte, dixisti passum te ac pati a nobis contra monita sacrarum Scripturarum contumeliam: dicis nos insolentes extitisse circa te, quem honorari decuerit. Si quisquam Dei cultorum pepercit apostatis, sint vera quæ dicis de nobis. Unde ardiamur, ut tu nunc a nobis corriperis, ita esse correptos omnes ereticos per Dei cultores, quo probare possimus. " Idque multis confirmat exemplis, quæ e sacris Scripturis mutuatur. Ex his sic concludit: " Quid aliud nos hodie facimus Dei servi, ejus divinæ magnitudinis sacerdotes, nisi quæ fecerunt illi, quorum cupimus inveniri imitatores? Puto enim dignum esse non derelinquere populos nobis commissos in tanta hac a te illata persecutione; sed eos hortari; quod enim poteas sit, cujus sumus, nos eripere de inimicorum suorum manibus, non esse te metuendum hostem Dei domus; advertendum quod sis nihil, quia videlicet noster Deus ac Dominus omnia potens ad nihilum redacturus sit omnia contra ejus domum instituta impia tua consmimina ..... Persevera denique in hac tua injustitia, & invenies quæ te pro tantis consequuntur malis. Superbia inflatus es, inquis, Lucifer, quia vera tibi dicit: Quid me jubebas facere tempore isto, quo tu Anti-christi præcursor ad nos interficiendos arma contra Dei levasti domum? Tempore quo extitisti unici Filii Dei negator? tacerem ne? & te lupum venientem ad Dei vastandum gregem sinerem? .... Numquid fuerat dignum non pastores, sed mercenarios exhibere nos? .... Ego quia verbo animum illum tuum cruore Christianorum madidatum vulnero, reus judicor contumeliarum a te. Cur Imperator non ulcisceris te de me? Cur contumelias non digneris defendere? vindicare te de homine mendico? Quia adhuc non fuerit tibi data potestas ab eo, cujus nos esse confidens, tibi hæc libera dico voce, quæ quidem juxta nefandos tuos actus prava mihi videantur: Tibi omnibusque divitiis regni tui, patri quoque tuo diabolo renunciasse nos cum videris, & a fide nullo pacto recessuros inspexeris, multum misereri nos scias, quod cum ore gladii soleas displicentes tibi devorare, nobis parcas .... Sed si existimas me parcere tibi debuisse, propterea quod sis Imperator, & in hoc inveniris imprudens. Audis enim dicere Apostolum: Peccantes coram omni- 1. Tim. 5.
bus argue, ut & cæteri timorem habeant .... Probant epistolæ meæ mediocritatis & libri rustico licet sermone descripti, me sæpe dixisse, quod peccata quidem fecerint nostra ut in tuas Anti-christi præcursoris veniremus manus, te tamen pugnare contra Deum, & idcirco nisi tibi prospexeris, te quidem ut Antiochum in æternam pœnam iturum, nobis vero propitiaturum Dominum. " In his paucis satis se prodit Luciferi zelus amarior. Ultimum ejus opus inscribitur: moriendum esse pro Dei Filio. In eo probat nihil adversus veros Fideles posse Constantium, quantumvis potentem.

LI. Athanasius his cognitis ad Luciferum Euty- Athan. nov. edit. pag. 963.
chetem Diaconum misit cum sequenti epistola .... " Pervenit ad nos scripsisse sanctitatem tuam Constantio Augusto, & magis magisque miramur, quia in medio tanquam scorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantes ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant etiam mecum omnes Confessores, ut digneris nobis exemplum destinare, ut non tantum auditu, sed etiam ex literis possint perspicere omnes animæ tuæ virtutem, fideique fi-

duciam

CHRISTI AN. 361.

fiduciam & libertatem. „ His acceptis literis Lucifer misit libros suos adversus Constantium, quos cum legisset Athanasius, Græce reddidit, gratiasque

Ibid.

agens Lucifero, sic eum laudat: Accepimus libros religiosissimæ ac sapientissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginem Apostolicam, fiduciam propheticam, magisterium veritatis, doctrinam veræ Fidei, viam cœlestem, martyrii gloriam, triumphos adversus hæresim Arianam; ...... qui antea eras apud omnes amabilis, nunc tantus est amor affectionis tuæ in omnium animis collocatus, ut Heliam te temporibus nostris nominent. Tantum erat fidei periculum, ut remedium licet amarum gravius non videretur. Exilii locum quater mutare coactus Lucifer. Eleutheropoli exulans apud Eutychium illius urbis Episcopum Arianum ab eo dura passus est. Hic cum omnes Catholicæ communionis graviter insectaretur, invenit eos apud Luciferum conventus agentes, astantes fustibus cædi, Scripturas & sacra vasa diripi jussit.

Marcel. in lib. Chron.

LII. Eudoxius, qui & Cyzicenæ plebis sanam fidem probe noverat, monuerat Eunomium, ut sententiam suam occultaret, nec eam illis aperiret, qui accusandi causas rimabantur: opportunum enim, ajebat, tempus nacti, ea quæ nunc occultamus, prædicabimus, & ignaros quidem docebimus, contradicentes vero aut verbis flectemus, aut vi cogemus, aut pœna afficiemus. His monitis obsecutus Eunomius, obscuritate verborum involutam impietatem suam prædicare instituit. Sed qui divinis literis erant apprime imbuti, cum in illis sermonibus latentem fraudem animadverterent, nec auderent palam contradicere, hæreticorum specie domum ad eum veniunt, rogantque ut dogmatis sui veritatem aperte ipsis exponeret, nec pateretur ipsos discrepantibus doctrinis huc & illuc circumferri. Tum ille assumpta fiducia, opinionem, quam celabat, aperuit. At illi iniquum & prorsus impium facinus esse dixerunt, si non & reliqui omnes, quibus præerat, ejus veritatis fierent participes. His inductus Eunomius in concionibus publicis blasphemiam suam evulgavit.

Theod. hist. l. 2. cap. 29.

Ibid.

Tum vero illi zelo fidei succensi Constantinopolim pergunt; ac primum quidem Eunomium apud Eudoxium accusarunt, judiciumque urgebat Hesichius presbyter; quod cum semper differret Eudoxius, Imperatorem adierunt, labem ab Eunomio invectam deplorantes. Ea enim quæ ab isto dicerentur, Arii blasphemiam atque impietatem longe superare aiebant. Hanc ob causam indignatus Imperator, Eudoxio præcepit ut Eunomium ad se accerseret, & convictum sacerdotio privaret. Sed cum Eudoxius licet ab accusatoribus sæpius interpellatus, moras nectere perseveraret, rursus illi Imperatorem convenerunt, querentes ac vociferantes nihil eorum, quæ imperata fuissent, Eudoxium præstitisse. Tunc Constantius Eudoxio ipsi exilium minatus est, nisi Eunomium ad causam dicendam evocaret, & de objectis criminibus convictum pœna afficeret. Quibus minis perterritus Eudoxius, Eunomio per literas significavit, ut Cyzico cederet, sibique ipsi imputaret quod monitus non paruisset; absentemque damnavit. Eunomius metu perculsus subduxit se quidem, sed ignominiam iniquo animo ferens Eudoxium proditionis accusavit, seque & Aetium injuria affectum esse dixit, atque ex eo tempore propriam sectam constituit. Quotquot enim consensionis illorum in fidei doctrina conscii erant, ab Eudoxio quidem recesserunt, proditionem ejus damnantes, Eunomio vero se adjunxerunt, & ex ejus nomine dicti sunt Eunomiani. Ipse secessit in Cappadociam patriam suam, Episcoposque ac Presbyteros ordinavit, licet Episcopali dignitate exutus.

August. de hær. Socrat. l. 4. c. 9. *Eunomii errores*. Theod. hær. Fab. lib. 4.

LIII. Eunomius in dialectica prævalens, acutius & celebrius defendit hanc hæresim; dissimilem per omnia Patri asserens Filium, & Filio Spiritum sanctum. Sacrarum quidem Scripturarum parum omnino peritus fuit, nec earum intelligentiam assequi potuit. Verborum tamen copia abundans, & eadem assidue repetens, nunquam propositum sibi scopum valuit attingere, sicut manifeste declarant septem libri, quos in epistolam Pauli ad Romanos incassum elaboravit. Tantæ tamen fuit superbiæ, ut impudenter gloriaretur, se nihil ex rebus divinis ignorare, sed ipsam etiam Dei substantiam exacte scire, eamdemque habere de Deo cognitionem, quam ipse de seipso habet Deus. Baptismi ritus immutavit, quippe jam baptizatos iterum baptizabat, semel tantum eos im-

Epiph. hær. 76.

mergens non modo qui a Catholicis, aut ab aliis hæresibus, sed etiam eos qui ab ipsismet Arianis deficiebant. Repetiti porro illius baptismatis hæc fuit formula. In Nomine Dei increati, & in Nomine Filii creati, & in Nomine Spiritus sanctificantis, & a creato Filio procreati. Inamissibilem ex sola fide justificationem ex Simone Mago mutuatus docebat, nihil a nobis aliud flagitare Deum, quam ut cognoscamus ipsum, quemadmodum Christus declaravit hisce verbis: Da ipsis, Pater, habere in seipsis veram Fidem, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Ex tam perdito principio totius moralis Christianæ corruptela sequebatur, & flagitii cujuslibet perpetrandi licentia. Omnes sectatores ejus Basilicas Apostolorum & Martyrum non ingrediebantur, ut scilicet mortuum adorarent Eunomium, cujus libros majoris authoritatis arbitrabantur, quam Evangelia.

CHRISTI AN. 361.

Joan. 17.

Hieron. epist. 53

LIV. Macedonius etiam propriæ sectæ author & patronus extitit. Spiritum sanctum disertis verbis creaturam appellavit. Eamdem cum illo opinionem amplexi sunt Eleusius, Basilius Ancyræ, & Eustathius, & reliqui omnes qui rejecto Consubstantiali, cum eo dicebant Filium Patri Similem; quibus haud exigua pars populi adhæsit tam Constantinopoli, quam per Thraciam, Bithyniam, & Hellespontum finitimasque provincias. Nam vivendi ratio, quam vulgus potissimum spectare solet, haudquaquam in illis culpanda erat. Etenim incessus eorum gravis; disciplina vero monasticæ similis fuit. Adhæc sermo non invenustus & ingenium ad persuadendum accommodatum. Marathonius hanc hæresim tum studio, tum opibus suis tantopere adjuvit, ut illius sectatores a quibusdam Marathoniani appellarentur. Hic ex rationario publico officii Præfecturæ prætorianæ, cum opes maximas sibi comparasset, finita militia, ægrorum ac pauperum sub eodem tecto degentium curam gessit. Postea suasu Eustachii Sebastiæ Episcopi monasticam amplexus est vitam, & sodalitium monachorum instituit Constantinopoli, sicque perfecit, ne hæc heresis ibidem penitus extingueretur, quamvis post depositum Macedonium usque ad principatum Arcadii nullos Episcopos habuerint Macedoniani, qui dicebantur Pneumatomachi, seu sancti Spiritus oppugnatores. Novum errorem non adinvenit Macedonius, sed promulgavit. Ariani, inquit Athanasius, inepte contendebant & Filium exitrorum esse; & Spiritum sanctum ex nihilo esse. Sed secundam hanc partem admittebant ut consequens prioris, quam solum verbis & scriptis tueri & propagare conabantur. Hinc de Spiritu sancto pauca dixit Nicænum Concilium.

Theod. hist. l. 2. cap. 6. Sozom. l. 4. c. 27

Athan. orat. 3. advers. Arianos rium. 15.

LV. Athanasius hanc hæresim oppugnavit in epistola ad Serapionem Thmuitarum Episcopum, qui suis literis eum de hac nova blasphemia fecerat certiorem, rogans ut eam propulsaret, responderetque argumentis hujusmodi hæreticorum, quos Tropicos vocat, eo quod confugerent ad tropos, ut Scripturæ testimonia de Spiritu sancto eluderent. Illius precibus inductus adversus eos hæc ei rescripsit: “ Arianorum quidem nequaquam aliena est hujusmodi sententia; postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem de ejus Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos dicere necesse est, sed satis esse debent, quæ antea dicta sunt. Quod autem ad illos spectat, qui falsa de Spiritu sancto errantes opinantur, ipsis convenit respondere. Mira enim profecto videtur eorum amentia, quod scilicet ii qui Filium Dei rem creatam esse nolunt, ... Spiritum Filii rem esse creatam vel etiam audire patiantur. Si enim propter Verbi cum Patre unitatem nolunt Filium esse e rebus factis .... Quare Spiritum sanctum, qui eamdem habet cum Filio unitatem, quam Filius cum Patre, rem creatam esse audent dicere? Cur ignorant quod quemadmodum Filium a Patre non dividendo, Dei unitatem servant, ita dividendo Spiritum a Verbo, non amplius unam in Trinitate servant divinitatem, dividentes ipsam, eique admiscentes alienam diversamque naturam, quam inter res creatas collocant? Unde infert: si recte de Verbo sentirent, recte quoque de Spiritu sancto, qui a Patre procedit, sentirent. „ His verbis eorum sententiam de Filio erroneam indicat. Reipsa Spiritum sanctum Patri Consubstantialem negavere, quemadmodum Filium. Similitudinem vero secundum naturam, quam Filio propriam esse

Ath. ep. 1. ad Serap. nov. edit. pag. 647. tom. 2. veteris pag. 173.

dice-

CHRISTI AN. 361. dicerent, Spiritui sancto tribuere fuisset inconsequent, ne, ut ajebant, duos filios inducerent, & duos fratres. Quibus respondet: " Silentium in his quæstionibus servare, & hujusmodi illorum argutias dissimulare satius certe fuerit. Verumtamen ne nostrum silentium majoris ipsis fiat impudentiæ occasio, hæc illis reponere non gravabor. Nempe quemadmodum Patris Patrem dicere non possumus, ita nec Filii fratrem .... Unigenitus enim est. Proinde & solus & unus Pater, solius & unius Filii Pater est, atque adeo in sola divinitate semper & est, & fuit Pater & Filius. „ Neque enim de divina generatione eodem modo ac de humana ratiocinandum est: & divisam Deus non habet naturam, nec Filius generat. " Nemo igitur nisi mente captus dixerit, vel cogitaverit fratrem esse Filio, & nomen avi Patri convenire, quæ nomina nusquam eis tribuit Scriptura sacra ....Hæc fidelibus satis esse debent ... Quæ enim fide tradita sunt, hæc non humana sapientia expendere, sed fidei auditu excipere convenit ....„

Ibid. Spiritus sancti divinitatem exinde probat ex Scripturis, quæ de Spiritu sancto eadem affirmant, quæ de Deo prædicant. Demum Pneumatomachis sic opponit Ecclesiæ traditionem. " Veruntamen haud abre fuerit veterem semper traditionem doctrinamque ac Fidem Catholicæ Ecclesiæ investigare, quam scilicet Dominus tradidit, Apostoli prædicavere, & Patres servavere. In ea enim Ecclesia fundata est, a qua si quis exciderit, is necesse nec amplius dici Christianus ulla ratione poterit. Itaque Trinitas sancta & perfecta est, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto agnoscitur, nihilque alienum, vel extrinsecus admixtum habet, neque ex Creatore & re creata constat, sed tota creandi & efficiendi vi prædita est: sibi quoque similis & individua natura unaque ejus efficacia & actio .... Quod si Trinitas sit, ut re ipsa est, quæ quidem, ut ostendimus, individua nec dissimilis est, necesse est unam esse sanctitatem, unam æternitatem, immutabilemque naturam. Ut enim fides, quam ejus nomine accepimus, una est, & nos cum Deo conjungit. Ut item qui aliquid de Trinitate detrahit, & in solo Patris, vel Filii nomine baptizatus, aut sine Spiritu in Patre & Filio, nihil accipit, sed vacuus nec initiatus ipse manet; siquidem initiatio nonnisi in Trinitate sita est. Ita qui Filium a Patre dividit, vel Spiritum ad res usque creatas deprimit; nec Filium nec Patrem habet, sed est impius & infideli deterior. „ Igitur, ut docet Athanasius, invalidus est baptismus, qui sub trium personarum divinarum invocatione non datus.

Misterium Trinitatis.

Ath.nov. ed.p.690. tom. 2. vet.p.16. LVI. Athanasius duas alias de eodem argumento literas scripsit ad Serapionem. In secunda imprimis urget illud argumentum. Spiritus sanctus in Deo est, atque ex Deo procedit; ac proinde non est creatura: In tertia, objectiones, quas solverat in prima epistola, cum acrius urgere Pneumatomachos audisses; iis sic respondit: " Cum inscrutabile sit mysterium Trinitatis, dicit enim Scriptura, quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei, qui in ipso est; Christianorum non esse Dei naturam velle definire humanis rationibus; adversariosque male iis insistere; præsertim cum ipsi respondere non valeant iis Scripturæ testimoniis, quibus eorum impietas convellitur. Nec aliter loquendum sit de Deo, quam docuit Christus, qui se Filium, & illum dixit Spiritum sanctum, nec de Deo ratiocinandum ut de hominibus. „

Ib.p.702.

Matt.12. ibid. Præterea Serapion ab eo etiam postulaverat expositionem illius Christi sententiæ: " Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro: „ Athanasius primo refert opinionem Origenis & Theognosti, quem vocat hominem admirandum & studiosum: uterque docebat Christi verba intelligenda de peccantibus post acceptum in baptismate donum Spiritus sancti, quibus nullus superest pœnitentiæ vel veniæ locus; eamque sic refellit ..... " Si eorum causa, qui post lavacrum peccant, id dictum fuisset, & illi veniam peccatorum obtinere non possent; cur hominem apud Corinthios pœnitentem in charitate confirmat Paulus? Galatas vero retrorsum abeuntes parturit, donec formetur iterum in eis Christus .... Cur vero Novatum culpamus pœnitentiam tollentem, ac dicentem nullam iis superesse veniam, qui post lavacrum peccaverint ...

Ib.p.704. 2.ad Cor. 2. ad Gal.4.

Quod autem in epistola ad Hebræos dictum est, non excludit a pœnitentia peccatores; sed ostendit unicum, & non duplex esse Ecclesiæ Catholicæ baptisma. Hebræis enim hæc scripsit, & ne illi pœnitentiæ obtentu existimarent juxta legis consuetudinem, multa esse & quotidie baptismata, ideo eos ad pœnitentiam hortatur; unamque esse per baptisma renovationem, nec secundam superesse affirmat .... Neque enim ait, impossibile est pœnitere, sed impossibile est nos obtentu pœnitentiæ renovare. Est autem ingens inter hæc dicta discrimen: is enim quem pœnitet, peccare quidem desinit; retinet tamen vulnerum cicatrices. Qui autem baptizatus, veterem exuit hominem, & renovatur superne genitus gratia: „ Peccatum autem blasphemiæ vocat, voluntarie divinam veritatem ultro se manifestantem impugnare ex malitia, quemadmodum Scribæ & Pharisæi, qui videntes Christi miracula, hæc divinitatis opera in Spiritu sancto facta maligne diabolo tribuebant, præcise ut negarent Christum esse Filium Dei .... Quod peccatum cum extinguat spiritum humillimæ pœnitentiæ, veniæ locum non relinquit. Ibidem mysterium Incarnationis accurate explicat. CHRISTI AN. 361.

LVII. Aliam ad eumdem scripsit epistolam de divinitate Filii: in ea compendiose contrahit quæ alias fusius exposuerat adversus Arianos. Id enim multos fideles postulare ei significaverat Serapion. Primum argumentum petit ex his Christi verbis: " Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt, & mea omnia Patris sunt. Itaque æternus est Pater; æternus item Filius ... Omnipotens est Pater; Omnipotens est etiam Filius .... Deus verus est Pater: Deus verus est quoque Filius. Ita enim scripsit Joannes: Sumus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna. Denique nihil habet Pater quod non sit Filii. Idcirco enim Filius in Patre, & Pater in Filio est; quia quæ sunt Patris, hæc in Filio sunt, & rursus eadem in Patre intelliguntur .... Quæ cum ita se habeant ac conscripta sint, quis non videt Filium Patri esse Consubstantialem: quandoquidem nihil simile habet cum rebus creatis; sed quæcumque sunt Patris, sunt etiam Filii? ... Hæc fuit mens & sententia Patrum, cum in Nicæna Synodo Filium Consubstantialem, & ex Substantia Patris esse confessi sunt. Recte enim perspexerunt nullam creatam substantiam posse unquam dicere: Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. „ Secundum argumentum ducit ex his Christi verbis: " Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; (hinc infert.) Quemadmodum patres nostros genitores appellamus, non autem creatores: nemo nos dixerit a patribus creatos, sed natura filios, & patribus consubstantiales. Ita si Pater est Deus, Pater est Filii, quia natura sit Filius, eique Consubstantialis. „

Ath.nov. ed.p.683.

Joan.16. *Christi divinitas.* 1.Joan.5.

Matt.28.

Ibid. Prov. 6. Ariani econtra Filium rem esse creatam ex his duobus Scripturæ locis colligi posse credebant: primo, Dominus creavit me initio viarum suarum. Si creavit, inquiebant, ergo res est creata. Secundo: De die autem illo vel hora, nemo scit, neque Angeli, neque Filius; igitur hanc ignorat ut creatura. Athanasius his respondens, hanc proponit regulam, qua hæc alia pleraque Arianorum argumenta dissolvuntur. " Qui Scripturæ lectioni vacat, perpendere & discernere debet quandonam de divinitate Verbi loquatur, quando vero de humanis ejus actis; ne alia pro aliis intelligendo hallucinemur. Quod utique Arianis accidit; „ laudata enim testimonia, aliaque similia de Filio Dei, quatenus homo est, intelligenda sunt.

Hier.de script. Eccl. LVIII. Serapion Episcopus, cui hæc scripsit Athanasius, ob elegantiam ingenii, cognomen Scholastici meruit, carus D. Antonio, cujus fuit discipulus. Edidit adversus Manichæos egregium librum, & epistolas. Athanasius igitur, qui eum ad episcopatum promoverat, non immerito hæc addit suis ad eum literis: Tu vero prudens cum sis, si quid in his deerit, id, quæso, suppleas, & domesticis fidei legas. Demum sub Constantio etiam in confessione inclytus fuit. Ejus nomen in Romano Martyrologio die vigesima prima Martii inter sanctos adscriptum legitur. Alter Serapion Presbyter & Abbas juxta Arsenoiticam præfecturam vixit, mille circiter monachos regens, quos omnes ita instituebat, ut propriis laboribus victum sibi compararent, & aliis indigentibus

bus

Christi An. 358.

bus subministrarent. Messis autem tempore, pretio conducti fruges metebant, & frumentum quod sibi sufficeret, recondebant, & aliis monachis gratis dabant.

Theod. l.2. c.31. Sozom. l.4. c.28. Theod. ibid.

LIX. Constantius cum Persas res novas moliri accepisset, Antiochiam perrexit; ibidem dum moratur, apud Episcopos egit, ut tam Consubstantialis, quam diversæ substantiæ vocabula rejicerent. Episcopi, qui plurimi convenerant ex diversis provinciis, prius quidem Pastorem gregi præficiendum esse dixerunt; tunc enim Antiochena Sedes erat Pastore destituta; deinde una cum illo de doctrina fidei consultandum. Multi hanc Sedem ambire cœperunt, & variæ Cleri ac populi contentiones ac seditiones inde extiterunt. Eum enim unusquisque ad eam Ecclesiam regendam deligebat, quem sperabat secum in fide consensurum esse. Per idem tempus Meletius urbis Sebastiæ in Armenia Episcopus, cum gregis sui contumaciam ferre non posset, alio migraverat, ibique in otio degebat. Hunc Ariani consentire sibi, & dogmatum suorum participem arbitrati, petierunt a Constantio ut Antiochensis Sedis Ecclesiæ administrationem ei committeret, quippe qui ad dicendum & ad persuadendum idoneus esset imprimis: futurumque omnino sperabant, ut tanti viri fama & authoritate cives Antiochenos ac finitimas civitates ad suam opinionem adducerent. Hunc Seleuciensi Concilio cum Arianis interfuisse male dicit Socrates, ejus enim nomen inter subscriptores non legitur. Econtra Apostolicorum dogmatum defensores, quibus magni Meletii & sanitas doctrinæ, & vitæ sanctitas, & virtutum copia cognita erat, consensum præbuerunt, summoque studio curarunt, ut decretum ea de re perscriberetur, & cunctorum subscriptionibus firmaretur. Atque id decretum, tum hi, tum illi tanquam commune pactum Eusebio Samosatensi Episcopo servandum tradiderunt, generoso veritatis defensori. Cumque Meletius acceptis Imperialibus literis advenisset, universi Episcopi obviam ei processerunt: sed & reliqui Ecclesiæ ordines, & universa populi multitudo obviam occurrerunt.

Ibid. Prov. 8.

Imperator vero & illum & alios, qui dicendi facultate præstabant, hortatus est ut verba illa Proverbiorum, prout in Græco leguntur, Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua, populo exponerent. Et singulorum dicta a Notariis excipi jussit, ita futurum credens ut accuratior expositio a singulis afferretur. Eo potissimum textu utebantur Ariani, ut suam insinuarent hæresim. Ac primum quidem Georgius Laodicænus hæreticum virus evomuit. Post hunc Acacius Cæsariensis Episcopus mediam quamdam protulit expositionem. Tertius demum surrexit magnus Meletius, cujus orationem nobis conservavit D. Epiphanius; hic solam ejus expositionem fidei referemus .... "Fateamur Dei Filium Deum esse de Deo, unum ex uno, unigenitum ex ingenito, eximiam quamdam generantis sobolem, dignumque carentis principio Filium .... Verbum, Sapientiam ac virtutem ejus, qui sapientiam & virtutem omnem excellit .... Quæ quidem soboles neque a Patre profluxit, nec exsecta est, vel divisione propagata, sed citra passionem ab eo integre processit, qui nihil eorum quibus præditus esset, amiserit: Similis Patris soboles, & accuratam in sese Patris effigiem exprimens .... Neque sic existit in altero, ut per se minime subsistat: sed efficax quidam ille fœtus est, qui totum hoc universum quod condidit, perpetuo conservat .... oportet igitur credere Similem esse Patris Filium, utpote, qui illius, qui supra omnia est, imago sit .... Imago porro ejusmodi non qualis est animati figura, id quod animæ est expers; neque velut artis effectio, aut effectionis opus; sed tanquam genitoris id quod genitum est. Cumque præterea nefas sit ad Unigeniti generationem, quæ sæculis omnibus prior est, corporeæ & humanæ generationis proprias notas conditionesque transferre. Ac denique cum ad sapientiæ illius exemplum, quæ humanas cogitationes complectitur, ita Filii sit exigenda generatio, ut per sese subsistat nihilominus, & existat. Ideo ambabus illis dictionibus, creationis & generationis, uti Scriptura voluit; cum creavit perinde dixit ac genuit: non ut eadem de re simul contraria dici videantur; sed ut per creandi vocabulum, subsistentem, ac stabilem unicum esse Dei Filium: per alterum vero genuit, eximium ac peculiare quiddam habere monstraret.

Epiph. hær. 73. num. 29. *S. Meletii fidei professio.* Joan. 16.

Ego enim, inquit, exivi a Patre." Ibidem paulo ante invehitur in eos, qui vocabulo creavit, abutuntur, ut Filii divinitatem evertant.

Christi An. 358. Theod. ibid.

LX. Catholicorum multitudo ingenti plausu hunc excepit. Ariani vero animos demisere, intelligebant eum sentire cum Catholicis, quamvis a Substantiæ & Consubstantialis vocibus abstinuisset. Eudoxius eum hortatus est ut dicta corrigeret; sed cum ille sententiam non mutaret, Ariani illum accusant apud Constantium, quod Sabellii dogma sequeretur, effeceruntque ut in patriam suam Melitenem relegaretur; dum sedens in curru Præsidis deportaretur in exilium, plebs id moleste ferens Præsidem lapidibus petebat, quem Meletius complexus, suis vestibus contexit ejus caput. Sic Antiochia pellitur Meletius triginta circiter diebus post inaugurationem, quo brevissimo temporis spatio jacta ab eo fidei semina adeo adolevere, ut non potuerint evelli.

Chrys. in Melet. tom. 7. Theod. l.2. c.32. Ibid.

Eusebius vero Samosatensis, cum pacta conventa violari cerneret, commendatum sibi decretum de electione Meletii secum deferens, in urbem sibi commissam reversus est. Ariani metuentes ne propriis subscriptionibus convincerentur, suaserunt Constantio ne mitteret quemdam, qui decretum illud repeteret ab Eusebio. Quibus obsecutus Imperator, unum ex iis misit, qui permutatis equis publicis itinera conficere, & quam celerrime responsa perferre solent. Is cum ad Eusebium venisset, ei Imperatoris mandata exposuit: tunc admirandus Eusebius, Non possum, inquit, commune depositum restituere, nisi congregatis prius universis Episcopis, qui mihi illud commendarunt. Imperator his auditis, ira succensus, denuo scripsit decretum reddi jubens, adjecitque mandasse se, ut dextera illi manus abscinderetur, nisi decretum reddidisset. Verum hæc terroris tantum incutiendi causa scripserat. Perlatori enim epistolæ mandavit, ne id quod ipse minatus fuerat, exequeretur. At divinus ille vir perlectis Imperatoris literis, cum supplicium quod ipsi intentabatur, didicisset, una cum dextra sinistram quoque manum protendit, ambas abscindi jubens, nam decretum, inquit, non reddam, quo Arianorum improbitas apertissime convincitur. Hanc ejus fortitudinem cum Constantius cognovisset, tunc laudavit plurimum.

Theod. l.2. c.31. Socrat. l.2. c.44.

LXI. Meletio ejecto, Euzoium in ejus locum substituerunt, qui opinionibus Arii palam patrocinabatur. Hunc enim adhuc Diaconatus officio fungentem magnus Alexander una cum Ario damnaverat. Mox sanior pars populi, ab iis qui Ariana labe contacti erant, sese abrumpens, in Apostolica Ecclesia, quæ in veteri urbe sita erat, congregari cœpit. Etenim post insidias eximio illi Eustathio structas triginta deinceps annos impietatem Arianorum pertulerant, res in meliorem statum mutatum iri sperantes. Sed cum impietatem magis ac magis apud se crescere viderent, quotquot propenso erga Meletium animo erant, relicto Arianorum cœtu, separatim conventus egerunt: Eustathiani enim, qui ab initio Consubstantialis doctrinam probaverant, ipsorum etiam communionem refugerunt, eo quod Meletius Arianorum suffragio ordinatus fuisset, ipsique ejus sectatores baptismum ab iisdem suscepissent. Ad hunc modum Antiochensis Ecclesia tres in partes divisa est; nam, præter Arianos, qui cum Euzoio communicabant, Eustathiani vero & Meletiani, licet in doctrina fidei consentientes, misero schismate divisi separatim synaxes agebant.

Socrat. l.2. c.45. Ath. de Synod. Sozom. l.4. c.29.

LXII. Acaciani tunc omni studio laborarunt, ut iterum Antiochiæ congregarentur, Tauro & Florentio Consulibus: cum Euzoius ei præesset Ecclesiæ, & Imperator ibidem moraretur, pauci quidam ex, quæ prius ab ipsis decreta fuerant, rursus in quæstionem vocarunt, mutataque sententia, qua juxta sacras Scripturas Similem esse Patri Filium scripto tradiderant, rursus ad priorem Arii reversi sententiam, dixerunt omnino dissimilem & nullo modo similem esse Patris Filium, & tantopere a pristina mente deducti sunt, ut iis, qui apertius Ariana loquerentur, admissis, Ecclesias etiam ipsis traderent, ut hinc illi fidentius blasphemias proferrent. Postremo cum iis, qui hoc nomine ipsos accusabant objurgabantque, satisfacere non possent, lecta rursus fidei formula, quæ Constan-

tinopoli

Christi An. 361.

tinopoli approbata fuerat, e Concilio discessetunt, & ad suas Sedes reversi sunt.

Ammia. Marc. lib. 20. Jul. ad Athen.

LXIII. Constantius dum in celebrandis Conciliis mutandisque fidei formulis occupatur; Julianus Cæsar pluribus victoriis Imperii limites restituit in Galliis; Francos, assignatis eis agris, in deditionem accepit; eorumque usus auxiliis Alemannos e Galliis expulit; trajectoque Rheno ad pacem petendam compulit, tributariosque fecit ac vectigales, receptis captivorum viginti millibus. Præclaris hisce facinoribus adversus se concitavit suspiciones Constantii, qui ejus incrementa verebatur. Quapropter stimulante Præfecto Florentio, Decentium tribunum, & Nebridium & Pentadium misit, qui lectissimos ejus milites in Orientem evocarent, eo prætextu, ut primo vere moveret in Parthos. Hoc comperto apud Petulantium & Celtarum legionum signa, famosum quidam libellum humi projecit occulte, inter alia multa id continentem: Nos quidem ad Orbis terrarum extrema, ut noxii pellimur, & damnati. Civitates vero nostræ Alemannis denuo servient, quas a captivitate prima post internecinas liberavimus pugnas. Libello ad comitatum perlato, Julianus eum familiis eos ad Orientem proficisci præcepit, concessis publicis vehiculis. Decentio notario suggerente, per Parisios, ubi Cæsar morabatur, abeuntes transire placuit. Adventantibus in suburbanis occurrit Julianus, ex more laudans quos agnoscebat: atque ad convivium proceres evocavit.

Julianus August. Ibid.

Noctis sub initia in apertum erupere dissidium: palatium petunt, Augustum Julianum horrendis clamoribus concrepant: eum ad se prodire festinatius orta luce adigentes, eoque viso, geminatis clamoribus Augustum appellavere consensione firmissima. Impositus scuto pedestri, & sublatius eminens, cum diadema deesset, Mauri Draconarii torque coronatur, anno Christi trecentesimo sexagesimo: quinos omnibus aureos, argentique singula pondo promisit. Legatos quoque Constantio misit Pentadium officiorum magistrum, & Eutherium cubiculi Præfectum, qui eum de gestis docerent. Sequentem etiam scripsit Epistolam, Cæsarem duntaxat se nominans. Conditionum æquitatem, quam propono, bona fide suscipito, hæc Romano statui prodesse, nobisque, qui caritate sanguinis, & fortunæ superioris culmine sociamur; avide tua præcepta deinde quoque suscepturus sum. Præfectos æquitate & meritis notos tua nobis dabit clementia: residuos ordinarios Judices militiæque moderatores, promovendos arbitrio meo concedi est consentaneum, itemque stipatores. Data est quoque communi militum nomine ad Constantium Epistola, qua pro mutua concordia supplicabant.

Ibid.

LXIV. Julianus post hæc Viennam venit, ubi Helena ejus uxor obiit, cujus corpus Romam misit in suburbano viæ Nomentanæ condendum, ubi soror ejus Constantina Galli uxor sepulta erat. Constantius, qui Cæsareæ Cappadociæ versabatur, missos a Juliano legatos superbe accepit, statim tamen absolvit, & Leonam Quæstorem suum in Gallias cum literis ad Julianum pergere præcepit, nihil novaturum se adserens, sed eum intra Cæsaris se potestatem continere præcepit. Quin etiam Epictetum Galliarum Episcopum ad eum misit, qui de salute fidem daret. Has literas in publica militum concione legi jussit Julianus. Quibus auditis militaris undique clamor attollitur: Auguste Juliane! Constantio hæc retulit Leonas. Julianus vero, ut omnes ad sui favorem alliceret, adhærere cultui Christiano fingebat, a quo jam pridem occulte desciverat; arcanorum participibus paucis, aruspicinæ auguriisque intentus, & cæteris quæ deorum cultores facere solent. Et ut hæc interim celarentur, Januario mense anni sequentis Viennæ in Ecclesiam Christianorum solemniter processit sacro Epiphaniæ die. Appetente vere placata ritu secretiore Bellona, classico ad concionem exercitum evocat, quem oratione sua movet ad bellum Constantio inferendum: Jussi universi in ejus nomen jurare solemniter, Nebridium Præfectum jurare detrectantem dimisit incolumem. Inde movit versus Rauracos, Vendomariumque Alemannorum Regem, Constantio faventem, dolo comprehensum relegavit in Hispanias, ne eo absente vexaret Gallias. Ipse Rauraci profectus, ut ad locum pervenit quo Ister navigari poterat, limbis ascensis, quos opportune fortuna dederat plurimos, per alveum occulte ferebatur, paucisque diebus delatus in ultimas Pannoniæ partes; Lucillianum, qui militibus hujus regionis præerat, eique resistere parabat, intempesta nocte in lecto interceptum ad se perduci jussit. Tunc varias ad civitates Græciæ literas dedit, ut per illas se apud reliquas nationes de suscepto Imperio purgaret. Superest illa quam scripsit ad Senatum populumque Atheniensem, aperte se deorum cultorem profitens.

LXV. Constantius interim Antiochiæ hyemans, amissa jam pridem Eusebia conjuge charissima, tertias cum Faustina nuptias celebrabat, nihilominus de bello Persico cogitans. Paulo post certo comperit, Saporem ad propria revertisse, sacris ejus Concilium dirimentibus. Animum ergo ad Julianum convertens venit Tarsum, ubi leviori febre contractus, ratusque itinerario motu, imminutæ valetudinis excuti posse discrimen, per vias difficiles, petit Mopsuestam, Ciliciæ ultimam, hinc pergentibus, stationem sub Tauri montis radicibus positam: egredique sequenti die conatus, invalente morbi gravitate detentus est, paulatimque urente calore nimio venas, ut ne tangi quidem ejus corpus posset, in modum foculi fervens, cum usus deficeret medelarum, ultimum spirans deflebat exitium:

Ath. de Synod. Gregor. Nazianz. orat. 21.

Demum instante morte in impietate perseverans voluit baptizari ab Euzojo Episcopo Antiocheno, qui Arianæ hæreseos causa multoties depositus fuerat. Gregorius Nazianzenus trin refert fuisse, ob quæ tanquam imperio suo indigna pœnitentia fuerit affectus, primum quod propinquis suis mortem intulisset; alterum quod Julianum apostatam Imperatorem nominasset; postremum quod novis fidei dogmatibus studuisset. Simulque cum his vocibus e vita discessisse ferunt tertio nonas Novembris, anno vitæ 45. Imperii ab obitu Constantini 25. quinque mensibus inchoato, Christi trecentesimo sexagesimo primo. Christianam religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens: in qua scrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit dissidia plurima, quæ progressa fusius aluit concertatione verborum.

Ammia. Marcel. lib. 21. c. ultim. Ibid.

LXVI. Constantio mortuo, illius exercitus duces ad Julianum mittunt Theolaiphum & Aligildum tunc comites, qui mortem ejus ei nuntiarent, orarentque ut, mora omni depulsa, ad obtinendum sibi obtemperare paratum tenderet Orientem; qui statim profectus die undecima mensis Decembris solemni pompa ingressus est Constantinopolim. Imperatoris defuncti corpus conditum in loculis Jovianus protector domesticus, cum regia prosequi pompa Constantinopolim usque jussus est, prope necessitudines ejus humandum; appropinquanti ipse Julianus ante feretrum processit absque diademate, honorem exhibens mortuo, cui paulo ante vitam adimere parabat, & funus ad Apostolorum Ecclesiam usque deduxit, feretrum manu tangens, luctumque publicum indixit; eumque regalibus exequiis honoravit.

Liban. in orat. funeb. Gregor. Nazian. orat. 4.

TEXTUS GRÆCI
LIBRI XIII.

NUm. XVIII. S. Athanas. L. de Synodis. Pag. 723. nov. edit. Ἄπορον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐστὶ τὸν ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀθετουμένων τι μεταπλάσσειν, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ εὐδοξοτάτου Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ Πατρὸς καὶ Βασιλέως ἐσκεμμένην, ἧς ἡ διδασκαλία καὶ τὸ φρόνημα διῆλθέ τε καὶ ἐκηρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε καὶ διανοίας, ἥτις ἀντίπαλος μόνη καὶ ὀλετὴρ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε· δι' ἧς οὐ μόνον αὕτη, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὄντως καὶ τὸ προσθεῖναί τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαι τι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει· ὡς ὅτιπερ εἰ θάτερον γένοιτο, ἔσται τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν ἅπερ βούλονται.

Num. XXXII. S. Athanasius L. de Synodis p. 762. Εἰ τοίνυν μὴ ἐκ μετουσίας ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ τῆς οὐσίας Λόγος ἐστὶ καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, ἡ δὲ οὐσία αὕτη τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς ἐστὶ γέννημα καὶ ὁμοιότης αὐτῆς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς· λέγει δὲ ὁ Υἱὸς, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ, ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν Πατέρα, πῶς δεῖ νοεῖν ταύτας τὰς φωνάς; ἢ πῶς αὐτὰς ἐκλαμβάνοντες σώσομεν τὸ ἓν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν; εἰ μὲν ἐν τῇ συμφωνίᾳ τῶν δογμάτων, καὶ τῷ μὴ διαφωνεῖν πρὸς τὸν Πατέρα, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ λέγουσι, φαῦλος ὁ τοιοῦτος νοῦς. καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἅγιοι, καὶ μᾶλλόν γε Ἄγγελοι, καὶ Ἀρχάγγελοι τὴν τοιαύτην ἔχουσι πρὸς τὸν Θεὸν συμφωνίαν, καὶ οὐδεμία παρ' αὐτοῖς ἐστι διαφωνία. ὁ γὰρ διαφωνήσας Διάβολος ἐξωρίσθη πίπτων ἐκ τῶν Οὐρανῶν, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος. οὐκοῦν εἰ διὰ τὴν συμφωνίαν ἕν ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, εἴη ἂν καὶ τῶν γενητῶν τὰ συμφωνοῦντα οὕτω πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἴποι ἂν ἕκαστος· ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἄτοπον γὰρ ὄντως ἀληθῶς· ἀνάγκη λοιπὸν κατὰ τὴν οὐσίαν νοεῖν καὶ τὴν Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ἑνότητα. τὰ μὲν γὰρ γενητὰ κἂν συμφωνίαν ἔχῃ πρὸς τὸν πεποιηκότα, ἀλλ' ἐν κινήσει καὶ μετουσίᾳ καὶ νῷ ταύτην ἔχει, ἥνπερ ὁ μὴ φυλάξας ἐκβέβληται τῶν Οὐρανῶν. ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας ὢν γέννημα, οὐσίᾳ ἕν ἐστιν αὐτὸς, καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ.

Num. LV. S. Athanasius Epist. 1. ad Serapionem pag. 647. Ἴδωμεν δὲ ὅμως καὶ πρὸς τούτοις καὶ αὐτὴν τὴν ἐξ ἀρχῆς παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν καὶ πίστιν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἣν ὁ μὲν Κύριος ἔδωκεν, οἱ δὲ Ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ οἱ Πατέρες ἐφύλαξαν. ἐν ταύτῃ γὰρ ἡ Ἐκκλησία τεθεμελίωται· καὶ ὁ ταύτης ἐκπίπτων, οὔτ' ἂν εἴη, οὔτ' ἂν ἔτι λέγοιτο Χριστιανός. Τριὰς τοίνυν Ἁγία καὶ τελεία ἐστὶν, ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι θεολογουμένη, οὐδὲν ἀλλότριον ἔξωθεν ἐπιμιγνύμενον ἔχουσα, οὐδὲ ἐκ δημιουργοῦ καὶ γενητοῦ συνισταμένη, ἀλλ' ὅλη τοῦ κτίζειν καὶ δημιουργεῖν. ὁμοία δὲ ἑαυτῇ καὶ ἀδιαίρετός ἐστι τῇ φύσει, καὶ μία ταύτης ἡ ἐνέργεια. ὁ γὰρ Πατὴρ διὰ τοῦ Λόγου ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ ἑνότης τῆς Ἁγίας Τριάδος σώζεται· καὶ οὕτως εἷς Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κηρύσσεται, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν· ἐπὶ πάντων μὲν, ὡς Πατὴρ, ὡς ἀρχὴ καὶ πηγή· διὰ πάντων δὲ, διὰ τοῦ Λόγου· ἐν πᾶσι δὲ, ἐν τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ. Τριὰς δέ ἐστιν οὐχ ἕως ὀνόματος μόνον, καὶ φαντασίας λέξεως, ἀλλὰ ἀληθείᾳ καὶ ὑπάρξει Τριάς. ὥσπερ γὰρ ὁ ὢν ἐστιν ὁ Πατὴρ, οὕτως ὁ ὢν ἐστι καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς ὁ τούτου Λόγος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον οὐκ ἀνύπαρκτόν ἐστιν, ἀλλὰ ὑπάρχει καὶ ὑφέστηκεν ἀληθῶς. καὶ οὔτε ἔλαττον τούτων φρονεῖ ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία, ἵνα μὴ εἰς τοὺς νῦν κατὰ Καϊάφαν Ἰουδαίους καὶ εἰς Σαβέλλιον ἐκπέσῃ· οὔτε πλεῖον ἐπινοεῖ, ἵνα μὴ εἰς τὴν Ἑλλήνων πολυθεότητα κυλισθῇ.

Num. LVII. S. Athanasius Epist. 2. ad Serap. p. 683. Ταῦτα καὶ ἐν τῷ Υἱῷ εἴποι οὐκ ἀμφίβολος, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ Κυρίου. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστι. καὶ τὰ ἐμὰ πάντα τοῦ Πατρός ἐστιν. αἰώνιος γοῦν ἐστιν ὁ Πατὴρ, αἰώνιός ἐστι καὶ ὁ Υἱός. δι' αὐτοῦ γὰρ οἱ αἰῶνες γεγόνασιν· ὢν ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀνάγκη καὶ ὁ Υἱὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμὴν, ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. οὐ θέμις εἰπεῖν ἐπὶ Πατρὸς, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· οὐ θέμις εἰπεῖν ἐπὶ Υἱοῦ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ Πατήρ· παντοκράτωρ ἐστὶ καὶ ὁ Υἱὸς, λέγοντος τοῦ Ἰωάννου, ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. φῶς ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀπαύγασμα ὁ Υἱὸς καὶ φῶς ἀληθινόν. ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Υἱός. οὕτω γὰρ ὁ Ἰωάννης ἔγραψεν, ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος. καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὃ ἔχει ὁ Πατὴρ, ὃ μὴ τοῦ Υἱοῦ ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ· ἐπειδὴ τὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι, καὶ πάλιν ταῦτα ἐν τῷ Πατρὶ νοεῖται. οὕτω νοεῖται καὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἐπειδὴ οὐκ ἄλλα ἐν τούτῳ, καὶ ἄλλα ἐν τῷ Υἱῷ· ἀλλὰ τὰ ἐν τῷ Πατρὶ ταῦτα ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι, καὶ ἃ βλέπεις δὲ ἐν τῷ Πατρὶ, ἐπειδὴ βλέπεις ἐν τῷ Υἱῷ, νοεῖται καλῶς τὸ, ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν Πατέρα.

LIBER XIV.

Julianus Imperator omni ope instaurare idololatriam, Christianamque religionem dolis, aperta vi, & scriptis exscindere laborat. Hinc multi Martyres; sed Christus ejus scelera celeri morte ultus est, & elisit impios conatus. Donatistæ vexant Africanas Ecclesias; Orientales vero Ariani, restitutis licet Episcopis Catholicis. Fidei causam strenue agunt Viri doctissimi & sanctissimi, imprimis D. Eusebius Vercellensis, qui cum D. Athanasio Alexandriæ celebrata Synodo, erexit lapsos Clericos & Episcopos, gradus restitutionem concedens iis qui, damnata formula Ariminensi, fidei Nicænæ subscriberent. Lucifer Calaritanus amariore zelo abreptus schisma conflat .... Juliano in Perside occiso sufficitur Jovianus, qui suadente Athanasio fidei Nicænæ adhæsit & favit. Virtutibus & miraculis floruere D. Hilarion, & D. Pachomius, multorum utriusque sexus monasteriorum institutores.

CHRISTI AN. 361.

I. Ulianus, ut omnium animos sibi demereretur, exules etiam Episcopos revocavit, & Christianis ut in sua quisque secta securus viveret, permisit: sed aperuit templa gentilium, Salustium præfecit tribunali, quod Chalcedone ereait adversus Constantii amicos & magistratus. Taurus ea Præfecto Prætorio tunc Consul cum dedecore Vercellas in exilium pellitur, dignum ejus ambitionis præmium: promissu a Constantio consulatu, Ariminensibus Patribus vim intulerat, ut rejecta Consubstantialis voce cum Arianis communicarent; sic male partus honos obnoxio homini cessit in ignominiam. Eusebius cubiculi Constantii Præfectus, perfidus Arianus, persecutionis author & promotor, qui multos oppresserat, damnatus, capitali supplicio affectus est; alii plures, quidam etiam innocentes exilio, vel morte mulctati sunt. Conversus posthæc Princeps ad Palatinos, eunuchos, quod uxorem non haberet, coquos, quod modico cibo uteretur, tonsores, quod unus pluribus sufficeret, data quo vellent eundi potestate, ejecit palatio. Notarios etiam plurimos ad pristinam conditionem redegit. Laudari in ea re poterat Julianus, si saltem moderatos quosdam, morumque probitate compertos, retinuisset; Principes enim decet quædam magnificentia, qua reverentia conciliatur.

Ammia. Marcel. l. 22. c. 1.

II. Julianus honorabat præcipue Philosophos. Ipse literis evocavit Maximum, qui eum præstigiis suis ex stulto stultiorem fecit & impiissimum. Erubescens quod Christianus aliquamdiu fuisset, impuro & nefario sanguine lavacrum suum extergit, sic peragebatur impurus ille ritus, qui dicebatur Taurobolium; consecratus in scrobem profundam terra egesta demittebatur, scrobs autem tabulis consternebatur, in quibus taurus auratis cornibus matri deorum immolabatur, cujus sanguinem per foramina defluentem toto corpore excipiebat, eoque se in æternum renasci gentiles putabant: manus etiam suas profanat, ut nimirum eas ab incruento sacrificio, per quod nos Christo ipsiusque passionibus & divinitati communicamus, elueret ac repurgaret, per incisiones & sacrificia. Edictis publicis in Orientis etiam partibus gentilium templa aperiri, & ea quidem quæ neglecta fuerant, resarciri, eversa vero refici, & aras exstrui jussit: multaque eis vectigalia constituit. Priscos etiam ritus, & patrias urbium cæremonias ac sacrificia renovavit, seque ipse Pontificem maximum appellavit palam ac publice diis immolans: eos qui istarum rerum studiosi essent, in honore habebat. Sacrorum præterea initiatoribus flaminibus, Hierophantis, & simulachrorum ministris pristinos honores restituit; immunitatem quoque a functionibus publicis, & ab aliis oneribus, sicut antea habuerant, iis decrevit. Ad hæc annonas æditui templorum ablatas reddidit. Jussitque ut a cibis abstinerent, & ab aliis omnibus, a quibus temperare convenit eos qui, ut gentiles loquuntur, in castu esse volunt.

Ammia. Marcel. l. 2. c. 5. Juliani impietas. Gregor. Nazianz. orat. 3. Julian. Firm. Inscript. vet. Soz. l. 5. c. 3.

Divinis admonitionibus non omnino destitutus est in hac tanta sua impietate. Ferunt igitur, cum ipse sacrificaret, victimarum exta coronatam crucem ostendisse, quæ res alios quidem horrore atque anxietate perfudit, effecitque ut potentiam Christianæ religionis agnoscerent: at impietatis magistro animum addidit, tanquam circumscripti atque undique conclusi essent Christiani. Sic enim crucem & circulum ex tempore interpretatus est. Alias cum Proserpinæ vaccas immolaret, sacra turbari nec solita apparere sentiens sacrificulus, exclamat adesse Christianos, eosque ejiciendos. Attonitus circumspiciens Imperator ex circumstantibus armigerum increpat ut Christianum, ille non negat, hastaque projecta ad sua discedit. Constantinopoli dum Fortunæ, cujus simulacrum in præcipua basilica erexerat, tanquam genio publico sacrificaret, accessit ad eum Maris Episcopus Chalcedonensis, & publice impium, ac sine Deo, Apostatamque vocavit. Ille vero, solam ei improperasse fertur cæcitatem, & consuete dixit: Neque Galilæus Deus tuus curare te potest. Respondens vero Maris: Ego quidem Deo meo gratias ago pro cæcitate, quod luminibus privatus sum, ne te videam pietate nudatum. Imperator autem nihil respondens abscessit, hoc enim pacto se gentilium superstitionem confirmaturum esse existimabat, si se patientem ac mitem erga Christianos demonstraret.

CHRISTI AN. 361. Greg. Nazianz. orat. 3. Prud. adv. Jul. Sozom. l. 5. c. 4. Eutrop. lib. 11.

III. Christianum nomen abolere imprimis constituerat; vim tamen apertam inferre nolebat: noverat enim ex præcedentibus persecutionibus, suppliciis potius illustrari, quam debilitari, ejusque sectatoribus martyrii coronam invidebat; itaque callide eam & artificiose sic aggreditur, ut quod erat inhumanius, scilicet vim & tyrannidem populari turbæ civitatibusque permitteret, non edicto quidem publico, sed eorum furorem audaciamque non reprimens, satis id se velle promulgabat. Alliciendi vero & suadendi sibi partes assumit: & quia, salutari doctrina tunc longe lateque dominante, Christianam religionem immutare, atque in diversum movere conari, nihil aliud erat, quam Romanum Imperium convellere, ac de rerum summa periclitari, ut dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, ut, civilibus discordiis consopitis, quisque religioni suæ serviret intrepidus: quod agebat ideo obstinate, ut, dissensiones augente licentia, non timeret unanimem postea plebem, eaque de causa Episcopis quos ejecerat Constantius, ad suas sedes redeundi facultatem dedit indiscriminatim. Aetium cognomento Atheum, scriptis literis plenis humanitatis, dataque copia publici cursus ad se vocavit, agrumque juxta urbem Mytilenem ei donavit, amicitiæ suæ monumentum. Alia Epistola Photinum laudans, quod Christum negaret esse Deum, cum honore revocavit; in gratiam Donatistarum rescriptum dedit. Eleusio Cyzicenorum Episcopo sub gravissima mulcta injunxit, ut intra spatium duorum duntaxat mensium Ecclesiam Novatianorum, quam Constantii temporibus destruxerat, suis sumptibus instauraret.

Gregor. Nazianz. orat. 3. Ammia. Marcel. lib. 22. Sozom. l. 5. c. 5. Facund. l. 4. Aug. l. 2. adv. lit. Petil. cap. 97.

CHRISTI AN. 361.

IV. Divina vero disponente providentia, Catholicorum pars inde invaluit adversus Arianos. Meletius Antiochiam reversus est; Eusebius Vercellensis, (Sozom. ibid. Socrat. l. 3. c. 5.) & Lucifer Calaritanus ex Thebaide egressi, ut repeterent Italiam: sed prius inter se consilium inierunt, quomodo Ecclesiasticis legibus subvenirent, ne eas violari impune paterentur. Alexandriæ dominante Georgio reditum distulit Athanasius. Interea absolvit quinque suas adversus Arianos orationes, quarum quatuor tantum supersunt. Eas sic laudat (Phot. bibliot. cod. 140 *Athanasii eloquentia.*) Photius. Lecti sunt ejusdem sancti Athanasii libri quinque contra Arium & ejus dogmata. In his, ut in omnibus ejus operibus, dictio nitida est, simplex, nec redundans. Acrem hic se præbet & profundum, vehementemque in argumentando: tanta ejus ubertas est, quam & admiranda. Logicis autem methodis ita utitur, ut non nude nec in ipsis vocibus versetur, uti pueri & tyrones adolescentes, qui docti videri cupiunt, solent agere; sed philosophice & magnifice, solisque verborum sententiis, hisque diverse innititur. Scripturæ similiter testimoniis & probationibus firmissime se communit. Denique istud opus adversus universam Arianorum aciem posset sufficere. Atque si quis ex eo libro tanquam ex fonte Theologum Gregorium & divinum Basilium hausisse dixerit pulchros illos & pellucidos suarum contra errorem orationum fluvios, hunc ego non putem a verisimilitudine aberraturum. Non solam Arianorum hæresim conterit D. Athanasius, sed aliorum etiam posteriorum hæreticorum, Nestorii scilicet & Eutychis errores confodit, cum docet Christum, Deum licet & hominem, unum tamen esse, uniusque esse ejus tum divina tum humana opera, ita ut utraque natura in eo suas retineat proprietates distinctaque sit. B. Virginem Mariam theotocon, seu Deiparam quater appellat: loquentem ipsum audiamus.

(Ath. or. 3. num. 29.) V. " Hic igitur, inquit, scopus est & character sacræ Scripturæ; „ nempe ut duo de Salvatore demonstret, illum scilicet Deum semper fuisse, & Filium esse, quippe cum sit Patris Verbum, splendorque & sapientia; ipsumque postea propter nos carne ex Virgine Deipara Maria assumpta, hominem factum esse .... Nam Verbum Caro factum (Num. 30.) est, & habitavit in nobis. Homo, inquam, factus est, non autem in hominem venit ....., ut eum sanctum redderet, & in ipso appareret, uti in aliis contigit. Si enim ita se res haberet, & in homine tantum apparuisset, nihil sane esset quod admirationem posset movere .... sed Filius hominis fieri non renuit, seque ipsum humiliavit, forma servi accepta .... Tunc dictum est, ipsum Carne assumpta hominem factum esse, atque pro nobis in ea esse passum; ut ait D. Petrus, Christo igitur pro (1. Pet. 4.) nobis in Carne passo, ... Atque, ut loquitur Apostolus: (Ad Coloss. 2.) divinitatem corporaliter in carne habitasse. Quod idem est ac si diceret, cum Deus esset, proprium habuit corpus, quo ut instrumento utens, homo propter nos factus est. Hinc quæ carnis sunt propria, illi attribuuntur, quia nempe in ea existe- (Num. 31.) bat; sic ergo dicitur esurire, pati .... At quæ propria Verbi erant opera, ut mortuos ad vitam revocare, cæcis visum restituere, per proprium præstabat corpus. Proinde Verbum proprias carnis infirmitates portabat; quia caro sua erat: & vicissim caro divinitatis operibus faciendis inserviebat, quia in illa erat, quippe quæ Dei corpus esset ..... (Num. 32.) Certe cum cæcum natum sanavit, humanum sputum e carne emisit, sed per lutum oculos ejus divine aperuit. In Lazaro quoque a mortuis excitando, humanam quidem vocem edidit ut homo; sed divine, ut Deus, Lazarum ad vitam revocavit. Hæc autem idcirco palam fiebant, quod non specie, seu apparenter, sed revera corpus haberet. Nempe decebat Dominum humanam carnem induentem, totam eam cum propriis affectionibus induere, ut quemadmodum proprium ejus esse corpus dicimus; ita etiam corporis affectiones ejusdem solum propriæ esse dicerentur, tametsi ejus non attingebant divi- (Num. 33.) nitatem ...... Necesse est enim carnis affectiones illius dici, cujus ipsa caro est .... Nisi enim divinitatis Verbi opera per corpus essent facta, nunquam homo divinus effectus fuisset: & vicissim, nisi quæ carnis propria sunt, Verbi esse dicerentur, ab his homo non fuisset penitus liberatus ..... Quocirca cum caro ex Deipara Maria nascitur, ipse tamen natus esse dicitur, quo donante alii nascuntur ut sint, ut scilicet nostrum ipse ortum in se transferat; hincque nos non jam, ut terra sola, in terram revertamur, sed tanquam cum cœlesti Verbo conjuncti, in cœlos ab ipso perducamur .... Nec deinceps, ut in priori origine in Adam morimur, sed nostra origine omnibusque carnis infirmitatibus in Verbum ipsum translatis, e terra excitamur, soluta peccati maledictione, ejusque merito, qui in nobis, nostri gratia, maledictio factus est, idque convenienter. Nam quemadmodum nos omnes, ut qui ex terra sumus, in Adam morimur, ita ex aqua & Spiritu regenerati, omnes in Christo vita donamur, quasi caro non jam terrestris, sed Verbum & ipsa effecta esset, ob ipsum Dei Verbum, quod nostri causa Caro factum est .....

Et infra. Idcirco Apostolus dicit, Christo igitur (1. Pet. 4. Num. 34. Ibid.) passo, non divinitate, sed pro nobis Carne, ut illæ affectiones non propriæ Verbi naturæ, sed Carnis naturæ propriæ esse agnoscerentur. Nemini igitur hæc humana sint scandalo, sed omnes potius agnoscamus Verbum quidem pro naturæ suæ conditione nihil pati posse, sed propter carnem, quam induit, ista illi attribui, quia nempe hæc carnis propria (Num. 35.) sunt, ipsumque Corpus est Salvatoris proprium .... Hæc primum expendere necesse fuit, ut si Dominum viderimus, sui corporis instrumento aliquid divine agentem, aut dicentem, meminerimus eum cum Deus sit, ista efficere. Si vero rursus eumdem viderimus humano more loqui & pati, non ignoremus illum carne induta factum esse hominem, sicque illa agere & loqui. Si enim quod utriusque proprium est, perceperimus, & utraque ab uno agi consideraverimus & intellexerimus, recta profecto erit (Orat. 4. in fine.) fides nostra ...... Denique sic concludit quartam orationem: Igitur Christus est Deus Homo ex Maria natus. Non alius, inquam, aliquis est Christus, sed unus & idem est, qui ante sæcula ex Patre, & in ultimis diebus ex Virgine exortus est: qui idem antea ipsis etiam sanctis virtutibus in cœlis erat invisibilis, nunc autem ob suam cum visibili homine conjunctionem visibilis est effectus; visibilis, inquam, non invisibili divinitate, sed ipsa divinitate per hu- (Orat. 3. Num. 24. *Spiritus S. a Filio procedit.*) manum corpus totumque hominem agente, quem totum hominem ejusdem secum conjunctione renovavit. Ibidem unum superest diligenter observandum, scilicet Spiritum sanctum a Filio procedere, sic aperte docet Athanasius: Nec item Spiritus Verbum cum Patre conjungit, sed potius Spiritus hoc a Verbo accipit .... Nam quæcumque Spiritus habet, hæc a Verbo habet.

(Julian. epist. 43. *Juliani persecutio.*) VI. Edesseni Ariani vexarant Valentinianos; Ecebolo Rhetori & apostatæ qui eorum causam egerat, sic rescripsit Julianus. Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer & humaniter statui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur. .. At qui sunt de Ecclesia Arianorum luxuriantes opibus, in Valentinianos invaserunt, eaque apud Edessam perpetrarunt, quæ numquam in civitate bene instituta accidissent. Quare quod ipsis a lege admirabili imperatum est, quo facilius in regnum cœlorum veniant, nos ad id hominibus opem ferimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesia tolli jussimus, ut militi dividantur, & facultates ut nostris privatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, neque regno cœlesti, quod nunc etiam sperant, priventur. Ejusmodi fuit Juliani persecutio, (Gregor. Nazianz. orat. 3. Sozom. l. 5. c. 5. Ibid.) humanitatem fictam cum Catholicæ religionis derisione conjunctam præ se ferebat; nec idcirco fuit minus atrox. Ut Christiani vocarentur Galilæi, publica lege decrevit. Clericis immunitatem omnem atque honorem & annonas a Constantio præbitas ademit: legesque in eorum gratiam latas abrogavit: ipsos denique curiis restituit.

A mulieribus etiam ob egestatem Clero adscriptis, ac ipsis quoque virginibus ac viduis ea, quæ ex publico acceperant, exigi jussit. Nam cum Constantinus Ecclesiarum statum ordinaret, ex tributis singularum civitatum, partem, quæ ad alimenta paranda sufficeret, Clero cujusque urbis distribuit, idque lege lata confirmavit: accepta jam a pluribus annis restitui jussit Julianus. Hanc porro exactionem crudelissimam ac molestissimam fuisse ferunt. Christianis qui sacrificare abnuerent, etsi nihil haberet quod objiceret, jus civitatis adimebat. Nec judicare, aut magistratus gerere, aut honoribus ac dignitatibus frui permisit. A conventibus quoque

& a

Christi An. 361. & a foro, ipsis adeoque tribunalibus prohibuit. Neque enim fas erat quemquam his uti, qui ad aras ante propositas thura non adolevisset. Sic legum usum & præsidium Christianis omnibus eripuit, ut nec per vim oppressis, nec iis qui pecuniarum atque opum detrimento, aut ullo alio malo tam parvo quam magno legibus interdicto affecti fuissent, injurias suas persequi liceret: Irridensque ajebat Julianus, hoc lege nostra sanciri, ne injuriam acceptam ulciscamur, nec litem intendamus, nec quicquam omnino possideamus, propriumque ducamus: nec cuiquam nostrum licere malum pro malo reddere.

Julian. epist. 42. VII. Humaniores literas, ne docerent Christiani, prohibuit, illiusque legis hanc affert rationem. Quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet, is tantum videtur a scientia, quantum a probitate abesse.... Igitur cum Homerus aliique veteres deos coluerint, absurdum est qui eorum libros exponunt, deos vituperare, quos illi coluerunt..... verum eis do optionem, ut ne doceant quæ non bona esse censent; sin docere malunt, doceant re ipsa primum, & persuadeant discipulis suis, neque Homerum, neque Hesiodum, neque quemquam eorum quos interpretati sunt, quosque impietatis, amentiæ, & erroris contra deos condemnarunt, talem esse.... Doctoribus quidem & præceptoribus communis hæc lex statuatur. Adolescentes enim qui in scholas ire volent, minime prohibentur, iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ab optima via rejicere, ac metu coactos ad patria instituta deducere. Illius prohibitionis hæ veræ fuere causæ, veterum lectione Rhetoricæ ac *Theod. hist. l. 3. cap. 8.* Philosophiæ studiis erudiri Christianos nolebat, qui præterea ex iisdem argumenta deducebant adversus idololatriam; quemadmodum fassus est ipsemet Julianus. Nostris, ajebat, pennis configimur. Quippe nostrorum scriptorum armis instructi bellum contra nos gerunt.

Sozom. l. 5. c. 18. Urebant etiam ejus animum non mediocriter Apollinaris Syrus, omni disciplinarum genere instructus, & Basilius Gregoriusque Cappadoces, qui cunctos illius temporis oratores longe superabant: multique præterea disertissimi viri. Quo quidem tempore senior Apollinaris multiplici eruditione & ingenio, quo valebat, opportune usus, pro Homeri carmine, Hebræorum antiquitatem usque ad regnum Saulis heroico versu conscripsit, & universum opus in quatuor ac viginti partes distribuit. *Socrat. l. 3. c. 16.* Scripsit etiam comœdias instar fabularum Menandri, Euripidis quoque tragœdias, & Pindari lyram imitatus est, sumptis ex sacra Scriptura argumentis, omnique numerorum genere usus est, ne quæ græcanicæ locutionis forma Christianis nova atque inaudita relinqueretur. Junior autem Apollinaris in arte dicendi valde exercitatus, utpote Rhetor & Philosophus, Evangelia & Apostolorum scripta ad formam dialogorum exposuit, exemplum Platonis apud Græcos secutus. Nec ignobilis est ejusdem liber *Sozom. ibid.* quem adversus Imperatorem, & gentilium Philosophos composuit, qui de veritate inscribitur. In quo etiam absque ullo testimonio sacrorum librorum, ostendit illos vano errore deceptos, secus quam decet de Deo sentire. Etenim Imperator nostra irridens ad illustrissimos Episcopos hujusmodi Epistolam scripserat. Legi, intellexi, damnavi. Cui ita rescripsisse dicuntur: Legisti quidem, sed non intellexisti; nam, si intellexisses, nunquam condemnasses. *Socrat. ibid.* Quidam Græcis verbis lusus inest, qui latine reddi non potest. Non desunt qui hanc Epistolam B. Basilio tribuant, verum divina providentia tum illorum diligentiam, tum Imperatoris conatum multis partibus vicit. Etenim lex illa celeriter cum ipso Principe extincta est, abjectisque utriusque Apollinaris scriptis, quæ jam dudum periere, ita ut sola supersit in psalmos expositio, Christiani Græcorum duciplinis denuo imbui cœperunt. Hinc patet quam absurda sit eorum opinio, qui veterum poetarum, oratorum & historicorum lectionem reprehendunt ut noxiam adolescentibus & periculosam. Quibus respondemus. Jam inde a primis Ecclesiæ temporibus adolescentes Christiani, Ecclesiarumque Doctores in iis sese exercuisse deprehenduntur, eloquentiæ & ingenii excolendi causa. Fidelibus interdictum esse hæc docere tanquam malignum sævientia Juliani reprehendit D. Gregorius Nazianzenus, aliique Patres.

VIII. Juliani discipuli sui blanditiis & minis cessit Ecebolus Sophista urbis Constantinopolitanæ. Hic ad Imperatorum mores sese fingens atque accommodans, *Christi An. 361.* *Socrat. l. 3. c. 13.* Constantio regnante Christianam se religionem colere simulavit, ac proinde fuit Arianus. Juliani vero temporibus gentilium superstitioni supra modum addictus apparuit. Post obitum Juliani, rursum Christianam religionem profiteri voluit. Etenim pro foribus Ecclesiæ se pronum abjiciens, his vocibus usus esse dicitur: calcate me ut sal insipidum. Plerique professores Christiani lucrum humanamque gloriam posthabuere suæ religioni, quos inter maxime celebres sunt Victorinus & Proæresius *Hieron. Chron.* Sophista Atheniensis, cui licet specialiter Julianus concederet ut Christianus doceret, scholam sponte deseruit.

Aug. l. 8. conf. c. 2. Victorini conversio. IX. Victorinus, natione Afer, diu Rhetor urbis Romæ, & doctor tot nobilium Senatorum, qui etiam ob insigne præclari magisterii Romæ in foro Trajani statuam meruerat & acceperat, usque ad senectutem idola coluerat. Doctissimus ille senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, tandem non erubuit esse puer Christi, sic factus Christianus. Legebat sanctam Scripturam, omnesque Christianas literas investigabat studiosissime, & dicebat Simpliciano non palam, sed secretius & familiarius: Noveris me jam esse Christianum. Et respondebat ille: non credam, nisi in Ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat dicens: Ergo parietes faciunt Christianos. Et eadem uterque sæpe repetebat. Victorinus enim amicos suos reverebatur offendere superbos dæmonicolas, quorum graviter ruituras in se inimicitias arbitrabatur. Sed postquam legendo hausit firmitatem, timuitque negari a Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri: inopinatus ait Simpliciano: Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri. At ille non se capiens lætitia, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multo post etiam nomen dedit, ut per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia. Denique ut ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ verbis certis conceptis, retentisque memoriter, de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet, Victorino oblatum a Presbyteris, ut secretius redderet, sicut nonnullis, qui verecundia trepidare videbantur, offerri mos erat. Ille autem maluit salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Itaque ubi ascendit ut redderet, nomen ejus strepitu gratulationis sonuit per ora cunctorum collætantium, Victorinus, Victorinus. Et cito siluerunt ut audirent eum. Pronuntiavit ille fidem veracem præclara fiducia; & omnes eum intro in cor suum rapiebant amando & gaudendo. Hic *Hier. de script. Eccl.* cognito Juliani decreto, scholam reliquit, ut Evangelium retineret. Postea scripsit adversus Arium libros more dialectico valde obscuros, qui ab eruditis *Hier. in præf. ad Galat.* modo intelliguntur, & commentarios in Apostolum: sed quod occupatus eruditione sæcularium literarum, Scripturas sanctas serius didicerat, nec satis intelligebat, de iis bene disputare minime potuit.

X. Imperator, qui jam pridem id maxime studebat, ut gentilium religio per universum Romanum *Sozom. l. 5. c. 16.* Imperium prævaleret, eam a Christianorum religione longe superari cernens, iniquo animo tulit. Nam templa quidem deorum patebant, & sacrificia festique gentilium dies, ritusque majorum in singulis civitatibus ex voto Principis procedere videbantur. Dolebat tamen cum apud se reputaret brevi ista commutanda esse, si cura ipsius ac sollicitudine destituerentur. Angebatur autem non mediocriter, cum audiret multorum flaminum uxores, ac liberos, & famulos Christianam religionem profiteri. Cumque existimaret eam ex vita & moribus eorum, qui illam profitebantur, commendari, operam dedit ut gentiles Christianorum institutis assuefaceret, ut constat ex ejus literis ad Arsacium sacerdotem Galatiæ. *Julian. epist. 49.* Religio gentilium, inquit, nondum ex animi nostri sententia viget, culpa illorum qui illam profitentur.... Nec attendimus quid Christianorum religionem potissimum auxerit, humanitas scilicet in peregrinos, & in sepeliendis mortuis sollicita diligentia, & simulata morum gravitas. Quorum singula vere a nobis exercenda esse existimo. Nec sufficit quod tu unus ejusmodi sis, sed quotquot in Galatia sunt flamines, tales esse decet. Quos tu vel pudo-

Christi An. 361.

pudore afficiendo, vel perſuadendo bonos redda, aut a ſacerdotali miniſterio remove, ſi una cum uxoribus & liberis ac familiis ad deos non accedunt: ſed nut ſervos, aut filios, aut conjuges Galilæas ſuſtinaant. Deinde ſingulos flamines hortare, ut nae ad theatrum accedant, nec in tabernis bibant, nec artem ullam aut opificium turpe & probroſum exerceant. Eos qui obtemperaverint, honore affice, immorigeros aspella. Crebra in ſingulis civitatibus xenodochia conſtitue, ut peregrini non ex noſtris ſolum, ſed ea aliis etiam, ſi pecunia forta oput habuerint, humanitate noſtra perfruantur. Porro unde tibi ſumptus ſuppetant, a ma jam proviſum eſt. Nam quotannis triginta millia modiorum tritici per univarſam Galatiam dari juſſi, & ſeaaginta millia ſextariorum vini. Quorum quintam partem in pauperes, qui flaminibus miniſtrant, inſumendam eſſe cenſeo, raliqua peregrinis ac mendicantibus a vobis dividenda. Turpe enim fuerit, ea Judæis quidem neminam mendicare: impins vero Galilæos præter ſuos pauperes, etiam noſtros alere. Noſtros autem mendicos, noſtra ope ac ſubſidio deſtiiutos videri. Doce igitur gantiles ut ad ajuſmodi miniſtaria aliquid conſerant, & gentilium pagi primitias fructuum diis offerant; & Græcos homines hujuſmodi beneficentiæ aſſuefaeito . . . . . Præſidas domi raro inviſa, ſed literas ad eos ſæpius mitta. Illis in orbem ingredientibus nullus flaman occurrat. Cum autem templa deorum adierint, intra veſtibulum duntaaat occurrat flamen. Intrantes vero illos nullus apparitorom præcedat, ſequatur autem qui volet: nam ſimul atqua ingreſſus eſt limen delubri, privatus efficitur. Tu enim, ut probe noſti, intra templum imperium obtines . . . . Et infra, paratus ſum ſubvenira Peſſinuntiis, ſi matrem deorum ſibi propitiam reddiderint. Sin vero eam neglexarint, non modo reprehenſione non carebunt, ſed, quod dictu mihi acerbum eſt, indignationem quoque noſtram experientur. Primario cujuſque provinciæ Flamini haud dubia eaſdem vel ſimilea miſit literas; ea quibus conſtat, Chriſtianorum ſanctitate & Præſulum benefica charitate in omnes multum propagatam fuiſſa religionem Chriſtianam.

Sozom. l.5.c.16. Gregor. Nazian. orat. 3.

In alio opuſculo vitæ honeſte exterius inſtituendæ leges præſcribit ſacrificulis. Præterea gentilium templa apparatu atqua ordina Chriſtianis uſitato ornara inſtituit, ſcholaſqua in omnibus civitatibus, & ſacrariis, ſubſelliaqua partim altiora, partim humiliora extruare parabat. Gentilium etiam dogmatum lectiones & explicationes inſtituere, tam quæ mores componerent, quam quæ in abſtruſiorum rerum tractationa verſarentur: tum precationum alternatim canendarum formam, ac ſupplicii in eos qui peccarent, pro delicti modo conſtituendi, initiationum item & perfectionis, atque omnia quæ diſciplinæ ſunt Chriſtianæ, diverſoria etiam & hoſpitalas domos ædificare, monaſteria item & virginum cœnobia inſtituebat. Sed præcipue notas atque teſſeras Epiſcopalium literarum admiratus eſt, quibus ſolent peregrinos ſibi invicem commendare, & undelibet venientes, ad quoſcumqua accaſſerint, tanquam noti & amici excipiantur hoſpitio, & benigne curentur ob teſtimonium ejuſmodi notæ. Hæc quidem in animo habebat, ſed inanis fuit ejus conatus, minimequa in opus prodiit.

Sozom. l.5.c.17. Gregor. Nazian. orat. 10. pag. 167. *Cæſarii virtus.*

XI. Julianus his artibus quamvis parum proficeret, vimque inferra erubeſceret, ne tyrannus aſſe videretur; nihil tamen de ſtudio ſuo remiſit, ſed omnia excogitavit, quibus ſubditos ſeduceret. Cumque alios pecuniis, alios dignitatibus, alios variis honorum generibus, quos ne regie quidem, ſed parquam ſerviliter in omnium aſpectu deferebat, omnes denique verborum præſtigiis ac ſuo exemplo ad ſa alliceret, poſt multos Cæſarium Gregorii Nazianzeni fratrem aggreditur, tunc nobilem inter aulicos medicum. Alexandriæ literis operam dederat, Aſtronomiam, Geometriam, Philoſophiam, Medicinamque amplexus, æquales ingenio & doctrina ſuperabat. Conſtantinopolim profectus tantam brevi gloriam adeptus eſt, ut nobile matrimonium ac ſenatoria dignitas ei oblata fuerit, communique decreto per legatos a Conſtantio petitum ſit, ut principem urbem viro eruditorum principe ornari atqua honeſtari vellet; quod ultro conceſſit. Primum ſtatim inter medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numem apud Imperatorem habitus. Gratuitam porro artis humanitatem proceribus propoſuit, omnibuſque magis quam pro dignitatis gradu venerabilis erat. Nec tamen commiſit ut a gloria, vel ab iis, inter quas verſabatur, deliciis animæ ſuæ nobilitas corrumperetur. Hnc ſemper primum habuit, quod Chriſtianus eſſet, ſic ut omnia alia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nugæ ipſi eſſent, veritatemqua ſemper & pie & docte defendit.

Pag. 163. & 164. Pag. 165. (left margin)

Christi An. 362. (right margin)

Idem epiſt. 17.

Imperante Juliano in palatio remanſit Cæſarius, quare ſic eum coarguit ejus frater Gregorius. Magnopere tua cauſa erubuimus . . . . vallem, ſi fieri poſſet, ſermonibus iis quos alii de ta tam familiares & neceſſarii, quam externi . . . tamen Chriſtiani, & quidem omnes uno ore ſerunt, intareſſes . . . . Nunc Epiſcopi filium externam potentiam & gloriam appetere, nunc pecuniis atque opibus deditum eſſa. Ac non potius unam hanc gloriam & ſecuritatem & opes exiſtimare, nimirum fortiter & ſtrenue adverſus tempus ſtare, & quam longiſſime ſe ab omni ſcelere & piaculo removere? Ac Dominum quidem Patrem noſtrum ſermones hos ægre atqua indigne ferentem, ipſiuſque etiam vitæ tædio laborantem, quoquo modo ſolor ac recreo, de tua voluntate omnique ſententia illi ſpondens, atqua confirmans ta nequaquam diutius nobis moleſtum fore. Dominam autem matrem, ſi quicquam da tuis rebus reſciſcat, nam ad hunc uſque diem multis artibus eam celavimus, ita velim exiſtimes, eam tantum dolorem habituram, ut nullo omnino ſolatio mitigari poſſit, utpote imbecillis animi fœminam, quæ ob pietatis magnitudinem in hiſce rebus modum tenere nequeat. Quamobrem ſi quam tui & noſtri rationem habes, melius tibi tutiuſque conſule. Conceptam de ſua virtute ſpem non ſefellit. Propulſatis omnibus Juliani conatibus, magna & clara voce Chriſtianum ſe aſſe & ſemper fore pronuntiavit. Imperator exclamavit, o felicem patrem, o infelices liberos. Vindictamque diſtulit: nec eum ejecit; ſed ſponta ad ſuos rediit Cæſarius.

Idem orat. 10. pag. 168.

Gregor. Nazian. orat. 3. *Juliani fraus erga milites Chriſtianos.*

XII. Præcipue milites ad gentilium religionem allicera ſatagebat Julianus, quod varia fraude perfecit. Hoc apud Romanos in more poſitum erat, ut Imperatorum imagines adorarent. Itaque in publicis imaginibus curavit ut juxta ſe pingeretur Jupiter, velut e cœlo apparans, & coronam & purpuram ipſi præbens; aut Mars ac Mercurius oculos in ipſum conjicientes, ac veluti oculorum nutu teſtantes, eum diſertum eſſe, & rei militaris peritum. Eo conſilio, ut ſub obtentu honoris, qui Imperatori deferri ſolet, deos etiam milites adorarent. Sic enim cogitabat, ſiquidem ea perſuaſiſſet, reliqua quæ vellet ſe deinceps facilius aggreſſurum. Si vero refragari eos deprehendiſſet, ſe abſque ulla venia in eos animadverſurum, utpota qui contra mores atque inſtituta Romanorum novitati ſtuderent, & in Rempublicam ipſumque Imperatorem peccarent. Pauci quidem, qui etiam pœnas dedarunt, conſilium ejus intellexere, nec, ut moris erat, adorare ſuſtinuerunt. Vulgus vero, ut ſolet, vel ignoratione, vel animi ſimplicitate ductum, vetuſtæ conſuetudini omnino parendum aſſe exiſtimabat, & inconſultius ad imagines accedebat.

Theod. hiſt. l. 3. cap. 16. Sozom. ibid.

Apertius poſtea eorum fidem tentavit. Donativum ab ipſo erogandum erat militibus. Secum ipſe conſiderans milites ſuopte ingenio ſimplices aſſe atque incautos, & ob inſitam ipſis cupiditatem pecuniæ facila decipi, arte quadam uſus eſt, ut eos ad ſacrificandum impelleret. Ipſe quidem in regali ſolio reſidebat, ſed præter morem, aram cum foculo, & thus ſuper menſa juxta aram apponi curavit. Cum igitur ſinguli ad donativum accederant, hi qui Imperatori aſtabant, unumquemque thus adolere jubebant, priuſquam aurum ex ipſius manu ſumerent. Hanc fraudem pleriqua non animadvertarunt. Quidam eam præſentientes morbo ſimulato laqueos effugerunt. Quidam tamen præ nimia auri cupiditate ſalutem ſuam neglexerunt. Nonnulli pavore atqua ignavia pietatem prodiderunt.

Gregor. Nazian. ibid. *Chriſtianorum militum fides.*

Ferunt quoſdam eorum, qui per ignorantiam circumventi fuerant, dum in convivio una cum contubernalibus accumberent, & perinde ac ſi nihil ipſis accidiſſet, more ſolito ante potum oculis in cœlum ſublatis poculum ſigno crucis benedicentes Chriſtum appellaſſe. Tunc quidam a convivis id admiratus dixit: Quidnam hoc eſt? Chriſtum poſt abjurationem invocatis. His verbis exanimati dixerunt: Quo tandem modo abjuravimus? Ille reſpondit: cum donativum

CHRISTI An. 361.

tivum accipientes a Principe, thus in focum imposuistis. Quibus auditis, cum facinus quod admiserant, intelligere cœpissent, illico exilientes, publice discurrere cœperunt, vociferantes, & cum lacrymis Deum hominesque testantes, se esse Christianos, ac semper fuisse: per ignorantiam autem ejus quod fieret, si tamen id licet dicere, solam manum sacrificasse, animo neutiquam conscio. Post hæc Imperatorem adeuntes, projecto quod dederat auro, petierunt admodum forti animo, ut donum suum reciperet, ipsos vero interficeret. Neque enim se mutaturos sententiam, si pro scelere quod manus ipsorum admiserat, toto corpore pœnas solverent propter Christum. Imperatorisque fraudem accusantes se in ignem conjici postulabant, ut per ignem polluti alio igne purgarentur.

Theod. hist. l. 3. cap. 17.

Julianus bis efferatus primum quidem capita eis præscindi jussit. Cum autem extra urbem ad supplicium ducerentur, sequebatur eos populi multitudo, eorum animi fortitudinem, & pro pietatis defensione fiduciam admirans. Cumque ad locum supplicii pervenissent, is qui ætate reliquos anteibat, rogavit carnificem, ut minimum natu ante omnes obtruncaret, ne forte is aliorum cædem aspiciens, timidior redderetur. Cum vero hic quidem jam gladium strinxisset, supervenit quidam indulgentiam Principis nuntians, & sublato clamore vetans e longinquo ne occiderentur. Tunc adolescens liberatum se mortis supplicio ægre ferens: Martyris, inquit, nomine dignus non fuit Romanus; sic enim ipse vocabatur. Verum enim vero cædem illam quidem ab illis depulit malignus Princeps, livore succensus, & martyrii gloriam strenuis athletis invidens. Eos tamen in urbibus degere non permisit, sed in ultimos Imperii Romani fines relegavit.

Theod. hist. l. 3. cap. 16.

XIII. Alios prætcrea honoribus & dignitate conspicuos, fidem suam libere profitentes, exilio mulctavit. Valentinianus, is qui postea imperavit, tunc Tribunus Lanciarios ad palatii custodiam regens, zelum, quem pro pietate habebat, neutiquam dissimulavit. Julianus forte in templum Genii Publici exultans intrabat: utrimque ad januas adstabant æditui, qui lustralis aquæ aspersione ingressuros purgarent, ut ipsi putabant. Valentinianus, qui Imperatorem antecedebat, guttam aquæ chlamydi suæ aspersam conspicatus, æditum pugno percussit, inquinatum se dicens, non autem purgatum, partemque vestis conspersam abscidit atque projecit.

Sozom. l. 6. c. 6.

Julianus infensus Valentiniano, tunc quidem dissimulavit, haud multo post eum perpetuo exilio damnatum, Melitinam Armeniæ relegavit, criminis loco objiciens, quod milites suos negligentius instituisset. Nolebat enim videri, eum religionis causa male mulctasse, ne ille Confessoris honore afficeretur. Interdixit etiam ne in palatio militarent qui Christianam religionem abjicere, & simulacris sacrificare nollent: adhæc ne Christiani regendas provincias acciperent. Quippe, ajebat, lex ipsorum gladio uti vetat adversus eos, qui capitale supplicium commeriti fuerint. Itaque Jovianus militum Tribunus, & Valens Valentiniani frater, qui inter domesticos militabant, cingulum deposuere: Jovianus vir bello strenuus paulo post revocatur.

Socrat. l. 3. c. 13.

Eutrop. lib. 11. Socrat. l. 4. c. 1.

Theod. hist. l. 3. cap. 6.

Martyres.

XIV. Juliani impietas larvatam quamvis præ se ferret humanitatem, civitates seditionibus replevit, ac plures fecit Martyres. Nam qui simulacrorum cultui addicti erant, resumpta fiducia, ac velut a dæmonibus, quos colebant, agitati, Corybantum more furentes per plateas cursitabant, scurrilibus jocis & dicteriis sanctos homines incessentes, nullumque genus convicii ac probri quo eos traducerent, omittentes. Pietatis autem cultores cum istorum maledicentiam ferre non possent, ipsi vicissim convicia regerebant, & errorem, quem illi sequebantur, redarguebant: quam rem ægre ferentes impietatis opifices, & licentiam sibi ab Imperatore concessam audaciæ suæ subsidium nacti, gravissima eis verbera intulerunt. Seditionem auxit Imperator eorum scelera dissimulans. Civiles quoque ac militares magistratus crudelissimo cuique & impiissimo mandabat. Hi quidem Christianos sacrificare non cogebant, sed omni infamiæ genere eos atterebant.

Ib. c. 7.

Dorostoli, quæ est urbs Thraciæ non ignobilis, Æmilianus invictus Christi athleta, cum aras idolorum subruisset, a Capitolino totius Thraciæ Præside in rogum conjectus est. In urbe Phrygiæ Mero, Amachius Rector provinciæ, cum idolorum templum sordibus oppletum repurgasset, Macedonius, Theodulus, & Tatianus Phryges noctu ingressi simulacra contriverunt. Cumque alii tanquam hujus facinoris authores comprehensi, & pœnas jamjam daturi essent, sese ipsi indicarunt. Cum autem ipsis liceret illæsis abire, si modo diis sacrificare voluissent; postquam Præses ipsis persuadere non potuit ut vel hoc uno satisfactionis genere scelus suum diluerent, multis eos modis excruciavit. Ad extremum craticulis imposuit, ignemque subjecit. Illi dum cremarentur; si carnes assas, ajebant, concupiscis, o Amachi, alterum nobis latus ad ignem obverte, ne gustanti tibi insuaves videamur, si semiassi simus. Atque in tormentis animam exhalarunt.

CHRISTI An. 361.

Theod. hist. l. 3. cap. 7.

Ascalone & Gazæ in Palæstina, virorum honore sacerdotii præditorum, & mulierum, quæ perpetuam virginitatem professæ fuerant, ventres dissecuerunt, & hordeo completos, porcis vorandos postea præbuerunt. Sebastæ, Joannis Baptistæ arcam aperuerunt, & ossibus igne consumptis hac & illac disperserunt. Aliquam eorum partem mixti cum infidelibus servavere Christiani, quam ad se delatam diligenter abscondit Athanasius prædicens multis postea profuturam, quemadmodum contigit Imperante Theodosio. Heliopoli, ad Libanum, quidam erat Diaconus Cyrillus nomine: Is Constantini temporibus, divini amoris æstu inflammatus, multa simulacra, quæ illic religiose colebantur, contriverat; cujus facinoris memores nefarii homines, non solum eum interfecerunt, sed ejus ventre dissecto, jecur quoque illius degustarunt. Sanctorum fastis eum adscripsit Rom. Martyrologium quarto Kalendas Aprilis. Impietatis pœnas dederunt dignas tanto facinore; quotquot enim ejus piaculi participes fuerant, primum quidem spoliati sunt dentibus qui universi simul ipsis exciderunt, postea vero linguas amisere, quæ putredine consumptæ defluxerunt. Postremo etiam oculis orbati sunt, & quanta vis esset religionis, calamitatibus suis prædicarunt.

Ruff. l. 1. cap. 28.

Ibidem sacras Deo virgines, quibus insolens erat a populo conspici, vestibus nudatas, in publica stare coegerunt, ad commune omnium spectaculum & ludibrium. Cumque omni contumeliæ genere eas prius affecissent, tandem decalvaverunt, & medias dissecantes, ad viscera eorum devoranda porcos provocarunt, cibo illis consueto superficiem viscerum operientes. Heliopolitæ ad hanc adversus sacras virgines crudelitatem proruperunt, hanc ob causam, ut equidem conjicio, quod Constantius, destructo apud eos Veneris templo, prohibuerat ne juxta morem patrium virgines suas obvio cuique stuprandas exponerent, priusquam sponsis legitimis jungerentur.

Sozom. l. 5. c. 10.

XV. Marcus Arethusiorum Episcopus, Constantii temporibus destructo idolorum templo magnifico, Ecclesiam ædificarat. Arethusii tunc aperte ultionem parabant. At ille primo quidem fugere conatus est. Postea vero cum didicisset quosdam ex suis vice ipsius comprehensos esse, reversus semetipsum cruentis civibus tradidit. Illi nudatum verberibus cædunt, totum ejus corpus flagris lacerantes: posthæc in fœtidas cloacas conjiciunt, atque inde extractum puerorum multitudini tradunt, hortantes ut stylis suis eum configerent. Demum reticulo inclusum, & garo ac melle inunctum æstu ardentissimo sublimem suspenderunt sub dio, vespas & apes ad eum sugendum invitantes. Atque hæc ab illis fiebant, ut duorum alterum eum præstare cogerent, templum scilicet destructum instaurare, aut sumptus ad instaurandum suppeditare. Verum ille gravissimos cruciatus constanter tulit, nihil tamen eorum, quæ ipsi proponebantur, facturum se promisit. Arethusii cum existimarent illum ob egestatem non offerre pecunias, dimidia parte summæ remissa, reliquum solvere jusserunt. At ille suspensus, atque a vespis & apibus depastus, impios etiam deridebat. Ad extremum Arethusii exiguam admodum summam ab eo flagitarunt. At ille vel unum obolum dare ejusdem impietatis esse respondit, ac summam integram præstare. Hoc modo superati eum dimiserunt, patientiam ejus magnopere mirantes, & per contraria in contrarium versi; nam ex ejus ore postea Christianam religionem didicerunt. Julianus hic alienum ab omni pietate maxime declaravit ingenium, Mar-

Theod. hist. l. 3. cap. 7.

Gregor. Nazian. orat. 3.

cus

Christi An. 361.

Gregor. Nazian. orat. 3. pag. 91.

cur enim unos erat ex iis, qui eum servaverant, cum totum ejus genus periclitaretur. Tantam gloriam Ariano dogmate prorsus obscuravit Marcus Semiarianis consentiens. Ejus tamen pietatem laudat Gregorius Nazianzenus, qui ejus ætate visit. Hinc eum ad Ecclesiæ fidem & communionem rediisse verisimillimum est.

Sozom. l.15.c.9.

XVI. Eusebii, Nestabi, & Zenonis fratrum & Gazæ Martyrium sexto Idus Septembris meminit Romanum Martyrologium; quorum passionem sic narrat Sozomenus. Gazæorum populus odio eos prosequens, tunc temporis domi abditos comprehendit, atque in carcerem conjecit, & flagris verberavit. Deinde omnes in theatrum convenientes, adversus eos vociferati sunt; quod templa ipsorum violassent, & superiorum temporum opportunitate ad eversionem & contumeliam græcanicæ religionis abusi essent; & semetipsos cohortati ad carcerem properant, eductosque trahentes, & pavimento allidentes, lapidibus & fustibus cædunt. Mulieres relicta tela radiis illos pungunt, & coqui, qui in foro eraot, aquia ferventibus superfusos verubus transfigunt. Denique confractis eorum capitibus, ita ut cerebrum humi efflueret, eos extra civitatem traxerunt ad locum quo jumentorum cadavera projici solebant. Ibi accenso rogo corpora eorum concremarunt: & quæ supererant ossa, camelorum asinorumque ossibus, illic temere disjectis, commiscuerunt, ne facile reperiri possent; sed tamen non latuerunt diu, mulier enim Christiana Deo in somnis jubente noctu ea collegit, & in ollam conjecta Zenoni eorum consobrino custodienda tradidit. Parum abfuerat quin & ipse comprehensus a Gazæis occideretur; sed dum populus consobrinorum ejus cædibus intentus esset, ipse opportunitatem nactus Anthedonem aufugit urbem maritimam, quæ quidem eo tempore superstitioni gentilium, & simulacrorum cultui supra modum dedita erat. Quorumdam indicio cum Christianus proditus fuisset, ter virgis graviter cæsus est, & urbe ejectus. Cumque ad Gazæorum navale se contulisset, illic abditus delitescebat.

Martyr. Rom. 8. Sept.

Ibi mulier ei occurrens reliquias tradidit, quas domi abditas aliquamdiu servavit. Postea vero Episcopatum illius urbis sortitus sub Theodosio, Basilicam extra urbem ædificavit, & altare sublime erexit, & Martyrum reliquias deposuit juxta Nestorem Confessorem & vere Martyrem. Qui cum consobrinis suis, dum viverent, familiariter versatus, & una cum illis a populo comprehensus, vincula ac flagella simul cum iis pertulerat. Sed qui eum trahebant, conspecta illius pulchritudine, juvenem miserati sunt, & extra urbis portas projecerunt adhuc quidem spirantem, sed qui brevi moriturus sperabatur. Inde quidam eum tollentes ad Zenonem deportarunt, apud quem dum ulceribus ejus ac plagis medicina exhiberetur, animam exhalavit. Gazæi gravitatem facinoris sui animo reputantes metuebant; jam enim rumor sparsus fuerat, indignari Imperatorem, & decimum quemque ex plebe necari statuisse; sed populatis rumor ex metu id falso sparserat. Econtra Consularem, qui tunc provinciam illam regebat, exauctoravit, suspectumque habuit & in judicium adductum clementiæ suæ tribui voluit, quod nequaquam morte mulctaret. Incusabat autem illum quod quosdam ex Gazæis, qui seditionis ac cædis authores fuisse dicebantur, comprehensos in vincula conjecerat, ut ex legum præscriptio judicium subirent. Quid enim, inquit, illos duci necesse erat qui paucos Galilæos pro multis injuriis, quibus ipsos ac deos ipsorum affecerant, ulti essent?

Sozom. ibid.

XVII. Gazæorum navale prius Majuma dicebatur. Constantinus hanc urbem Christianæ religioni impense deditam esse intelligens jure civitatis donaverat, & filii sui Constantii nomine appellatam dixerat Constantiam, separatimque rempublicam habere præceperat: iniquum esse ratus, ut Gazæis Græcorum superstitioni supra modum addictis contributa esset. Julianus vero cum Gazæi adversus Constantienses litem moverent, Gazæis Constantiam adjudicavit. Quod vero ad Ecclesiam pertinet, ea solum parte duæ urbes remanserunt, utraque enim suum seorsum habet Episcopum, suum Clerum; dies etiam festos Martyrum suorum, & commemorationes Episcoporum, qui ipsis præfuerunt, vicinorum denique agrorum limites, quibus Ecclesiæ ad utrumque Episcopatum pertinentes distinguuntur.

XVIII. Gasenses pariter infensi D. Hilarioni, qui Marnæ eorum idoli vanitatem & impotentiam manifestarat, precibus ad Julianum datis, & Hilarionis ejusque discipuli mortem impetraverant: amboque ut quærerentur toto Orbe, scriptum erat. Ille post mortem D. Antonii reversus Aphroditon in Ægypto, duobus tantum secum retentis Fratribus in vicino deserto tunc morabatur. Porro jam triennium erat, quod clausum cœlum terras illas arefecerat, ut vulgo dicerent Antonii mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis accolas quoque illius loci: & certatim virilis ac muliebris sexus, ora luridi & attenuati fame, pluvias a servo Dei, & B. Antonii successore deprecabantur. Quos ille cernens mire doluit: elavatisque in cœlum oculis, & utrasque in sublime erigens palmas, statim impetravit quod rogaverat. Ecce autem sitiens arenosaque regio, postquam pluviis irrigata est, tantam serpentum & venenatorum animalium ex improviso ebullivit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo universi agricolæ atque pastores tangentes vulnera certam salutem resumebant. Videns autem ibi se miris honoribus affici, perrexit Alexandriam, inde ad ulteriorem Oasim eremum transiturus. Et quia numquam, ex quo cœperat esse monachus, in urbibus manserat, divertit ad quosdam fratres sibi notos in Bruchio, haud procul ab Alexandria: qui cum miro gaudio suscepissent senem, & jam vicina nox esset, repente audieruot discipulos ejus asinum sternere, illumque parare proficisci. Itaque advoluti pedibus ejus rogabant ne hoc faceret, & ante limen prostrati, citius se mori, quam tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit: Idcirco abire festino, ne vobis molestiam generem: certe ex posterioribus cognoscetis, non frustra me subito recessisse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribus Præfecti, nam pridie eum venisse cognoverant, intrantes monasterium, cum illum minime invenissent, invicem loquebantur: Noone vera sunt quæ audivimus? Magus est & futura cognoscit. Hilarion egressus de Bruchio per inviam solitudinem intravit Oasim, annoque ibi plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama pervenerat, quasi jam in Oriente latere non posset, ubi multi illum & opinione & vultu noverant, ad solas navigare insulas cogitabat, ut quem terra vulgaverat, saltem maria celarent. Sic sancti latere & nesciri semper optarunt. Christi An. 361. Hier.vit. D.Hilar. c. 27. & 28.

XIX. Emetæ gentiles Ecclesiam quæ recens ædificata fuerat, Baccho Gunidi consecrarunt, simulacro ejus ridiculo, & androgyno in ea collocato. Cæsareæ Philippi, urbs est Phœnices, quam Paneadem nominant: Imperator cum didicisset insignem esse statuam Christi, quam mulier sanguinis profluvio, quo jam dudum laborabat, liberata ibi dedicavit; ea subversa, imaginem suam ejus loco posuit. Statim vero ignis summa vi e cœlo delapsus pectus statuæ & vicinas pectoris partes discidit, caputque una cum collo disjecit, & pronum humi infixit. Christi vero statuam tunc quidem Pagani trahentes per urbem confregerunt. Postea vero Christiani collectam in Ecclesia reposuerunt. Theod. hist. l. 3. cap. 7. Sozom. l.5. c.21.

XX. Julianus octo circiter mensibus commoratus Constantinopoli, quam ut patriam suam diligens portu exornavit; qui naves ab Austro periclitantes defenderet, & multis beneficiis & honoribus auctam cumulavit, ejusque Senatui decus addidit, ad bellum Persicum profectus est versus Orientem. Transgressus fretum venit Nicomediam, itinereque ad dextram declinato, Pessinunta convertit visurus vetusta Matris Magnæ delubra, cujus simulacrum olim Romam transtulerat Scipio Nasica. Hic morti addidit duos adolescentes Christianos, quorum alter cum aram Deæ diruisset, adductus ut nocens coram Juliano, illius purpuram & sermones irrisit ut inanes. Alter loris toto corpore ad intimas usque partes laceratus, & præ vulneribus exiguum quoddam spirans, tantum abfuit ut tormentis succumberet, ut tortoribus demonstrans tibiam, quæ sola ungulas effugerat, eos incusans hortatus est ne huic parcerent. Ambo cum matre & urbis Episcopo martyrio coronati sunt. Mamert. Panegyr. Ammia. L.22.c.9. Gregor. Nazian. orat. 4. pag. 133 *Martyres.*

XXI. Eodem tempore martyrio vitam finiit S. Basilius Ancyranæ Ecclesiæ Presbyter. Hic Christianæ Fidei defensor acerrimus, quamdiu quidem Con- Sozom. l.5. c.11. *S. Basilius martyr.*

Christi An. 361. & 362.

Constantius Imperium obtinuit, fortissime restiterat Arianis; atque ob eam causam Eudoxiani ne plebem colligeret, ei interdixerant, ac proinde diversus est a Basilio Ancyrano Episcopo. Ubi vero Julianus Imperio potitus est, regionem circumiens Basilius Christianos palam ac publice hortabatur, ut doctrinæ suæ tenaciter adhærerent, nec gentilium sacrificiis ac libationibus se pollucrent: neve honores ipsis ab Imperatore delatos magni facerent, quos momentaneos esse ostendebat, sed perpetuo exitio compensandos. His rebus intentus, atque idcirco suspectus & invisus gentilibus, cum aliquando publice eos sacrificantes vidisset, constitit, & graviter ingemiscens, Deum precatus est, ne quis Christianorum ejusmodi errore caperetur. Hanc ob causam comprehensus Saturnino Præsidi provinciæ offertur ut seditiosus & contumeliosus in Deos & Imperatorem. Proconsul cum eum (Act. sinc.) in fide fortem invenisset, jussit eum lacerari, dum tortores præ lassitudine deficerent, tum eum misit in carcerem; Julianoque nuntiavit quæ circa Basilium gesta essent.

Ibid. Ille misit Elpidium comitem privatarum seu præpositum domus regiæ, & Pegasium: ambo cum Christiani essent, in gratiam Principis a vera pietate desciverant, qui cum Basilium nec verbis, nec suppliciis a proposito dimovere potuissent, eum reservaverunt Imperatori, qui post paucos dies rediit Ancyram. Occurrunt ei sacrificuli deferentes idolum Hecates; quibus pecunias largitus est. Sequenti die dum spectacula fierent, Elpidius ad Imperatorem retulit de Basilio, quem postquam surrexisset e theatro, jussit adduci ad palatium. Basilius ei exprobrata apostasia prædixit, quod Christus ab eo auferret Imperium. Tum Julianus, Ego quidem, inquit, te dimittere volebam; sed quoniam inverecunde consilia mea respuis, & contumeliis afficis, præcipio ut cruciatus sustineas, Frumentioque Comiti scutariorum torquendum tradidit, & statim profectus est: Basilius vero multa in eo certamine perpessus tormenta, forti animo martyrium consummavit quarto Kalendas Julii anno trecentesimo sexagesimo secundo.

Ibidem tres alii pro Christo passi memorantur, (Martyrol. R. 7 Nov.) Melasippus, Antonius, & Carina. Beatus quoque Philoromus Presbyter coram Juliano Christum confessus (Pallad. Laus. c. 13.) est, eique tam libere locutus est, ut Tyrannus illum jusserit radi, & a pueris stanti alapas impingi. Is vero rem fortiter tulit, eique egit gratias. Postea mundo renuntians vitam professus monasticam, tantam virtutum nobilitatem ostendit in vitæ monasticæ institutione, ut etiam ipsi, qui sunt in eo genere insuperabiles, ejus vitam Angelis æqualem reverentur. D. Basilius delectabatur ejus austeritate, constantia, & in opere diligentia. Annis octoginta (Sozom. l. 5. c. 11.) major obiit. Busiris etiam licet ex secta Encratitarum, Christiani nominis confessione tunc inclaruit. Comprehensus est ut cæderetur a Præside illius provinciæ, eo quod gentilibus insultasset. Admotum igitur equuleo Præses sublimem attolli præcepit. At Busiris manibus ad caput sublatis, latera nudavit, dixitque Præsidi: Non esse opus ut lictores ipsum in equuleum levando ac postea deponendo frustra fatigarentur; se enim absque hoc ministerio latera sua quamdiu vellet tortoribus ultro præbiturum. Admiratus pollicitationem Præses, ipsius rei experimento magis stupefactus est. Nam cum latera ejus, quamdiu placuit Præsidi, unguibus ferreis lacerarentur, manibus supra caput elatis, plagas alacri animo sustinens perseveravit. Posthæc conjectus in vincula, haud multo post liberatus est, cum mors Juliani nuntiata esset: & ad principatum usque Theodosii superstes fuit: damnataque priore hæresi, ad Catholicam Ecclesiam se contulit.

(Sozom. l. 5. c. 4. Gregor. Naz. or. 3.) XXII. Julianus emensis itineribus venit Cæsaream totius Cappadociæ Metropolim. Ejus civitatis incolas gravissimo odio prosequebatur, propterea quod omnes pene Christiani essent, & quod duo templa, Jovis scilicet Præsidis urbis, & Apollinis patriæ, jam pridem destruxissent. Ubi vero templum Genii Publici, quod solum supererat, se regnante a Christianis eversum esse didicit, gravissima indignatione commotus adversus universam civitatem, eam ex albo civitatum expunxit, & cognomentum Cæsaris ei ademit, quod olim regnante Tiberio meruerat, cum Mazaca prius diceretur. Ac gentiles quidem, qui illic erant admodum pauci, incusavit quod ad opem ferendam non accurrissent, & si quid periculi subeundum erat, pro Genii defensione, alacri animo (Christi An. 362.) non pertulissent. Omnes vero opes ac possessiones Ecclesiarum, tam quæ in urbe Cæsarea, quam quæ in vicinis locis essent, tormentis exquiri, & in medium proferri jussit. Et confestim quidem trecentas auri libras Fisco inferri: universos autem Clericos referri in album officii Rectoris provinciæ, quod genus militiæ onerosum, & inter Romanos milites vile atque inhonestum existimatur. Vulgus vero Christianorum una cum uxoribus & liberis describi, & perinde ac in pagis tributa pendere præcepit. Addito quoque jurejurando minatus est, nisi quamprimum templa instaurassent, se urbi succensere, eamque opprimere non destiturum. Qui vero Genii templum subverterant, pœnas dedere, alii morte, alii exilio mulctati. Quos inter in Martyrologiis celebris est (Martyrol. R. 9. Apr.) Eupsychius Cæsariensis Cappadox, nobili genere ortus, qui recens uxorem duxerat. Dianæus ejusdem urbis Episcopus circa idem tempus diem extremum obiit.

Plurimi Fideles Deum timentes maximo dolore afficiebantur circa extrema illius tempora, propterea (Basil. ep. 86.) quod fidei illi, quam ex Constantinopoli reportaverant, qui ad Georgium Alexandrinum pertinebant, subscripserat. Ut vero erat ingenio mansueto & humano, omnibus ita satisfaciebat, ut paterno affectu toleraretur. Ubi vero decidit in ægrotationem, ex qua & mortuus est, accitis suis Clericis, quos inter erat D. Basilius, dixit: Testis est Dominus, quod simplici corde in scriptum fidei Constantinopolitanæ consenserim: verum nulla in re irritam voluerim eam Fidem quæ Nicææ a sanctis Patribus exposita est, neque aliud in corde habuerim, quam quod ab initio traditum accepi. Precor ut non separer a sorte beatorum illorum Episcoporum trecentorum decem & octo, qui piam illam Fidei prædicationem promulgarunt Orbi. Eaque satisfactione illos permovit, ut soluta omni cordium hæsitatione ad communionem illius accederent.

XXIII. Eo mortuo, Cæsareæ cives de Archiepiscopi creatione inter se contendebant, acrisque seditio erat. (Gregor. Nazianz. orat. 19. p. 308.) Cathedræ illius splendor & gloria majorem contentionis cumulum afferebat. Aderant nonnulli Episcopi, ut Archiepiscopum darent. Sed cum in plures sententias multitudo distraheretur, tandem plebs tota uno consensu primarii ordinis Eusebium, vita quidem & moribus eximium, divino tamen baptismo nondum consignatum, invitum & repugnantem corripientes, simulque militaribus copiis, quæ in urbe erant, opem afferentibus, in sacratio collocarunt, & Episcopis obtulerunt, petentes ut eum initiarent, & Antistitem proclamarent; suasioni interim vim admiscentes, coacti illi eum baptizatum renuntiarunt Episcopum, & in throno collocarunt, manu tamen potius, quam voluntate animique affectu. Sed ubi primum discesserunt, consilium inter se ineunt, ut nihil eorum, quæ gesta fuerant, ratum ac firmum esse ducerent, nec institutionem legitimam, vim objicientes Eusebio, qui non minorem vim ipse passus fuerat.

Ibid. Gregorius Nazianzenus senior hanc eorum sententiam non comprobavit. Nam cum vis communis esset: si ipsis, inquiebat, venia deberetur, utique & illi: si vero illi nullo modo ignoscendum esset, multo minus certe ipsis .... Aderat enim Imperator adversus Christianos fremens, atque hanc electionem irato & infenso animo ferens, gravesque in eum, qui electus fuerat, minas intendens, maximeque tunc periclitabatur civitas ob eversum Fortunæ templum. Præfectus eos, a quibus electus fuerat, velut ipsum accusaturos per literas accersebat, minas adjungens tanquam Imperator hoc exigeret: Gregorius acceptis his literis, respondit: Nos, potentissime Præses, rerum omnium quæ geruntur, censorem unum ac Regem habemus, qui nunc oppugnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque ut ipsi gratum est, fecimus. Vos autem alia quidem aliqua in re nobis, si animus ita tulerit, vim afferre facile potestis. Id autem nemo unquam nobis adimet, quin ea, quæ facta sunt, ut recte ac juste facta defendamus. Nisi forte hanc quoque legem vos statuatis, quibus ne in nostras quidem res prospicere fas est. Has literas ille etiam ipse admiratus est, qui accepit, etiamsi parumper stomachatus sit, Imperatorisque impetum compressit. Eusebium ita disponente divina providentia electum patebit ex sequentibus.

XXIV. Ju-

Christi An. 362. XXIV. Julianus quoque sagittarios immiserat in Ecclesias, ut eas vel deditione acciperet, vel armis
Ib.p.307. subigeret. Gregorius Pater ita fortiter restitit Præfecto militum, ut re infecta discesserit: publicas adversus eum preces indixerat. Ipse autem, quamvis senio confectus, humi cubans lacrymis pavimentum perfundebat, idque per annum integrum, solumque testem habens Deum: illusque etiam ignorasset familia, nisi Gregorius filius aliquando cubiculum subito ingressus, chameuniæque signa conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo, quidnam hoc esset percontatus, noctis arcanum intellexisset. Ipse populo postulante paulo antea sacerdos a Patre constitutus præerat Catechumenorum institutioni; cumque senior Pater publice verba facere non posset, ejus
Gregor. vice filius populum ducebat, quo tempore illam
Naz.or.1. egregiam habuit orationem de officio Sacerdotis, &
p.6.& 7. qualem esse oporteat Episcopum. Quanta vero in iis qui præsunt virtus desideretur, sic explicat: At vero homini difficile sit scire parere, tum multo difficilius esse videtur, scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege divina situm est, & ad Deum ducit: cujus quo majus est fastigium, majorque dignitas, eo etiam majus periculum est, prudenti utique homini & cordato: quippe cui primum illud curandum erit, ut argenti atque auri instar, omni ex parte versatus, atque in omnibus temporibus & rebus nusquam adulterinum, aut subæratum quiddam tinniat, nihilque deterioris materiæ, flammaque acriori dignæ, in seipso gestet. Nam alioquin tanto gravius malum fuerit, quanto pluribus imperarit .... Neque ab
Ps. 36. eo, qui hanc curam suscipit, hoc solum requiritur, ut malus non sit: verum etiam ut virtute præstet, juxta illud Scripturæ præceptum, quo declinare a malo, & facere bonum jubemur. Nec ut vitiosas animæ notas duntaxat expungat, verum ut meliores etiam inscribat: ita ut magis virtute antecellat, quam honore & dignitate superet: nec modum sibi ullum honeste vivendi atque altius ascendendi constituat, nec lucro potius id quod arripuit, quam damno quod effugit, deputet. Verum quod præ pedibus est, gradum ad id, quod deinceps sequitur, esse arbitretur: nec virtute vulgus anteire, magnopere amplum atque illustre judicet, verum detrimento ducat, si a suscepti muneris dignitate absit: sicque se comparet, ut quod ex virtute gerit, ad legis divinæ normam, non autem ad alios expendat .... Siquidem virtutis suæ præstantia multitudinem ad mediocritatem tracturus sit, & non per vim cohibiturus.

Gregor. XXV. Basilium non multo post ad sacerdotium
Nazianz. promovit Eusebius, ut ejus opera in tanto onere sub-
orat. 20. levaretur, cum prius sacros libros populo lectitasset, quos postea enarravit. Statim de sua ordinatione certiorem fecit Gregorium Nazianzenum, qui ei rescripsit: Tu captus es, quemadmodum nos quoque cir-
Idem cumscripti. Quandoquidem ad Presbyterii gradum
ep. 11. pertracti sumus. Nec enim id a nobis expetebatur. Nam uterque alteri, si alii quipiam, locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris Philosophia, humique depressa .... Quoniam autem factum est, ferre necesse est ... Ac præsertim ob tempus istud, quod multas nobis hæreticorum linguas invehit: nec aut spei eorum, qui fidem nobis habuerunt, aut superiori vitæ nostræ dedecori esse. Basilius Presbyter jubente Episcopo statim ad populum habuit homilias: ejus eloquentiam sic laudat Photius. Pura dictione, significante propria, & omnino pane-
Phot. Bibl. c.141. *Basilii eloquentia.* gyrica, si quis alius uti novit; sensuum ordine ac puritate primus, & nemini secundus apparet. Jam persuadendi quoque vim, ac jucunditatem cum perspicuitate amat, atque ita fluit ejus oratio, quasi ultro tanquam e fonte rivolus scaturiret. Verisimilitudine autem eo usque usus est, ut si quis ejus sermones pro civilis orationis exemplo sibi proposuerit ... nullum alium præterea, quantum quidem existimo, de-
Gregor. sideraturus esse videatur. Hinc brevi apud omnes in
Nazianz. magno honore, & amore fuit. Eusebius Episcopus
orat. 20. postea in Basilio aliquid humani passus, cum eo simultatem exercuit, stimulante invidia, ut communis est opinio. Sed adversus Episcopum Ecclesiæ pars selectior & sapientior concitatur, qui cum grave atque indignum esse duxissent pati, ut is qui principatum inter eos obtinebat, contumelia & probro afficeretur & rejiceretur, periculosissimum facinus aggrediuntur. A magno, & a seditione ac dissidio alieno Ecclesiæ corpore deficere, seseque abrumpere constituunt, non Christi An. 362.
exiguam quoque partem amputantes, tam eorum qui inferioris ordinis erant, quam qui dignitates gerebant. Postremo aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant. Basilius pacis discipulus, consulto Gregorio amico suo, ad eum in Pontum confugit, ac monasteria, quæ illic erant, moderatus est.

XXVI. Julianus iter per Cappadociam & Cili- Ammian.
ciam faciens, mense Julio pervenit Antiochiam. Marcell.
Evenere autem iis diebus Adonia ritu veteri cele- l.22. c.9.
brari. Vicinos montes, ut deorum delubra inviseret, & montem Cassium ascendit, ibique Jovi rem divinam fecit, ut interesset Apollinis solemnitati, quæ quot annis mense Augusto olim in suburbio, quod Daphnes dicitur, trans Orontem fluvium celebrari consueverat. Existimabat hic se tantæ urbis opes & magnificentiam se spectaturum. Ingressus autem in templum, neque thura neque victimam ullam reperit. Tunc Julianus ad aram & simulacri pedes cum Senatu gravibus verbis expostulavit, sed nihil obtinuit. Hier. in cap.8. Ezech. Julian. in Misopog. Theod. hist. l. 3. cap.14.

Septem diebus apud Daphnem festum agi mos est, Ibid.
quibus Julianus publicum epulum celebravit: ade- *Ethnici*
rat idolorum sacerdos cum duobus filiis qui erant *mira conversio.*
æditui, Imperatoris cibos aqua lustrali aspergere soliti. Unus ex his primo die; cum juxta Imperatoris stibadium adstans, cibos solemniter aspersisset, confestim Antiochiam perrexit, adiitque domum cujusdam Diaconissæ insigni pietate præditæ. Hæc illum antea una cum matre venientem ad pietatem cohortabatur. Mortua interim matre, adolescens nihilo secius invisebat mulierem, & consueta ejus institutione fruebatur. Rogavit tandem magistram, quo tandem modo paternam superstitionem effugere, & veritatis, quam illa prædicabat, compos fieri posset. Cui illa patrem fugiendum esse respondit, eique præponendum Creatorem tum ipsius, tum Patris; migrandum præterea in aliam urbem, in qua latere possit, & impii Principis manus evadere. Ipsa vero id sibi fore curæ pollicebatur. Veniam igitur ad te deinceps, inquit adolescens, & animam meam tibi committam. Urstaret promissis, tunc ad eam venit. Ego quidem, inquit, adsum, nec fidem datam fefelli; tu vero saluti & animæ & corporis mei consule, & presta quod promisisti.

Illa protinus consurgens adolescentem deducit ad Ibid.
virum Dei Meletium. Ille juvenem aliquamdiu manere jussit in superiore domus cœnaculo. At pater filium suum quærens Daphnem circumire cœpit. Reversusque in urbem, vicos omnes & compita perambulabat, oculos quoquo versus conjiciens, ejus investigandi causa. Postquam vero ad eum locum venit, in quo domicilium erat divini Meletii, sublatis oculis videt filium per cancellos prospicientem, statimque ingressus, corripuit eum atque abduxit: & domum reductum primum quidem multis verberibus cecidit. Deinde candentibus veruculis manus ejus ac pedes & dorsum inussit. Postremo cum eum in cubiculo inclusisset, claustris exterius additis, Daphnem rediit. Cœlesti repletus gratia patris simulacra omnia contrivit, deridens eorum infirmitatem. Postea cum facinus suum consideraret, patris reditum expavit, oravitque Christum Dominum, ut opem sibi ferre vellet, & contritis claustris fores aperiret. Tua enim causa, ajebat, hæc feci & pertuli. Hæc cum diceret, subito ceciderunt claustra, & fores apertæ sunt. Tum rursus ad magistram cucurrit. Illa vero muliebri veste indutum in basterna collocavit, & rursus ad divinum Meletium adduxit. Ille Hierosolymorum tradidit Episcopo, qui tunc Cyrillus vocabatur; atque ita nocte cum eo in Palæstinam profectus est. Hæc ego, inquit Theodoretus, illum jam senem narrantem audivi. Qui hæc etiam adjiciebat: post obitum Imperatoris Juliani, se quoque ad veram religionem perduxisse patrem suum.

XXVII. Julianus, licet infensus Antiochiæ, cu- Sozom.
jus omnes fere cives erant Christiani, hic tamen l.5. c.15.
autumnum & hyemem egit, dum omnia parat ad bellum Persicum. Interim multum vexavit Ecclesias ac plures fecit Martyres. Et primo quidem civilium tumultuum causam derivavit in Christianos: quapropter Tito Bostreosi minatus est culpam se omnem conjecturum in illum, & in Clericos ejus, si plebs seditionem move-

CHRISTI AN. 362.

moveret. Titus rescribens testatus est Christianos plebem gentilium numero adæquare, quiascere tamen illos, & cohortationibus suis obtemperantes nihil seditiosum moliri. Ex quibus verbis Titum plebi invisum reddere cupiens Imperator, in epistola quam scripsit Bostrenis, eum insimulavit tanquam calumniatorem civitatis, quod dixerat illos non sua sponte, sed ipsius hortatu a seditionibus abstinere, eosque incitavit, ut illum tanquam hostem publicum sub elogio præconis ejicerent. Ecclesiarum Antistites & Clericos civitatibus ejici curavit; reipsa quidem studens, ut istorum absentia conventus plebis aboleret, dum nemo esset qui eam colligeret ac doceret, & qui sacramenta ministrarent: ita ut progressu temporis in oblivionem religioni suæ prolaberentur. Hac ratione Eleusium sacerdotesque ejus urbe Cizyco exegit; cum tamen nec seditio ulla fieret, nec futura esse crederetur. Humanitatem tamen ut simularet, in fine epistolæ ad Bostrenos ista subjungit. Cives concordiam retinete, ita ut nemo adversetur, aut injuriam faciat alteri: neque vos qui in errore estis, aliis, qui deos recte justeque venerantur iis ritibus, qui nobis ab omni æternitate traditi sunt; neque deorum cultores illorum ædibus, qui ignorantia magis, quam animi consilio in errore versantur, vim inferte, aut eas diripite: Quippe oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus ac contumeliis, corporumque suppliciis. Ergo iterum ac sæpius eos admoneo, qui in veram religionem sponte sua feruntur, ne qua injuria Galilæos afficiant, aut contumeliis vexent. Kalendis Augusti Antiochiæ. Quam longe aliter sentiret, declarant quæ contigere Alexandriæ & Antiochiæ.

Theod. hist. l. 3. cap. 18. *S. Artemius M.* Rom. Martyr. Philost. l. 7. c. 2. Ammia. Marcel. l. 22. cap. 11. Socrat. l. 3. c. 2.

XXVIII. Artemium, qui dux militum fuerat per Ægyptum, eo quod temporibus Constantii cum magistratum illum gereret, plurima deorum simulacra confregerat, non solum bonis exuit, verum etiam capite truncavit. Hunc decimo tertio Kalendas Novembris ut Martyrem honorat Ecclesia. Alexandriæ ut nuntiatum est interfectum Artemium, gentiles ejus metu soluti insurgunt adversus Georgium Episcopum, omnibus invisum; Catholicis, quos dura persecutione vexarat sub Constantio; Arianis, quos epistolæ adversus Aetium subscribere coegerat; gentilibus ob multas injurias; sed iram non tenuere postquam eorum sacrorum infamem crudelitatem omnibus sic fecit manifestam. Locus erat in urbe, jam inde a priscis temporibus vacuus ac neglectus, ac multa sordium colluviæ refertus, in quo gentiles Mithræ mysteria peragentes, immolare homines consueverant. Hunc tanquam vacuum, ac desertum Constantius Ecclesiæ Alexandrinorum jam antea donaverat. Georgius vero cum Ecclesiam in eo loco ædificare vellet, repurgari eum jussit. Quod dum fieret, adytum repertum est immensæ altitudinis, in quo mysteria gentilium erant recondita: complures scilicet hominum calvariæ, juvenum pariter ac seniorum, qui olim mactati esse dicebantur, tunc cum gentiles divinatione, quæ per extorum inspectionem fit, uterentur, & magica sacrificia ad animas incantandas peragerent. His igitur in adyto templi Mithræ repertis, Christiani dederunt operam ut gentilium mysteria palam omnibus spectanda ad ludibrium exponerentur. Statimque ea circumferre per civitatem cœperunt, nudas hominum calvas multitudini ostentantes.

Ibid.

Pagani, qui erant Alexandriæ, cum id cernerent, opprobrium non ferentes, ira exarserunt, & quodcumque obvium erat vice teli arrepto, contra Christianos impetum fecere, multosque eorum vario mortis genere extinxere. Alios enim gladiis, alios fustibus, alios lapidibus necarunt. Nonnullos funibus strangularunt: quosdam etiam cruci affixerunt, hoc genere supplicii ea de industria afficientes ad sacræ Crucis contumeliam. Plurimos vero diversis vulneribus sauciarunt. Atque ut in ejusmodi tumultibus fieri solet, ne proximis quidem parcebant. Itaque Christiani a repurgando Mithræ templo destiterunt.

Sozom. l. 5. c. 7. Ammia. ibid.

Gentiles vero impetum fecerunt in Georgium, quem ab Ecclesia abstractum in vincula conjecerunt. Paulo post, prima luce ad carcerem decurrentes, raptum diversis mulctandi generibus proterunt, & conculcant divaricatis pedibus. Cumque ea Dracontius monetæ præpositus, & Diodorus quidam veluti comes, injectis per crura funibus, simul exanimati sunt. Ille quod aram in moneta quam regebat, recens locatam everterit. Alter, quod cum ædificandæ præesset Ecclesiæ, cirros puerorum licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere. Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadavera peremptorum camelis imposita vexit ad littus: iisque subito igne crematis, cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis ædes illis extruerentur, ut reliquis, qui deviare a religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur. Hæc scribit Ammianus Marcellinus author ethnicus de cultu martyribus exhibito; sed metuendum non erat ne talis honor deferretur præsertim Georgio, hæresi & variis sceleribus infami.

Martyrum cultus.

Sozom. ibid. Juliani epist. 10. Sozom. ibid.

Ariani tamen divulgarunt eum ista passum ab Athanasii fautoribus; sed eum ab ethnicis trucidatum Julianus fatetur in epistola ad Alexandrinos; qui profecto numquam id confessus esset, nisi veritas ipsa eum adegisset. Cognita Georgii cæde gentilibus quidem graviter succensere visus est. Verum literis duntaxat eos objurgavit; pœnam vero remisit in gratiam, ut ipse ait, Serapidis Præsidis eorum urbis, & Alexandri conditoris, & Juliani avunculi sui, qui antea Præfectus fuerat Ægypti atque Alexandriæ: vir gentilium superstitioni supra modum addictus, & qui Christianos gravissimo odio prosequebatur: adeo ut quantum in ipso erat, contra Imperatoris sententiam persecutio Christianorum ad cædem usque processerit.

Jul. ep. 9.

Julianus scripsit etiam ad Præfectum Ægypti Ecdicium, ut Georgii bibliothecam ad se transmitteret. Multa, inquit, erant apud illum Philosophica, Rhetorica, multa de impiorum Galilæorum doctrina, quæ velim penitus extincta esse, ne cum his illa quoque pereant. Omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgii: qui si fideliter in eam curam incubuerit, præmium sibi libertatem esse sciat; sin autem malitiose & astute rem gesserit, quæstionem de se habitum iri. Georgii porro libros ego novi: mihi enim, cum in Cappadocia essem, etsi non omnes, at quosdam describendos dedit, quos ad eum postea remisi.

Theod. hist. l. 3. cap. 15.

XXIX. Julianus semper laqueos tendens & retia quæ deceptos homines in impietatis exitium traherent, Antiochiæ apertius pietatem oppugnavit. Fontes, tum qui in urbe, tum qui in suburbano Daphnensi erant, abominandis sacrificiis inquinavit; ut quicumque aquam gustassent, communione sceleris inficerentur. Deinde cuncta quæ in foro erant venalia, similiter contaminavit. Panis enim & carnes, olera item ac poma; cuncta denique cibaria lustrali aqua aspergebantur. Quæ cum viderent Christiani, gemebant ipsi quidem ac lamentabantur, talia abominantes. Edebant tamen adducti lege Apostolica ita dicente: Omne quod in macello venundatur, comedite, nihil interrogantes propter conscientiam.

1. ad Cor. 10.

Ibid. *Martyres.*

Forte duo scutarii & stipatores Imperatoris in convivio abominanda hæc scelera aliquanto vehementius deploraverunt, & puerorum, qui olim Babylone inclaruerunt, verba admiratione digna usurpaverant: Tradidisti enim, ajebant, nos Regi iniquo apostatæ super omnes gentes Orbis terrarum.

Dan. 3.

Ille cum optimos viros statim ad se adduci jussisset, interrogavit quid ab ipsis dictum esset. Illi ex interrogatione Principis occasione liberius loquendi arrepta, egregio quodam zelo incitati hæc dixerunt: Nos in vera pietate educati, o Imperator, & præstantissimis legibus obtemperantes, quas scilicet Constantinus ejusque filii tulerunt, lugemus nunc, abominatione cuncta abs te repleri cernentes, & scelestis sacrificiis cibos potumque contaminari. Hæc nos & domi deflevimus, & nunc apud te lamentamur. Hoc enim unum in tuo Imperio moleste ferimus. Julianus his auditis, clementiæ larva deposita, impietatis vultum detexit, & gravibus tormentis excruciatos vita privavit. Causam vero supplicii prætexuit, non pietatem pro qua interfecti sunt, sed linguæ petulantiam. Ideo enim punitos esse dixit, quod Imperatorem contumelia affecissent. Atque hæc ita divulgari præcepit, cum nomen atque honorem Martyrii veritatis athletis invideret. Horum alter Juventius, alter vero Maximinus vocabatur, quos Antiochensium civitas, tanquam veritatis propugnatores honore prosequens, in splendido monumento deposuit, & quotannis annua festivitate vene-

Martyrolog. Rom.

CHRISTI AN. 362.

venerata eſt Nonis Septembris, quo die paſſi ſunt; eorum memoriam octavo Kalendas Februarii recolit Latina Eccleſia.

Athanaſii reditus. Gregor. Nazianz. orat. 21. pag. 390.

XXX. Athanaſium, qui per ſeptem fere annos in deſertis latuerat, poſt Georgii cædem ab exilio reverſum Alexandrinus populus lubenter ſuſcepit. Imo vero tota prope Ægypto undequaque in unum concurrente, in editis locis frequens turba conſiſtebat, alii ut ſola Athanaſii voce, alii forma & aſpectu fruerentur. Tanta apud omnes erat viri veneratio. Nam per ſexus, ætates, atque artes ſinguli diviſi, quo pacto ſolet civitas illa inſtrui, eum publico aliquem excipit honore. Athanaſius autem aſino vehebatur, talique pompa civitatem ingreditur. Arianos eccleſiis ejiciunt Catholici: Athanaſio vero eas tradunt. Ariani autem in ædibus quibuſdam vilibus & obſcuris conventus agebant, in locum Georgii Lucium quemdam ſubſtituerunt. Athanaſius tanta lenitate atque humanitate res eorum, a quibus læſus fuiſſet, adminiſtravit, ut ne iis quidem ipſius reditus moleſtus fuerit. Ac templum quidem ſacrilegis eorum oundinatoribus, qui Chriſto ad quæſtum abutebantur, repurgavit, ſed ſola perſuaſione. Tum eos, qui inter ſe & cum ipſo ſimultates gerebant, in mutuam concordiam reduxit. Adhæc injuria affectos tyrannide liberat, nullo poſito inter ſectatores ſuos & alienos diſcrimine. Prolapſam inſuper fidei doctrinam erigit: ac libere rurſus Trinitas prædicatur, ſplendidoque unius divinitatis lumine animas omnes colluſtrans, omnium mentes ad ſe convertit; aliis epiſtolas mittens, alios accerſens, nonnullos etiam ultro accedentes erudiens.

Socrat. l. 3. c. 5. 6. & 7.

XXXI. Lucifer & Euſebius Vercellenſis ex ſuperiori Thebaide ab exilio redeuntes conſilium inter ſe ineunt, quonam modo Eccleſiaſticis legibus ſubvenirent, nec eas violari impune paterentur. Placuit ut Lucifer Antiochiam proficiſceretur, Euſebius autem Alexandriam, ut una cum Athanaſio Synodum congregantes Eccleſiæ dogmata confirmarent. Ac Lucifer quidem duos Diaconos miſit ſuo loco, per quos pollicitus eſt aſſenſurum ſe iis, quæ a Synodo decreta eſſent. Euſebius vero cum veniſſet Alexandriam, confeſtim una cum Athanaſio Synodum convocavit. Convenerunt ergo ex diverſis civitatibus Epiſcopi viginti, omnes Confeſſores, quippe qui ab Arianis vel miſſi in exilium, vel depoſiti fuerant. Aderant miſſi a Lucifero Herennius & Agapetus Diaconi; & Calimerus & Maximus Diaconi a Paulino Presbytero, qui Antiochiæ præerat Euſtathianis, & quidam monachi ab Apollinario, cujus errores necdum innotuerant; ſed jam ſuſpectus occulte ſpargebat hæreſim.

Alexandrina Synodus pro lapſis.

Rufin. l. 1. c. 28.

Confeſſores Præſide Athanaſio congregati, pauci quidem numero, ſed fidei integritate & meritis multi, quo pacto poſt hæreticorum procellas & perfidiæ turbines, tranquillitas revocaretur Eccleſiæ, omni cura & libratione diſcutiunt. Præcipua difficultas erat de Epiſcopis, qui cogente Conſtantio ſubſcripſerant Ariminenſi & Conſtantinopolitanæ formulæ. Quibuſdam fidei calore ferventibus videbatur, nullum debere in ſacerdotium recipi, qui ſe utcumque hæreticæ communionis contagione maculaſſent. Sed inde turbæ majores extitiſſent, quemadmodum conſtabat experientia. Quibuſdam enim in locis tentatum fuerat, depoſitis prioribus Epiſcopis, novos ordinare, Epiſcopi vero conſcientiæ teſtimonio freti id perfici non patiebantur, populique in ſeditionem verſi uſque ad lapidationem eorum, qui id tentabant, vim prohibuerant. Quapropter a Synodo conſtitutum eſt, ut exceptis authoribus hæreſeos, quos error excuſare non poterat, pœnitentes Eccleſiæ ſociarentur. Non quod Epiſcopi poſſent eſſe, qui hæreticis faveant; ſed quod conſtaret eos, qui reciperentur, hæreticos non fuiſſe. Valentis enim & Urſacii fraudem non ſenſerant; Catholiceque intellexerant eorum anathemata, ipſaque fidei profeſſio cui ſubſcripſerant, nullum expreſſum continebat errorem. Hoc Synodi ſtatutum, aliaque ejus decreta de Trinitate & Verbi divini Incarnatione, ſic Athanaſius exponit in ſua ad Antiochenos epiſtola, quam Synodi nomine conſcripſit.

Hieron. adv. Luciſ. c. 7.

Ath. ep. ad Antioch. nov. edit. tom. 2. pag. 771. vet. 576. Conc. tom. 2.

XXXII. Allatum eſt ad nos, plurimos, qui pridem a nobis per contentionem deſciverant, pacem jam cupere: pleroſque item ab Ariomanitarum hæreſi deficientes communionem noſtram exoptare, neceſſarium duximus ea, quæ nos & dilecti noſtri Euſebius & Aſterius (Petratum in Arabia hic Epiſcopus erat) ſcripſimus, veſtræ quoque manſuetudini ſcribere ...... Quotquot igitur nobiſcum pacem habere cupiunt, maxima autem qui in veteri eccleſia conventus agunt, (intelligit Meletianos) & qui ab Arianorum partibus reſiliunt, ad vos convocate, eoſque quemadmodum patres filios ſuos excipite.... dilectiſque noſtris Paulino & ſequacibus ejus vos adjungite, nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut Arianam hæreſim anathemate damnent, fidemque a ſanctis Patribus Nicææ promulgatam profiteantur. Condemnent item eos qui Spiritum ſanctum affirmant creaturam eſſe, & a Chriſti ſubſtantia diviſum. Illud enim vere eſt reſilire a deteſtanda Arianorum hæreſi, ſanctam Trinitatem non dividere, nec dicere aliquid quod ad eam pertineat creaturam eſſe. Nam qui ſimulant quidem ſe Nicænam fidem profiteri, atque interea contra Spiritum ſanctum blaſphemare non dubitant, nihil aliud præſtant, quam quod Arianam hæreſim verbis quidem negant, animo autem & ſententia retinent. Anathemate quoque ab omnibus damnetur Sabellii & Pauli Samoſateni impietas, Valentini item & Baſilidis inſania, & Manichæorum amentia. Quod ſi ita fiat, futurum eſt ut omnis mala ſuſpicio levetur ubique, & ſola Eccleſiæ Catholicæ Fides pura commonſtretur ...... Hortamur vos ut iis conditionibus concordia ineatur.

CHRISTI AN. 362.

Ibid.

Quam igitur nonnulli jactant tabellam, quaſi in Sardicenſi Synodo conſcriptam, ne legi quidem omnino, aut proferri ſinatis. Nihil enim tale Syondus definivit. Et quoniam ſubſtantiæ & hypoſtaſis voces a diverſis in varia acceptione ſumebantur: Quidam enim dicebant ſubſtantiam & hypoſtaſim ſeu ſubſiſtentiam unum videri; & quia tres Subſtantias non dicimus in Deo, nec tres Subſiſtentias dicere debeamus: Alii vero quibus longe aliud Subſtantia quam Subſiſtentia dicere videbatur, dicebant, quia Subſtantia ipſa rei alicujus naturam, rationemque qua conſtat, deſignat; Subſiſtentia autem, uniuſcujuſque Perſonæ hoc ipſum quod extat, & Subſiſtit, oſtendat. Quos voce diſſentientes conciliavit Synodus: utraque enim parte leniter & benigne audita, verborumque ſententia diligenter & accurate perpenſa, poſtquam concordes reperit, nec quantum ad doctrinam ullo modo inter ſe diſſidentes, ita negotium tranſegit, ut nominum uſum concedens, rebus eos conſtringeret. Hinc ibidem ſubjungit Athanaſius: Aliquos quidam incuſabant, quod tres hypoſtaſes dicerent, quia hæ voces, cum in Scriptura non habeantur, hinc ſuſpectæ eſſe poſſunt; rogavimus ut nihil præter Nicænam confeſſionem inquirant. Illos tamen contentionis occaſione interrogavimus, anne ut Ariomanitæ dicunt, hypoſtaſes illas alienas peregrinaſque, ac diverſæ a ſe invicem Subſtantiæ, & unamquamque hypoſtaſim ſecundum ſe ab altera diviſam, ut ſunt aliæ creaturæ, nec non qui ex hominibus naſcuntur; vel quaſi diverſas ſubſtantias quale eſt aurum, argentum & æs; ſic & ipſi dicerent: An ſicut alii hæretici tria principia & tres deos eſſe dicunt, eadem ipſi ſententia affirmarent tres eſſe hypoſtaſes? Illi ſe neque hæc dicere, nec unquam ita ſenſiſſe affirmabant. Nobis autem percontantibus, quid ergo hæc dicitis? Aut quare tandem hujuſmodi vocabula uſurpatis? Reſponderunt illi: Eo quod in ſanctam Trinitatem credamus, non nomine tenus Trinitatem, ſed quæ vere ſit & Subſiſtat, nimirum Patrem vere Exiſtentem & Subſiſtentem, Filium item vere Subſtantialem ac Subſiſtentem, Spiritum quoque ſanctum Subſiſtentem & Exiſtentem agnoſcimus. Nec tamen ſe dixiſſe, ajebant, tres deos aut tria principia, nec omnino eos qui ita dicerent, ſentirentve, tolerare: Sed ſe ſanctam quidem Trinitatem agnoſcere, unamque Deitatem, ac unum principium, ac Filium quidem Patri Conſubſtantialem, ut Patres declarant, ſanctum vero Spiritum non creaturam, neque alienum, ſed proprium, & a Subſtantia Filii & Patris indiviſum. Approbata igitur ejuſmodi & vocum interpretatione & excuſatione, eos quoque examinavimus, quos iſti accuſabant, quod unam dicerent hypoſtaſim, num in Sabellii ſenſu ita loquerentur, quo Filium Spiritumque ſanctum de medio tollerent. An Filium Subſtantia, Spiritumque ſanctum hypoſtaſi carere exiſtimarent? Qui item affirmarunt ſe neque hoc dicere, nec unquam ita ſenſiſſe; ſed unam hypoſtaſim, ajebant, dicimus, exiſtimantes perinde eſſe dicere hypoſtaſin,

Gregor. Nazianz. orat. 21.

CHRISTI AN. 362.

sin, atque dicere Substantiam : unam credimus hypostasim, eo quod Filius sit ex Substantia Patris, & quod una eademque sit nature. Unam quippe Deitatem, & unam ejus naturam esse credimus.: nec aliam quidem Patria, alienam autem ab illo Filii ne Spiritur sancti Substantiam sentimus. Tunc sane qui accusati fuerent, quod tres diaissent hypostases, eum istis consentiebant. Ii autem qui unam esse Substantiam diaerant, illorum doctrinam, prout eam interpretati fuerant, profitebantur : & utrique Arium tanquam Christi hostem, Sabellium item ac Paulum Samosatensem velut impios, Valentinum & Basilidem ut alienos a veritate, Maoichæum vero ot malorum inventorem, anathemate damnarunt. Omnes denique Dei graria, post ejusmodi interpretationes, una confitentur istiusmodi vocabulis præstantiorem accuratioremque fidem a Patribus Nicææ promulgatam : atque demum illiua verba suffieere debere, iisque utendum esse. Huic disputatiooi occasionem dedisse videntur antiqui Philosophi, apud quos eumdem sensum habent Substantia & hypostasis, quarum vocum significationem postca Patres diligentius eaposuere. Earum vocum differentia cognita ex mysteria Trinitatis & Incarnatioois, pergit Athanasius.

Ath. ib. Concil. a. tom. 2. *Incarnationis mysterium.*

XXXIII. Sed cum etiam de Salvatoris Iocamatione nonoulli inter se litigare viderentur, utrosque interrogavimus, & quod isti profitebaoiur, hoc & illi quoque suscipiebant, nempe non sieut ad Prophetas factum est verbum Domini, sic advenisse in hominem sanctum sub finem sæculorum, sed ipsum Verbum Carnem factum eise, & eum esset in forma Dei, formam servi assumpsisse : & ex Maria secundum Carnem hominem esse factum propter nos, & sie humanum genus in ipso integre ac perfecte a peccato liberatum & vivificatum a morte introduci in regno cœlorum. Hoc item profitebantur, non corpus inanimatum, aut sensus expers, aut mente earens Salvatorem habuisse. Neque enim, ajebant, possibile erat Domino propter nos homine facto, Corpus ejur sioe mente existere : Non eoim corporis duntaaat, sed etiam animæ salus in ipso Verbo facta est ; & cum vere Filius Dei esset, factus est & Filius hominis, eumque Unigeoitur esset Filius Dei, factus est pri-

adRom. 8.

mogenitus en multis Fratribus. Quamobrem non alius ante Abraham Filius Dei, alius post Abraham. Neque alius erat qui Lazarum suscitavit ; alius vero qui de illo interrogavit, sed idem ipse erat, qui humanitus quidem dieebat, ubi positus est Lazarus, & qui divinitus illum suscitavit. Idem

Joan. 11.

ipso erat, qui corporalitee quidem ut homo spuebat, divinitus vero ut Dei Filius, aperiebat oculos eæci nati : & carne quidem patiebatur, ut ait Petrus, divinitos autem monumenta aperiebat, & mortuos suscitabat. Atque omnia quæ in Evangelio

Petr. 4.

habentur eodem modo intelligentes, affirmaruot se idipsum sentire de Incarnatione, & de inhumanatione Verbi. Etiam legati Apollinarii, hæresim vafre tegeotes.

Sie & ipse Apollinaris ad Episcopos Dio-Cæsareæ postea congregatos scripsit ; quod non eorpus ioanimatum aut sensus aut mentis eapers Salvator habuerit; intelligebat enim eum habuisse mentem di-

Ibid.

vinam, negabat autem eum assumpsisse meniem humanam. Sed cum nihil tale vel levitee insinuarent ejus legati, merito subjungit Athanasius. Cum hæc igitur fuerit illorum coofessio, hortamur vos, ne eos, qui ita eonfiteniur, & eo pacto verba quæ proferunt ioterpretantur, temere condemnare aut rejicere velitis ; sed potius ipsos paci studentes, & sese purgantea recipiatis. Eos ecootra qui hæc profiteri, & verba tali modo explicare renuerint, ut suspectæ seotentiæ bomioes arceatis, pudoreque afficiatis. Hos igitur ne toleretis; eos autem qui & recte verba interpretantur, & probe sentiunt, hortamini ne ulteriorem adhibeant disquisitionem, nee verbis inutiliter decertent .... Nam qui de hujusmodi tantum vnculis quæstiones agitant, & prætee ea quæ Nicææ conscripta sunt, nonnulla requirunt, nihil aliud agunt, quam ut proaimo suo subversiooem

Habac. 2.

turbidam propinent .... Vos itaque in commune ubi conventus agere soletis, hæc legitore illucque convocare omnes dignemini. Æqunm est enim ut illie primum legatur Epistola, ac ibidem qui pacem optant, sibi iovieem concilientue .... Ego Athaoasius, aliique pariter Episcopi, qui simul convenerunt, sub-

scripsere, nec non qui missi sunt a Lucisero, & Paulino, & Appollinario.

XXXIV. Antiochiam missi sunt Eusebins & Asterius qui perferrent banc Synodalem epistolam, quæ tamen sic inseribitur : Charissimis & optatissimis ministris Eusebio Vereellorum, Lucifero Sardiniæ insulæ, Asterio Petraeum Arabiæ, Cymatio Palti, Anatolio Euboæ Episcopo. Cur autem sie ad duos præsentes Synodo dirigatur, haoe retionem affert Rufinus, scilicet ex Coocilii decreto, Asterio eaterisque qui eum ipso eraot, Orientis injungitur procuratio, Occideotis vero Eusebio decernitur. Reipsa procurarunt ut ubique reciperetur hæc Syoodiea, & ab Ecclesiis observaretur. Quemadmodum in sua ad Rufinianum epistola testatur Athanasius.

Ruf. l. a. cap. 29.

Ath. ep. ad Ruf.

Quoniam autem, inquit, studiose ioterrogasti de iis, qui quidem subducti, lapsi sunt, nec tamen prava fide corrupti .... Scito, Domine mi optatissime, in principio quidem cum vis illa desiisset, coactam Synodum fuisse, scilicet Aleaandriæ, & postea in Græeia, Hispania & Gallia. Atque idipsum hic & ubique placuisse, nimirum ut iis, qui lapsi sunt, si impietatis fuerint præfecti, venia coneedatur, siquidem resipiscant, nec detur tamen iis in Clero locus : iis vero, qui impietati patrocinati non sunt, sed oecessitate & violentia tracti fuerint, & in Clero detur locus .... Affirmant quippe se io impietatem minime lapsos fuisse ; sed ne impiissimi quidam homines ad Episcopatum evecti Ecclesias eorrumperent, se maluisse cum violentia concurrere, & id onerir ferre, quam populos perdere ..... Quapropter ad Clerum reditur illis concessus est ; iia enim qui decepti & vim passi suot, veoia facile datur ... Qui autem pœnitentiam aguot, anathemate damnent, eapresso nomine, pravam Euzoii & Eudoxii doctrinam. Illi enim Arianæ bæreseos patroni in Christo blaphemantes ereaturam eum esse seripserunt. Confitcantur quoque fidem Nicææ a Patribus declaratam, & nullam aliam Synodum huic anteponant.

Lib ep. 9. Concil. tom. 2. *Liberius confirmat Synodum Alexandrinam.*

Illud decretum sie confirmavit Liberius io sua ad Episcopos Italiæ epistola : Sed mihi, eui convenit omnia moderate perpendere, maxime cum & Ægyptii omnes & Achivi hanc adunati sententiam receperint, visum & parcendum quidem bis de quibus supra tractavimus, authores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & ealigioe offenderunt inoocentium seosus .... Igitue si quis virus illud in se pestiferum Ariani dogmatis subdolum ac latebrosum fuerat eapertus, illud jam, sermoois nostri adhortatiooe lenissima reparatus, & ignoretionis eaptum resipiscens exhauriat & eoodemnet, vehementiusque in authores ejus sæviat, quos in se violeotos expertus est, totumque se Fidei Apostolicæ & Catholieæ usque ad Nicænæ Synodi conveotum de integro mancipet. Pee quam peofessionem, etiamsi quibusdam leva & remissum videtur, recuperet id quod per astutiam amiserat. Ibidem reprehendit eos, qui lapsos recipiendos esse nolebant.

Theod. hist. l. 3. cap. 5. Hier. in Chr.

XXXV. Interea Lucifer Antiochiæ, eum multos ultro citroque sermonea utrisque secisset de coocordia, Eustathianosque sibi contradicentes videret, quorum dua erat Paulinus Presbyter, illum ipsis, secus quam fieri oportuit, ordinavit Episcopum, adscitis aliis duobus Confessoribus, Gorgonio Germaniciæ, & Cymatio Palti Episcopo. Ea res dissensionem illam diuturniorem effecit. Quinque enim & octoginta aonos permansit usque ad Episcopatum Aleaandri. Eusebius cum venisset Antiochiam, cernens malum ex preva curatione prope insanabile effectum esse. Fautores enim Meletii eum Paulino convenire renuentes separatim collectas eelebrabaot in veteri extra urbem Ecclesia, Paulinus vero iotra urbem eum suis collectas celebrevit. Nam eom mitis esset, & tum ob sanctitatem vitæ, tum ob senectutem venerabilis eum reveritus Euzojur Arianorum Episcopus, non modo non ejecit civitate, sed unam ei Ecclesiam attribuit; sie tres in eadem urbe erant factiones. Eusebius lieet moleste ferret, quod Paulious contra quam oportebat, absque totius populi consensu ordioatus fuisset, nihil tamen palam conquestus est ob reverentiam Lueiferi ; sed cum ab utriusque partis communione se abstiouisset, pollicitus est emendaturum se io Synodo ea, de quibus utrique querebantur. Antiochiaque eaeedens, navigavit in Italiam. Paulinus vero subscripsit decretis Syoodi Alexandrinæ.

Theod. ibid.

Sozom. l. 5. c. 13.

Ath. ad Antioch.

CHRISTI AN. 362.

Sozom. l.5.c.13. Rufin. l.2.c.30.

XXXVI. Lucifer contumeliæ loco ducens, quod Eusebius ordinationem Paulini non probasset, communicare illi detrectavit, & altercandi studio ea, quæ Alexandriæ in Synodo decreta fuerant, reprehendere conatus est; sed tenebatur legatorum suorum vinculo, qui in Concilio ipsius authoritate subscripserant. Abjicere namque eos non poterat, qui authoritatem ejus tenebant. Si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo multumque deliberans, cum ex utraque parte concluderetur, elegit ut legatis suis receptis, erga cæteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret, scilicet, Episcopos, qui Ariminensi formulæ subscripserant, locum suum in Clero tenere non debere, sed abdicandos; nec enim eis denegabat pœnitentiam, siquidem eos recipiebat, qui ab Arianis baptisma fuerant consecuti, & Patres ei nullam imputant hæresim. Qui vero decretum Alexandrinæ Synodi in praxi sequebantur, se ab eorum communione separavit. Et quamvis pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, qui fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenuerunt, cujus patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Ejus sectatores dicti sunt Luciferani. Lucifer ipse diu commoratus Antiochiæ ut Paulini partibus multos adjungeret, regressus ad Sardiniæ partes post annos octo in schismate mortuus est, anno Christi trecentesimo septuagesimo.

Hier.adv. Lucif. August. hær.81. Ambr.in orat. de obit. Satyr. Hier. in Chron.

Hier.adv. Lucif.c.9. *Hilarii Diaconi error, & opera.*

XXXVII. Hilarius natione Sardus, Diaconus Liberii, una cum Lucifero legatus apud Constantium Imperatorem, qui eum flagellis cæsum pro fidei defensione relegavit in Thebaidem, tantam gloriam schismate & errore fœdavit. Nam licet baptizatus in Romana Ecclesia, quæ semper ab hæreticis baptismum recepit, & ipse jam Diaconus ab hæreticis venientes, in eo quod prius acceperant baptismate suscepisset, mutata deinde sententia ne baptizatos quidem recipiebat ab Arianis; hinc Orbis Deucalion dictus est. In suis tamen libellis quos adversus Catholicos de hæreticis rebaptizatis edidit, confitebatur a Julio, Marco, Sylvestro, & cæteris veteribus Episcopis absque novo baptismate hæreticos in pœnitentiam esse susceptos. At cum Eucharistiam conficere non posset, Episcopos & Presbyteros non habens, neque baptisma sine Eucharistia tradere, uti tunc mos erat, cum eo pariter periit & secta, quia post se nullum Clericum Diaconus potuit ordinare. Imo ante mortem eum resipuisse, & redisse ad unitatem Ecclesiæ probabilissimum est. Commentarios enim in epistolas S. Pauli, jam olim adscriptos D. Ambrosio, ei tribuit D. Augustinus: hisce verbis: Sic S. Hilarius intellixit quod scriptum est, in quo omnes peccaverunt. Deinde addit; manifestum in Adam omnes peccavisse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus est, & omnes quos genuit, nati sub peccato .... quæ totidem verbis leguntur in commentariis in caput quintum epistolæ ad Romanos. Hilarius autem in iis honorifice loquitur de Damaso, eique se communione junctum esse declarat. Cum, inquit, totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen ejus domus dicitur, cujus hodie Rector est Damasus, & rebaptizantes schismaticos redarguit. Ac proinde jam ab illo errore resipuerat.

L. 4. ad Bonif.c.4. Comment. in c.3.ep.1. ad Tim. & in c.5. ep.1. ad Cor.

Tempus & sententiarum communites indicant quoque eumdem esse authorem operis quæstionum veteris & novi Testamenti, quod dudum inter Augustini opera circumfertur. In eo refellit argumenta Photini, quem tanquam viventem alloquitur, & disputat adversus Apollinarem, cujus hæresim damnavit Damasus. Commentariorum authorem Pelagianis erroribus refertum volunt aliqui recentiores, Fatendum in iis esse quædam durius dicta, Sed eum Patres Græci; qui scripsere ante Pelagianam hæresim, præsertimque D. Chrysostomus iisdem pene verbis ad eadem Apostoli loca eadem dixerint: quia nondum litigantibus hæreticis, securius loquebantur, ut ait Augustinus: Hæc etiam in commentariis Hilarii loca benigna interpretatione molliri postulat æquitas. Nec Pelagianis nondum natis accensendus est.

Ruf. l. 1. cap.30. Sozom. l.5. c.10. *Ariminense symbolum damnant Itali & Illyrici.*

XXXVIII. Eusebius Vercellensis comite Evagrio Antiocheno Presbytero & postea successore Paulini, Orientis provincias circumiens eos qui in fide negligentiores fuerant, corrigere, & quæ credenda essent, docere cœpit. Per Illyricum deinde transiit eidem operi intentus, & ad Italiam pervenit. Tunc ad ejus reditum lugubres vestes Italia mutavit. Concurrebant Episcopi, qui Ariminensibus dolis irretiti sine conscientia hæretici ferebantur, contestantes Corpus Domini, & quidquid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putavimus, dicebant, sensum congruere cum verbis, nec in Ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus. Decepit nos bona de malis æstimatio, nec sumus arbitrati, sacerdotes Christi adversus nos pugnare. Parati sumus subscriptionem nostram & omnes Arianorum blasphemias condemnare. Reipsa Arimini statutis rescissis Nicææ fidei se reddiderunt, ut constat ex eorum ad Illyrici Episcopos epistola, quæ sic habet.

Hier.adv. Lucif.ib.

Hilar. fragm.

Divini muneris gratia est, ut secundum Apostolum omnes unum sapere, omnes unum confiteri cœperimus. Et quantum ad Italiam quidem pertinet, fidei paternæ, hoc est, apud Nicæam scriptæ se reddidit, fraudem, quam passa est apud Ariminum, recognoscens. Illyricum etiam Deum clementi nutu respexisse gaudemus, & consortio infidelitatis, quo gravabatur, abjecto, ea quæ sunt rectæ sententiæ probare cœpisse gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi Fratres, unam eamdemque accipite firmam subscriptione sententiam. Nicæni tractatus adversus Arium Sabelliumque decreta servamus. Ariminensis Concilii statuta quorumdam tergiversatione corrupta, consensum omnium provinciarum jure rescindimus; quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, ut nec in fide retinenda, nec in confutando Ariminensi Concilio aliqua videretur esse condissensio. Quicumque igitur nostræ unanimitatis optat habere consortium, quicumque individuam pacem nobiscum habere desiderat, quæ sunt nostræ sententiæ, comprobare festinet; & fidei a nobis memoratæ subscriptionem, & rescissionem Ariminensis Concilii sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum provinciarum porrigimus ipsi consensu. Eusebius Hilarium Pictavorum Episcopum in his perficiendis habuit adjutorem. Imo idem munus sedolo antea expleverat. Prior enim ab exilio redierat, Italosque & Gallos, quæ admittenda, quæ fugienda essent dogmata, docuerat. Celebratoque, uti diximus, Parisiis Concilio; omnes Galliæ Episcopos ad emendationem & pœnitentiam revocarat; abdicatis tantum hæresis Arianæ fautoribus Saturnino Arelatensi, & Paterno a Petricoriis. Ambo igitur pro fide fortiter propugnantes Nicænæ Synodi doctrinam in Occidentis partibus asseruerunt.

Sozom. l.5.c.13. Sulp.Sev. l.2. Sozom. ibid.

Martyrol. R.2.Dec. & 22. *Martyres.*

XXXIX, Ecclesia suas dum sic reparat ruinas, grassabatur persecutio: Romæ plures pro Christo passos recensent Martyrologia. Præcipui sunt Bibiana virgo cum matre Dafrosa, & patre Flaviano expræfecto. Pigmenius, Priscus, Joannes & Januarius Presbyteri, Gordianus Præfecti Vicarius, Joannes & Paulus fratres, quorum primus fuerat præpositus domus, secundus primicerius Constantiæ virginis filiæ Constantini Imperatoris. In Galliis Victricius miles per solemnem diem progressus in campum, coram omnibus cingulo deposito militiæ renuntiavit, quem tribunus multis affecit suppliciis, ejusque jussu oblatus Comiti capitis damnatur: sed carnifice, qui ad eum cædendum missus fuerat, cæcitate percusso, reducitur in carcerem. Hic arctius innodatas & ad ossa depressas catenas paululum relaxari postulavit: quod leve beneficium cum negassent, in conspectu ipsorum, conversa ad Christum prece, catenas sponte de manibus absolutis fluere viderunt: quod cum Comiti nuntiatum est, eum dimisit liberum. Postea Rhotomagi factus Episcopus Nerviorum & Morinorum gentes indomitas verbi prædicatione ad fidem Christi perduxit, & demum Confessor in pace quievit, in album Sanctorum relatus legitur septimo Idus Augusti. Celebris inter Gallicanos Martyres D. Eliphius Tullensis Clericus, Eucharii Martyris & Libariæ, Susannæ, ac Manne virginum frater, qui illustre martyrium fecit apud Solimariam in Lotharingia, unde ortus erat, & cujus nomen immutavit. Ejus corpus ibidem prope Neo-Castrum, caput vero Coloniæ asservatur & colitur. Galliarum præfecturam tunc gerebat Salustius Juliano charissimus, ideoque Christianorum hostis infensissimus. Adversus eum, seu Dioscorum vices ejus gerentem scripsit D. Hilarius. Hic liber excidit, cujus jactura res tunc gestæ

Martyr. Rom. Rupert.

CHRISTI AN. 362.

stræ adversus Gallicanam Ecclesiam perpetua oblivione sepultæ remanserunt.

S. Optat. Milev. l. 2. n. 15. & seq.
Donatistarum furor in Catholicos.
August. contra lit. Petil. l. 2. & ep. 105. alias 16.
Optat. ibid. n. 16. 17. 18.

XL. Accessit ad reliquias Ecclesiæ calamitates, quod Donatistarum tumnltus a Christianis Imperatoribus extincti majore flamma reviviscerent. In Sede Catholica Restituto, qui Concilio Ariminensi interfuit, successerat Genethlius. Donato vero Carthaginensi Parmenianus. Hoc eodem tempore Duces & Principes Donatistarum exulabant. Qui, ut revocarentur, ad Julianum mittunt Rogatianum, Pontium & Cassianum, hi omnium nomine dato libello supplici, in quo scripserant iniqui adulatores, quod apud eum justitia sola locum haberet, postulant ut in antiquum statum omnia revocentur. Imperator apostata, cui hoc erat in votis, ut Christianam religionem quavis arte destrueret, facile precibus eorum annuit, prævidens fore ut inde magnum accederet Africanæ Ecclesiæ detrimentum, uti contigit. Eau les redeuntes cum conducta manu invadunt Basilicas, multos faciunt extorres, alios trucidant. Felix Zabensis, & Januarius Flumenpiscensis tota celeritate concurrerunt ad castellum Lemellense in Mauritania, ubi cum contra importunitatem suam viderent basilicam clausam, præsentes jusserunt comites suos ut ascenderent culmina, nudarent tecta, jactarent tegulas. Imperia eorum sine mora completa sunt, & cum altare defenderent Diaconi Catholici, tegulis plurimi cruentati sunt, duo occisi sunt, Primus filius Januarii, & Donatus filius Mini, urgentibus & præsentibus Co-Episcopis supra memoratis. De qua re Primosus Episcopus Catholicus loci supra memorati in Concilio eorum apud Thenestinam civitatem in Byzacena questus est, & querelas ejus dissimulanter audierunt Donatistæ.

Ibid. n. 18. & 19.

Urbanus Formensis, & Felix Idiciensis e Numidia profecti Tipasam Cæsariensis Mauritaniæ civitatem properarunt, nonnullorum officialium favore & furore juvante, & Athenio Præside præsente cum signis, Catholica frequentia exturbata & cruentata de sedibus suis expulsa est, lacerati sunt viri, tractæ sunt matronæ, infantes necati sunt, abacti sunt partus. Omnia sacra iidem Episcopi violarunt, jusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo divini judicii: nam iidem canes accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones, sacri Corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniaverunt. Ampullam quoque chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt; & cum casum adjuvaret abjectio, Deo muniente, illæsa inter saxa consedit. Sacri chrismatis usus & antiquitas inde certo colligitur. Inde revertentes Urbanus & Felix invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerant mulieres. Felix etiam comprehensam puellam, cui mitram ipse imposuerat (mitra vero est capitis ornamentum, quo utebantur Virgines Deo consecratæ) nefarie incestare minime dubitavit. Et quasi de peccato sanctior fieret, Tysedim velociter properavit, Donatumque annorum septuaginta Episcopum Catholicum, spoliare ausus est Episcopali nomine, officio & honore, & manus sacrilegas capiti innocentis injecit, & de illa lingua ausus est ferre sententiam depositionis, quæ jam nec ad pœnitentiam agendam idonea videbatur, sed propter scelera in perpetuum ab Ecclesia debebat excludi.

Virgines professæ.

Virgines autem Deo consecratas & baptizatas, vel velatas ab Episcopis Catholicis, ad pœnitentiam adigebant Donatistæ; ita ut jam dudum professæ signa bonæ voluntatis capitibus imposita ipsis jubentibus immutarent, mitellasque purpureas projicerent, & alias acciperent. Ut palam fiat, quam antiqua sit in Ecclesia, & quam sancta sanctimonialium professio. Quæ ibidem de Donatistarum scelere dicit D. Optatus Milevitaons, hic subjicio. Primo quidem laudat hæc Apostoli verba: Qui dederit virginem suam, bene facit: & qui non dederit, melius facit. Hæc sunt, inquit, verba consilii; nec ulla præcepta sunt conjuncta, vel de qua lana mitella fieret, aut de qua purpura pingeretur ... Res inventa est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. Talis pannus & errare, & rodi, & perire potest; & tamen virginitas, si illæsa sit, sine mitella tuta esse potest. Spiritale nubendi hoc genus est. In nuptias Sponsi jam illæ virgines venerant voluntate & professione sua; & ut sæcularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent, & junctas spiritali Sponso, solverant crinem, jam cœlestes celebraverant nuptias. Quid est quod eas iterum crines solvere

Optat. l. 6. n. 4. s. ad Cor. 7.

coegistis? Quid, inquam, quod ab ipsis per vos exacta est secundæ professio? Quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? ... Jam consecratos Deo aspersistis immundis cineribus crines, jussistis etiam salsa aqua perfundi, nempe ut eas indebitæ pœnitentiæ propter communionem cum Catholicis subjicerent Donatistæ. Qui etiam ejectis e sedibus suis Episcopis, seductos exorcizabant fideles, Ecclesiarumque, quas invidebant, parietes lavabant. Diaconos, Presbyteros, Episcopos innocentes addicebant pœnitentiæ, quasi ad auferendam unctionem sacerdotalem, laicos faciebant. Quæ videntur intelligenda de Presbyteris & Episcopis, quibus traditæ fuerant Ecclesiæ, quas ipsi initio schismatis usurparant, vel qui ad Catholicorum partes transierant; Matronas quoque & pueros & virgines quæ unitati consenserant, nullo alio interveniente peccato, jusserunt agere publicam pœnitentiam; sed inæqualibus temporum spatiis, quasdam anno, alias mense, nonnullas tota die. Hæc omnia agentes, ut fidelium animos ab Ecclesia averterent, & ostenderent nihil sanctum posse fieri ab Episcopis Catholicis; quo errore suum schisma defendebant. His schismaticorum procellis in Africa jactabatur Ecclesia.

Virginum consecratarum vestis.

XLI. Observatione digna sunt D. Optati verba de sacris virginibus, quæ perpetuam virginitatem professæ Christo nupserant, & sæcularibus nuptiis se renuntiasse & professione & veste monstrabant, quæ tota erat lanea, in Africa mitellam capiti imponebant purpuream; in aliis provinciis velatæ erant flammeo velamine. Fusciorem indutæ tunicam, cujus manicæ brachia contegebant usque ad digitos manuum, eam astringebant cingulo, humerosque furvo operiebant pallio, id est ea lana non tincta, naturalemque servante colorem. Quibusdam in provinciis earum vestis erat nigra, in aliis fusca. Mos erat in Ægypti & Syriæ monasteriis ut crinem monasteriorum matribus offerrent resecandum, in aliis provinciis illum solvebant. Consecrandarum virginum ritum sic tradit ordo Romanus antiquissimus. Virginem Episcopo parentes cum oblatione offerant, & ille involutam manum ejus in palla altaris recipiat, dicendo cum astantibus antiphonam; Ipsi sum desponsa cui Angeli serviunt ... Tunc veniat illa, quæ consecranda est, ante altare coram Ecclesia, palamque in conventu cum astipulatore suo, cujus licentia habitum religionis est susceptura, & dato ejus assensu, offerantur vestimenta religionis, & velamina ante altare Episcopo ad benedicendum, & benedicat ea publice. Peracta vestium & veli benedictione, ipsa virgo veste laicali de capite reverenter abjecta, recipiat ab Episcopo sacræ religionis indumenta, excepto velo: & ingressa secretarium vestiatur. Postea sub aspectu Episcopi & Ecclesiæ suppliciter prosternat se ante altare, dicens hunc versum tribus vicibus: Suscipe me secundum eloquium tuum Domine, & vivam... Sequitur consecratio in modum præfationis: Deus castorum corporum benignus habitator, respice super hanc famulam tuam, N, quæ in manu tua continentiæ propositum collocans, tibi devotionem tuam offert, a quo & ipsa idem votum assumpsit ... Benedictione expleta, & ad interrogationem Episcopi de observatione sacri velaminis, illa coram professa, Episcopus mittat velamen super caput ipsius virginis, ita dicens: Accipe velum sacrum, puella, quod perferas sine macula ante tribunal Domini Jesu Christi, cui flectitur omne genu ... Tunc ipsa velata incipiat antiphonam: induit me Dominus cyclada auro texta, & immensis monilibus ornavit me.

Hier. ep. alias 48.
Ordo Rom.
Ritus consecrandi virgines.

Velatæ virgines aliæ in monasterio, aliæ in domo parentum habitabant; priores decimo septimo ætatis anno poterant velari; posteriores initio quidem vigesimo quinto ætatis anno; postea, propter multa scandala quæ contigerant, tantum quadragesimo; utrisque vero nubere fuisse prorsus illicitum; & si fidem Christo fefellissent, fuisse sacrilegas, præter D. Optatum mox laudatum sic docet Ambrosius lapsam virginem alloquens: Reminiscere ergo quantus ad Sponsi tui & Domini nuptias convenerit populus; servare te oportuit fidem, quam sub tantis testibus pollicita es, semper cogitare cui virginitatem spoponderis ... Nam si inter decem testes confectis sponsalibus, nuptiis consummatis, quævis fœmina viro conjuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium; quid quod inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram Angelis & exercitibus

Basilius epist. ad Amphil. cap 18.
Concil. Milev. cap. 4.
Concil. Agath. cap. 14.
Amb. de lapsu Virg. c. 5.

CHRISTI An. 362.

cœli facta copula spiritalis per adulterium solvitur? Nescio an possit ei condigna mors aut pœna cogitari. Dicet aliquis: Melius est nubere, quam uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro. Et jam si voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Idem docet his antiquior Cyprianus: Quid, inquit, Christus Dominus, & Judex noster, cum virginem suam sibi dicatam & sanctitati suæ destinatam, jacere cum altero cernit, quam indignatur & irascitur, & quas pœnas incestis ejusmodi conjunctionibus comminatur? Qui dicunt virginitatis votum nuptiis dirimens, posteriorum sæculorum esse commentum, numquam in eum errorem impegissent, si advertissent duo tunc fuisse genera sacrarum virginum, ut observat Innocentius Papa primus; nimirum alias quæ Christo specialiter nupserunt, & velari a sacerdote meruerunt; & alias quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se manere promiserunt: his, si perseverare non possunt, Patres permittunt nuptias, quas aliis interdicunt ut sacrilegas, & incestuosas.

1. ad Cor. 7.

Cypr. ep. 62. vet. edit.

XLII. Aliarum provinciarum Præsides ex Imperatoris superstitione occasionem lucri captantes, ultra quam mandatum fuerat a Principe, Christianos vexabant, nunc pecuniæ majorem vim quam oportebat, ab illis exigentes; interdum etiam tormenta corporibus eorum infligentes. Hæc Imperator cum probe sciret, negligebat tamen, & Christianis ob eam causam ipsum adeuntibus ita respondit: Vestrum est patienter ferre aliorum injurias: hoc enim est præceptum Dei vestri. In Ægypto Apollonius cum quadraginta annis fuisset in exercitiis spiritualibus conversatus habitans in spelunca eremo vicina, indesinenterque die ac nocte orationibus vacans, audiit Juliani temporibus fratrem quemdam pro militia comprehensum detineri carcere, Clericos enim & Monachos ad militiam cogi jusserat Julianus; venit ad eum cum Fratribus consolandi gratia, & ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atque imminentia contemnere pericula. Tempus enim, ait, certandi adest, in quo fidelium mentes tentationibus probandæ sunt & noscendæ. Cumque his & aliis verbis roboraret animum adolescentis, supervenit Centurio, & indignatus est, cur introire ausus sit: Claves extrinsecus carceris imposuit, ipsumque & omnes quicumque venerant pariter conclusit, quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiæ detinerentur officium: constituensque custodes quam plurimos abscessit. Medio autem noctis astare visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisque custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes advoluti pedibus sanctorum rogabant eos discedere, dicentes: Melius sibi esse mori pro eis, quam divinæ virtuti obsistere, quæ eorum curam gerebat; mane vero etiam ipse Centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans ut discederent omnes, qui teneri videbantur. Dicebat enim domum suam terræ motu magno concidisse, & electos quoque famulorum suorum peremisse: sancti vero his auditis, hymnum Deo laudesque cecinerunt, & regressi sunt ad eremum apud Thebaidem in finibus Hermopolis.

Socrat. l. 3. c. 14.

Rufin vit. Patr. l. 2. c. 7.

Ibid.

Apollonius hic pluribus annis in eodem vitæ genere perseveravit, eratque pater monachorum circiter quingentorum, & famosissimus in omnibus Thebaidæ finibus habebatur. Opera enim magna erant ei, & virtutes multas, signaque plurima, & prodigia faciebat per eum Deus . . . Consuetudo autem erat apud eum, ut fratres qui cum ipso erant, non prius cibum sumerent, quam communionem Dominicam perciperent circa horam diei nonam, & post hoc interdum sic usque ad vesperam permanebant, dum verbum Dei audientes, de mandatis Domini adimplendis sine intermissione docebantur. Post hæc jam cibo sumpto, alii ipsorum ad eremum secedebant, per totam noctem Scripturas divinas memoriter recolentes; alii in eodem loco ad quem convenerant, permanebant, & usque ad lucem in hymnis & laudibus Dei pervigiles perdurabant; sicut & ego ipse, inquit Rufinus, præsens vidi . . . Et venientes ad se monebat Apollonius, ut, si fieri posset, quotidie monachi communicarent mysteriis Christi, ne forte qui se longe facit ab his, longe fiat a Deo: qui autem frequentius hæc suscipit, frequentius videatur ipsum suscipere Salvatorem; quia & ipse Salvator dicit: Qui manducat Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.

Eucharistiæ usus quotidianus.

CHRISTI An. 362.

Joan. 6.

XLIII. Alexandriæ Pagani insurgunt adversus Athanasium. Huc confluxerant Magi, Philosophi, Aruspices, Augures, & palam exercebant infanda mysteria; ita ut pueros impuberes utriusque sexus immolarent, extaque eorum inspicerent, carnes denique degustarent. Atque hæc in aliis urbibus facta sunt. Hi omnes concinnatis adversus Athanasium calumniis, Imperatori significabant, urbem ab illo & universam Ægyptum vastari, nihilque suis artibus successurum, nisi prius eum ex civitate pelleret; si vero remanserit, nullum gentilem esse remansurum; quippe cunctos ad suas partes brevi traducerat. His supplicationibus admissis rescripsit Julianus: æquum erat, qui Regiis & Imperatoriis edictis compluribus ejectus fuerat, unum saltem edictum Regium exspectare, ac tum denique domum suam redire . . . Etenim nunc quoque nos Galilæis a Constantio ejectis, non reditum ad suas Ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. Audio Athanasium hominem audacissimum . . . . . Episcopatus Sedem, ut ipsi appellant, iterum usurpare: id vero non mediocriter Alexandrino populo displicere. Quare jubemus eum urbe excedere, eo ipso die quo humanitatis nostræ literas acceperit. Quod si in urbe manserit, longe majores gravioresque ei pœnas denuntiamus.

Socrat. l. 3. c. 13.

Theod. hist. l. 3. cap. 9. Julian. ep. 26.

XLIV. Alexandrini fideles quasi totius civitatis nomine pro Athanasio supplices literas dederunt ad Imperatorem. Qui respondens acerbius, postquam de iis multa dixit, hæc subjicit: Hunc vero quem neque vos, neque patres vestri videre, Jesum Deum Verbum creditis coli oportere. Quem autem ex æterno genus omne hominum videt & veneratur, ac venerando feliciter vivit, magnum dico Solem illum, vivum & animæ menteque præditum negligitis. Si quid hortanti mihi creditis, vos paululum ipsos ad veritatem reflectitote. Non enim a recto tramite aberrabitis, si mihi fidem habeatis, qui ad annum usque vigesimum ætatis illa via progressus sum; hanc alteram modo jam annum duodecimum sequor. Julianus igitur anno vitæ vicesimo, ejurata Christiana religione, amplexus est Paganismum, tuncque annum agebat trigesimum secundum, ac proinde hæc gesta sunt anno Christi trecentesimo sexagesimo secundo. Julianus hinc invehitur in Athanasium tanquam in impium & novandarum rerum cupidum; unde concludit: Quamobrem ne quid simile apud vos contingat, cedere illum pridem civitate jussimus, nunc vero Ægypto etiam universa. Julianus hæc etiam mandat Ecdio Ægypti Præfecto: Etsi nihil de cæteris scribis, attamen de illo deorum hoste Athanasio scribere certe debuisti, præsertim cum præclara nostra decreta multo ante audisses. Testor magnum Serapin, nisi ante Calendas Decembres inimicus deorum Athanasius ex ea urbe, vel potius ex universa Ægypto discesserit, centum auri pondo cohortem, qui tibi paret, multatum iri ... mihi permolestum est ejus opera deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius videro, quam Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsum esse, qui ausus est, me imperante, illustres Græcorum fœminas ad baptismum impellere.

Julian. ep. 27.

Julian. ep. 6.

XLV. Alexandrini nescio quid prætexentes adhuc Athanasium detinebant. Igitur mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur Ecclesia, quæ dicebatur Cæsarea, injectoque a Paganis & Judæis igne consumpta est. Julianus Athanasium non modo pelli jusserat, verum etiam morte mulctari. Ea re conterritis Christianæ religionis sectatoribus, cum eos circa se flentes videret, bono animo estote, inquit, nubecula enim est, quæ cito præteribit. Ecclesiaque sua optimo cuique ex amicis commendata, urbe Alexandria excessit; cum eos, qui contra ipsum missi fuerant, advenisse jam comperisset, nactus in ripa fluminis navigium, subvectus est in Thebaidem. Is vero, cui cædes Athanasii mandata fuerat, audita ejus fuga, quantocyus eum persequi cœpit. Quem præveniens quidam ex familiaribus Athanasii, cum festinare illum nuntiasset, nonnulli ex comitibus urgebant, ut in solitudinem deflecteret. Ipse vero gubernatori præcepit ut navigium recta

Theod. hist. l. 3. cap. 9. Sozom. l. 5. c. 15.

Alexan-

Christi An. 362.

Alexandriam dirigeret, ut sciant, inquit, quia longe major est qui nos defendit, quam qui persequitur. Occurrit is qui mandatum cædis acceperat, & quantum inde abesset Athanasius sciscitatur. Ille haud procul eum abesse respondit: eoque dimisso Alexandriam profectus, reliquo tempore Imperii Juliani delituit.

Sozom. l.5. c.14.

XLVI. Per idem tempus ii qui a Macedonii partibus stabant, inter quos Eleusius erat, & Eustathius, & Sophronius qui jam Macedoniani palam vocari cœperant, utpote qui peculiarem sectam constituerent, Constantii obitu licentiam nacti, convocatis iis, qui Seleuciæ cum ipsis consenserant, Synodos quasdam congregaverunt, & Acacianos ac fidem in Ariminensi Concilio firmatam condemnarunt. Eam vero, quæ Antiochiæ promulgata, & ab ipsis postea Seleuciæ confirmata fuerat, decretis suis comprobarunt. Cumque his objiceretur, cur ab Acacianis dissiderent, quibuscum antea utpote sibi consentientibus communicabant, per Sophronium Paphlagonem hæc responderunt. Occidentales quidem Consubstantialem probavisse. Aetium vero in Orientis partibus dissimilem quoad Substantiam asseruisse. Et illos quidem distinctas Patris ac Filii Personas Consubstantialis vocabulo temere in unum confudisse. Hunc vero naturæ Filii cum Patris natura cognationem nimium quantum divisisse. Se vero pie facere, qui Filium Patri Similem secundum hypostasim dicant, & hanc mediam inter utrosque viam elegerint, cum utrique illorum ad extremum contrariorum defecissent. Eaque inepta ratione se purgare conati sunt, Consubstantialis enim defensores damnabant eos, qui divinas Personas confundebant sublata earum differentia. Constantinopoli vero Eunomius convocavit aliquot factionis suæ Episcopos, qui Aetium ordinarunt Episcopum; Euzojus quoque Antiochiæ habita Synodo novem Episcoporum, ea quæ contra Aetium olim gesta fuerant, infirmavit. Ingravescens persecutio has Episcoporum altercationes repressit.

Philost. l.7. c.6.

Sozom. l.5. c.15.

XLVII. Cyziceni legatos ad Imperatorem misere de rebus suis, & de instaurandis gentilium templis acturos. Quos Imperator ob curam sacrorum laudibus prosecutus, cuncta quibus opus habebant, eis præbuit. Eleusio quoque ipsorum Episcopo urbe interdixit, eo quod templa vastasset, ædes præterea alendis viduis, & monasteria sacris virginibus construxisset; gentilibus denique persuasisset, ut majorum cæremonias ritusque contemnerent. Quin etiam vetuit ne peregrini Christiani qui cum illo erant, in urbem ingrederentur, causam hanc adjiciens, quod religionis suæ causa, ut verisimile est, seditionem excitaturi essent, adjunctis ad ipsorum partes Christianis, qui in civitate erant, idemque cum illis de Deo sentiebant, & publicis opificiis lanariis, itemque monetariis, qui numero abundantes, & in duas numerosas cohortes distributi, ex præcepto superiorum Principum, Cyzicum cum uxoribus ac domesticis incolebant; certam quotannis pensionem Fisco inferentes, illi vestem militarem, hi nummos recens cusos.

Ammia. Marcel. lib. 22. Gregor. Nazian. orat. 4. pag. 113.

XLVIII. Julianus inter hæc Antiochiæ commorans expeditionem parabat in Persas, præcipiti temeritate potius, quam virium firmitate fretus, ut cædes & direptiones quas a sexaginta annis Orientalibus Romani Imperii provinciis intulerant, ulcisceretur; totusque in eam expeditionem ferebatur. Hostiarum imprimis sanguine plurimo aras crebrius perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos ...... omnique divinationis & præstigiarum, dicendorumque & tacendorum sacrificiorum vanitate in unum collecta, belli eventum quærebat. Daphnei Apollinis oraculum reparare tentavit.

Sozom. l.5. c.19.

Daphne nobile Antiochiæ suburbanum multarum quidem cupressorum nemore nitescebat, aliis inter cupressos consitis arboribus. Sub arboribus autem pro temporum vicissitudine fragrantissimos omnis generis flores terra gignebat. Amœnus præterea ac jucundus est locus ob aquarum copiam & pulchritudinem, & ob temperiem cœli, ... pedem eo inferre viris bonis turpe habebatur. Nam qui absque amica diversaretur apud Daphnem, is stupidus & inurbanus, ac tanquam scelus quoddam & piaculum fugiendus videbatur. Erat illic Apollinis Daphnici pulcherrimum simulacrum, & templum magnifice atque ambitiose constructum, cujus templi conditor fuisse dicitur Seleucus, pater Antiochi illius, a quo Antiochia nomen accepit. Credebatur etiam ab illis qui illa colunt ac prædicant, aquam illic divinatricem fluere ex fonte Castalio, qui idem nomen, eamdemque efficaciam haberet quam ille Delphicus.

Christi An. 362.

Ibid.

Postquam vero Gallus frater Juliani Cæsar a Constantio nuncupatus Antiochiæ sedem fixit, cum esset Christianus, eosque qui religionis causa martyrium pertulerant, impense veneraretur, eum locum superstitione gentilium, & intemperantium hominum flagitiis purgare constituit. Id autem se facile consecuturum arbitratus, si Ecclesiam illic ex adverso templi Apollinis construxisset: loculum Babylæ martyris, qui olim Ecclesiam Antiochenam summa cum laude rexerat, Daphnem transtulit. Ex eo tempore dæmon more solito oracula reddere desiit. Imperator de quibus ipsi visum erat negotiis cum oraculum illic consulere decrevisset, templum ingressus victimis ac honorariis magnificis dæmonem veneratus est, oravitque ut de iis rebus, quas in animo habebat, responsum dare vellet. At dæmon non quidem aperte significavit, oracula a se reddi non posse propter Babylam martyrem, cujus arca in proximo erat; sed locum cadaveribus referrum esse dixit, idque impedimento esse quominus oracula ederet. Porro cum multa essent Daphne sepulta cadavera, Imperator tamen conjiciens solum martyrem oraculis obstare, arcam illius transferri jussit, relictis reliquis cadaveribus. Christiani eo convenientes loculum martyris carpento impositum in urbem deportarunt per quadraginta circiter stadia. Viri simul ac mulieres, juvenes ac virgines, senes & pueri, catervatim præcedentes, psalmos per totum iter canebant. Præcinebant cæteris ii, qui psalmos apprime callebant. Multitudo deinde respondebat singulis versibus hanc clausulam addens: Confusi sunt omnes qui adorant sculptilia, & gloriantur in simulacris. Martyris enim translationem, devictionem esse dæmonis existimabant.

S. Reliquiarum virtus.

Sozom. ibid. Theod. hist. l. 3. cap. 10.

Psal. 69.

XLIX. Julianus ignominiam ex ea re sibi illatam non ferens, postera die duces illius pompæ comprehendi jubet. Tunc Salustius Præfectus Prætorii, quamvis simulacrorum cultui mancipatus, Tyranno persuadere conatus est, ne Christianos, qui martyrii gloriam ambiebant, compotes voti sui redderet. Sed cum videret Imperatorem iram suam comprimere non posse, multos Christianorum comprehensos in vincula conjecit. Ac primum omnium quemdam adolescentem, cui nomen erat Theodorus, productum coram omni multitudine equuleo imposuit, & tergum ejus loris lacerari, & latera ungulis fodi præcepit. Atque hoc a prima luce usque ad vesperam facere perseveravit. Ille nec tormentis succubuit, nec Præfecto supplicavit, sed tanquam inspectator pœnarum quæ ipsi infligebantur, patienter verbera sustinuit, eumdem quem pridie psalmum denuo canens. Præfectus adolescentis constantiam admiratus, hunc tamen ferreis vinculis constrictum custodiæ tradidit. Postridie mane cum ad Imperatorem venisset, retulit ei quæ gesta fuerant; adjecitque hæc ipsi ignominiam adferre, Christianis vero gloriam. His permotus Julianus, Theodorum omnesque Christianos e custodia dimitti jussit. Theodorum postea nonnulli interrogarunt, utrum doloris aliquid sensisset, dum tam acerba & crudelia tormenta pateretur. Quibus ille respondit, initio quidem se nonnihil doloris persensisse, postea apparuisse sibi quemdam juvenem, qui molli ac frigido linteo sudorem vultus ejus assidue abstergeret, & aquam frigidissimam affunderet, qua & inflammationem compresserit, cumque bono animo esse juberet. Atque idcirco cum cessassent carnifices, non gavisum se esse dixit, sed potius doluisse; eodem enim tempore abscessisse etiam illum, qui ipsi solatium præbebat. Rufinus hæc ab ipsomet Theodoro se audivisse testatur.

Sozom. l.5. c.20. Theod. hist. l. 3. cap. 11.

Theodorus Conf.

Rufin. l.1. c.35.

L. Fuit etiam hisce temporibus Publia quædam, ob virtutis præstantiam, & ob eximios actus notissima ac celeberrima, mater Joannis, qui Presbyterorum Antiochiæ diutissime princeps fuit, & qui ad regendam Apostolicam Sedem sæpe quidem communibus suffragiis electus est, semper tamen eum honorem declinavit. Hæc vidua tunc cœtum virginum, quæ perpetuam virginitatem professæ erant, secum habebat, creatorem ac scr-

Theod. hist. l. 3. cap. 19.

Christi An. 362. servatorem Deum assidue laudabat. Cum autem Imperator prætergrederetur, contentiori voce omnes in Psal. 113. commune psallebant: Simulacra Gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Exposita deinde eorum stupiditate, addebant: Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quæ cum Julianus audisset, ingenti dolore perculsus, silere eas deinceps jussit dum ipse præteriret. Sed Publia Imperatoris jussa parvipendens, chorum virginum majori fiducia implevit; & prætereunte illo rursus Psal. 69. canere jussit: Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus. Quo facto graviter commotus, magistram chori ad se adduci præcepit. Visaque anu venerabili, nec canos corporis miseratus, nec animi virtutem honore prosecutus est, sed uni e satellitibus suis imperavit, ut utramque ei malam cæderet, & manibus ejus genas cruentaret. Illa vero hanc contumeliam summi honoris loco ducens, in cubiculum regressa est, & Tyrannum spiritualibus, ut solebat, canticis perstringere post hac non destitit.

Theod. hist. l. 3. cap. 11. Ammia. Marcel. lib. 22. LI. Omnipotentis Dei manu etiam in diis suis expertus est Julianus, aliquot diebus postquam martyris Babylæ reliquiæ Daphnæ translatæ sunt in priorem locum. Calendis Novembris anni trecentesimi sexagesimi secundi, ignis e cœlo in templum Apollinis Daphnæi ex improviso illapsus, totum ejus tectum absumpsit, Apollinisque simulacrum in pulverem minutissimum redegit; erat enim ex ligno, sed auro exterius obductum: nudis duntaxat parietibus relictis, & ambitu templi, ac columnis quæ vestibula, & posteriorem templi partem sustinebant. Quod cum Julianus, Juliani Imperatoris avunculus, qui tunc Comes erat Orientis, noctu accepisset, contento cursu Daphnænem pertexit, opitulari studens Deo, qui ab ipsis colebatur; sed ubi vidit eum in cinerem redactum, id defert ad Imperatorem. Gentiles id facinus a Christianis patratum asseverabant. Quæ cum invaluisset suspicio, Juliani jussu sacerdos Apollinis cum æditius in judicium adducitur, ut indicaret, quisnam author fuisset incendii. Qui licet conjecti in vincula, multisque tormentis ac verberibus affecti, neminem tamen indicaverunt, ignemque non subtus exortum esse, sed superne cœpisse dicebant. Quo maxime argumento Christiani affirmabant, ignem hunc non ex hominum insidiis, sed ultione divina in templum cœlitus injectum fuisse. Adventantes etiam e vicinis agris rustici testabantur, fulmen cœlitus irruens a se conspectum esse.

Theod. hist. l. 3. cap. 12. *Julianus diripit & evertit ecclesias.* LII. Verum quamvis impii hæc ita esse compertum haberent, nihilominus contra hujus universi moderatorem Deum insurrexerunt. Imperator cum accepisset ecclesias quasdam in honorem Martyrum extructas esse juxta templum Apollinis Dydimæi, quod ad urbem Miletum situm est, scripsit ad Præsidem Cariæ, ut ecclesiæ illæ siquidem tectum & sacram mensam haberent, incenderentur: si vero opera adhuc imperfecta essent, funditus destruerentur. Antiochiæ vero, majoris ecclesiæ, quam Constantinus ædificaverat, foribus obseratis, aditum iis intercluſit qui illic congregari solebant. Eam autem ecclesiam tunc obtinebant Ariani. Et sacra vasa in publicum inferri jussit. Comes Julianus, & Felix Comes largitionum, & Elpidius privatarum Principis opum curam gerens; (qui omnes, cum Christiani essent, in gratiam impii Principis a vera pietate desciverant) hi tres, inquam, cum ingressi essent ecclesiam, Julianus sacram mensam perminxisse dicitur. Cumque Euzojus Arianus Episcopus prohibere vellet, ei colaphum inflixit. Adjecitque etiam Christianorum res divina providentia destitutas esse. Felix vero sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus: Constantinus enim & Constantius ambitiose fabricari ea jusserant: Ecce, in-
Sozom. l. 5. c. 8. quit, quibus vasis Mariæ Filio ministratur. Omnes Clerici statim aufugisse dicuntur. Solus Theodorus Presbyter remansit in civitate. Julianus Comes hunc ratus esse sacrorum vasorum custodem, qui eorum notitiam tradere valeret, comprehensum gravissime cruciavit. Cumque inter tormenta forti animo respondisset, & in Christianæ Fidei confessione enituisset, ad extremum gladio eum obtruncari jussit.
Martyr. Rom. 20. Dec. Decimo Kalendas Novembris illius meminit Romanum Martyrologium. Eugenius & Macarius etiam Presbyteri, cum Juliani impietatem arguissent, sævissimis plagis affecti, atque in Oasim relegati, gladio cæsi sunt.

LIII. Militares etiam pro Christo strenue certantes martyrii coronam retulere. Julianus labarum, detracto Christi Monogrammate, atque depictis deorum imaginibus, restituerat ad formam priorem, quam sub ethnicis Imperatoribus habuerat, imo transversi ligni, quod Crucis formam imitabatur, partem alteram jusserat abscindi. Bonosus & Maximilianus Herculianorum militum duces, labarum quod a Constantino acceperant, retinuerunt: Julianus Comes id animadvertens eos sisti jussit, eisque dixit: Implete jussionem sacram, mutate labarum, & adorate deos, quos Imperator & nos colimus. Bonosus respondit: Nos legem, quam a parentibus nostris accepimus, tenemus & colimus: istos autem deos nescimus. Julianus dixit: Aptate illum ad plumbatos: cumque plusquam trecentas plagas ei imposuisset, quæsivit num jussa faceret? Bonosus respondit: Nos Deum vivum colimus, & ipsi soli servimus; deos autem qui sint nescimus. Maximilianus adjecit: Prius audiant te isti dii tui, & loquantur tibi: cumque locuti fuerint tecum, sic eos & nos poterimus adorare. Scis & ipse quia nobis mandatur, ne idola surda & muta adoremus. Julianus utrumque jussit aptari ad equuleum. Cumque tertio plumbatis cæderentur, nec sentirent; Julianus dixit: Afferte mihi picem, quæ ferventissimo igne succensa, piscinæque fornacis sit infusa, ibique eos mersos ignis pœna consumat. Cumque ibi mergerentur, nec timerent, sed hilares ad gloriosum martyrium properarent, subito velut rore adspersi sunt, & totum quod in eorum pœnam carnifices aptaverant, extinctum est, ita ut ne ullum quidem dolorem membris sentirent; quædam tamen tormentorum notæ relictæ sunt, quæ veritati perhiberent testimonium. Reclusi sunt postea in carcerem. Tunc Comes signaculo suo, quod idoli speciem impressam habebat, signabat panem, & mittebat eis in carcerem, ut sic per panem seducerentur. Illi panes non manducaverunt. Hormisdas Comes, Saporis Persarum Regis frater, qui credidit & ipse, veniens ad carcerem sua præsentia jussit claustra patefieri: Et cum aperuissent carcerem, & salvos vidisset & hilares, & Deo & Christo gratias agentes, ait ad illos Hormisdas: Rogare Dominum pro me peccatore, ut salvus sim. Julianus rursus eos interrogavit cum Præfecto Salustio, qui noluit eos subjicere tormentis, eisque dixit: Mutate signum quod habetis in labaro, & accipite signum deorum, & quid defenditis signum Christianorum? Responderunt: Nos Christiani sumus sub patre nostro Constantino accipiente testamentum sive baptismum, in Aquilona juxta Nicomediam, quando & ad finem mortis suæ jam properabat, ad juramentum nos constrinxit omnibus mandatis suis, ne quid contra purpuram filiorum ipsius vel contra Ecclesiam faceremus. Julianus iratus universos qui erant in carcere reclusi, una cum Bonoso & Maximiliano sententia sua gladio addixit. Meletius Episcopus cum Fratribus suis & Co-Episcopis lætantes eos ad campum usque prosecuti sunt. Passi sunt duodecimo Kalendas Octobres. Plures noctu fuerunt interfecti, occisorumque tantus numerus in Orontem demersus est, ut compressus sit ejus alveus.

Christi An. 362. — Gregor. Nazianz. orat. 3. — *S. Bonosus cum sociis martyr.* — Act. sinc.

LIV. Post triduum Julianus Comes ejusque socii impiorum facinorum pœnas dederunt. Ejus genitalia & circumposita ad meatus necessarios loca corrupta sunt, & caro illarum partium computrescens in vermes ebulliit ita, ut nec per solitos meatus stercus egereret, sed impurum os, quod blasphemiæ instrumentum fuerat, excremento alvi commeatum præberet. Morbus omni medicorum arte superior fuit: tametsi præ Imperatoris reverentia ac metu, omnia medicamentorum genera experti essent, & pretiosis ac pinguibus avibus immolatis, adipem earum putrefactis corporis partibus imposuissent, & vermes ad superficiem cutis elicuissent; nihil tamen perficere valuerunt: nam vermes in profundo abditi ad integras adhuc carnes proserpebant. Ejus autem conjux fide ac religione insignis fœmina maritum his verbis allocuta esse dicitur: Christum Servatorem laudare debes, mi vir, qui ejusmodi castigatione suam tibi potentiam declaraverit. Nescires enim quis sit contra quem pugnabas, si solita usus patientia, has tibi plagas divinitus infligere noluisset. Ex his verbis, & ex dolorum quibus premebatur, magnitudine, cum causam morbi sui

Act. sinc. S. Bonos. Theod. hist. l. 3. cap. 13.

mi-

CHRISTI An. 363.

miser intellexisset, Imperatorem rogavit, ut ecclesiam, quibus adempta fuerat, restitueret. Sed neque persuasit Imperatori, & ipse protinus ex hac luce sublatus est. Felix largitionum Comes divino quoque flagello repente percussus est, sanguinem diu noctuque per os emovens paulo ante Julianum extinctus est, & morti æternæ traditus. Julianus Imperator Kalendis Januarii anni trecentesimi sexagesimi tertii quartum iniit consulatum, collegam sibi designavit Salustium Galliarum Præfectum.

Ammia. Marcell. lib. 22.

LV. Antiochiæ jam septimum mensem commorabatur, superstitioni supra modum deditus. Soli mane & sero litabat, nocte vero nocturnis dæmonibus. Singulis Paganorum festis in templis frequens non solum intererat sacrificiis, sed ipsa sacrificulorum munia obibat, pecudes mactans, ligna portans, altaris ignem flatu suo accendens. Incantatores, magi, augures, haruspices, præcones, denique omnis imposturæ artifices undique ad eum confluebant. Hic cernere quidem licebat Regiam ipsam insemibus, abjectis & profugis hominibus refertam ...... Ipse meritorios & meretrices e fornicibus suis excitatas, una secum per totam urbem circumducere non verebatur; cum interim regius equus, omnesque prætoriani pone multo intervallo sequerentur. Lenones autem & meretriculæ anteambulonum loco, & universus meritoriorum adolescentum chorus Regem medium stipantes per forum inambularent, sermones eos proferentes, atque cachinnos attollentes, quos par erat hujuscemodi farinæ homines attollere. Qui tunc adfuere, inquit Chrysostomus, cujus verba mox retulimus, & quæ fierent, spectavere, quæ nunc dicimus, exaudiunt; propterea superstitibus etiam nunc testibus hæc scribo. Immoderatum tamen vel turpem veneris usum ei nullus objecit; lasciviamque in aliis, nisi quam exigeret superstitio, non dissimulabat. Hinc eo tantum apparatu turpi prodibat in publicum, cum Veneris vel Cybeles sacra celebraret, miser qui eorum turpitudinem non agnosceret.

Liban. Paneg. Gregor. Nazianz. orat. 4. Chrys. 2. de S. Babyl. tom. 5.

LVI. Judæos etiam armavit adversus Christianos, & primo quidem literis suis ais tributum remisit, inceditque tabulas vectigales, ut etiam illius memoriam aboleret. Julium eorum Patriarcham, quem fratrem vocat, hortatur ut tributum quod Apostolatus apud eos dicebatur, prohibeat, & nemini in posterum liceat vectigalia ejusmodi a vobis exigere; quo, inquit, summa vobis securitas & otium sit in meo regno, & majore studio pro meo regno vota faciatis Deo optimo, & opifici, qui mihi dignatus est suis purissimis manibus coronam imponere ...... Id vos imprimis curare atque contendere debetis, quo & ipse Persico bello ex animi sententia gesto, sanctam urbem Hierusalem, quam multos jam annos habitatam videre desideratis, meis laboribus refectam incolam, & una vobiscum in ea optimo Deo gratias agam. Præterea Judæos ad se accersit, & ex iis sciscitatur, qua de causa cum Lex Moysis sacrificare eos jubeat, a sacris faciendis abstinerent. Cumque illi respondissent, alibi, quam Jerosolymis id facere sibi non licere; Salomonis templum statim instaurari jubet, sperans prædictionem Domini se falsi convicturum esse. Alypiumque ei operi præfecit.

Julian. epist. 25. *Julianus frustra tentat instaurare templum Jerosol.*

Theod. l. 3. c. 20. Socrat. l. 3. c. 20.

Judæi, qui jam pridem optabant, ut opportunum sibi tempus obtingeret, quo templum ipsis ad sacrificandum restitueretur, tum alacres in opus illud incubuerunt. Collectisque peritissimis fabris, materias parare & locum purgare cœperunt. Tanta porro animorum alacritate operi instabant, ut uxores quoque eorum rudera gremiis exportarent, & monilia ac reliquum omnem muliebrem ornatum ad sumptum operis ultro conferrent. Sed & Imperator sumptus operi præberi ex publico jusserat. Judæique mox undique accurrentes & pecunias & operam alacri animo ad hoc opus contulerunt. Ajunt porro eos & ligones, & rastra & corbes ex argento fabricasse. Tum adversos Christianos insolentia elati formidabiles se ostenderunt, minantes se tanta mala illis illaturos esse, quanta olim a Romanis ipsi perpessi fuissent. Quo quidem tempore Cyrillus Jerosolymorum Episcopus, memor vaticinii Danielis Prophetæ, quod Christus etiam in sacris Evangeliis confirmavit, palam multis adstantibus prædixit, futurum brevi ut in eo templo lapis super lapidem non remaneret, sed Servatoris oraculum compleretur. Quod sequenti nocte contigit. Notabilia sunt ea de re verba Marcellini authoris Pagani & coætanei infensique Christianis.

Sozom. l. 5. c. 22.

Theod. ibid.

Ammia. Marcel. l. 23. c. 1.

Cum itaque, inquit, fortiter instaret Alypius, juvaretque provinciæ rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum: hocque modo elemento obstinatius repellente, cessavit inceptum.

CHRISTI An. 363.

LVII. Rufinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus & Ambrosius rem sic paulo fusius exponunt. Postero die, quo primum fundamenta posituri erant, noctu ingens terræ motus exortus, lapides fundamentorum longe lateque dispersit, & totius loci ædificia complanavit; Porticus quoque publicæ, in quibus Judæorum multitudo, quæ operi videbatur insistere, commorabatur, ad solum deductæ, omnes Judæos qui reperti sunt, oppressere; complures interiere, alii quibusdam corporis partibus debilitati reperti sunt. Denique cum gypsi & calcis multa modiorum millia congessissent, exorti repente venti vehementes, ac turbines cum tempestatibus ac procellis, universam materiam hac illac dissiparunt. Luce vero orta, postquam terra moveri desiit, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrit. Ædes erat quædam in inferioribus templi partibus demersa, habens aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramenta aliaque operi necessaria servabantur: ex hac subito globus quidam ignis emicuit, & cuncta opificum instrumenta consumpsit; deinde per medium plateæ percurrens, adustis & exanimatis qui aderant Judæis, ultro citroque ferebatur: hoc iterum sæpiusque per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis ultricibus coercebat. Et ne hoc casu fieri crederent, tertium miraculum, quod postea factum est, ad veritatis fidem eos traduxit. Quippe sequenti nocte signa Crucis in illorum vestibus impressa apparuerunt, quæ orto die conspicati, cum abstergere & eluere conarentur, nullo modo potuerunt. Salutaris quoque Crucis lucidum in cœlis signum apparuit. Incolumes qui supererant, opus denuo aggredi cœperunt. Quippe cum & Imperatoris præcepto ad id cogerentur, ita ut detrectare non possent, & ipsis id esset gratissimum. Simul autem ac denuo manum operi admovissent, ignis subito ex fundamentis templi erumpens, multos consumpsit. Quæ cum vidissent hostes Dei, & inflictas a Deo plagas extimescerent, diffugerunt, & ad suas quisque sedes reversi sunt; quorum aliqui haud multo post Ecclesiæ sese adjunxerunt, & suscepto baptismo Christum, quem crucifixerant, esse Deum confessi sunt.

Socrat. ibid. Sozom. ibid. Ruf. l. 1. cap. 38. Ambr. epist. 40. Theod. ibid.

LVIII. Julianus, comparatis omnibus ad bellum Persicum necessariis, legatos misit Delphos, & in Delum, ac Dodonam, interrogavitque Vates, utrum expeditionem suscipere oporteret. Universi Vates, & pugnandi fiduciam dabant, & victoriam promittebant. Unum ex illis oraculis pro exemplo mendacissimæ seductionis inserere non pigebit. Est enim hujusmodi. Nunc omnes aggredimur dii victoriæ trophæa referentes, juxta ferum amnem, horum ego dux ero belligerator Mars. Ferum amnem vocavit Tigrim, propterea quod is feræ cognominis est. Ortus autem ex Armeniæ montibus, & per Assyriam fluens, in Persicum sinum descendit. His oraculis circumventus miser, victoriam sibi spondebat, confectoque bello Persico persecutionem Galilæorum meditabatur, minabaturque se simulacrum impudicæ deæ in Christianorum Ecclesiis collocaturum. Jerosolymis extrui jussit Amphitheatrum, in quo reversus a Parthis, Episcopos & monachos, omnesque ejus loci sanctos bestiis sævioribus objiceret, spectaretque laniandos. Interea magnam auri vim a Christianis extorquere constituit: etenim pecuniariam mulctam imposuit iis, qui sacrificare abnuerent. Ipsaque exactio in eos, qui vere Christiani essent, plena erat severitatis. Sed vana fiducia delusus, plurimarum gentium auxilia repudiavit. Scripsit tamen Arsaci Armeniorum Regi, & socio Romanorum, ut juxta fines Persarum ipsi occurreret. Qua in epistola postquam ultra modum gloriatus esset, contumeliosis admodum verbis ei minatus est: & quoniam eum Christianum esse acceperat, contumeliam exaggerans, aut in Christum impia loqui gestiens, cum fastu ei denuntiavit, Deum illum, quem colebat, nequaquam ei opem laturum esse, si imperata facere neglexisset.

Theod. hist. l. 3. cap. 21. Eutrop. lib. 11.

Oros. l. 7. cap. 30. Socrat. l. 3. c. 13.

Sozom. l. 6. c. 1.

LIX. Im-

CHRISTI An. 363.

LIX. Imperator, qui noverat Persas frigoris impatientes, tardius in expeditionem educere suum exercitum, ineunte vere, tertio nonas Martias profectus Antiochia Hierapolim solitis itineribus venit cum sexaginta quinque millibus armatorum. Cyrensem urbem prætergrediens, cum ingentem turbam vidisset, audissetque in caverna vitam agere monachum Domitium, qui multa populis confluentibus beneficia præstaret, ægris salutem signo Crucis conferens; unum e suis misit, qui nuntiaret, ut si Deo suo se probare vellet, hic solus permaneret, nec hominibus placere studeret. Respondit Domitius: Ego jam pridem Deo meo animam & corpus in hac spelunca me includendo consecravi; populum autem ex pietate & fide ad me venientem arcere non possum. Imperavit ergo Julianus cavernam occludi: itaque Domitius martyrium absolvit; hunc ut martyrem veneratur Ecclesia. Julianus Euphratem celeriter trajecit, & Carras venit, ibique moratus aliquot dies, dum necessaria parat, & Lunæ quæ per eos tractus religiose colitur, sacra fecit, egressus templo claustra disposuit, & januas obseravit, & quosdam ibi milites observare præcepit, ut interius nullus accederet, donec ipse remearet. Eo vero mortuo, ingredientes templum, invenerunt mulierem a capillis appensam, extensas habentem manus, cujus uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in jecore ejus inspiceret. Ingressus Nisibim jussit efferri de civitate sancti Jacobi reliquias, quas juxta Constantini mandatum ibidem deposuerat Constantius. Cives qui illius patrocinio tutos se putabant, ea de causa civitatem suam postea barbaris traditam credidere.

Socrat. l. 3. c. 21. Ammia. Marcel. l. 23. c. 5. Chron. Pasch. an. 363.

Martyr. Rom. 5. Jul. Menol. Græc. 7. Aug. Eutrop. lib. 11. Gennad. de script. Eccl.

LX. Post Carras duæ ducentes in Persidem viæ regiæ distinguuntur, læva per Adiabenam & Tigrim; dextera per Assyrios & Euphratem. Julianus exitu simulato per Tigrim, flexit dextrorsus ad Euphratem; sed viginti millia militum commisit Procopio, juncto ad parilem potestatem Sebastiano Comite Ex duce Ægypti, iisdemque præcepit, ut intra Tigrim agerent, vigilanter omnia servaturi, ne quid inopinum ex incauto latere oriretur. Sequebatur classis per Euphratem, in qua mille erant onerariæ naves commeatus abunde ferentes, & tela & obsidionales machinas, quinquaginta aliæ bellatrices, totidemque ad compaginandos pontes necessariæ. Ipse quadrato agmine timens Persarum insidias progrediebatur; hinc aliquot secundis usus modicis præliis, expugnatisque aliquot castellis & oppidis, pervenit Ctesiphontem urbem Persidis Regiam munitissimam, quam oppugnare non ausus est, in eam quippe refugerat pars magna Persarum exercitus. Cum neque Rex Medorum Arsaces, neque Procopius, uti jussum erat, cum suis copiis apparerent, reditum suadebant duces, quorum rejecto consilio præceps in exitium ruit Julianus. Persarum Rex crebris legationibus pacem postulabat, offerens partem imperii sui, si soluto bello discederet; quod ille noluit, credens præcipue magicis artibus, quas ei Maximus Philosophus exhibebat ...... Itaque fossam, qua Trajanus olim Tigrim cum Euphrate conjunxerat, & Persæ saxis oppleverant, repurgavit, & classem in Tigris alveum commeari jussit, connexisque illico pontibus, transgressus exercitus iter Cochen versus promovit, submotis hostibus, qui ex altiore loco transitum prohibere tentaverant, consedit in agro opulento ...... Suadentibus transfugis, Julianus iterum contra ducum consilium insulsis ductoribus prævüs, flumine ex læva relicto, mediterraneas vias arripere proposuit. Ne igitur relicta classis usui hostibus foret, subjectis ignibus naves omnes exuri jussit, præter minores duodecim, quas profuturas pontibus construendis vehi carpentis præcepit. Atque ita iter ad reditum sibi interclusit. Initio quidem captivis ducentibus regionem fertilem nacti sunt, quæ omnia abunde suppeditabat. Quo cognito hostes, ut inedia Romanos cruciarent, herbas cum adultis segetibus incenderunt; collectisque copiis instabant acrius.

Ammia. Marcell. lib. 23. cap. 3.

Cap. 6.

Ammia. Marcel. lib. 24.

Eutrop. lib. 11. Socrat. l. 3. c. 21. Ammia. Marcel. lib. 24. Sozom. l. 6. c. 1.

LXI. His malis accessit proditio cujusdam Persæ senis, qui sese pro suorum salute devoverat. Hic cum ultro sese explorandum obtulisset, tanquam invitus a Romanis captus, ad Principem perducitur. Qui interrogatus de via, cum vera dicere visus esset, fidem fecit si Romani ipsum sequi vellent, fore ut brevi exercitum in Romanorum finibus sisteret. Tridui duntaxat aut quatridui iter molestum futurum, & cibaria in tot dies ferenda esse, eo quod regio deserta esset. Itaque Imperator callidi senis sermonibus inductus, ea via pergendum esse decrevit. Subsequentes cataphracti Persarum equites continuis præliis Romanos vexabant. Ubi vero ulterius progressus exercitus, adhuc post tres dies in loca occulta atque aspera devenit: senex quidem captivus dum torqueretur, confessus est se pro salute civium suorum mori paratum transfugisse, & quodvis supplicium æquo animo perpessurum: Sexto Kalendas Octobris, dum exercitus pro locorum situ, quadratis quidem sed laxis incedit agminibus, invasa subito terga Juliano indicantur, etiam tum inermi ad speculanda anteriora progresso. Qua concitus clade, oblitus loricæ, scuto inter tumultum arrepto, properans ultimis ferre suppetias, revocatur alio metu, qui etiam antesignanos paria perpeti nuntiabat. Ex alia parte cataphractorum Parthicus globus centurias adoritur medias: ac sinistro cornu inclinato acriter superfusus, exilivit Romanorum succinctior armatura, aversorumque Persarum & belluarum suffragines concidebat & dorsa. Quos cum Julianus cavendi immemor defluxisse trepidos, elatis vociferando manibus demonstrans, irasque sequentium exciens, audacter semet effunderet in pugnam, subito equestris hasta, cute brachii ejus perstricta, costis perfossis hæsit in ima jecoris fibra. Quam dum avellere dextra manu conatur, acuto utrimque ferro digitorum nervos sensit excisos: & provolutus jumento, præsentiumque veloci concursu relatus in castra, medicinæ ministeriis fovebatur. Verba sunt Ammiani Marcellini qui præsens aderat.

Eutrop. lib 11. Sozom. l. 6. c. 1.

CHRISTI An. 363.

Ammia. Marcel. lib. 25.

Juliani mors.

Hostili manu interfectum esse prodiderunt Eutropius, Sextus, Rufus & Victor in epitome. Negat Libanius, eo fretus argumento quod nemo ex hostibus ob vulnus illud honore affectus sit, quamvis Rex Persarum authorem cædis ad præmium vocaverit. Itaque ex odio Christianorum alicui facinus ascribit; sed conjectura ejus inanis est, ut patet ex varietate opinionum; præterea cædis author a prætoriano interfectus est, ne refert Philostorgius; nox sola cruentum diremit prælium. Alii volunt ab uno ex Romanis militibus occisum, irato quod ejus imprudentia, fame miseriaque conficerentur; quæ quidem, inquit Socrates, constantior fama est. Ajunt etiam illum vulnere accepto statim haustum manu sua sanguinem in cœlum jecisse, hæc dicentem: vicisti Galilæe. Moxque ubi lenito vulnere timere desiit, arma poscebat, & equum. Sed cum vires parum sufficerent voluntati, sanguinisque profluvio vexaretur, mansit immobilis: spe deinceps vivendi absumpta, familiares opes amicis distribuit: & flentes inter hæc omnes qui aderant, authoritate etiam tum integra increpabat, humile esse cœlo sideribusque conciliatum lugere Principem, dicens: Quibus ideo jam silentibus, ipse cum Maximo & Prisco Philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans, hiante latius suffossi lateris vulnere, & spiritum tumore cohibente venarum, epota gelida aqua, quam petiit, medio noctis horrore, vita facilius est absolutus ætatis anno 32. Imperii Augustalis mense vigesimo primo, a morte Constantii. Christi anno trecentesimo sexagesimo tertio, sexto Kalendas Julias.

Sozom. l. 6. c. 2.

Philost. lib. 7. Theod. hist. l. 3. cap. 23. Ammia. ibid. c. 3.

LXII. Illius mortem multis funestis ominibus, præsertim secunda Genii apparitione prænuntiatam fabulatur Marcellinus author ethnicus, qui falsitatem oraculorum hac arte occultari posse credidit. Hanc sanctis viris a Deo revelatam narrant historici Christiani. Julianus Anachoreta qui Angelorum corporis expertium vitam in corpore imitatus est, & Syrorum lingua Sabba dicebatur, cum minas impii illius accepisset; diis enim voverat, si victor rediisset, se Christi nomen aboliturum, Deum omnium moderatorem intentius orare cœpit. Eo autem die, quo ille lethalem plagam accepit, oranti cædes illius revelata est, quamvis monasterium ejus viginti & amplius mansionum intervallo distaret a castris Romanorum. Ajunt enim cum lamentaretur & clementi Deo enixius supplicaret, repente illum fluentes lacrymas compressisse, & gaudio atque hilaritate repletum esse, vultuque sereno apparuisse, eaque re lætitiam animi sui declarasse. Quam mutationem cum quidam ex familiaribus conspexissent, rogarunt ut causam hilaritatis ipsis aperiret. Iste sylvestrem aprum, vastatorem vineæ Domini, pœnas

Phot. in Bibli. cod. 258. Theod. hist. l. 3. cap. 24.

tandem

Christi An. 363.

tandem esfolvisse dixit damnorum, quæ intulisset vineæ, & mortum jacere, nec amplius insidiaturum esse. His auditis cuncti præ gaudio exultarunt, & gratulatorium hymnum Deo occinerunt. Postea vero ex iis qui mortem ejus nuntiarunt, compertum est eadem die ac hore, quam beatus senex cognoverat atque prædixerat, sceleratum illum extinctum fuisse.

Sozom. l. 6. c. 2.

Didymus quoque Ecclesiasticus Philosophus, Alexandriæ degens, cum gravissimo dolore afficeretur, tum propter ipsum Imperatorem vano errore deceptum; tum ob contumelias Ecclesiarum, jejuniis, & orationibus vacabat. Cumque præ nimia sollicitudine ne superveniente quidem nocte cibum sumpsisset, in cathedra sedens somno oppressus est. Ac velut in mentis excessu positus, equos candidos per aerem discurrentes videre sibi visus est, virosque ipsis insidentes, ita clamantes audire: Nuntiate Didymo, hodie Julianum hac ipsa hora noctis septima peremptum esse, idque ille Athanasio Episcopo significet, & surgens comedat. Notavit itaque, sicut ipse mihi retulit, inquit Palladius, & mensem, & septimanam, & diem, & horam, & sic omnia, sicut audierat, approbavit. Quamdiu Imperator iste regnavit, Deus perpetuo indignari visus est; & in multis provinciis Romanos diversis calamitatibus afflixit. Cum enim terra gravissimis motibus assidue quateretur, ædesque corruerent; nequaquam tutum erat nec sub tecto manere, nec sub dio. Alexandriæ mare quod recesseras, iterum subito impetu revertens extra proprios terminos excessit, & continentem longe lateque inundavit, adeo ut post recessum maris super tectis domorum reperta sint navigia. Alexandrini diu eum diem, quo hæc contigerunt, quotannis festum egerunt. Et plurimis lucernis per universam urbem accensis, preces cum gratiarum actione offerentes Deo, splendide simul ac religiose eum diem celebrabant. Quin & siccitas nimia, eo regnante, omnes terræ fructus, ipsamque aeris temperiem corrupit. Unde factum est ut homines, præ alimentorum inopia, ipsis brutorum animantium cibis vesci cogerentur. Subsecuta etiam pestis extinxit plurimos.

Pallad. Laus hist. cap. 4.

Juliani mores. Eutrop. lib. 11. Ammia. Marcel. l. 25. c. 5.

LXIII. Julianus fuit in amicos liberalis, sed minus diligens, quam Principem decuit: corpore validus quidem, sed brevis fuit, barba prolixa, oculi currentes huc illucque directi, in provinciales justissimus, & tributorum, quantum fieri posset, repressor, civilis in cunctos, mediocrem ærarii habens curam, gloriæ avidus, ac per eam animi plerumque immodici, nimius Christianæ religionis insequutor, cultu Numinum superstitiosus. Audax plusquam Imperatorem decet. Pertinacem ejus temeritatem fovebant præceps ingenium, inquies animus, testata in incessu, sermone, obtutu levitas, cupido laudis immodicæ. Liberalibus disciplinis adprime eruditus, æquaverat Philosophos, facundia ingenti, usu promptior, memoriæ tenacissimæ atque amplissimæ. Ex ejus operibus supersunt orationes octo, & sexaginta sex epistolæ, & liber de Cæsaribus; eorum vitam maligne carpit, ut se illis superiorem esse demonstret; & Misopogon. Elucet in eis conjuncta cum doctrina, & facundia non vulgari, magna vis ingenii. Sed exceptis literis quas retulimus, cum nihil habeant quod ad religionem pertineat; eorum longius examen non est nostri instituti.

Cyril. præf. in Jul. p. 3. *Juliani opera.*

Antiochiæ hyemans, dum noctes sunt longiores, etiam adversus communem nostrum omnium Salvatorem linguam exacuit, imprimis divinitatem ejus impugnans, tresque libros contra sancta Evangelia, & venerandum Christianorum cultum composuit, quibus & plurimos concussit, & non mediocre Fidei detrimentum importavit. Illius operis multa fragmenta nobis conservavit D. Cyrillus Alexandrinus, qui decem libris illud doctissime confutavit. Maximus, aliique, quos semper secum habebat, Philosophi, haud dubie ei materiam subministrarant; collectis adversus Christianos Celsi, & Porphirii objectionibus, quas jam dudum everterant, & refutarant Origenes, & Eusebius: multa Scripturæ testimonia, quæ pervertit, atque ad suum sensum interpretatus est, suis dissertationibus inserit. Illius operis argumentum sic proponit ipsemet Julianus. Operæ pretium mihi videtur cunctis mortalibus causas exponere, quibus adductus sum ut crederem, Galilæorum sectam humanum esse commentum malitiose confictum, quæ nihil quidem divini habeat, sed fabulis addicta, sed puerili, & stolida animi parte abusa, prodigiosas narrationes in veritatis testimonium adduxerit ..... Æquum autem est paucis repetere, unde nobis primum, & quomodo succurrat Dei cogitatio. Deinde comparanda sunt ea, quæ apud Græcos, & Hebræos de Deo dicuntur. Tum interrogandi, qui neque Græci, neque Hebræi sunt, sed de Galilæorum secta, quamobrem suam doctrinam nostræ antepofuerint, neque tamen in ea permanserint, sed discessione facta ab illa, viam peculiarem institerint, nihil rectum aut honestum fassi eorum quæ vel apud nos Græcos sunt; vel apud eos, qui e Moyse, Hebræos: insitas vero utrique genti veluti noxas collegerint; alienitatem quidem ab diis ex levitate Judaica; improbum aut, ac dissonum vitæ genus ex inertia, & confusione nostra; idque præstantissimum Dei cultum nuncupari voluerint.

Cyril. La. adv. Jul. pag. 39.

Christi An. 363.

Ejusmodi calumnias quibus rationibus probet, examinare supervacaneum est. Hæc tantum annotabimus, ex quibus constat, Juliano primum Christianu, deinde apostata teste, quæ fuerit primorum fidelium fides. Et primo quidem Christum patrasse miracula confitetur. Jesus autem, inquit, paucis vestrum, ac deterrimis quibusque persuasis trecentos aut circiter annos celebratur. Hic toto vitæ tempore nihil admodum memoratu dignum egit; nisi quis cæcos ac claudos curare, & dæmonio correptos adjurare, in pagis Bethsaida, & Bethania, magni alicujus facinoris numero habeat. Hæc negare non ausus est Julianus; nam etiam tum e quibusdam sanctis viris Christi discipulis paria fieri certo noverat. Secundo. Hæc de ejus Cruce subjungit. At vos infelicissimi homines, quum adorare, & colere nolitis Ancile, quod cælitus delapsum, & a magno Jove, aut Marte patre dimissum; Crucis lignum adoratis, ejusque signa in fronte formatis, & vestibulis ædium insculpitis. Tertio. De Verbi divini divinitate, & Incarnatione dicit Julianus: At si Verbum Deus ex Deo est; ut sentitis, & ex Substantia Patris prodiit, cur vos Deiparam Virginem esse dicitis? Quomodo enim peperit Deum, quum sit homo sicut nos? Et infra. Tam infortunati vero estis, ut ne manseritis quidem in iis, quæ vobis ab Apostolis tradita sunt: sed ea fuerint ab illarum posteris majore nequitia, & impietate tractata. Jesum quippe illum neque Paulus Deum dicere ausus est, neque Matthæus, neque Lucas, neque Marcus: sed bonus ille Joannes, quum sensisset magnam multitudinem in plerisque urbibus Græcis, & Italicis jam tum eo morbo captam esse; audiretque, opinor, monumenta quoque Petri, & Pauli, clam quidem, sed tamen audiret ea coli, primus id prodere ausus est. Antiquam igitur fidem non mutavit Nicænum Concilium, cum definivit Christum esse verum Deum, ex Deo vero, quemadmodum calumniantur Sociniani. Id quippe non ignorasset Julianus, qui vixit hisce temporibus proximus, nec omisisset; sed divinitatis Christi authorem fatetur D. Joannem Apostolum, eamque creditam in Latina, & Græca Ecclesia priusquam scriberet Evangelium. Quod autem dicit de aliis sacris scriptoribus, aperte confutavit Cyrillus, qui hæc Pauli verba laudat: Quorum Patres, & ex quibus est Christus secundum Carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Julianus his addit. Verum istud quidem mali a Joanne cepit initium. Quæcumque autem vos deinceps adinvenistis, additis ad priscum illum mortuum novis mortuis, quis pro dignitate satis execretur? Sepulchris ac monumentis implestis omnia .... Et infra. Cur sepulchris advolvimini? Ex his patet quam antiquus sit cultus sacer exhibitus martyribus.

Cyril. adv. Jul. l. 6. pag. 191.

Lib. 6. pag. 194.

Lib. 8. pag. 276. *Christus est vere Deus.*

Lib. 10. pag. 327.

Ad Rom. 9.

LXIV. Principio lucis secutæ mortem Juliani, qui erat quinta Kalendas Julias, hostibus ex omni latere circumfusis, collecti duces exercitus Jovianum designant Imperatorem virum strenuum, & nobilem, Varroniani Comitis notissimi filium. Qui cum esset Tribunus militum, quo tempore Julianus edicto proposito, optionem militibus dedit, ut aut sacrificarent, aut militiam abjicerent, cingulum deponere maluit, quam impii Principis mandatis obtemperare. Julianus tamen belli tum imminentis necessitate constrictus, eum inter duces retinuerat. Qui cum violenter a militibus ad imperium traheretur, clamabat dicens, non se velle Paganis hominibus imperare, cum ipse Christianus existeret.

Eutrop. lib. 11. Socrat. l. 3. c. 22. *Jovianus Imperat.*

Cum-

Christi An. 363.
Theod. hist. l. 4. cap. 2. Ammian. lib. 25.

Cumque vox omnium communiter proclamasset, dicentium se quoque esse Christianos, suscepit imperium, & tractare cœpit de salute Reipublicæ, & quomodo exercitum incolumen ex hostili solo posset reducere. Quatriduum inter summas difficultates progressus est; Romanos enim sequebantur Persæ cum Saracenis, quos antea socios abalienarat Julianus, & crebris lacessionibus eos fatigabant. Divina providentia præsentem solvit difficultatem. Persarum Rex suos semper cum magna strage repulsos animadvertens, & de imperio Joviani factus certior, legatos ad eum de pace misit. Militibus fame pereuntibus, jurejurando firmata est pro triginta annis, indecoris quidem, sed pro tempore necessariis conditionibus. Regiones quinque trans-Tigritanæ Persis traditæ sunt, cum urbibus Singara, & Nisibi, quarum incolis præcepit, ut ad alia Romanorum loca transirent; Rex autem cibaria misit Romanis militibus, & rerum venalium forum in solitudinibus eis parari jussit. Sicque post sex alios itineris dies a Perside discessit exercitus.

Philostorg. l. 8. cap. 1.

Juliani cadaver Procopio traditum, humili pompa Tarsum delatum est, & sepultum, e regione sepulchri, quo Maximini ossa continebantur, semita sola loculos ab invicem separante, ut quos commune in Christianam religionem odium conjunxerat, via sepulchris post mortem divellerentur. Erectum est ei templum in Tarsi suburbio, atque a suis inter deos relatus.

Theod. hist. l. 3. cap. 28.

LXV. Juliani mors Christianis lætitiæ multum attulit, ethnicos vero in mœrorem conjecit. Carræni tantum percepere dolorem, ut eum, qui nuntium attulerat, lapidibus obruerent. Econtra civitas Antiochenorum, comperta illius cæde, conviviis ac festivitatibus vacare cœpit. Nec in Ecclesiis solum, & martyriis cuncti tripudiabant, sed in ipsis etiam theatris victoriam Crucis prædicabant, & illius oracula deridebant; omnes siquidem simul juncti clamabant: ubinam sunt vaticinia tua, maxime stulte? Vicit Deus, & Christus ejus. Ibidem plurimas arcas in ejus palatio repertas esse ferunt plenas capitibus humanis: multos item puteos cadaveribus refertos, dissectaque puerorum, & virginum membra ad divinationem. D. Gregorius Nazianzenus tunc duas adversus Julianum orationes publice recitavit. Earum fragmenta multa superius retulimus. Hic unum addam de fuso etiam pro reprobis Christi Sanguine, & de cultu Martyrum, dum Julianum sic insectatur. Tune, adversus Christi sacrificium cum tuis piaculis? Tune adversus eum cruorem, quo mundus purgatus est, cum tuis cruoribus? Tune manum adversus eam, quæ & pro te, & propter te clavis transfixa est? ..... post Herodem persecutor, & post Judam traditor .....: non victimas pro Christo cæsas veritus es? nec magnos pugiles extimuisti, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum ..... eos, qui & post illos, & ante illos pro veritate periculis se objecerunt? qui cum igne, & ferro, & belluis, & Tyrannis, & præsentibus malis, & denunciatis alacri animo, velut in alienis corporibus, imo quasi corporum expertes dimicarunt? Cur? ne pietatem vel verbo tenus proderent. Quibus præclari honores, & festa constituta sunt: a quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur: quorum apparitiones, & prædictiones, quorum vel sola corpora idem possunt quod animæ sanctæ, sive tangantur, sive honorentur: quorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora? hæc non colis, sed contemnis, qui Herculis rogum ex calamitate injuriisque mulieribus illatis extitatum admiraris.

Gregor. Nazianz. orat. 3.

Christus mortuus etiam pro reprobis.

Sozom. l. 6. c. 3. Socrat. l. 3. c. 24.

LXVI. Jovianus Imperator cum experimento didicisset, ira Dei ob decessoris sui impietatem invectas esse calamitates Imperio Romano, nihil cunctatus scripsit Rectoribus provinciarum, ut in ecclesias convenirent, & divinum Numen studiose colerent, solamque Christianorum Fidem Romanis esse venerandam. Cuncta gentilium templa ubique concludebantur: ipsique dæmonum sacerdotes variis in locis, ubi quisque poterat, sese abdebant. Philosophi pallium deponebant, & vulgarem habitum sumebant. Ecclesiis præterea, & Clericis, viduis item ac virginibus immunitates restituit; & quidquid antea ad utilitatem atque honorem religionis nostræ a Constantino ejusque liberis donatum sancitumve, & postea Juliani temporibus ademptum fuerat. Et quoniam fames exorta tributariam functionem exigi non sinebat, Ecclesiis tertiam partem annonæ frumentariæ Constantianæ præberi præcepit, integrum canonem præbiturum se pollicitus est ubi fames cessasset. Dedit etiam generalem Constitutionem ad Secundum, qui tunc erat Præfectus Prætorii, qua jubebat eum capitali supplicio affici, qui sacram virginem sibi uxorem despondare, aut attentare matrimonii causa, nedum rapere conatus fuisset. Hanc autem legem idcirco tulit, quod flagitiosi quidam homines, principatu Juliani, cum hujusmodi virginibus nuptias contraxerant, & seu vi, seu persuasione eas corruperant. Aliam legem tulit, qua & Episcopos ab exilio reverti jubebat, & ecclesias iis restitui mandabat, qui Nicænam fidem inviolatam servassent. Scripsit privatim ad Athanasium patriæ Ecclesiæque eum restituens, ejusque precibus sese commendans. Novimus quippe, inquit, tua supplicatione, cum nos, tum eos qui nobiscum sentiunt, magnum a summo Deo auxilium consecuturos. Athanasii literæ gratiarum actionem continentes exstant. Imperator alteram ad eumdem dedit epistolam, petens ut accuratam de divinis rebus institutionem ad se prescriberet.

Christi An. 363.
Theod. hist. l. 4. cap. 4. Sozom. Ibid. Cod. Theod. Leg. 9. lib. 15. Theod. hist. l. 4. cap. 2. Epiph. hær. 68. Athan. nov. ed. tom. 2. p. 779. & seq. & vet. t. 1. pag. 245. & seq.

LXVII. Athanasius congregatis Episcopis qui doctrina excellere videbantur, Joviano rescripsit ex persona omnium Episcoporum Ægypti, Thabaidis ac Lybiarum, suadens ut fidem Nicææ olim expositam tanquam Apostolicæ doctrinæ consentientem servaret. Scito enim, inquit, religiosissime Auguste, hæc ab omni ævo esse prædicata, hancque ipsam fidem Patres, qui Nicææ convenerunt, confessos fuisse, eamque suffragio suo comprobare universas totius Orbis Ecclesias, nempe Hispaniæ, Britanniæ, Galliæ, totius Italiæ, Dalmatiæ, Daciæ, Mysiæ, Macedoniæ, Græciæque, & Africæ universæ, nec non Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Isauriæ, Ægypti, Lybiæ, Ponti, Cappadociæ, vicinas quoque nobis, nec non Orientis Ecclesias; paucis exceptis qui Arii hæresim sequuntur. Quæ enim sit omnium illarum Ecclesiarum sententia, & experientia novimus, & earum habemus literas. Nec vero te fugit, piissime Auguste, tametsi pauci quidam huic Fidei adversantur, præjudicium tamen facere non posse, quippe cum Orbis universus Apostolicam Fidem retineat. Episcopos tum Arianos, tum Semiarianos, tum Macedonianos fuisse tunc plusquam ducentos, qui Fidei Nicænæ refragarentur, constat ex præcedentibus Conciliis, atque ex iis, quæ dicemus inferius; & tamen, ut ait Athanasius, hic numerus non facit præjudicium adversus reliquas Orbis Ecclesias.

Ibid.
Athanasii epistola de fide ad Jovian. Vera fides se prodit universalitate sua.

Hic symbolum Nicænum subjicit Athanasius. Ea eoque sic concludit adversus supradictos hæreticos: In hac fide, Auguste, tanquam divina, & Apostolica omnes necesse est permanere, nec ullus eam subtilibus sermonibus, & contentionibus immutare debet, ut fecerunt Ariani. Siquidem idcirco Nicæna Synodus hujusmodi hæresim anathemata mulctavit, & fidem veritatis confessa est. Nec enim Filium Patri esse similem tantummodo dixere, ne videlicet similis dumtaxat Deo putaretur, sed ut verus ex Deo Deus crederetur, scripserunt Consubstantialem esse; quod quidem proprie convenit germano, & vero Filio veri, & naturalis Patris; neque etiam Spiritum Sanctum a Patre, & Filio disjunxere, sed illum potius una cum Patre, & Filio glorificavere, in una Sanctæ Trinitatis fide, quia nempe una est in Sancta Trinitate divinitas. Accepta Jovianus hac epistola avocat Athanasium, ut quæ circa religionem, & rectæ Fidei doctrinam agenda essent, suggereret. Ille communicato, cum paucis familiaribus suis consilio, Imperatorem necessario sibi videndum esse existimavit. Itaque venit Antiochiam, ibique hæreticorum fregit audaciam.

Ibid.
Epiph. hær. 68. Sozom. l. 6. c. 5.

LXVIII. Sectarum etenim principes Imperatorem adibant, sperantes singuli authoritatem se ab illo, & licentiam adepturos, contra illos qui adversari ipsis videbantur. Ac primo quidem Macedoniani libellum ei offerunt postulantes, ut ii quidem, qui dissimilem Patri Filium asserebant, pellerentur Ecclesiis; ipsi vero in eorum locum substituerentur. Postulabant etiam ut vel ea, quæ Seleuciæ gesta erant, rata permanerent; ea vero quæ studio ac potentia quorumdam acta fuerant, irrita essent; vel manente priore dissidio, quod ante illas Synodus in Eccle-

Socrat. l. 3. c. 25.
Sectarios rejicit Jovianus l. 6. c. 4.

CHRISTI An. 363.

Ecclesiis fuerat, omnibus ubique Episcopis quocumque vellent loco in unum convenire liceret, nemine alio in consessum admisso. Imperator vero cum eorum libellum accepisset, ipsos sine responso dimisit hoc tantum prolocutus: Ego contentionem aversor; eos vero, qui concordiæ student, diligo atque observo. Quæ cum ad aures reliquorum perlata essent, impetum eorum, qui altercari cupiebant, stregere. (Socrat. ibid.)

(Socrat. ibid.) LXIX. Tunc quoque pervicax Acacianorum ingenium omnibus patefactum est: qui quidem manifeste declararunt, quantopere ad nutum & sententiam eorum, qui rerum potiebantur, flectere se semper soliti essent. Etenim apud Antiochiam Syriæ congregati solloquium habuerunt cum Meletio, qui Consubstantialis fidem amplexus, sese ab illis segregavarat. Id autem propterea fecerunt, quod illum ab Imperatore, qui tum in Urbe morabatur, summo in pretio haberi cernerent. Communi argo consilio Consubstantialis doctrinam amplexi, Nicænam fidem confirmarunt, & libellum a se compositum obtulerunt Imperatori, in hæc varba ...., Religioni tuæ suggerimus, nos sacro-sanctæ Synodi olim apud Nicæam congregatæ fidem & suscipere & constanter retinere: siquidem vocabulum Consubstantialis, quod novum quibusdam & insolens visum est, cauta interpretatione a Patribus est aaplanatum, ita ut significet Filium ex Patris Substantia genitum esse, & Similem esse Patri secundum Substantiam. Neque varo quasi passio aliqua in generatione illa inexplicabili intelligatur, aut juxta Græci sermonis usum Substantiæ nomen accipiatur: sed ad subversionem ejus quod Arius de Christo ausus est dicere, illum scilicet ex non extantibus ortum asse. Quod quidem etiam Anomæi isti, qui nuper exorti sunt, longe audacius atque impudentius ad dirimendam Ecclesiæ concordiam assevarant. Quamobrem huic nostræ supplicationi adjunximus axemplum Fidei olim ab Episcopis apud Nicæam congregatis compositæ. Huic libello post Meletium subscripsere viginti sex Episcopi.

LXX. Paulinus ejusque sectatores hanc fidei professionam reprehenderunt ut subdolam, primo: Quia Consubstantialis vox in ea exponitur per has voces, similem secundum Substantiam, ac proinde trahebant ad sensum Semiarianorum, Secundo. Quia nihil omnino dicitur de divinitate Spiritus sancti, quam negabant eorum plerique, ut alii Orientales. Has (Orat. 21, pag. 395.) tationes urget author libelli qui inter opera Athanasii sic legitur inscriptus; Refutatio hypoctiseos Maletii, Eusebii, & Pauli Samosatensis, Athanasius profecto non est author illius libelli, cum S. Maletium ipse samper plurimi fecerit. Verumtamen eorum e numero Pelagius Laodicansis, & Athanasius Ancyranus dainceps acerrimi fuere veritatis assertores. Imperatnr autem a proposito non recessit, ut dissidentium jurgia leni verborum suasione aatingueret; ajebatque se nemini qualiscumque fidei asset, molestiam exibiturum; eos tamen præ cætaris amaturum atque in pretio habiturum, qui reparandæ in Ecclesia pacis authores & duces se præberent.

(Epiph. hær. 77. n. 20. & 21.) LXXI. Paulinum vicissim Sabellii & Apollinaris hæreseos accusabant ejus adversarii; sed sa purgavit apud Athanasium, subscriptione sequentis Fidei formulæ, quam ei obtulerat Athanasius: Ego Paulinus sic sentio, quemadmodum a Patribus accepi, esse & existere perfectum Patrem, & subsistere perfectum Filium, & subsistere denique perfectum Spiritum sanctum. Quare & illam trium hypostaseon, & unius hypostasis sive Substantiæ intarpretationem cum iis, qui ita sentiunt, amplector. Est anim pietati consentaneum Trinitatem in una divinitate agnoscere ac confiteri. De Incarnatione porro, quam propter nos Verbum Patris suscepit, ita sentio, nimirum ut Joannes scripsit: Verbum Carnem esse factum. Neque enim impiis illis ac sceleratis assentior, qui mutatum illum esse definiunt, sed potius hominem essa nostra causa factum, atque a Sanctissima Virgine da Spiritu sancto asse genitum. Neque vero aut inanimum, aut sensus ac mentis expers corpus Salvator habuit ..... unde & eos omnes anathemate damno, qui propositam ac receptam in Nicæna Synodo fidem respuunt .., sed & illos insuper condemno, qui Spiritum sanctum creaturam esse per Filium productam asserunt. Athanasius magno etiam opere nitebatur pacem commu- (Basil. ep. 225.) nionisque societatem inire cum Meletio; sed veteratorum hominum consilio factum est, ut ad aliud tempus extracta res fuarit. (CHRISTI An. 363.)

(Philostorg. l. 8. cap. 2.) LXXII. Aetius & Eunomius, qui Constantinopoli morabantur, Episcoposque sibi ordinarunt; & quidem Constantinopoli primum Ecclesiæ suæ Episcopum constituarunt Pœmanium; multi enim in ea urbe ab Eudoxio, aliisque sectis deficientes, eorum partam adauxerant, Quod quidem factum, Eudoxium, qui unitatis cum illis ineundæ spem hactenus foverat, prorsus ipsis adversarium reddidit. Sic omnis hæresis successu temporis sibi discors in varias sectas scinditur. Euxojus aliud facinus aggressus est; suggassit suis ut apud Imperatorem accusarent Athanasium, aliumque pro eo postularent Alexandrinum Episcopum. (Sozom. l. 6. c. 8.) Lucius igitur Presbyter ordinatus a Georgio cujus vices implebat Alaxandriæ, & quidam Bernicianus veniunt Antiochiam. Imperatori in campum contendenti occurrunt in porta Romanensi, eumque sic compellant. (Athan. nov. edit. pag. 782. vat. to. 2. pag. 27.) Rogamus pietatem tuam, ut nos audias. Imperator dixit: Quinam estis, & unde? Responderunt: Christiani, Domine, ex Alexandria .... Rogamus potantiam tuam ut des nobis Episcopum. Imperator dixit: Jussi priorem, quem habuistis Athanasium in throno collocari. Ariani dixerunt: Jam multis annis exul & accusatus est. Miles derepente commotus respondit: Obsecro, imperium tuum, ut ipse inquiras quinam & unde sint. Hi enim sunt abjectæ reliquiæ Cappadociæ, residua improbi illius Georgii, qui civitatem & mundum desertum reddidere. His auditis Imparator equum calcaribus concitavit, & abiit in campum.

(Ibid.) Hac repulsa minime deterriti, secundo adeunt Imperatorem, sicque alloquuntur: Accusationes & probationes habemus contra Athanasium, qui ante decem & viginti annos ab æternæ memoriæ Constantino & Constantio in exilium pulsus ast; & sub Deo dilectissimo, & beatissimo Juliano item exulavit. Imperator dixit: Jam præteriarunt quæ ante decimum & vicesimum, & tricesimum annum institutæ sunt accusationes. Ne mihi de Athanasio dicatis: Scio enim quamobrem accusatus, & quamobrem proscriptus sit. Nec illa quoque responsio homines audaces compescuit. Tertio Jovianum adeunt, ajuntque: Quasdam alias accusationes habemus contra Athanasium. Imperator dixit ...., Quæ Athanasium spectant, jam constitura sunt: Iratusque ait: feri, feri. Ariani dixerunt: Si mittas Athanasium, perit civitas nostra, nullusque cum eo conventus agit. Imperator dixit: Atqui diligenter sciscitatus novi eum recte sentire, & Orthodoxum asse, atque recte docere. Ariani dixerunt: Ore quidem recte loquitur, animo autem dolose sentit. Imperator dixit: Satis hoc est, quod vos de illo testificati estis, eum recte loqui ac docere. Quod si lingua quidem recte docet & loquitur, animo autem prave sentit, res illi cum Deo est: homines anim sumus, sermonem audimus: quæ vero in corde latent, novit Deus .... Discedite & quiescita. Quidam etiam scholasticus ex Cynicis dixit: Rogo Imperium tuum, Athanasii Episcopi causa Catholicus mihi ædes eripuit. Imperator dixit: Si Catholicus tuas ædes eripuit, quid hoc ad Athanasium? Alius quidam Patalas scholasticus dixit: Accusationem haben contra Athanasium. Imperator dixit: Ecquid tibi cum Christianis, cum sis gentilis?

(Ibid.) LXXIII. Paucis post diebus Lucius Imperatoram convenit ad atrium palatii, aitque: Obsecro potentiam tuam, audi me. Imperator vero eum durius repulit. Ariani tunc ad solitas artes conversi palatii Eunuchos sibi conciliare student, ac per Euxojum postularunt a Probatio, aliisque Eunuchis, ut commendationem haberent. Re cognita Imperator, Eunuchos tormentis applicans dixit: hæc patiatur quisquis voluerit Christianos deferre; & sic dimisit eos. (Sozom. l. 6. c. 5.) Athanasium autem, quem congressus iste charissimum ipsi reddiderat, in Ægyptum remisit, Ecclesias & populos, sicut ipsi optimum factu videretur, regere permittens. Etenim eum virum magnopere laudassa dicitur, tum ob virtutem, quæ in illo erat, tum ob vitæ integritatem, & prudentiam atque doctrinam, Jovianus in tanta rerum difficultata nullum sibi vexandum ratus propter raligionem, samper tamen favebat Orthodoxis, & labarum secundum eam formam, quam ei dederat Constantinus, restituit, ut patet in ejus imaginibus.

LXXIV.

Christi An. 363.

Hieron. vit. D. Pachom. cap. 27.

LXXIV. Athanasius post reditum cum solemniter superioris Thebaidæ circuiret Ecclesias, ad loca Tabennensium navigio pervenit. Quod ubi Pachomius agnovit, statim cum universis monachis in ejus properavit occursum ... Sed ex industria subtrahens se in monachorum turmis occuluit, ex hac videlicet causa, quod Aprion Tentyrorum Episcopus de eo sanctum Athanasium sæpius exorabat dicens, esse mirabilem, & vere famulum Dei, quem ad honorem sacerdotii dignissime promoveret .... Eum in tantum venerabatur, ut nullum præstantiorem ipsis temporibus hominem diceret. Compererat enim sanctam ejus vitam, & persecutiones innumeras, quas ab Arianis pro Christi pertulerat confessione, charitatem quoque, quam erga universos, & maxime monachos exhibebat, intento mirabatur animo ...

Pachomii regula.

Pachomius tunc magnam monachorum multitudinem instituebat, juxta regulam quam ei Angelus Domini tradiderat. Hanc latine reddidit D. Hieronymus, qui illius synopsim sic refert: Habent per singula monasteria Patres, & dispensatores & ministros, ac hebdomadarios, & singularum domorum præpositos, suntque pro numero Fratrum triginta vel quadraginta domus in uno monasterio, & ternæ vel quaternæ domus in unam tribum fœderantur, tres enim simul in eadem cellula commorabantur, ut vel ad opera simul vadant, vel in hebdomadarum ministerio sibi succedant per ordinem. Quicumque autem monasterium primus ingreditur, primus sedet, prior in Ecclesia communicat ... Nihil habent in cellulis præter psiathium, & duo lebitonaria, quod vestimenti genus est sine manicis, & unum jam attritum, ad dormiendum, vel operandum, & amictum lineum, cucullasque duas, & caprinam pelliceam, quam melotem vocant; hanc deponebant communicaturi; balteolum lineum, & caligas, & baculum itineris socium. Ægrotantes miris sustentantur obsequiis, & ad omnem copiam præparatis cibis: sani majori pollent abstinentia. Bis in hebdomada die quarta & sexta Sabbathi ab omnibus jejunatur, excepta Pentecoste. Aliis diebus comedunt, qui volunt, post meridiem, & in cœna similiter mensa ponitur propter laborantes, senes & pueros, æstusque gravissimos. Sunt qui secundo parum comedunt; alii qui prandii sive cœnæ, uno tantum cibo contenti sunt: nonnulli gustato paululum pane egrediuntur. Omnes pariter comedunt: qui ad mensam ire noluerit, in cellula sua panem tantum, & aquam, & sal accipit, sive uno die voluerit, sive biduo. Cumque stans prior in gradu manum percusserit, de Scripturis quidpiam revolvens memoriter; ut oratio finitur, omnes pariter elevantur. Cum autem comedunt, capita sua cucullis operiunt, ne frater fratrem videat manducantem; nullus comedens loquitur, nec præter mensam suos alibi circumfert aspectus. Diurnæ orationes duodecim sunt, & vespertinæ duodecim, & nocturnæ duodecim. Cumque Pachomius diceret paucas orationes esse, respondit Angelus: Has constitui quas possent infirmiores absque labore perficere. Cæterum qui perfecti sunt, hac lege non indigent; apud se namque in propriis constituti cellulis, orare non desinunt, qui puritate mentis, & divina contemplatione pascuntur. Præterea variæ pœnæ pro delictorum modo constituuntur.

Hier. vit. Pachom. cap. 27.

LXXV. Pachomius cunctos suscipiebat, qui per pœnitentiam se Dei miserationibus offerebant: quos etiam post longam conversationis experientiam monachorum cœtibus aggregabat, instruens eos mundi illecebras fugere, sanctisque semper institutionibus inhærere, primitus admonens ut generaliter monachus universo mundo renuntiet, deinde parentibus suis, & ad postremum sibimetipsi, ut ita possit tollere crucem suam, & Christi vestigia veneranda sectari ... Ipse vero non solum districtiori regulæ se subdiderat, sed & totius monasterii sollicitudinem curamque portabat, ultra vires omnibus servire contendens. Ad horam namque convivii ipse parabat mensam Fratribus, & solita exhibebat officia; nec non in hortulis serebat olera, quæ suis manibus irrigabat. Si quis etiam monasterii pulsasset ostium, vigilanter occurrens prompte responsa reddebat; infirmis autem diebus obsequebatur & noctibus: & in his omnibus exemplum se maximum suis discipulis offerebat. Quapropter hi qui nuper ad Domini servitium veniebant, alacriores ad omnia pietatis officia reddebantur. Primi ejus discipuli fuere Psenthesius, Suris, & Obsis, ... quos proxime secuti sunt, Pecusius, & Cornelius, Paulus quoque, & Pachomius alter, & Joannes, qui omnes immaculatam fidem beati Patris, & doctrinam salutiferam libenter amplexi sunt .... Et brevi multiplicatus est monachorum numerus. Proinde cum solemnitas ex more deposceret, ut mysteriorum cœlestium participes fierent, ex proximis viculis Presbyteros convocabant. Non enim patiebatur idem senex inter eos esse quempiam, qui clericatus officio fungeretur. Quoniam frequenter hinc inter Fratres contentiones & æmulationes inutiles nascerentur .... Si quando tamen venisset ad eum Clericus, qui sub ejus regula vellet vivere, dignitati ejus honorem reddebat Ecclesiæ debitum: ille vero monachorum serviens institutis, tanquam Patri multa humilitate se subdebat ..... Quamvis autem non omnibus eadem præscriberet, sed pro viribus & ingeniis singulorum mensuras & formas operum custodire censeret .... Universos autem monachos promptos esse ad obediendum commonebat, ut hoc compendio facile perfectionis apprehenderent celsa fastigia, cordaque sua in timore Christi diligenter excolerent. Sic enim Deo potius quam sibi viverent, dum fructus obedientiæ supplices exhiberent.

Christi An. 363.

Ibid.

S. Pachomii zelus.

LXXVI. Quodam vero tempore, videns aliquot mediocres homines in vicinis locis, dum pascerent pecora, a communione Sacramentorum Christi abstinere, nec divinorum frui lectione voluminum, qui per omne Sabbatum atque Dominicum solemniter ubique recitantur, iniit consilium cum S. Aprione Tentyrorum Episcopo, ut in vico eorum jam pene deserto construeretur ecclesia, ad quam convenirent, & divina mysteria perciperent. Quod ubi factum est, cum necdum essent ordinati Clerici, qui solemnia plebi peragerent, ipse ad horam conventus Ecclesiæ cum monachis occurrebat, salutiferas plebi paginas relegens; & sic alacriter & invereeunde Lectoris implebat officium, & ita mentis & corporis oculos habebat intentos, ut videntes eum populi, non hominem, sed Dei Angelum crederent: unde plures institutione ejus ab errore conversi facti sunt Christiani. Erat enim circa proximi charitatem valde perfectus, & in tantum misericors, ut si quando vidisset aliquos diaboli fraude deceptos, eosque non verum Deum colere, sed vanis inservire simulacris, super eorum perditione ingemisceret fortiter, & ubertim lacrymas pro eorum salute funderet .... Hæreticos detestabatur plurimum, & maxime Origenem, admonebatque Fratres ne ejus volumina legerent, neque legentibus aures admoverent.

Ibid.

LXXVII. Comperit autem germana soror ejus institutionem senis præclaram atque sublimem, cupiensque videre eum, ad monasterium ejus advenit. Quod ubi agnovit Pachomius, hujuscemodi responsum ei per ostiarium direxit. Ecce soror audisti de me quod vivam & incolumis existam, perge igitur in pace, nec contristeris, quod te non videam corporalibus oculis. Quod si volueris sequi hanc conversationem, quam teneo, ut possis apud Dominum misericordiam reperire, cogita tecum diligenter & tracta, & si cognovero hoc sanctum cordi tuo sedisse propositum, præcipiam Fratribus meis, ut tibi procul ædificent mansionem, in qua cum disciplina verecundiaque persistas. Nec dubito quod alias exemplo tuo Dominus advocabit, quæ tecum maneant, & per te mereantur salutis æternæ invenire subsidium. Hæc audiens soror ejus flevit amare, & compuncta divinitus, se Christo servire professa est.

Virginum monasteria.

Hanc ejus mentem Pachomius agnoscens, Deo gratias egit, & protinus religiosioribus imperat Fratribus, ut ei procul a se monasterium construant. Convenerunt ad eam aliæ plurimæ, & brevi tempore mater magnæ multitudinis effecta est. Pachomius autem cuidam Petro ætate jam grandævo præcepit, ut interdum famulas Dei visitaret, & sancta exhortatione sustolleret; habebat enim cum mortificatione passionum omnium, etiam sermonem sale conditum; qui sæpenumero virginibus Christi de sanctis Scripturis loquebatur. Exceptis melotis, quas fœminæ non habent, omnis institutionis earum forma monachis erat consimilis. Si quis autem de Fratribus habebat in monasterio fœminarum propinquam aliquam vel sororem, eamque visitare voluisset, mittebatur cum eo unus ex senioribus probatæ vitæ, & primum qui-

CHRISTI AN. 363. quidem videbat eam, quæ sororibus præerat, & deinde sub ejus præsentia, & aliarum quæ erant provectioris ætatis, sororem suam vel proximam frater cum omni pudore cernebat, nihil ei deferans, nec prorsus ab ea quidquam accipiens .... Quod si defuncta esset virgo, curantes ejus funus reliquæ, cunctaque quæ ad sepulturam pertinent, adimplentes usque ad ripam Nili fluminis, quod utraque monasteria dividit, psalmos ex more canentes. Tunc transeuntes monachi cum ramis palmarum, & olivarum frondibus, psallentes transvehebant eam, & in sepulchris suis cum hilaritate condebant.

Ibid. LXXVIII. Pachomius inclaruit miraculis: hic pauca tantum referam. Mulier quædam in Tentyrorum civitate patiebatur fluxum sanguinis, & hac infirmitate jam prolixo tempore laborabat. Hæc Dionysium Presbyterum Pachomii amicum rogat, ut sui misereatur, & quasi per occasionem necessariam ad se Pachomium convocet. Qui precibus mulieris flexus, hoc agere non moratur. Cum ergo venisset Pachomius ad Ecclesiam; & post orationem Dionysium salutasset, juxta eum protinus assedit. Dumque loquerentur ad invicem, mulier fiducia fidei roborata post tergum ejus latenter accessit, & cucullum, qui operiebat caput ejus, tremens attigit, statimque sanata est, & procidens in faciem suam, adoravit Dominum, glorificans ejus clementiam, quod tanta per servos suos beneficia credentibus contulisset. Tunc sanctus vir Dionysius factum sentiens, benedixit mulieri, quæ protinus ad sua repedavit. Alia die cum peregrinum ad fores monasterii prosequeretur, ecce vir a longe festinus veniens ad ejus vestigia provolvitur, obsecrans ut filiam suam a dæmone vexatam, per Christi gratiam curare dignaretur. Quo relicto præ foribus, ingressus ipse tale ei responsum per ostiarium dirigit: Non est nobis consuetudo cum mulieribus loqui: sed si quid habes ex vestimentis ejus, mitte nobis, quod in nomine Domini benedicentes, tibi protinus remittam, & credimus in Christo, quod filia tua isto modo ab inimici liberetur incursu. Cumque tunica puellæ Sancto fuisset allata, severe nimis intuitus ait: Non est ejus iste vestitus. Affirmante vero patre & dicente ejus esse; respondit ei: Et ego novi quod ejus sit; sed virginitatem suam Deo dedicans, non servavit sanctimoniæ puritatem... Spondeat itaque tibi in conspectu Domini deinceps vivere continenter, & propitiabitur ei Christus, sanamque restituet. Pater ejus indignans & mœrens, filiam suam perscrutatus est: & sic esse, ut sanctus Pachomius dixerat, puellæ confessione cognovit. Quæ cum juramento pollicita fuisset, numquam talia gerere velle, pro ea Vir beatus Domino supplicavit, benedicensque oleum misit. Quo peruncta sine mora curata est ...... Alias quoque sanitates plurimas in virtute sancti Spiritus Vir beatissimus faciens non extollebatur. Habebat autem hanc a Domino gratiam, ut idem semper & æqualis esset in omnibus, animumque in disciplina Domini sollicitum retineret. Et si aliquando poscens aliquid a Domino, petitionis suæ non consequeretur effectum, non contristabatur omnino, sed patientissime sustinebat, sciens hoc expedire vel sibi, vel omnibus, quidquid divina misericordia censuisset. CHRISTI AN. 363.

LXXIX. Pachomius futura multa, præsertim circa monasteriorum statum post obitum divina revelatione cognovit ..... Aliquando enim cum precaretur attentius, subito circa mediam noctem visionem cernit, quæ eum juxta petitionem propriam de statu posterorum suorum plenius edoceret. Nam monasteria sua vehementius dilatanda, nonnullosque pie victuros, & continenter agnovit, neglecturos etiam plurimos didicit, suamque salutem penitus esse perdituros: eorum defectum valde doluit Pachomius: maxime quod præpositi tunc negligentes ac desides forent, nec in Deo confiderent, sed concordia discordiose uterentur, placentes stultæ multitudini, & ostentantes habitum monachorum, nullaque bona opera præferentes. Semel autem pessimis primatum tenentibus, ipsumque nomen sanctæ conversationis ignorantibus, necesse est æmulationes ac jurgia generari, & quis præsit ac major sit, ambitiosa lite contendere ..... Unde neque aliqua bonis viris loquendi fiducia suberit pro utilitate communi, sed erunt in silentio & quiete: aut certe sub colore honestatis magnis persecutionibus affligerentur. Tunc cum lacrymis ad Dominum exclamavit Pachomius, quem Christus consolatus est, eique in magna Angelorum frequentia se videndum præbuit. Sic ubi primum Constantinus persecutionibus finem imposuit, monasticam vitam, quam pauci elam exercebant, innumerabilis virorum & fœminarum multitudo palam professa est. SS. Antonius & Pachomius & Hilarion primi extruxere monasteria, certamque Deo serviendi formam juxta Evangelica consilia eis præscripsere: quorum sacrum institutum multis laudibus extulare sancti Patres, suscepit ac fovit Ecclesia, Fideles semper venerati sunt: nec immerito; innumeri quippe utriusque sexus in iis & vitæ sanctitate & miraculis floruere, quos & hæretici & infideles ipsi sæpius reveriti sunt: ut multis demonstravimus exemplis. Tabennense monasterium in pœnitentiæ domum sua ætate commutatum refert D. Hieronymus. Ib. c. 45.

LXXX. Eadem ætate floruit D. Zeno Veronensis Episcopus, cui successit in episcopatu Syagrius. Sub ejus nomine sermones de plurimis Scripturæ locis publicavit Guarinus Veronensis orator, anno 1508. Eorum nullus veterum meminit; præterea constat collectos ex diversis authoribus: sermones enim septem in psalmos descripti sunt ex commentariis D. Hilarii: duo alii, scilicet sermo in illud, attende tibi & alter de livore & invidia, sunt D. Basilii: in aliis apparet magna styli diversitas, quæ varios authores arguit. Hieron. præf. in reg. S. Pacho. Ambr. epist. 64.

TEXTUS GRÆCI LIBRI XIV.

NUm. V. S. Ath. orat. 3. contra Arianos pag. 575. Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα τοῦ Λόγου συνάπτει τῷ Πατρί, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνειν.

Num. V. Ibidem inferius. Καὶ ὅσα ἔχῃ τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχῃ.

Num. V. S. Ath. orat. 4. contra Arianos pag. ult. Χριστὸς ὢν ὁ ἐκ Μαρίας Θεὸς ἄνθρωπος, οὐχ ἕτερός τις Χριστός, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτός· ὢν πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρός, ὢν δ' ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς Παρθένου· ἀόρατος τὸ πρῶτον καὶ ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσιν Ἁγίαις, ὁρατὸς νυνὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον ἕνωσιν· ὁρώμενος δέ, φημί, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, ἀλλὰ τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ διὰ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος, καὶ ὅλου ἀνθρώπου, ὃν ἀνεκαίνισε τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς ἑαυτόν· αὐτῷ τὸ σέβας καὶ ἡ προσκύνησις, ὃς ἦν πρῶτον, καὶ νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Num. XXXII. S. Athanasius ad Antiochenos pag. 773. Ἀποτιθέμεθα, διὰ τὸ εἰς Ἁγίαν Τριάδα πιστεύειν, οὐκ ὀνόματι Τριάδα μόνον, ἀλλ' ἀληθῶς οὖσαν καὶ ὑφεστῶσαν, Πατέρα τε ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ Υἱὸν ἀληθῶς ἐνούσιον ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ Πνεῦμα Ἅγιον ὑφεστὸς καὶ ὑπάρχον οἴδαμεν, μήτε δὲ τρεῖς Θεοὺς ἢ τρεῖς ἀρχάς, μήτε ὅλως ἀνεχόμεθα τῶν ταῦτα λεγόντων, ἢ φρονούντων, ἀλλ' εἰδότες ἁγίαν μὲν Τριάδα, μίαν δὲ θεότητα, καὶ μίαν ἀρχήν, καὶ Υἱὸν μὲν ὁμοούσιον τῷ Πατρί, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, τὸ δὲ Ἅγιον Πνεῦμα, οὐ κτίσμα, οὐδὲ ξένον ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρός.

Num. XXXIII. S. Athanasius ad Antioch. p. 774. Ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος, ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου ἔδοξαν φιλονεικεῖν τινες πρὸς ἀλλήλους, ἀνηκρίνομεν καὶ τούτους, καὶ ἅπερ ὡμολόγουν οὗτοι,

[illegible], ὅτι οὐχ ὡς εἰς τῶν Προφητῶν ἐγένετο ὁ λόγος Κυρίου, οὕτω καὶ εἰς ἅγιον ἄνθρωπον ἐπεδήμησεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἔλαβε δούλου μορφήν, ἐκ τε τῆς Μαρίας κατὰ σάρκα γεγένηται ἄνθρωπος δι᾽ ἡμᾶς, καὶ οὕτω τελείως, καὶ ὁλοκλήρως τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐλευθερούμενον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐν αὐτῷ καὶ ζωοποιούμενον ἐκ τῶν νεκρῶν εἰσάγεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁμολογοῦμεν γὰρ καὶ τοῦτο ὅτι οὐ σῶμα ἄψυχον οὐδ᾽ ἀναίσθητον ἔσχεν ὁ Σωτήρ, οὐδὲ γὰρ δέον ἦν τοῦ Κυρίου δι᾽ ἡμᾶς ἀνθρώπου γενομένου, ἄλογον εἶναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ σωτηρία γέγονεν. Υἱὸς ὢν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ γέγονε καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ μονογενὴς ὢν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ γέγονεν ὁ αὐτὸς καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. διὸ οὐχ ἕτερος μὲν ἦν ὁ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερος δὲ ὁ μετὰ Ἀβραάμ. Οὐδ᾽ ἕτερος μὲν ἦν ὁ τὸν Λάζαρον ἐγείρας, ἕτερος δὲ ὁ πυνθανόμενος περὶ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ὁ αὐτὸς ἦν ἀνθρωπίνως μὲν λέγων, ποῦ Λάζαρος κεῖται, θεϊκῶς δὲ τοῦτον ἀνεγείρας· ὁ αὐτὸς δὲ σωματικῶς μὲν ὡς ἄνθρωπος πτύων, θεϊκῶς δὲ ὡς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνοίγων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ. καὶ σαρκὶ μὲν πάσχων, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος, θεϊκῶς δὲ ἀνοίγων τὰ μνήματα καὶ ἀνεγείρων τοὺς νεκρούς.

Num. LXV. Greg. Naz. orat. 3. adversus Julian. p. 76. Σὺ κατὰ τοῦ τὸν Κόσμον καθήραντος αἵματος τοῖς αἵμασι; σὺ πόλεμον κατὰ τῆς εἰρήνης; σὺ χεῖρα κατὰ τῆς ὑπὲρ σοῦ ἐλαθείσης καὶ διὰ σέ; σὺ κατὰ τῆς χολῆς τὴν σὴν γεῦσιν; κατὰ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον, κατὰ τοῦ θανάτου καθαίρεσιν, κατὰ τῆς ἀναστάσεως ἐπανάστασιν; κατὰ τῶν μαρτύρων, οὐδὲ μάρτυρας; μετὰ Ἡρῴδην διώκτης; καὶ μετὰ Ἰούδαν προδότης; πλὴν ὅσον οὐκ ἀγχόνῃ τὴν μετάνοιαν ἔδειξας ὥσπερ ἐκεῖνος· καὶ Χριστοκτόνος μετὰ Πιλάτον· καὶ μετὰ Ἰουδαίους μισόθεος; οὐκ ᾐδέσθης τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ σφάγια, οὐδὲ ἐφοβήθης τοὺς μεγάλους ἀγωνιστάς; τὸν Ἰωάννην ἐκεῖνον, τὸν Πέτρον, τὸν Παῦλον, τὸν Ἰάκωβον, τὸν Στέφανον, τὸν Λουκᾶν, τὸν Ἀνδρέαν, τὴν Θέκλαν, τοὺς ἐπ᾽ ἐκείνοις τε καὶ πρὸ ἐκείνων τῆς ἀληθείας προκινδυνεύσαντας, οἳ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ θηρσὶ καὶ τυράννοις προθύμως ἀντηγωνίσαντο, καὶ παροῦσι κακοῖς καὶ ἀπειλουμένοις ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίοις σώμασιν ἢ ἀσώματοι; τίνος ἕνεκεν; ἵνα μὴ προδῶσι μηδὲ μέχρι ῥήματος τὴν εὐσέβειαν. ὧν αἱ μεγάλαι τιμαὶ καὶ πανηγύρεις· παρ᾽ ὧν δαίμονες ἐλαύνονται, καὶ νόσοι θεραπεύονται, ὧν αἱ ἐπιφάνειαι καὶ ὧν αἱ προρρήσεις· ὧν καὶ τὰ σώματα μόνον ἴσα δύναται ταῖς ἁγίαις ψυχαῖς, ἢ ἐπαφώμενα, ἢ τιμώμενα. ὧν καὶ ῥανίδες αἵματος μόνον καὶ μικρὰ σύμβολα πάθους ἴσα δρῶσι τοῖς σώμασι.

Num. LXVII. S. Athan. Epist. ad Jovian. Imp. p. 781. Γίνωσκε γάρ, θεοφιλέστατε Αὔγουστε, ὅτι ταῦτα μὲν ἐξ αἰῶνός ἐστι κηρυττόμενα, ταύτην δὲ οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες ὡμολόγησαν Πατέρες, καὶ ταύτῃ σύμψηφοι τυγχάνουσι πᾶσαι αἱ πανταχοῦ κατὰ τόπον ἐκκλησίαι, αἵ τε κατὰ τὴν Σπανίαν, καὶ Βρεττανίαν, καὶ Γαλλίας, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, καὶ Δαλματίας, Δακίας τε καὶ Μυσίας, Μακεδονίας, καὶ πάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν πᾶσαν, καὶ Σαρδανίαν, καὶ Κύπρον, καὶ Κρήτην, Παμφυλίαν τε καὶ Λυκίαν, καὶ Ἰσαυρίαν, καὶ αἱ κατὰ Αἴγυπτον, καὶ τὰς Λιβύας, καὶ Καππαδοκίαν, καὶ αἱ πλησίον ἡμῶν, καὶ αἱ κατὰ ἀνατολὰς ἐκκλησίαι παρεξ ὀλίγων τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων ἁπάντων. γὰρ τῶν προειρημένων καὶ πείρᾳ ἐγνώκαμεν τὴν γνώμην, καὶ γράμματα ἔχομεν. καὶ οἶδας, ὦ θεοφιλέστατε Αὔγουστε, ὅτι κἂν ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγωσι ταύτῃ τῇ πίστει, οὐ δύνανται πρόκριμα ποιεῖν πάσης τῆς οἰκουμένης τὴν ἀποστολικὴν πίστιν κρατούσης.

Num. LXVII. S. Athanasius Epist. ad Jovian. Imp. p. 782. Ταύτῃ τῇ πίστει, Αὔγουστε, πάντας ἐμμένειν ἀναγκαῖον, ὡς θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ, καὶ μηδένα μετακινεῖν αὐτὴν πιθανολογίαις καὶ λογομαχίαις, ὅπερ πεποιήκασιν οἱ Ἀρειομανῖται ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, καὶ ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ κτιστὸς καὶ ποιητὸς καὶ τρεπτός ἐστι. διὰ τοῦτο γάρ, καθὼς προείπομεν, καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας πίστιν ὡμολόγησεν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιον εἰρήκασι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί, ἵνα μὴ ἁπλῶς ὅμοιος Θεῷ, ἀλλ᾽ ἐκ Θεοῦ Θεὸς ἀληθινὸς πιστεύηται. ἀλλ᾽ ὁμοούσιον ἔγραψαν, ὅπερ ἴδιον ἦν γνησίου καὶ ἀληθινοῦ Υἱοῦ, ἀληθινοῦ καὶ φύσει τοῦ Πατρός. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀπηλλοτρίωσαν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον συνεδόξασαν αὐτὸ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ τῆς Ἁγίας Τριάδος πίστει, διὰ τὸ καὶ μίαν εἶναι ἐν τῇ Ἁγίᾳ Τριάδι θεότητα.

LIBER XV.

Valentinianus Catholicis adhæret & favet. Valens totis viribus promovet Arianismum, & longam adversus Orthodoxos movet persecutionem. Fidei causam scriptis & factis strenue defendunt & promovent sancti Doctores. Damasus Illyricos, Hilarius Gallos, Athanasius Ægyptios, Meletius Orientales, Amphilochius Armenos, Epiphanius Cyprios, Basilius Cappadoces in fide confirmant, adnitentibus monachis, quorum sancta conversatio multum apud populos valuit. Optatus refellit Donatistas. Sancti Ambrosius & Augustinus, & Martinus tunc primum inclarescunt. Valens, qui tot ejecerat Episcopos, & Martyres fecerat, victus crematur, atque in Oriente reflorescit Ecclesia, Theodosio imperante.

Christi An. 364. Eutrop. lib. 11.

I. MOratum paulisper Antiochiæ Jovianum, curarumque diversis ponderibus afflictum, exeundi mira cupiditas agitabat. Proinde flagranti hyeme inde profectus venit Tarsum; inde properans extentis itineribus, cum Ancyram introisset primo die anni 364. consulatum iniit cum Varroniano filio suo admodum parvolo. Cumque Constantinopolim festinaret, venit ad prædium cui nomen Dadastana, in finibus Galatiæ & Bythiniæ situm, ubi Themistios Philosophus cum aliis Senatoribus occurrens Consularem coram eo recitavit orationem; ac profecto res Romanæ tam Civiles, quam Ecclesiasticæ, utpote optimum Principem nactæ, ad summam felicitatem perventuræ erant, nisi repentina mors talem virum Reipublicæ subtraxisset. In eodem prædiu exanimatus inventus est nocte. Multi extinctum putant nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri jusserat. Decessit Imperii mense septimo, decimo tertio Kalendas Martii trigesimo septimo ætatis anno, Christi trecentesimo sexagesimo quarto: fuit insignis corpore, lætus ingenio, literarum studiosus, & natura admodum liberalis, ... Christianæ religionis studiosus, & quidem honorificus. Ego vero existimo, inquit Theodoretus, Deum dum improbitatem nostram coarguit, & ostendere nobis bona, & ea rursus eripere: ac per illud quidem docere, quam facile sit præbere quæcumque voluerit; per hoc vero arguere nos ut indignos, & ad meliorem vitam impellere. Defuncti corpus Constantinopolim mittitur ut inter Augustorum reliquias conderetur.

Joviani mors.

Christi An. 364.

II. Milites repentina Imperatoris morte cognita, eum quidem non secus ac patrem luxerunt: progressi e Galatia, septimo post die Nicæam Bythiniæ venerunt, atque ibi communi suffragio Valentinianum Imperatorem renuntiant, quinto Kalendas Martii, virum optimum & imperio dignissimum. Is enim tunc aderat, ab exilio reversus; atque ita qui pro nomine Christi amiserat Tribunatum, in

Theod. hist. l. 4. cap. 6. *Valentinianus & Valens Imperant.*

locum

Christi An. 364.

Eutrop. lib. 11. Pauli Diac. lib. 11. ad Eutrop. additus.

locum persecutoris sui accepit Imperium. Fortitudine, prudentia, temperentia, atque justitia, & corporis magnitudine præfulgebat, porro tam excelso & regio fuit animo, ut cum exercitus consortem imperii adjungere ei conaretur, memorabile illud responsum dederit: Vestrum fuit, commilitones, cum nullus esset Imperator, imperii habenas mihi committere; nunc vero cum imperium susceperim, mei deinceps officii est, non vestri, Reipublicæ curam gerere. Cujus verba mirati milites, ejus secuti sunt voluntatem. Sed cum Constantinopolim venisset post dies triginta imperii sui, Valentem fratrem suum nondum hæretica pravitate corruptum consortem imperii assumpsit, largitus ei partes Orientales, sibi retentis Occidentalibus, scilicet Europa ab Illyrico cum tota Africa. Porro cum Romam contendens per Thraciam iter faceret Imperator, Episcopi Hellesponti & Bythiniæ & reliqui Macedoniani, Hypatianum Heracleæ Periothi Episcopum elegerunt, qui suscepta pro ipsis legatione peteret, dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. Cui respondit Valentinianus: Mihi cum subjecto populo de hujusmodi negotiis curiose agere fas non est: ut ergo videtur vobis sacerdotibus, facite.

Paul. Diac. lib. 12. Socrat. l. 4. c. 2.

Sozom. l. 6. c. 7. *Synodus Lampsac.*

III. Episcopi Lampsacum conveniunt; cumque per bimestre spatium inter se consultassent, tandem decreverunt, ut ea quæ Constantinopoli studio Eudoxii atque Acacii gesta fuerant, irrita essent. Et ut formula quidem fidei rejiceretur, quam velut ab Occidentalibus Episcopis editam profitentes Eudoxiani, subscriptionibus quorumdam firmari curaverant: Ea vero sententia, quæ Filium Patri Similem prædicat secundum Substantiam, prævaleret: nam vocabulum Similis, necessario adjiciendum esse ad significandam personarum differentiam. Usque in omnibus Ecclesiis ea teneretur fides, quæ Seleuciæ quidem confirmata, Antiochiæ vero in dedicatione majoris ecclesiæ exposita fuerat. Præterea decreverunt, ut Episcopi, qui depositi fuerant ab iis, qui dissimilem Patri Filium asserebant, sedes suas postliminio recuperarent, quippe qui ecclesiis suis injuste spoliati fuissent. Quod si quis eos accusare vellet, sub paris condemnationis periculo id ageret. His decretis, Eudoxianos ad se vocarunt, & pœnitentiæ copiam iis fecerunt. Sed cum isti minime obtemperassent, Episcopi decreta sua omnibus ubique Ecclesiis per literas significarunt. Cum autem suspicarentur Eudoxium, aulam Principis ad suas partes traducturum, & ipsos calumniaturum esse, prævenire illum statuerunt, & ea quæ Lampsaci gesta erant, indicare. Quod quidem etiam præstiterunt, Valentem Imperatorem Heracleæ adeuntes. Verum Eudoxius Imperatoris & aulicorum animos jam in sententiam suam pertraxerat. Itaque Imperator Legatos Lampsaceni Concilii ipsum adeuntes, hortatus est, ne ab Eudoxio discederent. Quibus contradicentibus, & fraudem Constantinopoli factam, initaque ab Eudoxio consilia adversus Seleucenæ Synodi decreta objicientibus, Imperator ira succensus, illos quidem abire in exilium jussit, ecclesias vero Eudoxianis tradi. D. Basilius, qui tum florebat, hanc Synodum recenset inter eas, quas Semiariani & Macedoniani celebrarunt, qui inquit, omissa Consubstantialis confessione, similitudinem quamdam essentiæ circumferunt, & præterea blasphemias contra Spiritum sanctum cum Eunomio conscribunt. Valens deinceps Arianos promovere cupiens, eos, qui diversa ab illis sentiebant, acerbissime vexavit. Valentinianus autem Orthodoxos fovebat, Arianos tamen nulla afficiebat molestia.

Basil. epist. 82.

Socrat. l. 4. c. 1.

Ruf. l. 1. cap. 30. Hilar. l. contra Auxent. nov. edit. num. 7.

IV. Valentinianus Kalendis Juniis anni 364. pervenerat Mediolanum; ibique per aliquot menses commoratus est. Eusebius Vercellensis tunc una cum Hilario ad restaurandas hujus regionis Ecclesias incumbebat. Amboque adnitebantur, ut Italiam Auxentio tanquam nequissima peste liberarent. Auxentius autem eos infamavit apud Imperatorem, ut schismatum authores, & Ecclesiæ Mediolanensis perturbatores; dum sibi, qui una cum Rege Christum Deum vereque Dei Filium ante tempora genitum profiteretur, inique apud populum inurerent hæreseos notam. Valentinianus pacis studiosus, edicto gravi perturbari Ecclesiam Mediolanensem, quæ Deum verum Christum, & unius cum Patre divinitatis & Substantiæ confiteretur, sub unitatis specie jussit. Tunc ego, inquit Hilarius, importuna interpellatione suggessi, Auxentium blasphemum esse. Quibus Rex permotus, audiri nos a Quæstore & magistro præcepit, considentibus una nobiscum Episcopis fere decem. Primumque, ut in foro solet, Auxentius de persona calumniatus est, damnatum me quondam a Saturnino, audiri ut Episcopum non oportere. Hanc exceptionem egregie confutavi; sed qui tum audiebant, de fide potius, ut Regi placuerat, agitandum esse decernunt. Auxentius tunc Christum Deum verum & unius cum Deo Patre divinitatis & Substantiæ se credere professus est. Placuit igitur hoc scribi, & ne memoriis audientium, quæ dicta essent, elaberentur, continuo libellum Regi per Quæstorem inferri, quo quid convenisset, contineretur. Auxentius ut idipsum scriberet est coactus. Qui diu consilia sua versans, callidissime fidem Regis eludit hac scriptura sequenti.

Christi An. 364.

V. Exposui amicis pietatis vestræ meam confessionem, primum satisfaciens, quia numquam scivi Arium, non vidi oculis, non cognovi ejus doctrinam: sed ex infantia, quemadmodum doctus sum, sicut accepi de sanctis Scripturis, credidi. Et credo in unum solum verum Deum Patrem omnipotentem .... Et in Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, ante omnia sæcula, & omne principium natum ex Patre Deum verum Filium ex vero Deo Patre .... Per ipsum enim omnia facta sunt visibilia, & invisibilia .... Et in Spiritum sanctum Paracletum, quem misit Dominus, & Deus noster Salvator Jesus Christus discipulis Spiritum veritatis. Sic credidi, & credo .... Duos autem Deos numquam prædicavi: nec enim sunt duo Patres, ut duo Dii dicantur, nec duo Filii, sed unus Filius ex uno Patre, solus a solo, Deus ex Deo .... propter quod & unam deitatem prædicamus. Omnes ergo hæreses, quæ adversus Catholicam Fidem veniunt, semper quidem congregati Episcopi Catholici condemnaverunt, & anathematizaverunt, specialiter autem convenientes Arimino, & inde condemnavimus. Ut autem pietas vestra verius cognosceret ea quæ gesta sunt in Concilio Ariminensi, transmisi, & peto ut ea libenter legi præcipiatis: sic enim cognoscet serenitas vestra, quia qui jam dudum depositi sunt, hoc est, Hilarius & Eusebius, contendunt ubique schismata facere.

Ibid. n. 3

VI. Hoc scriptum ubi tradidit Imperatori, spargitur per populos, Auxentium verum Deum Christum, & unius cum Patre divinitatis, ac Substantiæ scripsisse; post quæ ad communionem ejus Imperator pro fidei sinceritate advenit. Hilarius vero cum hoc mysterium iniquitatis non taceret, diceretque fingi omnia, fidem denegari, Deum atque homines illudi, jubetur Mediolano proficisci, & redire in Gallias. Priusquam tamen ex Italia discederet, Auxentii fraudes exposuit in libello quem misit ad Episcopos, ejusque impietatem sic manifestat & coarguit. Negat se scire Arium, cum in Alexandria, in Ariana ecclesia, cui Gregorius præerat, Presbyter esse cœpisset. Sed de Ariminensi Synodo, quæ ab omnibus est religiose dissoluta, nihil dicamus; tantum diaboli commenta pandenda sunt. Cum placuisset igitur scribi Deum verum esse Christum, & unius cum Patre divinitatis atque Substantiæ esse: ponitur talis ab eo, ut a callidissimo diabolo, sententia, quæ significaret Christum ante omnia tempora natum Deum, verum Filium, ut secundum Arianos veritas ad Filium, non ad Deum referretur, & ut longe major differentia hujus significationis existeret subjicitur, ex vero Deo Patre, ut in Patre veritas Dei esset, in Christo veritas tantum Filii scriberetur. Dehinc procedente sermone una ab Auxentio divinitas prædicatur, & in ea non confitetur & Filium; ut in solo Patre, non etiam in Filio, esset una sola divinitas ...... Negat se duos Deos prædicare, quia non duo Patres sunt. Quis secundum hoc non videt, unius Dei confessionem, idcirco tantum Patri propriam esse, quia solus esset? Unde & ille satanæ stylus extitit; scilicet in formula Ariminensi, quam libello suo subjecerat Auxentius. Novimus unum solum verum Deum Patrem. Et post malevolas significationes, Similem, inquit, secundum Scripturas Filium genitori suo Patri. Si usquam in sanctis voluminibus hoc scriptum est, habet innocentiæ professionem. Si vero veritate divinitatis Filius & Pater unum sunt, quid similitudinis imperfecta opinio infertur? .... Christum Deum dicis: quid fallis in nomine?

Ibid. n. 9.

Auxenti fraudes exponit Hilarius. Ibid. n. 8.

Num. 10.

R. P. Du Mesnil Doctr. Tom. II.

H 2 Nega

CHRISTI Nega Moysam Pharaonis Deum dictum ? Christum
An. 364. Filium & primogenitum Dei loqueris: nega primo-
genitum Filium Israel Deo esse. Christum ante tem-
pora natum asseris : & creatum nega diabolum an-
te tempora, & sæcula extitisse ? Christum similem
Patri memoras ? Nega ad imaginem & similitudi-
nem Dei hominem esse accepisse ? Solum quod est
Christo denegas, ne Deus verus, & unius cum Pa-
tre divinitatis atque Substantiæ sit ...... Si unius
divinitatis Christus & Deus sunt, cur hoc non sim-
pliciter scripsisti ? Si tibi non sunt, cur hoc simpli-
Ib. n. 15. citer non negasti ? Denique sic concludit : Absistite
igitur ab Auxentio satanæ angelo, hoste Christi, fi-
dei negatore, quam sic est Regi professus, ut falle-
ret; sic fefellit, ut blasphemaret.

Hier. de Hilarius circa finem anni 364. discedens Italia,
script. Pictavos se recepit; & commentarios scripsit in Psal-
Eccl. mos, primum videlicet & secundum ; & a quin-
quagesimo primo usque ad sexagesimum secundum ;
& a centesimo decimo octavo usque ad extremum:
in quo opere imitatus est Origenem : noxia quæque
detruncans, utilia transtulit; nonnulla etiam de suo
addidit. Psalmorum cantus tunc in Gallicanis Ec-
Hilar. clesiis fuisse usitatos sic docet ...... Progressus Ec-
tract. in clesiæ in matutinorum & vespertinorum hymnorum
Psal. 64. delectationes maximum misericordiæ signum est.
num. 12. Dies in orationibus Dei inchoatur, & dies in hy-
Honor. mnis Dei clauditur. Plures hymnos composuit. Hy-
Aug. l. de mnum, Gloria in excelsis, ab illo auctum atque
gem. consummatum, scribunt Honorius Augustodunensis,
anim. & Remigius Antisiodorensis; Hymnum quoque, Te
cap. 87. Deum laudamus, ei tribuunt periti Critici. Extant
Remig. etiam ejus commentarii in D. Matthæi Evangelium,
Ant. l. 1. quos e græco Origenis in latinum transtulit; eorum
de cele- præfatio, cujus meminit Cassianus, excidit; ejusque
brat. in Job expositio. Fortunatus illius labores hac brevi
Missæ. summa complectitur: dum superfuit sæcula, aut scri-
Hier. ep. psit Ecclesiasticæ fidei documenta, aut pugnando
ad Vigil. calcavit hæretica crimina, aut petenti tribuit mi-
75. For- raculorum suffragia. Quarto Valentiani & Valen-
tuo. vit. tis anno, Christi 367. apud Pictavos plenus sancti-
Hil. Sulp. tate & fide, & multis undique virtutibus editis mi-
l. 2. gravit ad cælos, Idibus Januarii, sexto anno post-
S. Hilarii quam redierat in patriam.

libri de VII. Præcipuum D. Hilarii opus sunt ejus libri
Trinit. duodecim de Trinitate, quos in exilio conscripsit.
num. 16. Totius operis summam & divisionem sic ipsemet
& 17. exponit : Quidam (scilicet Sabelliani) ita evangeli-
cæ fidei corrumpunt Sacramentum, ut sub unius
Dei pia tantum professione nativitatem Unigeniti
Dei abnegent ; ut protensio sit potius in hominem,
quam descensio ; ...... dum usque ad virginem Pa-
ter protensus, ipse sibi natus sit in Filium. Alii,
nempe Ariani, nativitatem negantes, creationem
solam professi sunt ; ne nativitas veritatem Dei ad-
mitteret ; butum igitur fururi respondere, animus
exarsit, recolens hoc vel præcipue salutare esse, non
solum in Deum credidisse, sed etiam in Deum Pa-
trem, neque in Christo tantum sperasse, sed in
Christo Dei Filio, neque in creatura, sed in Deo
creatore ex Deo nato. Maxime ergo properamus ex
propheticis atque Evangelicis præconiis vesaniam eo-
rum, ignorantiamque confundere, qui sub unius
Dei, sola sane utili ac religiosa prædicatione aut
Deum natum Christum negant, aut verum Deum
non esse contendunt. Hic quoque duo de Chri-
Hilar. l. sto nobis annotanda sunt. Primo. Illius nativitatis
de Trin. ex Virgine dignitatem sic prædicat : Loquitur ad
num. 27. Joseph Angelus pariturum Virginem, & eum qui
Isaiæ 7. natus fuerit vocandum Emmanuel, id est, nobiscum
Deum. Proclamat Spiritus per Prophetam, Ange-
lus testis est, Deus nobiscum est ...... Sic initia
nascendi Spiritus sanctus superveniens & inumbrans
virtus Altissimi moliuntur. Aliud intelligitur, aliud
videtur, aliud oculis, aliud animo conspicitur. Pa-
rit Virgo, partus a Deo est. Infans vagit, laudan-
tes Angeli audiuntur. Panni sordent, Deus adora-
tur. Ita potestatis dignitas non amittitur, dum car-
nis humilitas adoptatur, id est, assumitur. Hæc le-
ctio videtur legitima : sic enim recte concludit Hi-
larius dignitatem Deitatis non amitti, dum carnis
humilitas assumitur. Hilarius enim Christum non
adoptivum, sed verum ac proprium Dei Filium acer-
rime propugnat.

Ibid. His subjicit argumenta singulorum librorum qui
Num. 22. vel per varias probationes, vel per responsiones ad
& seq. varia hæreticorum argumenta distinguuntur. Sed
quoniam scripsere nonnulli recentiores, Hilarium CHRISTI
nusquam Spiritum sanctum nominasse Deum, pe- An. 364.
rinde ac si ejus divinitatem asserere formidasset. & 365.
De voce consentiens, quid reipsa senserit, ex his
ejus verbis liquet. Dehinc consequens visum est, Num. 36.
ea quoque quæ confessioni Spiritus sancti congrua *Spiritus*
ac religiosa essent, docere, ... cum amotis jam *S. Divi-*
vitiosarum prædicationum etiam de opinione sancti *nitas.*
Spiritus irreligiositatibus, illæsum atque incontami-
natum regenerantis Trinitatis Sacramentum intra de-
finitionem salutarem Apostolica atque Evangelica au-
thoritas contineret : neque jam per humani sensus
sententiam Spiritum Dei inter creaturas quisquam
auderet referre ; quem ad immortalitatis pignus, &
ad divinæ incorruptæque naturæ consortium assume-
remus. Profecto qui Spiritum sanctum negat esse
creaturam, eumque fatetur divinæ naturæ consor-
tem, hunc agnoscit esse Deum.

VIII. Alteram Hilarii de Eucharistia sententiam Hilar.
hic subjicimus, quæ prorsus conformis est doctrinæ lib. 8. de
Romanæ Ecclesiæ. De naturali, inquit, in nobis Trinit.
Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo didicimus, num. 14.
stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait : Caro *Euchari-*
mea vere est esca, & Sanguis meus vere est potus. *stiæ veri-*
Qui edit Carnem meam & bibit Sanguinem meum, *tas Or-*
in me manet, & ego in eo. De veritate Carnis & *thodoxa*,
Sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc Joan. 6.
enim & ipsius Domini professione, & fide nostra
vere Caro, & vere Sanguis est. Et hæc accepta
atque hausta id efficiunt, ut nos in Christo, &
Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est ?
contingat plane his verum non esse, qui Christum
Jesum verum esse Deum denegant. Est ergo in no-
bis ipse per Carnem, & sumus in eo ...... Quam Ib. n. 16.
autem naturalis in nobis hæc unitas sit, ipse ita te- Joan. 6.
status est : Qui edit Carnem meam, & bibit San-
guinem meum, in me manet, & ego in eo. Non
enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, ejus
tantum in se assumptam habens carnem, qui suam
sumpserit. Perfectæ autem hujus unitatis sacramen-
tum superius jam docuerat dicens : Sicut misit me
vivens Pater, & ego vivo per Patrem: & qui man-
ducaverit meam Carnem, & ipse vivet per me. Vi-
vit ergo per Patrem : & quomodo per Patrem vi-
vit, eodem modo nos per carnem ejus vivimus ....
Hæc ergo vitæ nostræ causa est, quod in nobis car-
nalibus manentem per Carnem Christum habemus a
victuris nobis per eum ea conditione, qua vivit ille
per Patrem ...... Hæc autem idcirco a nobis com- Ib. n. 17.
memorata sunt, quia voluntatis tantum inter Patrem
& Filium unitatem hæretici mentientes, unitatis no-
stræ ad Deum utebantur exemplo, tamquam nobis
ad Filium, & per Filium ad Patrem, obsequio tan-
tum ac voluntate religionis unitis, nulla per sacra-
mentum Carnis & Sanguinis naturalis communionis
proprietas indulgeretur. Cum & per honorem nobis
datum Filii, & permanentem in nobis carnaliter Fi-
lium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter
unitis, mysterium veræ ac naturalis unitatis sit præ-
dicandum. Hæc est summa doctrinæ D. Hilarii, na-
turalem cum Christo unitatem habemus propter Eu-
charistiam, quæ vere est Corpus & Sanguis Christi,
qui eam recipit, in seipso carnaliter manentem per
Carnem Christum habet, & per manentem in ipso
carnaliter Filium Dei perficitur hæc naturalis uni-
tas. Quid expressius? Hilarii libros quamvis inoffen-
so pede decurri posse testetur Hieronymus: Gallica- Hier. ep.
no tamen cothurno attollitur : & cum Græciæ flo- ad Læt.
ribus adornetur, longis interdum periodis involvitur, & ad
& a lectione Fratrum simpliciorum procul est. Præ- Paulin.
terea in iis nonnulla sunt, quæ benigna interpreta-
tione mollienda sunt.

IX. Imperatores initio sui principatus leges dede- Cod.
re pro Christianis, quibus permisere ut publice do- Theod.
cerent ; Gentilium impia sacrificia postea coercuere l. 7. de
sequenti lege data quinto Idus Septembris : ne quis malef.
deinceps nocturnis temporibus, aut nefarias preces,
aut magicos apparatus, aut funesta sacrificia cele-
brare conetur. Detectum atque convictum compe- Zozim.
tenti animadversione mactare perenni authoritate l. 4. c. 3.
censemus. Sed cum Prætextatus, qui Proconsulis no-
mine Græciam administrabat, hanc legem diceret
vitam injucundam & acerbam Græcis parituram,
interdictis magicis artibus, & humanis sacrificiis,
cætera permissa sunt. Imo licentiam omnibus dede- Rerum.
re sua sacra celebrare, Gentilibus scilicet atque Ju- R. l. 1 a.
dæis, nec non & omnibus hæreticis ; Orthodoxos
tan-

CHRISTI AN. 365. & 366.

rantum vexerit Valens. Paschatis solemnitati novos honores contulit Valentinianus, concessa miseris indulgentia, sequenti lege. Paschæ celebritas postulat, ut quoscumque nunc ægra exspectatio quæstionis, pœnæque formido sollicitat, absolvamus. Decretis tamen veterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii fœditatem, majestatis injuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum, raptusque violentiam sinamus evadere. Alia lege data ad Viventium Præfectum Galliarum, tria personarum genera a censu, seu a plebeja capitatione exemit: primum in virginitate perpetua degentes: secundum, viduas; tertium, pupillos, virilis scilicet sexus usque ad annos viginti; fœminei, quousque virum sortitæ sint. Cum vero hoc ævo, nullum jam amplius capitis, seu pro capite libero tributum usurparetur, hæc lex videtur accipienda de capitibus & jugis, seu possessionibus. Adjecit: ne Christiani ab exactoribus die Dominico conveniri possent. Denique prohibuit ne rei capitis in spectaculis muneri gladiatorio addicerentur.

Cod. Theod. l. 9. tit. 38.

Leg. 4. Cod. Theod. de cens.

Paul. Diac. Eutrop. lib. 12. Ammia. Marcel. l. 26. c. 9.

X. Interea Valente in Syria moram faciente, Procopius Constantinopoli tyrannidem arripuit; intelligens Valentem propter Petronii soceri sui crudelitatem & avaritiam omnibus exosum, die decimo quarto Kalendas Octobris e latebris trajecit Constantinopolim, & absque ulla cæde imperium occupat. Dum bellum per hyemem paratur, ingens terræ motus factus est, ita ut Siciliæ & multarum insularum urbes concussæ & subrutæ, innumerabiles etiam populos ruinis oppresserint. Sed etiam mare terminos suos immutavit, & in quibusdam locis tanto impetu influxit, ut terras inundaret, ab aliis vero locis tantum recessit, ut arida tellus inveniretur. Sequenti vero anno trecentesimo sexagesimo sexto, Constantinopoli egressus Procopius castra movet adversus Valentem; & primo quibusdam secundis usus est præliis: sed decretoria pugna congressus circa civitatem Phrygiæ Nacoliam Ducum suorum Gomarii & Agilonis proditione superatus est. Arrepta fuga, secreta nemorum petit comitibus duobus tribunis, qui nocte sequenti eum comprehensum & vinctum ad Valentis castra deducunt. Interfectus est cum suis traditoribus, cum octo mensibus tyrannidem exercuisset.

Eunap. in Maxim.

XI. Valens, dum in Oriente versaretur, infensus Maximo Philosopho, qui præstigiis suis seduxerat Julianum, & apud eumdem detulerat Valentinianum, quasi propter Christi religionem in ethnico ritu impie deliquisset, eum in custodiam abripi jussit, gravissimamque mulctam pecuniarum imposuit; quam cum solvere vel non posset, vel nollet, suspensus in equuleo exquisitis pœnis cruciatur. Cumque modus suppliciis nullus esset, oravit uxorem ut medicatam sibi potionem emeret, qua porrecta, e malis eriperetur. Ea vero emit, secumque allatam cum ille posceret bibere, præoccupat, quam mox exanimatam necessarii & genere proximi sepultura afficiunt: sed Maximus bibere supersedit, non multo post rebellante Procopio, Clearchus Asiæ Proconsul persuasit Valenti, ut minori pecuniæ summa contentus eum dimitteret. Dilata est eo casu mors Maximi. Oribasius vero Juliani medicus opibus spoliatus apud barbaros relegatus est.

Sozom. l. 6. c. 8.

XII. Confecto bello Valens Nicæam venit. Cumque jam in quiete & otio degeret, eos qui non idem cum ipso de divinitate sentirent, turbare iterum aggressus est: præcipue vero iis succensebat qui Lampsaci convenerant. Eleusium ab urbe Cizico accersit, & Episcoporum Arianorum collecto concilio, invitum cogere cœpit, ut cum illis in doctrina fidei consentiret. At ille initio quidem restitit. Postea vero exilium & proscriptionem bonorum reformidans, Arianorum opinioni consensit. Sed mox facti sui illum pœnituit, reversusque Cyzicum, coram omni multitudine vim sibi illatam conquestus est: simul monuit ut alium Episcopum sibi quærerent, eo quod ipse vi compulsus propriam fidem abnegavisset. Cyziceni tamen pro incredibili amore quo illum prosequebantur, non permiserunt ut is Ecclesia sua cederet. Manserunt igitur sub ejus administratione, nec e propria hæresi, scilicet Macedoniana, discesserunt. Exagitati sunt etiam ii, qui Constantinopoli fidem Nicæni Concilii sequebantur, & una cum illis Novatiani. Nam omnes quidem urbe ejici, Novatianorum vero ecclesias claudi præcepit Imperator.

Socrat. l. 4. c. 6.

Sozom. l. 6. c. 9.

CHRISTI AN. 366.

Semiariani furorem Arianorum non ferentes, celebratis conciliabulis Smyrnæ in Asia, tum in Pamphilia, & Isauriæ, ultro citroque legatos inter se mittunt, significantes necessario confugiendum esse tum ad fratrem Imperatoris, tum ad Liberium Romanæ urbis Episcopum, eorumque Fidem amplexandam potius, quam ut Eudoxio communicarent. Mittunt igitur Eustathium Sebastiæ Episcopum, Sylvanum Tarsi Ciliciæ, & Theophilum Castabalorum, quæ etiam Ciliciæ urbs est, mandantque ne in fide dissentiant a Liberio, sed cum Ecclesia Romana communionem ineant, fidemque Consubstantialis consensu suo confirment; adeo notum erat vel in extremis Orientis partibus hanc esse Liberii fidem. Datisque ad Liberium & Occidentales Antistites epistolis, eos hortabantur ut legatos suos omni ope adjuvarent, & cum illis quid agendum esset, perpenderent, statum Ecclesiæ prout iis visum esset, corrigerent, quippe qui probam ac stabilem ab Apostolis traditam retinerent fidem, ac præ cæteris omnibus religionis curam gerere deberent.

Socrat. ib. c. 12.

Sozom. l. 6. c. 10.

XIII. Et legati quidem cum in Italiam venissent, Imperatorem in Galliis morari didicerunt bellum gerentem cum barbaris. Cumque illis difficile visum esset iter in Gallias propter bellum, literas dederunt Liberio. Ille initio quidem illos admittere recusabat; Arianarum partium illos esse dicens, nec ab Ecclesia suscipi posse, utpote qui Nicænam fidem abrogassent. At illi se dudum resipuisse, & veritatem agnovisse responderunt, & Anomœorum quidem doctrinam ejurasse jam pridem; Filium vero Patri per omnia similem confessos esse, nec ullatenus differre Consubstantialem a Simili. Quæ cum dixissent, sententiæ suæ professionem scripto comprehensam Liberius ab iis exegit. Illi vero sequentem libellum ei obtulerunt, in quo verba etiam fidei Nicænæ sic erant adscripta... Profitemur & adseveramus, Synodum Orthodoxorum Episcoporum, quæ Lampsaci & Smyrnæ, aliisque in locis habita est, cujus Synodi legationem obeuntes, tum ad tuam benignitatem, tum ad universos Italiæ, & Occidentis Episcopos literas adferimus, Catholicam Fidem tenere, & custodire, quæ in sacro-sancta Synodo Nicæna, temporibus beatæ memoriæ Constantini, a trecentis decem & octo Episcopis comprobata, hactenus integra & inconcussa perpetuo remansit: in qua Consubstantialis vocabulum adversus pravam Arii doctrinam pie sancteque positum est: Similiter & nos una cum supradictis eamdem fidem tenuisse & tenere, & usque ad extremum spiritum servaturos esse, ipsi manu nostra profitemur. Arium & impiam ejus doctrinam una cum discipulis illius, & eadem cum illo sentientibus condemnantes: omnem præterea hæresim Sabellii, Patropassianorum, Marcionitarum, Photinianorum, Marcellianorum, Pauli denique Samosateni, horum omnium doctrinam & cunctos, qui idem cum illis sentiunt, omnes denique hæreses, adversantes sanctæ Fidei supradictæ, quæ pie ac Catholice e sanctis Patribus Nicææ exposita est. Sed præcipue anathemate damnantes fidem illam quæ in Ariminensi Synodo recitata est, utpote contrariam supradictæ fidei sancti Concilii in urbe Nicæna celebrati: cui ex oppido Thraciæ Nice allatæ, dolo ac perjurio circumventi Episcopi Constantinopoli subscripsere. His subjunxere symbolum Nicænum: & post suas subscriptiones hæc addidere. Quod si quis post hanc fidem a nobis expositam, adversus nos, aut adversus illos, a quibus missi sumus, aliquam criminationem inferre voluerit, cum literis sanctitatis tuæ coram Orthodoxis Episcopis qui a te probati fuerint, veniat, & apud illos judicio contendat nobiscum; & si quid criminis convictum fuerit, in auctorem animadvertatur.

Semiariani fidem Nicenam recipiunt & cum Liberio communicant.

Socrat. l. 4. c. 12.

XIV. Hoc libello cum legatos quasi cautione quadam Liberius obligavisset, eos in communione suscepit; nihil quippe de perverso eorum dogmate circa Spiritum sanctum suspicabatur, datisque hujusmodi literis dimisit: Dilectis Fratribus & comministris Evethio, Cyrillo, & aliis, quorum sexaginta quatuor recenset, & universis per Orientem Orthodoxis Episcopis, Liberius Episcopus & omnes Occidentis Episcopi. Tum eorum concordiam ac fidei consensum cum Occidentalibus laudat, & quæ cum legatis gesta sint, significat. Et addit: insuper sunt professi charissimi Fratres nostri, Eustathius, Sylvanus, atque Theophilus, tum ipsos,

Socr. ib. Epiph. Schol. in hist. trip. part. l. 7. cap. 24.

Christi An. 366.

tum vestram charitatem semper hanc fidem habuisse, & ad extremum usque spiritum servaturos esse, eam scilicet, quæ a trecentis decem & octo Episcopis Catholicis apud Nicæam probata est, quæ perfectam continet veritatem, & omnes hæreticorum catervas confutat atque evertit. Quæ fides in Substantia & Consubstantialis vocabulo comprehensa, tanquam firmum & inexpugnabile munimentum impetus omnes & machinas Arianæ dementiæ reprimit & repellit.

Libel. Faust. & Marcel. Epiph. hær. 75. Ambr. de virg. l. 3. c. 1. & 4. Damas. carm. 76. Theod. hist. l. 5. cap. 2. *Ursini schisma.* Hier. ep. 50. ad Pamm. Rufin. l. 2. c. 10. Aug. in l. collat. cap. 16. Sozom. ib.

XV. Octavo Kalendas Octobris ejusdem anni trecentesimi sexagesimi sexti Liberius Papa humanis rebus eximitur, cum sedisset annos quatuordecim, & aliquot menses. Hunc ut virum sanctæ memoriæ laudant SS. Epiphanius, Basilius & Ambrosius. Hinc apparet omnem maculam, quam olim exul Arianorum communione, & D. Athanasii damnatione contraxerat, posteriori confessione tempore Ariminensis Concilii prorsus fuisse deletam, constanter enim rejecit illius Synodi formulam, qua suppresso Consubstantiali, Filius Patri Similis dicebatur, neminemque, nisi prius eam sub anathemate damnaret, in suam recepit communionem. Idibus Octobris Romanæ Sedis Episcopatum accepit Damasus natione Hispanus, & Romæ D. Laurentii Ecclesiæ Presbyter, quam ejus pater Antonius prius administrarat: vir fuit sanctitate conspicuus, & qui pro Apostolica doctrina nihil non dicere atque agere paratus esset. Eum Virginem, Ecclesiæque Virginis Doctorem appellat Hieronymus. Jam sexagenarius in sua ecclesia consecratus est. Qua in ordinatione Ursinus quidam diaconus quorumdam suffragiis nominatus cum repulsam passus esset, in tantum furoris erupit, ut persuaso Paulo Tiburtino Episcopo imperito, collectaque turbulentorum atque seditiosorum hominum manu, in Basilica, quæ Sisinnii appellatur, Episcopum se fieri extorqueret; legibus & ordine & traditione perversis. Episcopus enim a tribus consecratur, Romanum vero ordinat Ostiensis.

Divisio igitur populo, dum utraque pars Sedem Episcopalem obtinere nititur, ingens contentio, & seditio multitudinis exarsit, adeo ut malum ad vulnera & cædes usque prorumperet. Præfectus urbis Juventius, & Præfectus annonæ Julianus Ursinum cum Amantio & Lupo diaconibus misere in exilium. Presbyteri quoque septem dicenti dum per officium ab urbe propelluntur; plebs illius partis occurrens eosdem Presbyteros eruit, & ad Basilicam Liberii, quæ nunc sanctæ Mariæ Majoris dicitur, sine mora perducit. Damasiani his auditis, septimo Kalendas Novembris Basilicam expugnant, effractis foribus, igneque supposito, aditum exquirebant, nonnulli tectum Basilicæ destruentes tegulis plebem inclusam perimunt, crudelissimæque interfectiones diversi sexus perpetratæ. Constat in ea centum triginta septem reperta cadavera peremptorum: quæ nec corrigere sufficiens Viventius, nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum, efferataque diu plebs ægre postea delinita est. Marcellinus author ethnicus illius ætatis, sed Christianis parum æquus utrique parti crimen ambitus intendit acrius; fatendum ingentea jam tum fuisse Romanorum Pontificum reditus ex oblationibus, & Principum donariis, externumque cultum affectasse magnificentiorem. Prætextatus enim idolorum cultor, & postea Præfectus urbis, ut refert Hieronymus, solebat ludens Papæ Damaso dicere: facite me Romanæ urbis Episcopum, & ero protinus Christianus.

Hier. in Chron. Ammia. Marcel. l. 27. c. 3.

Hier. ep. ad Pamm.

Socrat. l. 4. c. 12.

XVI. Orientalium vero legati, cum Liberii literis in Siciliam profecti, Synodum Episcoporum Siciliæ fieri curarunt, & Consubstantialis fidem coram ipsis confessi, fidem Nicæni Concilii comprobarunt; acceptisque illorum literis in eamdem sententiam scriptis, ad eos, a quibus missi fuerant, reverterunt.

Hilar. fragm.

Eodem tempore cum Tyanis congregata esset Synodus Episcoporum, qui, regnante Joviano, Antiochiæ collecti, Consubstantialis doctrinam retinendam esse decreverant; Liberii & Occidentalium in ea literæ recitatæ sunt. Qua ex re ingenti gaudio affecti, Eustathium, qui eas attulerat, antea depositum sedi suæ restituerunt, scripseruntque ad omnes Ecclesias, ut Occidentalium Episcoporum decreta perlegerent, & epistolas tum Liberii, tum Occidentalium, utque omnium illorum numerum considerarent; multo enim plures erant iis, qui in Ari-

Basil. ep. 76.

minensi Concilio sederant. Præterea ut consentire cum illis, & communicare vellent, seque esse ejusdem sententiæ per literas indicarent. Postremo ut ante exitum veris ad statutum diem, quæ ipsi præscripserant, Tarsum Ciliciæ convenirent. Porro cum Synodus jamjam congreganda esset in urbe Tarso, quatuor circiter ac triginta Asiani Episcopi in Caria Asiæ provincia collecti, studium quidem in restituenda Ecclesiarum concordia positum magnopere laudarunt; Consubstantialis autem vocabulum admittere recusabant, affirmantes fidem, quæ Antiochiæ & Seleuciæ promulgata fuerat, ratam esse oportere. Imperator vero Eudoxii impulsu Concilium, quod in Cilicia futurum sperabatur, diremit, scriptis ea de re literis, & adjectis minis. Specialiter quoque provinciarum Rectoribus mandavit, ut Episcopos, qui Constantii temporibus depositi, postea regnante Juliano sacerdotium recuperaverant, Ecclesiis expellerent. Hæc gesta sunt ineunte anno trecentesimo sexagesimo septimo.

Christi An. 366. & 367.

Sozom. l. 6. c. 12. *Valens ejicit Episcopos Orthod.*

XVII. Ob hanc jussionem ii, qui in Ægypto magistratum gerebant, Athanasium ecclesiis illius loci spoliare, & ea civitate ejicere studuerunt. Neque enim levis pœna inserta erat Imperatoris edicto, sed omnibus ex æquo Præsidibus, eorumque officialibus & decurionibus non modicæ pecuniæ mulcta irrogabatur, & corporis cruciatus intentabantur, nisi imperata fecissent. Verum multitudo Christianorum in unum collecta rogavit Præfectum, ne Episcopum inconsulte expelleret; sed accuratius expenderet formam Imperialium literarum, quæ adversus eos solos valerent, qui post exilium Constantianis temporibus irrogatum, regnante Juliano, reversi essent. Athanasium porro ajebant relegatum quidem fuisse sub Constantio; sed eodem Constantio revocante Episcopatum suum recuperasse. Et Julianum quidem cum alios omnes ab exilio revocasset, hunc solum persecutum esse; Jovianum vero denuo eum restituisse. Hæc cum dicerent, non persuaserunt Præfecto: restiterunt nihilominus, nec passi sunt vim inferri Athanasio. Cumque multitudo vulgi conflueret, ingensque tumultus ac perturbatio totam urbem occuparet, ac seditio jamjam futura exspectaretur, Præfectus rem Imperatori significavit, passus interim Athanasium in urbe remanere. Postea vero multis jam elapsis diebus, cum seditio extincta esse videretur, vespertino tempore Athanasius clam ex civitate digressus, in monumento patrio sese occultavit quatuor mensibus.

Eademque nocte Præfectus Alexandriæ, & dux militum Ægypti, ecclesiam in qua diversorium erat Athanasii, occuparunt, & cum illum ubique in ipsis etiam tectis & culminibus perquisissent, consilio suo frustrati discesserunt. Imperator multitudinem eorum qui favebant Athanasio, formidans, ne quid in damnum reipublicæ molirentur, missis literis præcepit, ut Athanasius secure & absque metu ecclesias obtineret. Hac ratione factum est ut Alexandrinorum Ecclesia & Ægyptus usque ad obitum Athanasii, quieta & pacata permanserit. In reliquos vero persecutio incubuit, non dissimilis illi quæ a Gentilibus fuerat excitata. Nam qui doctrinam Arianorum sequi detrectarent, iis irrogabantur exilia, & adimebantur ecclesiæ. Lucius, quem Episcopum ordinarant Ariani, ... multum apud Valentem instabat, ut Alexandrinam ad Sedem mitteretur. Imperator vero popularem seditionem veritus noluit.

Socrat. l. 4. c. 13.

Epiph. hær. 68.

XVIII. Germinius Syrmiensis Episcopus olim Arianorum fautor, ex parte jam resipiscens publicarat epistolam, in qua Filium divinitate potentia, gloria & sapientia, & per omnia Patri Similem confitebatur. Ursacius & Valens aliique Pannoniæ Episcopi Ariani, habito Singiduni conciliabulo, decimo quinto Kalendas Januarii, anni *366.* Synodicam ad eum scribunt epistolam, hortantes eum, aliosque Semiarianos, ut Ariminensem & Constantinopolitanam fidei formulam retinerent, Similemque Patri Filium secundum Scripturas prædicarent, non autem secundum Substantiam ac per omnia, sed absolute. His rescripsit Germinius. Nos hoc quod a Patribus traditum accepimus, & divinis Scripturis, quod semel didicimus, & quotidie docemus, Christum Dei Filium Dominum nostrum per omnia Patri Similem excepta innativitate, Deum de Deo genitum; Valentis perfidam inconstantiam deinde coarguit. In Germinii professione fidei multa desiderantur.

Hilar. fragm. Tom. 1. Concil. pag. 777. ed. nov.

fide-

CHRISTI AN. 367.

siderantur, ut sit Orthodoxa, primo Spiritus sancti divinitatem non asserit; Macedonianum tamen dogma suscepisse Semiarianos supra vidimus; secundo Nicæni Concilii, & vocis Consubstantialis nulla fit mentio; tertio Filius nequidem dicitur unius vel ejusdem cum Patre substantiæ, quod erat necessarium; Semiariani enim qui Filium Patri Similem secundum Substantiam, & per omnia fatebantur, negabant tamen eum esse unius vel ejusdem cum Patre Substantiæ, ut patet evidenter ex Ancyrano conciliabulo supra laudato. Quarto, Georgius in ea dicitur Episcopus Alexandrinus, ac proinde supponit Athanasium legitime damnatum & depositum. Hæc observanda duximus, nonnulli enim ejusmodi formulas laudare ut Orthodoxas non dubitant; quia dicere Patres eas sensum habere posse Catholicum, licet fateantur ambiguas, & aliis in locis eas reprehenderint, ut vidimus de Athanasio & Hilario.

Theod. hist. l. 4. cap. 12. *Valens fidem suam obstringit Arianis.*

XIX. Valens, cum Gothi trajecto Danubio Thraciam popularentur, collecto exercitu, bellum iis inferre decrevit. Optimum ergo factu visum est illi, ut sacra sancti baptismatis armatura munitus ad certamen procederet. Sed conjugis Dominicæ illectus sermonibus in servitutem incidit. Nam cum illa Arianæ hæresis laqueis prius fuisset irretita, maritum etiam irretiit, utque in eamdem impietatis voraginem secum rueret, effecit. Hujus autem facti dux & mystagogus fuit Eudoxius Constantinopolitanus Episcopus, qui jam ejus mentem depravaverat, atque incitaverat adversus Orthodoxos. Is igitur

Ib. c. 13.

cum Valentem baptismi Sacramento initiaret, jurejurando miserum ad hoc obstrinxit, ut in impietate dogmatis Ariani perseveraret, & contraria sentientes omnibus locis expelleret. Qui interjecto brevi tempore, quæ sub jurisjurandi fide promiserat, adimplevit.

Philostorg. l. 9. num. 8.

Auxonius Præfectus Prætorii, Eunomium, qui Procopio faverat, relegarat in Mauritaniam. Is dum hyems sæviret, abductus est in exilium, sed cum Mursam pervenisset, Valens Episcopus humaniter eum excepit effecitque ut ab exilio revocaretur. Imperatorem cum adiisset una cum Domnino Marcionopolis Episcopo, & Eunomii causam multo cum affectu exposuisset; Imperator Eunomium in conspectum suum admittere cupiebat. Eudoxius quibusdam artibus hunc congressum inhibuit.

Ammian. Marcel. lib. 27. Zozim. lib. 4.

XX. Circa idem tempus Valentinianus in morbum gravem incidit, quo vita prope excessit. Ubi primum morbo recreatus est, eum proceres hortantur, ut Imperii successorem designet, ne si quid humanitus ei accidisset, detrimentum Respublica caperet. Valentinianus Gratianum filium suum novennem Imperatorem exercitui commendat. Milites alius alium anteire festinans, Gratianum declarant Augustum; celebris ea cæremonia in Galliis apud Ambianos conficitur nono Kalendas Septembres anni trecentesimi sexagesimi septimi. Hunc filium ex Severa conjuge susceperat, que paulo post defuncta, Justinam ob eximiam pulchritudinem accepit uxorem, quæ prius Magnentii uxor fuerat. Hanc vivante Severa duxisse falso dixit Socrates. Primo.

Zozim. l. 4. c. 31. Socrat. l. 4. c. 3.

Quia rem tam a Romanis moribus antiquis alienam non omisisset Marcellinus, Christianis alioquin Imperatoribus infensus. Secundo. Incestuosas nuptias non dissimulasset Ambrosius aliique Episcopi. Tertio. Valentiniani edictum de ducendis duabus uxoribus, cujus meminit Socrates, non extat in legibus Cæsarum. Demum Socrates ait eam Virginem nupsisse Valentiniano; hanc vero tunc Magnentii viduam fuisse testatur Zozimus.

Damasus Illyricos ad fidem revocat. Theod. hist. l. 2. cap. 22. Tom. 1. Concil. pag. 772. ed. nov.

XXI. Anno sequenti Damasus Papa Romæ Synodum celebravit ut lapsos tempora persecutionis Episcopos Illyrici ad officium revocaret; hæ enim provinciæ erant ditionis Valentiniani. Nicæam fidem in ea confirmavit; epistolaque Synodica Synodi decreta significavit Illyricis: cui subscripserunt nonaginta Episcopi Romæ congregati. Par est, inquit, universos magistros legis per Orbem Romanum paria de lege sentire, nec diversis magisteriis legem Dominicam violare. Nam cum dudum hæreticorum virus, ut nunc iterum cœpit obrepere, ac præcipue Arianorum blasphemia pullulare cœpisset, majores nostri trecenti decem & octo Episcopi, atque ex parte sanctissimi Episcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto Concilio, hunc murum adversus arma diabolica statuerunt: ut Patrem, Filium, Spiritumque sanctum, unius Deitatis, unius virtutis, unius characteris, unius credere oporteret Substantiæ .... Neque præjudicium aliquod nasci potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt; cum constet neque Romanum Pontificem, cujus ante omnes fuit expetenda sententia, neque Vincentium qui tot annos sacerdotium illibate servavit, neque alios hujusmodi statutis consensum aliquem commodasse. Cum præsertim iidem ipsi, qui per impressionem succubuisse videbantur, idem consilio meliore displicere sibi fuerint protestati. Unde advertit sinceritas vestra, hanc solam fidem, quæ apud Nicæam Apostolorum authoritate fundata est, perpetua firmitate esse retinendam; hac nobiscum Orientales, qui se Catholicos recognoscunt, Occidentalesque gloriari. Non longe autem fieri posse credimus, ut qui secus sentiunt, licet hoc ipso conatu a nostra communione alieni sint, Episcoporum nomine exui possint, plebesque eorum erroribus liberatæ respirent: Concinat ergo cum omnibus Dei sacerdotibus & vestræ sententia charitatis: in quo vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiscum recte sentire, debetis reciprocis sanctitatis vestræ literis approbare. His literis quæ cogitarat, magna ex parte perfecit Damasus.

Ath. l. de Incarn. Verb. divin.

XXII. Athanasius in Oriente pro stabilienda fide Nicæna adversus Arianos non minus strenue laboravit scriptis & conciliis: Composuit enim tractatum de Incarnatione Verbi divini, cujus duæ sunt partes. In prima adversus Philosophos & Manichæos & Gnosticos probat hunc mundum ab uno Deo bono per ipsius Verbum fuisse conditum. In secunda vero parte fusius agit de hominis renovatione a divino Verbo facta.

Originale peccatum.

Et primo quidem de Christi redemptione hæc habet: Sed ubi præeunte transgressione homines in corruptionem naturæ debitam incurrerunt, & divinæ similitudinis gratia spoliati sunt, quid aliud, quæso, fieri oportuit? Vel cujus opera ad hujusmodi gratiam & instaurationem præstandam necessaria fuit, nisi Dei Verbi a quo omnia ex nihilo initio facta sunt? Ipsius siquidem erat id, quod corruptum erat, incorruptum iterum reddere; cum enim Patris sit Verbum, & omnibus longe antecellat, solus quoque ipse idcirco universa instaurare poterat: solus idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, & pro omnibus apud Patrem intercederet .... Nam cum ipse potens & rerum omnium sit effector, sibi in Virgine templum, corpus scilicet construxit, illudque tanquam instrumentum sibi proprium fecit, in quo se notum faceret & habitaret: sic ergo simili corpore e nostris accepto, quia omnes mortis corruptioni subjecti erant, illud pro omnibus morti traditum Patri summa cum benignitate obtulit, ut omnibus morientibus, lex de corruptione in omnes lata in ipso solveretur, utpote quæ in Dominico corpore suam vim complevisset; nec proinde locum amplius adversus similes homines haberet. Christum pro omnibus mortuis sacrificium & oblationem se Patri suo obtulisse confirmat his Apostoli verbis: Charitas enim Christi urget nos æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

2. ad Cor. 5.

Christi divinitatis & Incarnationis veritatem sic infra probat; Cum igitur illum manducasse, bibisse & natum esse docent qui hæc tractant Theologi; observa quod corpus quidem ut corpus nascebatur, & congruentibus nutriebatur alimentis; ipse vero qui corpori conjunctus erat Deus Verbum, omnium gubernator per ea, quæ in corpore agebat, non hominem, sed Deum Verbum se esse aperte indicabat. Ista nihilominus de eo dicuntur, quia corpus comedens, nascens & patiens non alterius, sed Domini erat, qui quandoquidem homo factus fuerat, hæc quoque de illo tanquam de homine decebat dici, ut verum, non autem fictum sive phantasticum corpus habere videretur. Verum quemadmodum ex his corpus eum habere constabat, sic ex operibus quæ corpore agebat se Filium Dei esse manifeste ostendebat. Unde & ad Judæos, qui credere renuebant, ita ipse clamabat: Si non facio opera Patris mei, non credite mihi: sin autem facio, & si mihi non credatis, operibus meis credite, ut cognoscatis & sciatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Tum recensitis Christi miraculis subjungit: sic itaque ex operibus sese Deus Verbum hominibus notum effecit.

Joan. 10.

XXIII.

Christi An. 367.

XXIII. Inferius docet idcirco crucis mortem tanquam pretium Dominum pertulisse, quia nulla alia nobis conducebat. Nam, inquit, si ideo venit, ut (Ibid.) maledictionem, in quam incideramus, portaret: quomodo aliter factus fuisset maledictio, nisi maledictionis mortem pro nobis suscepisset? Ea autem crux est: nam scriptum est, maledictus qui pendet in ligno. Postea mortis & resurrectionis Christi veritatem & virtutem probat ex multitudine Martyrum, qui spe resurrectionis mortem ultro subierunt. Judæos, qui Christum venisse negant, Prophetarum testimoniis, quibus ejus nativitas, vita & mors, earumque circumstantiæ prænuntiantur, confutat; vaticiniis Danielis & Jacobi potissimum sic eos revincit. Septuaginta hebdomades contractæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam, ut consummetur peccatum, & obsignentur peccata, & deleantur iniquitates, & remittantur injustitiæ, & adducatur justitia sempiterna, & obsignetur visio & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum; & cognosces & intelliges ex exitu sermonis, ut respondeatur & ædificetur Jerusalem usque ad Christum Ducem. Quid autem, inquit, ad hæc dicere vel opponere habent, ubi nempe & Christus significatus, & is qui ungitur, non homo simpliciter, sed Sanctus Sanctorum esse declaratur, & usque ad ejus adventum stat Jerusalem, ac postea desinit Propheta & visio in Israel. Olim quidem, David, Salomon & Ezechias uncti sunt; sed tamen Jerusalem & locus stetit, Prophetæque vaticinati sunt, scilicet Gad, Asaph, Nathan, & post illos Esaias, Osee, Amos, & alii. Præterea ii qui uncti fuerunt, homines quidem sancti vocati sunt, non vero Sancti Sanctorum. Quod si captivitatem objiciant, & propter eam, Jerusalem non stetisse contendant, quid de Prophetis dixerint? Etenim postquam olim populus Babylonem deductus est, illic Daniel & Jeremias aderant, vaticinabantur Ezechiel, Aggæus & Zacharias. Nugantur ergo Judæi cum præsens tempus differunt. Quando enim Propheta vel visio ab Israel defecit, nisi cum Sanctus Sanctorum Christus advenit? Magnum siquidem signum & indicium Dei Verbi adventus, quod nec jam stet Jerusalem, nec Propheta exurgat, nec illis visio appareat, idque admodum convenienter. Postquam enim is, qui significabatur, advenit, quid adhuc signorum opus esset? Similiter præsente veritate, quid prodesset umbra? namque idcirco vaticinabantur usque dum veniret ille, qui ipsa justitia est, & omnium peccata redemit. Unde tamdiu stetit Jerusalem, ut illic veritatis figuras præmeditarentur. Quapropter præsente Sancto Sanctorum, congruenter visio & prophetia obsignatæ sunt, ac finem habuit Jerosolymorum regnum. Tamdiu enim Reges apud illos uncti sunt, quoad Sanctus Sanctorum ungeretur.

Dan. 9. *Messias venit.*

Jacob quoque usque ad ipsum permansurum esse Judæorum regnum his verbis prænuntiat: Non deficiet princeps ex Juda, & dux ex femoribus ejus, donec veniant quæ reposita sunt ei, & ipse est exspectatio gentium. Hinc & ipse Salvator clamabat: Lex & Prophetæ usque ad Joannem prophetarunt. Quocirca si nunc apud Judæos vel Rex, vel prophetia, vel visio sit, recte Christum venisse negant. Sed si neque Regem, neque visionem habent, sed & omnis prophetia jam obsignata est, captaque est urbs & templum; quid adeo impii sunt, & tam grave peccatum committunt, ut facta quidem videant, Christum vero, qui hæc ipsa fecit, negare audeant? Quid cum ipsos etiam gentiles relictis idolis spem suam per Christum in Deo Israel ponere aspiciant, ipsi nihilominus Christum ex radice Jesse secundum carnem natum ac modo regnantem repudiare non verentur? .... Ecquid enim amplius ei, quem illi exspectant, faciendum restat? an ut Gentes vocet? sed jam vocatæ sunt. An ut Prophetam, Regem & visionem auferat? Sed hoc item jam factum est. An ut idolorum impietatem convincat? convicta & proscripta est. An ut mortem destruat? destructa est. Quid ergo non factum est, quod Christum facere oporteat; vel quid tandem superest, quod nondum impletum fuit, ut modo gaudeant Judæi, & causam non credendi habeant? Profecto si, quemadmodum vidimus, nec Prophetam, nec Regem jam habent; si nec Jerosalem, nec sacrificium apud illos manet, sed omnis terra Dei cognitione repleta est, & Gentes impietate rejecta, jam ad Deum Abraham per Verbum, qui est Dominus noster Jesus Christus, confugiunt: certe vel imprudentissimis perspicuum inde fuerit, Christum venisse, eumque omnes omnino sua luce illustrasse, & vere divina de suo Patre doctrina informasse.

Ibid. Gen. 49. Matt. 11.

XXIV. Argumentum illud D. Athanasii adversus Judæos est efficacissimum, multasque difficultates hac unica observatione dissolvit: hæc duo simul scilicet orbis & templi destructio & cessatio prophetiarum erant juxta Prophetas certum indicium jam venisse Christum; quæ jam contigisse cum manifestum sit, evidens est tempus adventus Messiæ jam diu esse completum; sicque inanes Judæorum supputationes & subterfugia convelluntur. His addit vocationem Gentium, quæ jam credunt in verum Deum, quæ constans est ac perpetuum miraculum, quo Christianæ religionis veritas comprobatur. Gentilibus vero, quos antea oratione integra doctissime confutarat, sic probat Christum esse Dei Filium, qui venit in hunc mundum: Quandonam homines idolorum superstitionem deserere cœperunt, nisi a quo verus Deus, Dei Verbum Homo factum est? Quandonam Græcorum & totius Orbis oracula cessavere & evanuere, nisi postquam Salvator se in terris patefecit? Quandonam Poetarum dii & heroes, homines tantum esse deprehendi ac contemni cœperunt, nisi ubi Dominus trophæum de morte confecit, & corpus quod acceperat, a mortuis excitans incorruptum servavit? Quandonam fraus & furor dæmonum cœpit despici, nisi cum Verbum, Dei virtus, omnium, nec non illorum Dominus, hominum infirmitatem miseratus in terra apparuit? Quandonam ars & scholæ magicæ conculcatæ sunt, nisi post divinum Verbi apud homines adventum? Denique quandonam Gentilium sapientia stulta facta est, nisi cum vera Dei sapientia seipsam in terris notam reddidit? Olim siquidem homines per totum terrarum Orbem, ac per omnes regiones idolorum superstitione illigati errabant, nullisque alius præter idola agnoscebant. Nunc vero per universam terram vano idolorum cultu relicto, ad Christum confugiunt, quem & Deum venerantes, per eum ad Patris, quem non noverant, cognitionem perveniunt. Quodque imprimis mirum est, cum variæ & prope infinitæ sint religiones, propriumque idolum singulæ regiones habeant, nec possit is, quem Deum appellant, proximum transgredi locum, ut vicinos ad se colendum alliciat: quippe qui vix intra proprios fines colatur. Nemo enim vicini Deum colebat, sed proprium singuli servabant idolum, quod & omnium esse Dominum existimabant. Solus Christus est unus, & ubique idem apud omnes adoratur. Atque ita quod idolorum infirmitas efficere nequiverat, ut saltem proximos accolas ad se adducerent; Christus id ipse effecit, qui non vicinis tantum, sed universo plane Orbi persuasit, ut se unum ac eumdem Dominum, & per ipsum, Deum suum Patrem colerent...

XXV. Quod autem ad gentilem sapientiam, & Philosophorum magniloquentiam attinet, pergit Athanasius: Neminem esse reor, qui nos hac de re verba facere exoptet, quippe ante omnium oculos res ipsa admiranda sane obversatur, quod cum Gentilium sapientes tot scriptis voluminibus nec paucos saltem ex vicinis regionibus adducere potuerint, ut suam de immortalitate doctrinam amplecterentur, ac virtutem sequerentur; solus Christus humilis ac vulgari sermone, nec disertis hominibus usus, per universum terrarum Orbem plurimis hominum cœtibus persuasit, ut, morte contempta, immortalia saperent, & rebus caducis neglectis, sola æterna bona suspicerent, ac denique ut terrenam gloriam nihili ducentes, ad solam cœlestem aspirarent. Hæc autem quæ dicimus, non in solis verbis consistunt, sed ipsa etiam experientia præclarum veritati dat testimonium. Accedat itaque quisquis voluerit, ac virtutis insigne in Christi virginibus, nec non in adolescentibus, qui castimoniam profitentur, immortalitatisque fidem in tanto Christi Martyrum choro contempletur. Veniat & quisquis ea, quæ dicimus, experiri cupit, atque in mediis ipsis dæmonum præstigiis, signo Crucis, quæ apud ipsos ludibrio est, utatur, solumque Christum nominet; non videbit quam cito per ipsum fugentur dæmones, cessent oracula, ars omnis magica veneficaque evanescat. Quis itaque quantusque est ille Christus qui suo nomine ac sua præsentia omnia usque-

Ibid. *Christi doctrinæ virtus.*

Crucis signi virtus.

quaque

CHRISTI AN. 367. & 369.

quaque obſcurat & delet ſoluſque cæteris omnibus fortior eſt, atque univerſum Orbem ſua doctrina replet?

Alter Ath. lib. de Incarn.

XXVI. Aliud etiam opus de Incarnatione Verbi divini ſcripſit Athanaſius. Chriſti & Spiritus ſancti divinitatem, Scripturæ teſtimoniis probat adverſus Anomæos. Hunc quidem librum ei abjudicant viri doctiſſimi, ſed ex conjecturis levioribus, eiſque refragantur Theodoretus & Gelaſius, qui non ſemel loca ex eo excerpta ſub nomine citant Athanaſii.

Spiritus S. divinitas.
Ath. de Inc. n. 9.
Joel. 2.

Impium eſt, inquit, creatum aut factum dicere Spiritum Dei, ubi omnis Scriptura vetus & nova cum Patre & Filio ipſum annumerat & glorificat, quia ejuſdem Deitatis, ejuſdem potentiæ ac ſubſtantiæ: ut in Joele ex perſona Patris dicitur: Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ. Et propterea Chriſtus inſufflavit ipſum in faciem Apoſtolorum, dicens:

Joan. 20.

Accipite Spiritum ſanctum, ut diſcamus Spiritum, qui diſcipulis datur, ex plenitudine Deitatis eſſe.

ad Col. 2.

In Chriſto enim habitat, hoc eſt in carne ejus, omnis plenitudo divinitatis corporaliter ..... Et cum Seraphim Deum glorificant ter dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum glorificant. Quapropter ſicut in Nomine Patris & Filii baptizamur, ita & in Nomine Spiritus ſancti, & efficimur Filii Dei, non Deorum ... Pater enim & Filius & Spiritus ſanctus,

Num. 13.

Dominus Sabaoth eſt. Una enim eſt divinitas, & Unus Deus in tribus hypoſtaſibus .... Quoquot igitur ex Spiritu ſancto nati ſunt, ii ex Deo nati ſunt.

Act. 5.

Et rurſum cum Petrus ait Ananiæ: Cur implevit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & ſeponere de pretio agri? non es mentitus hominibus, ſed Deo. Itaque qui mentitus eſt Spiritui ſancto, mentitus eſt Deo.

Ibid.
1. ad Cor. 15.
Chriſti ſubjectio in fine qualis.
ad Gal. 3.

Athanaſius ad Chriſtum reverſus hæc Apoſtoli verba ſic exponit: Cum autem ſubjecta fuerint illi omnia, tum & ipſe Filius ſubjectus erit ei, qui ſubjecit ſibi omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus: id eſt, inquit, cum omnes Filii ſubjecti, ejuſque membra reperti, ac in illo Filii Dei effecti fuerimus, vos enim, inquit, unum eſtis in Chriſto Jeſu, tunc ipſe pro nobis Patri ſubjicietur, ut caput pro ſuis membris. Quandiu enim omnia membra ſubjecta non fuere, tamdiu ipſe, qui eſt caput eorum, Patri ſubjectus non erat, dum propria membra exſpectaret. Si vero unus fuiſſet ex ſubjectis, ab initio Patri ſubjectus fuiſſet, & non in fine. Nos enim ſumus qui in eo Patri ſubjicimur: & nos ſumus qui in eo regnamus, donec ponantur inimici noſtri ſub pedibus noſtris. Nam propter inimicos noſtros Dominus cœlorum in ſimilitudinem noſtrum factus eſt; accepit humanum illud ſolium David Patris ſui ſecundum carnem; ut reædificaret & reſtauraret illud, ut cum inſtauratum fuerit, omnes in ipſo regnemus, & tradat ipſe Patri humanum regnum inſtauratum: ut ſit Deus omnia in omnibus regnans per ipſum, ut per Verbum Dei, poſtquam regnaverit ipſe per eum, ut per hominem Salvatorem.

Athanaſius Afros in fide confirmat.
Ath. ep. ad Afr. nov. ed p. 891.

XXVII. Athanaſius non multo poſt, ſcilicet anno trecenteſimo ſexageſimo nono, cum ad eum perveniſſent Damaſi literæ ad Epiſcopos Illyrici, Synodum nonaginta Epiſcoporum convocat Alexandriæ, eorumque nomine ſequentem Synodicam ſcripſit ad Epiſcopos Africæ, quos audierat circumveniri fraudibus Arianorum, qui Ariminenſis Synodi acta Nicænis anteferenda ubique prædicabant. Satis quidem ſunt, inquit, quæ a dilecto & comminiſtro noſtro Damaſo magnæ Romæ Epiſcopo, & a tot Epiſcopis una cum illo coactis, nec minus ea quæ ab aliis Synodis in Gallia & in Italia celebratis ſcripta ſunt de ſana & Orthodoxa Fide, quam Chriſtus largitus eſt, Apoſtoli prædicarunt, & quam tradidere Patres, qui ex univerſo Orbe noſtro Nicæam convenerunt. Ideo enim tanta ſollicitudine de Ariana hæreſi actum fuit, ut qui in eam lapſi eſſent, ab ea retraherentur, & ut noti forent authores ejus. Huic igitur totus olim aſſenſit Orbis, & hoc tempore celebratis compluribus Synodis, moniti omnes per Dalmatiam, Dardaniam, Macedoniam, Epiros, Græciam, Cretam & alias inſulas, Siciliam, Cyprum & Pamphyliam, Lyciam, Iſauriam, univerſam Ægyptum, Lybias, & plerique ex Arabia hanc comprobarunt: admiratique ſunt eos, qui ſubſcripſerant, quia ſcilicet ſi qua apud illos ex Arianorum radice reſidua erat furſum pullulans amaritudo, Auxentius nempe, Urſacius & Valens, & qui eamdem, quam iſti, tuentur ſententiam: illi, inquam, per ea ſcripta abſciſſi rejectique fuerant .... Enimvero ideo œcumenica facta eſt Nicæna Synodus, trecentis decem & octo Epiſcopis coactis, ut de fide ageretur adverſus Arianam impietatem, ne particulares fidei obtentu variæ celebrarentur Synodi; imo ſi celebrari contingeret, ne prævalerent. Quid enim deeſt ipſi, ut novam quis requirat? Plena enim pietatis, dilecti, totum implevit Orbem. Vanus certe conatus eorum qui illam plerumque oppugnavere. Tales enim viri jam decem, imo plures Synodos celebrarunt, mutataque in ſingulis ſententia, quædam a prioribus detraxere, in ſequentibus quædam immutarunt, alia addiderunt; nihilque hactenus profuit ipſis, quod ſcribant, ſcripta deleant, vim inferant, ignorantes illud: omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Domini autem verbum per œcumenicam Nicænam Synodum prolatum in æternum manet ..... Quis igitur eos non oderit, qui abjectis Patrum decretis, recentiora Arimini per vim & contentionem conſtituta, illis antepnunt? Epiſcopi contra qui ſinceri erant ſervi Domini, & ſana fide præditi, numero fuerunt ducenti, ſolam Nicænam Synodum ſatis ſibi eſſe ſcripſerunt, & præter illam nec plus nec minus quærendum aut ſentiendum eſſe.

CHRISTI AN. 369. & 370.
Oecumenicæ Synodi auctoritas.
Vide Græc.
Matt 15.

Ibid.

Inde narrat quomodo tota hyeme vim paſſi Arianis conſenſerint. Demum concludit. Quid igitur adhuc Ariminenſem memorant, in qua depoſiti ſunt? Quid Nicænam Synodum recuſant, cui etiam Patres ſui ſubſcripſerunt, & confeſſi ſunt, ex Subſtantia, & Conſubſtantialem eſſe Patri Filium? Quid circumcurſant? Non enim cum Nicænis tantum Epiſcopis, ſed & cum aliis inter ſuos clariſſimis, & cum propriis tandem dimicant. Quorumnam igitur hæredes & ſucceſſores ſunt? qui poſſunt eos vocare Patres, quorum confeſſionem recte & Apoſtolice ſcriptam non recipiunt? .... Et hæc non quaſi docentes, ſed quaſi admonentes dicimus. Non enim nos ſoli ſcribimus, ſed omnes Ægypti & Lybiarum nonaginta circiter Epiſcopi. Omnium enim una hæc eſt ſententia, & cum aliquem abeſſe contigerit, alii pro aliis ſubſcribimus. Sic nos igitur affecti, cum contigiſſet nos in unum convenire, literas quoque dilecto noſtro Damaſo magnæ Romæ Epiſcopo miſimus de Auxentio, qui Mediolanenſem invaſit Eccleſiam, cujus geſta illi enarravimus, eum nempe non modo eſſe Arianæ hæreſeos ſectatorem, ſed etiam multis ſceleribus obnoxium, quæ cum Gregorio impietatis ſuæ ſocio perpetravit: Noſque mirari cur nondum depoſitus & ab Eccleſia ejectus ſit. Gratiaſque retulimus ejus pietati, nec non iis, qui in magnam urbem Romam convenerant, quod Urſacio & Valente, aliiſque, qui cum illis ſentirent, ejectis, Catholicæ Eccleſiæ concordiam ſervaſſent. Quam etiam apud vos ſervari peroptamus, hortamurque vos ne feratis eos, qui fidei occaſione multitudinem Synodorum objiciunt ..... ſed apud vos Nicæna ſolum fides obtineat ..... Hæc enim Nicæna Synodus vere Cippus eſt inſcriptus contra univerſas hæreſes. Hæc ipſa eos, qui in Spiritum ſanctum blaſphemant, ipſumque dicunt eſſe Creaturam, confutat. Cum enim Patres de fide in Filium pertractaſſent, ſtatim addiderunt, Credimus & in Spiritum ſanctum; ut perfectam & plenam de Sancta Trinitate fidem confeſſi, Chriſtianæ Fidei teſſeram, & Catholicæ Eccleſiæ doctrinam in hoc ipſo exhiberent. Propalam quippe vobis omnibuſque eſt, & nemini Chriſtianorum hoc dubium fuerit, nos in creaturam minime credere; ſed in unum Patrem Omnipotentem .... Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus Unigenitum. Et in unum Spiritum ſanctum, unum Deum in Sancta & perfecta Trinitate cognitum.

Hier. vit. Hilar. cap. 29. & ſeqq.

XXVIII. Anno ſequenti, Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo diem extremum obiit in inſula Cypro D. Hilarion. Egreſſus de Bruchio, intravit Oaſim: ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque ſui fama pervenerat, quaſi jam in Oriente latere non poſſet .... conducto camelo per vaſtam ſolitudinem pervenit ad maritimam urbem Lybiæ Paretonium; habenſque Zananum ſecum aſcendit navem quæ in Siciliam navigabat, in medio ferme Adria naucleri filius arreptus a dæmone, clamare cœpit &

dice-

Christi An. 370. dicere: Hilarion serve Dei, aur nobis per te & in pelago tutns esse non licet? Da mihi spatium donee ad terram veniam, ne hic ejectus præcipiter in abyssos. Cui illa: Si Deus meus, ait, tibi concessit ut maneas, maoe; sin autem ille ta ejicit, quid mihi invidiam facis homini peccatori atque mendico? Hoc aotem dicebat, ne oautæ & negotiatores, qui in navi erant, se, cum ad terram pervenissent, proderent. Non multo post purgatus est puer, patre fidem daota, & cæteris qoi aderant, nulli se super ejus nomine locuturos. Iogressus autem Pachynum promontorium Siciliæ, obtulit naoclero Evangelium quod maou sua adolescens scripserat, pro subvectione sua & Zanaoi; qui noluit accipere, maxima cum videret illos, excepto illo codice, & bis quibus vestiti eraot, amplius oihil habere. Porro recogitans ne negotiatures ab Oriente venientes se notum facereot, ad mediterraoea fugit loca; id est, vigesimo a mari milliario, ibique in quodam desarto agello, lignorum quotidie fascem colligaos, imponebat dorso discipuli. Qoo in proxima villa vanumdaio, & sibi alimoniam & his qui forte ad aos veoiebant, pauxillulum panis coemebaot. Sed scutarins quidam cum in basilica B. Petri Romæ torqueretur, clamavit io eo immundus spiritus: ante paucos dies Siciliam ingressus ast Hilarion servus Christi, & nemo eom novit, & putat se esse secretum, ego vadam & prodam illum. Statimque cum servulis suis ascensa in portu nava appulsus est Pachynum, & ducenta dæmone ante tugurium senis se prostravit, illicoqua curatus est. Hoc ioitium sigoorum ejus io Sicilia innumarabilem ad eum deinceps ægrotantium, sed & raligiosorum hominum adduxit multitudinem: in tantum ut da primoribus quidam tumens morbo aquæ intercutis eodem die, quo ad aum venerat, auratus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, audivit

Matt. 10. dictum Salvatoris ad discipulos; gratis accepistis: gratis date.

XXIX. Hesychius discipulus ejus interea toto se-

Ibid. nem Orbe qoærebat. Traosacto jam trieonio audivit Methoone a quodam Judæo, Prophetam Christiaoorum apparuisse io Sicilia, tanta miracula & signa facientem, ut de vetcribus sanctis putaratur. Ingressus igitur Adriam prospero cursu veoit Pachynum, & consona omoium voce audivit ubi esset Hilarion, oihil in eo cunctis tam admiraotibus, quam quod post taota miracula, ne fragmen quidem panis a quoquam accepisset. Post triduum audivit a Zanano senem velle ad barbaras quasdam pergere nationes, ubi & nomen & sermo ejus ignotus foret. Duxit itaqua illum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidom, ubi paucis diebus in vicino agello mansitans noo potuit abscondi: siquidem draco miræ magnitudinis omnem lata vastabat provinciam, & non tantum armenta & pecudes, sed agricolas quoque absorbebat, quem oratione facta concremavit. Eadem tempestata terræ motu totius Orbis, qoi post Juliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos. Epidauritani, cum viderent fremeates fluctus littoribus inferri, verentes ne oppidum funditus subverteretur, seoem posueruot in littore, qui cum tria Crucis signa pinxissat in sabulo, maouique contra tenderet, incredibile dictu ast, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit: ac dio fremens paulatim in semetipsum relapsum est. Mirabator omnis aivitas, & magnitudo signi Salonis quoqua percrebuerat. Quod intelligens senex, io brevi lembo clam nocte fugit, & inventa post biduum oneraria navi perrexit Cyprum. Cumque pyratæ duobus baud parvis myoparonibus occurrissent, quos ille procol intuens, omnibus aliis trepidantibus, subrisit. Et cooversus ad discipulos dixit: modicæ fidei, quare trepidatis? Hostiles imminebant carinæ, jactu tantum lapidis medio. Stetit ergo in prora navis, & porrecta contra venientes manu: huc usque, ait, venisse sufficiat, statim resiluere naviculæ .... Ingressus ille Paphum, urbem Cypri, in secundo ab urbe milliario habitabat ignobilis, gaudens vehementer quod paucis diebus quietus viveret. Verum viginti non plani traosiere dies, eum per omnem illam Insulam, quicumque immundos habebant spiritus, clamare cœperunt venisse Hilarionem servum Christi. Intra triginta igitur dies, duoenti ferme tam viri, quam mulieres ad eum congregati suot. Quos cum vidisset, dolens quod se oon paterentur quiescere, tanta eos orationum instantia flagellavit, ut quidam statim, alii post bidoum tridoumve, omnes vero intra unam hebdomadam curarentur. Christi An. 370.

XXX. Hic mansit biennio semper de fuga cogitans. Hesychius vero suasit ut in ipsa iosula ad secretiorem locum secederet, perduxitque eum duodecim millibus a mari procul ioter secretos asperosque montes, & quo vix reptando manibus genubusque posset ascendi .... habitavitque ibi per anoos quinque, delectatus valde quod nullus aut rarus ad se vel posset, vel auderet ascendere. Octogesimo ætatis suæ anno, S. Hilarionis mors. Ibid. eum absens esset Hesychios, venerunt ad ægrotantem de Papho multi religiosi viri; sed & Constantia quædam sancta fœmina, cujus generum & filiam unctione olei de morte libetaverat: quos omnes adjuravit, ut statim post mortem eum io eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus arat in tunica cilicina, & cuculla & sago rustico. Jamqoa modicus calor tepebat in corpore, & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis servisti Christo, & mortem times? In hæc verba exhalavit spiritum: statimque corpos humo est obrutum. Quod postquam Palæstinæ sanctus vir audivit Hesychius, perrexit io Cyprum, & simulans se velle habitara in eodem hortulo, post decem fere menses corpus ejus furatus est. Quod Majomam deferens, totis monachorum & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla & pallio, & toto corpore, quasi adhuc viveret, integro; taotisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis pularetur. Constantia, quæ pervigiles in sepulchro noctes ducere solebat, & quasi aum præsenta ad adjuvandas orationes suas sermocinari, audim quod Hilarionis corpus in Palæstina esset, statim exanimata est. In utrisque locis magna quotidie signa facta suot; sed magis in hortulo Cypri.

XXXI. Eodem anno Christi trecentesimo septua- Sozom.

gesimo Valans post tertiom belli anoum pacem cum l. 6. c. 21.

Gothis, acceptis obsidibus, composuit: & rediens ad urbem Tomos Scythiæ Romaoæ metropolim venit; porro vetus illic consuctudo permanebat, ut totius provinciæ Ecclesias unus tantum regeret Episcopus: tunc illis præerat Vetranio, cui cum, ut solebat, suaderet Imperator ot cum Arianis communicaret, Vatranio constanter & libere coram eo locutus de doctrina fidei Nicænæ, ab eo discessit, & ad aliam Ecclesiam se contulit, quem populus quoque secutus ast. Valens una eum suis derelictus contumeliam iotquo animo tulit; quocirca Vetranionem comprehensum in exilium abduci jubet: nec multo post ei redeundi copiam fecit. Nam cum Scythas, ut opinor, ob axilium Episcopi sui indignantes videret, metuere Martyr.

cœpit, ne quid novarum rerum molirentur. Octavo Rom.

Kalendas Februarii S. Vetranionis memoria inter Sanctos recolitur.

XXXII. Imperator Constantinopoli paululum com- Sozom.

moratus Antiochiam proficisci decrevic. Qui dum in l. 6. c. 13.

itinere asset, Eudoxius ea hau vita discessit, oodacim annis Episcopatu Constantinopolis persuoctus. Demophilus ejus loco ab Arianis ordinatus est. Verum Nicænæ fidei propugnatores, oppurtunum sibi tempus oblatum rati, Evagrium quemdam sibi Episcopum delegerunt. Hunc ordinavit Eustathius, qui clam eo tempore Constantinopoli morabatur, Homo-Usianos docens, atque exhortaos, ut in eadem de divinitate sententia permanerent. Hinc igitur Ariani ad seditionem commoti, fautores ordinationis Evagrii acerbe persequi cœperunt. Quibus cogoitis, Imperator Nicomediæ aliquantilper substitit; ac veritus ne quid mali urbi Regiæ per seditionem

accideret, milites eo mittere decrevit, quaotos ad Martyr.

eam satis essa judicabat. Eustathiumque comprehen- Rom. 6.

sum, io oppidum Thraciæ Bezuam relegari jussit. Mart.

Evagrium vero alio abduci. Qui exul mortuus in album Sanctorum relatus ast.

Ariani, ut rebus secundis eveoire solet, insolen- Sozom.

tiores facti, eos, qui ab ipsis dissentiebant, acerbissi- ib. c. 14.

me persequi instituerunt. Qui cum & cruciatus corporis sustinerent, & ad Præsidum tribunalia & carceres traherentur, & ob crebra quæ inde ipsis aveniebant damna, facultatibus suis paulatim nudarentur, Imperatori supplicare cœperunt, ut his calamitatibus aliqua ex parte liberarentur. Hujus rei causa octoginta viros ecclesiasticos delegerunc, inter quos Urbanus, Theodorus, ac Menedemus principem locum obtinebant. Qui cum Nicomediam

CHRISTI AN. 370.

diam venissent, libellum Valenti obtulerunt, in quo ea perscripserant quæ ad causam ipsorum pertinerent. Valens, quamvis supra modum indignaretur, iræ tamen suæ gravitatem non prodidit, sed clam mandavit Præfecto ut eos interficeret. Præfectus vero timens ne vulgus seditionem concitaret, si tot pii viri, qui nihil deliquerant, præter jus ac rationem occiderentur, tanquam in exilium mittendos navigio imponi jubet; quod quidem illi forti animo ferre parati erant. Porro cum ad medium Astaceni sinus navigando pervenissent, nautæ, succensa nave, sicut ipsis fuerat imperatum, in scapham desilientes abscedunt. Navis vero ipsa secundo vento impulsa Dacibizam usque, qui locus est in Bithynia ad mare situs, valuit pervenire. Sed simul atque ad terram appulit, dissoluta una cum ipsis hominibus conflagravit. Nonis Septembris eorum SS. Martyrum meminere Romanum Martyrologium, & Græcorum Menologium. D. Eulogius cum aliis in eadem persecutione ibidem passus dicitur Constantinopoli. Hoc scelus nequaquam inultum mansit. Statim enim secuta est fames per universam Phrygiam adeo gravis, ut plerique incolarum ex suis sedibus ad tempus migrare necesse habuerint.

Martyr. Rom. 5. Sept. & 3. Jul. Socrat l. 4. c. 16.

XXXIII. Valens, relicta Nicomedia, Antiochiam versus iter fecit. Quo quidem tempore cum in Cappadociam venisset, Orthodoxos, ut solebat, exagitare & illius provinciæ Ecclesias Arianis tradere studuit. Idque se Cæsareæ facilius consecuturum sperabat, quod dissensio quædam esset inter Eusebium Episcopum, & Basilium, qui se in Pontum receperat. Reconciliationis tunc sequester accessit D. Gregorius Nazianzenus. Eusebium objurgavit, monuitque ut aliquo modo satisfaceret Basilio; cui scripsit ut præveniret suum Episcopum, præsentique Ecclesiæ periculo suas condonaret injurias. Basilius, ut audivit Imperatorem in Cappadociam contendere, Gregorio comite venit Cæsaream, & cum Eusebio, quem obsequiis coluit, in gratias reversus est, Ecclesiam vero opportuno admodum eloquentiæ suæ subsidio adjuvit; Imperatorique tum blandienti, tum comminanti fortiter restitit. Quin & eum hortatus est ut, poenitentiam agens, ultra Dei servos non persequeretur. Valens itaque una cum Episcopis suis conatu suo depulsus re infecta discessit.

Sozom. l. 6. c. 15. Gregor. Nazian. orat. 20. Gregor. Nazianz. ep. 169. & 170. & 19. Gregor. Nyssen.

XXXIV. Eusebius Basilii opem atque auxilium amplexus est, eoque dominante seipsum dominari judicabat. Basilii vero erga Ecclesiam curæ ac præsidii multa sunt indicia; libertas ad Præsides, & potentissimos quosque civitatis, controversiarum diremptiones, egentium patrocinia, pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones, partim scripto, partim voce tradite, precum descriptiones, ea denique omnia, quibus vere Dei homo plebi prodesse queat. Ex his liquet Regulam & Liturgiam suam scripsisse Basilium adhuc Presbyterum. Hoc tamen in eo præ cæteris maximum est: fames erat atrocissima; languebat civitas, nec ulla ex parte auxilium afferebatur; qui frumentum habebant, famen negotiabantur, atque ex aliorum calamitatibus messem faciebant. Basilius per cohortationes suas horrea divitum aperuit. Collectisque in unum pauperibus, quorum nonnulli spiritum ægre trahebant, ollas leguminum, salsique obsonii linteo præcinctus ei distribuebat, puerorum suorum & conservorum ad eam rem opera utens, animasque pauperum simul utili sermone curabat. Petrus Basilii frater minimus, quem suo monasterio discedens præfecerat, ejus charitatem imitatus est. Cum enim multi fama beneficentiæ excitati, undique confluerent, ad ejus recessum tantum industria sua pauperibus cibariorum subministravit, ut adventantium frequentia, locus ille non solitudo videretur esse, sed civitas.

S. Basilii charitas. Gregor. Nazian. orat. 20. pag. 340. Gregor. Nyss. vit. Macrin. Tom. 2.

XXXV. Basilii liturgiam laudat Proclus Patriarcha Constantinopolitanus, illiusque meminit Trullana Synodus: novam celebrandi sacrificii formam non instituit, sed quæ sua ætate apud Orientales Ecclesias erat in usu, fecit breviorem. Christus, inquit D. Hieronymus, docuerat Apostolos suos ut quotidie in Corporis illius sacrificio credentes, audeant dicere: Pater noster qui es in coelis: mos igitur Apostolorum fuit, quemadmodum observat D. Gregorius Magnus, ut ad ipsam solummodo orationem Dominicam oblationis hostiam consecrarent, Alii divini pastores, qui Apostolis successerunt, ac Ecclesiæ Doctores sacrorum divinæ illius Missæ mysteriorum rationem explicantes, scriptis mandatam Ecclesiæ tradiderunt: & multas addiderunt preces; hinc tanta liturgiarum diversitas, quæ tamen omnes circa ritum essentialem conveniunt. Magnus porro Basilius hominum socordiam & ignaviam conspiciens, & ob longitudinem Missæ pertæsos, non quod supervacaneum aliquid, aut nimis longum continere eam arbitraretur; sed ut simul orantium & audientium ignaviam atque pigritiam præcideret, propter quod multum in ea temporis poneretur, breviorem recitandam dedit. Sed duæ liturgiæ sub D. Basilii nomine circumferuntur; una longior, sed comparate ad aliam breviorem, eique prorsus dissimilem. Priorem Eucologio suo typis edito Venetiis inseruere Græci, qui ea utuntur in diebus Dominicis magnæ Quadragesimæ, & in vigiliis Domini solemnitatum, & in commemoratione ipsius. Præsanctificatorum vero quadragesimæ dies sibi vindicat, & reliquis totius anni diebus. Joannis Chrysostomi liturgia est in usu, ideoque eam longiorem, quæ e Græco translata sic incipit: Dominus Deus noster qui coelestem panem .... Basilio vindicamus. Suffragatur Proclus; nam, ut observat, Joannes Chrysostomus ex ea postea multa præcidit, & ut brevior esset, constituit, ne sensim homines fallacibus & furiosis adversarii sermonibus decepti, ab hac Apostolica & divina traditione fierent alieni.

Trull. Synod. c. 32. *Sacra liturgia.* Hier. l. 3. adv. Pelag. c. 18. Greg. M. l. 7. ep. 64. Procl. de tradit. Miss.

Eucharistiam in ea vocat antitypa sancti Corporis & sanguinis Christi, sed primo, habita ratione temporis consecrationem antecedentis, ut observat Damascenus. Quod si nonnulli, inquit, panem ac vinum Corporis ac Sanguinis Domini figuram esse dixerunt, quemadmodum ille divinitus afflatus Basilius, non hoc post consecrationem dixerunt, sed antequam oblatio ea consecraretur, hoc vocabulum usurparunt. Id aperte indicant ipsamet Basilii verba, quæ referuntur ad statum donorum in prothesi: Confidentes, inquit, sancto Altari tuo appropinquamus, & propositis sancti Corporis & Sanguinis Christi tui antitypis, te rogamus.... Secundo. Eucharisticæ species post consecrationem vere sunt antitypa seu figuræ Christi Corporis in Eucharistia præsentis, quod non nisi sub his speciebus offertur & immolatur; quo sensu Andreas Cretensis dixit: Immolatur & sacrificatur in antitypis symbolis. Tertio, Ipsummet Christi Corpus in Eucharistia vere dicitur antitypon, seu figura sui ipsius in Cruce oblati: & Sacramentum Altaris etiam dicitur antitypon, quia continet ejusdem Corporis pro nobis in Cruce immolati substantiam. Hoc sensu dixit Chrysostomus. Hoc sacrificium typus illius est; eumdem enim semper offerimus: non modo quidem alium, modo vero alium, sed semper eundem. Quarto. Corpus Christi in Eucharistia est figura & typus æterni illius convivii; quod in coelis electis suis præparavit Deus, dum satiabuntur ab ubertate domus Dei; ut docet Damascenus: Antitypa futurorum dicimus, inquit, non quod non sint vere Corpus & Sanguis; sed quia per ipsa divinitatis Christi nunc sumus consortes: tunc autem intellectuali ratione per solam visionem percipiemus. Eucharistia igitur est figura, sed non inanis & vacua, sed realiter continens Corpus & Sanguinem Christi, quorum primum repræsentat ut mortuum, alterum ut effusum.

Joan. Dam. l. 4. Orth. Fid. c. 14. *Eucharistia recte dicitur antitypa.* Andr. Cret. orat. in Ram. Chys. hom. 17. in ep. ad Hebr.

XXXVI. Etsi in variis liturgiis quædam sit diversitas accidentalis, communem tamen quemdam ritum in divinis mysteriis observatum colligimus: Episcopus inchoabat sacram psalmorum melodiam, una canente cum eo sacrum psalmorum eloquium universo ecclesiastico ordine. Alternatim canere fideles primus edocuit Flavianus postea Constantinopolitanus Episcopus. Deinde per ministros sacræ Scripturæ librorum consequenter fiebat recitatio, quam excipiebat concio seu homilia Episcopi, quam omnes audiebant etiam gentiles & hæretici. Hinc de profundioribus mysteriis in ea nonnisi subobscure tractabat: postea fiebat oratio primo super Catechumenos, qui dimittebantur: secundo super eos qui erant in poenitentia dum veniebant ad manuum impositionem. Tum clamabat Diaconus: si quis non communicat, det locum. Et hæc dicebatur missio, seu Missa Catechumenorum.

Dionys. de Hier. *Antiqui ritus liturgici.* Constit. Apost. Laodic. Concil. Can. 19.

His

CHRISTI AN. 370.

Greg. M. l. 2. dialog. c. 23. Dionys. ibid. Constit. Apost.

His dimissis, januisque clausis, sequebantur tres fidelium orationes, ita ut prima quidem sub silentio, secunda & tertia per exclamationes solitas explerentur. Tum dicebat Diaconus: Attendamus. Salutabat Episcopus Ecclesiam, dicens: Pax Dei cum omnibus vobis. Respondebat populus: Et cum Spiritu tuo. Iterum Diaconus dicebat omnibus: Osculemini vos mutuo osculo sancto; & Clerici osculabantur Episcopum, & viri laici laicos, & fœminæ fœminas. Pueri stabant ad suggestum præsidente eis Diacono, ne turbarent ordinem. Alii autem Diaconi deambulabant, & observabant viros & mulieres, ne quis fieret strepitus, ne quis nutus faceret, aut mussitaret, aut dormiret. Diaconi pariter stabant ad januas, ne quis egrederetur, neve aperiretur janua tempore oblationis, quamvis adesset aliquis fidelis.

August. ser. 12. 15. de temp. Concil. Carth. 3. cap. 24. Concil. Chalced. Act. 11. Dionys. ibid. Cyril. Catech. myst. 5.

Episcopus cum ministris colligabat fidelium oblationes, panem scilicet atque vinum, & aquam, quæ in Altario postea consecrarentur, ut per has immolationes peccatorum suorum fascibus carerent, & cum Abel, & cæteris juste offerentibus promererentur esse consortes. Donis cum pompa ad Altare delatis ea disponebant Diaconi. Presbyteri ad Episcopi dexteram & lævam assistentes cum eo celebrabant sacram liturgiam. Post panis & vini oblationem, Episcopus thus adolebat, lavabatque manus cum Presbyteris, quibus aquam porrigebat Diaconus. Episcopus postea stans ad Altare, & facto manu in fronte trophæo Crucis dicebat: Gratia omnipotentis Dei, & charitas Domini nostri Jesu Christi, & communicatio Spiritus sancti, sit cum vobis omnibus. Et omnes una voce respondebant: Et cum Spiritu tuo. Ac rursus Episcopus, Sursum corda. Respondebant: Habemus ad Dominum. Episcopus: Gratias agamus Domino: Respondebant: Dignum & justum est. Quid plura? Cyrillus Hierosolymitanus, ex quo hæc descripsimus, totius præfationis meminit, usque ad Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Ambr. l. 4. de Sacram. cap. 4. Constit. Apost.

Sequebatur Canon: Oratio, inquit Ambrosius, præmittitur pro populo, pro Regibus, & pro cæteris. Ubi venitur, ut conficiatur Venerabile Sacramentum, jam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed utitur sermonibus Christi, scilicet, Hoc est Corpus meum, quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Hic est Sanguis meus, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Quæ verba Græci alta voce proferunt.

Cyril. ibid. *Missæ sacrificium pro vivis & defunctis.*

Deinde, inquit Cyrillus, postquam confectum est illud spirituale sacrificium, & ille cultus incruentus, super ipsa propitiationis hostia, obsecramus Deum, pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis & afflictis, & in summa pro his omnibus qui egent auxilio. Cum hoc sacrificium offerimus, postea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis: Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi sunt, maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in Altari positum est, Sacrificii.

Concil. Constantinop. sub Menna. Act. 5. Hier. in Ezech. cap. 18. Cyril. ibid. Chrys. Liturg. German. Patriarcha in Theor.

Interea Diaconus alta voce sacra diptycha legebat, quibus continebantur nomina Romani Pontificis, & aliorum Patriarcharum, Metropolitæ & Episcopi illius Ecclesiæ, Imperatorum, benefactorum, & omnium offerentium. Demum dicebatur oratio, quam Salvator suis discipulis tradidit: Pater noster qui es in cœlis, &c. Sacerdos apud Græcos tum hostiam in quatuor partes dividebat, seque inclinans sumebat portionem, quæ est in patena, & modicum sustollens, dicebat, Sancta Sanctis, quibus verbis astantes hortabatur ad sacrorum mysteriorum communionem; namque post elevationem statim participatio divini Corporis fiebat. Duodecim primis sæculis fideles speciem utramque sumebant, ut constat ex sanctis Patribus, & ex Concilio Claromontano, cui præsens adfuit Urbanus secundus.

Quadragesimæ tempore, singulis Dominicæ diebus, præter illius diei oblationem, Episcopus quinque alios panes consecrabat pro quinque diebus subsequentibus usque ad Sabbatum. Fideles sub vesperam iis diebus conveniebant in Ecclesia, præmissisque psalmis & canticis, hymnis & orationibus, Sacramentum Dominica consecratum proponebatur atque sumebatur: hinc dicta est Missa præsanctificatorum, quæ integra in græco Euchologio habetur.

CHRISTI AN. 370.

Basil. epist. 62.

XXXVII. Plures viri & fœminæ pietate insignes, partim eodem anno, Christi trecentesimo septuagesimo, partim initio sequentis, ad æternam transiere beatitudinem. Et primo quidem Musonius Neo-Cæsariensis Episcopus. Hunc in sua ad Neo-Cæsarienses epistola consolatoria sic laudat Basilius: Mortuus est vir omnium sui temporis omnibus simul humanis bonis præstantissimus, columen patriæ, Ecclesiarum decus, columna & firmamentum Veritatis, robur ejus quæ in Christum est fidei, suorum munimentum, adversariorum nullis prorsus expugnabilis machinis, custos rituum paternorum, inimicus novarum rerum studio, qui in seipso visendam præbuit priscam Ecclesiæ formam, ... ita nihil de suo, neque quod novæ alicujus cogitationis inventum saperet, in medium attolit . . . . . Quantum vero lucri dederit talis institutio, nemo quæsierit, is modo ad vos respexerit. Nam soli inter eos, quos novimus, vel admodum cum paucis, in tanta rerum tempestate ac turbine tranquillam per illius gubernationem vitam egistis. Non enim apprehendit vos hæreticorum ventorum procella. Demum hortatur eos ut animis contentione & ambitione repurgatis quærant & eligant Pastorem, qui eorum Ecclesiam ab hæreticorum insidiis securam præstare possit.

Basil. epist. 67.

Gregor. Nyss. vit. Macr.

Aliam pariter consolatoriam de morte Athanasii Episcopi scripsit ad Ecclesiam Ancyræ. Uterque jam successorem acceperat, cum de morte matris suæ, Eusebium Antistitem certiorem fecit Basilius, qui multis eam lacrymis prosecutus est: Sanctissimæ fœminæ, & felicis tantis liberis matris novissima verba sic refert Gregorius Nyssenus: de absentibus singulatim amanter mentionem fecit, ut nullus esset expers benedictionis, & præcipue præsentes ipsa precibus suis obtulit Deo. Ita & benedictioni & vitæ finem statuit, cum prius mandasset liberis, ut se in sepulchrum paternum inferrent: erat autem in ecclesia quadraginta Martyrum, quæ octo stadiis distabat a monasterio, in quo postremos vitæ annos egerat sanctissime. Illius nec non viri ejus Basilii memoria in Martyrologio sic recolitur: Tertio Kalendas Junii, Cæsareæ in Cappadocia sanctorum Basilii & Emeliæ conjugis ejus, parentum sancti Basilii Magni; qui tempore Galerii Maximiani extorres facti, Ponticas solitudines incoluere: & post persecutionem filiis suarum virtutum relictis hæredibus, in pace quieverunt.

Martyr. Rom. 25. Feb. & 9. Dec. Gregor. Nazian. orat. 10. pag. 169.

XXXVIII. Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater natu minor, & Gorgonia ejus soror, quos Sanctorum fastis adscripsit Ecclesia, circa idem tempus diem extremum obiere. Cæsarium ad Comitatum revocaret Jovianus; Quæstoris officio donatus a Valente, thesaurorum curam in Bythinia gerebat: cum autem Nicææ terræ motus, maximos post hominum memoriam exortus, omnes pene invasisset, solus ipse ex illustribus viris, aut certe cum admodum paucis a periculo salvus evasit, ipsa ruina protectus, ac parvas quasdam periculi notas referens. Eo casu quasi magistro pietatis usus, honoribus opibusque contemptis, unice saluti & Deo vacare constituit. Sacro baptismo regeneratus, moriens pauperes sibi hæredes instituit: Quæ mea sunt, inquit, omnia pauperibus dari volo.

Idem orat. 11.

Non multo post e vivis abiit ejus soror S. Gorgonia. Utrumque diversa oratione laudavit Gregorius Nazianzenus: commendat imprimis ejus in vestitu modestiam ac simplicitatem, atque in pauperes beneficentiam: Illius opes, inquit, pauperibus omnibus non minus communes erant, quam suæ cuique facultates. Marito & filiis baptismi gratiam precibus impetravit, sibi vero bis laboranti gravissimo morbo corporis sanitatem. Baptismo suo non multum supervixit, nihilominus dierum plena secundum Deum, necdum senex obdormiit.

Gregor. Nazian. orat. 10. p. 310. & orat. 20. p. 342. Martyr. Hier. 25. Jun.

XXXIX. Eusebius Cæsareæ in Cappadocia Episcopus celeri morte raptus, in ipsius Basilii manibus animam exhalans, ad Deum, cujus causa in persecutionibus tum Juliani, tum Valentis nuper strenue fortiterque decertarat, profectus est. Eum in Sanctorum classem in suis Martyrologiis retulere Hieronymus & Usuardus. Hæc civitas rursus gravi seditione laboravit ob successoris electionem, quam

Christi An. 370.

Gregorio sic exponit Basilius: a morte B. Eusebii metus nos invasit haud mediocris: ne forsan qui olim metropoli nostræ Ecclesiæ insidiati sunt, velint ipsam nunc accepta occasione zizaniis hæreticorum inficere, & pietatem multo labore hominum mentibus inseminatam, pravis suis disciplinis eradicare, ejusque unitatem in diversa dividere, quod etiam in plerisque Ecclesiis factitarunt. Dissipatis improborum conatibus tantum malum avertit divina bonitas. Clerus encyclyca epistola suffraganeos Episcopos convocavit, qui Præsulem de more providerent.

Basil. epist. 4. *S. Basilius fit Episcopus.* Apud Gregor. Nazianz. epist. 22.

Gregorius senex, qui nuper vita prope deficiente divinitus convaluerat, morbo tamen, & ætate confectus Cæsaream se proficisci posse diffidens, scripsit Cæsariensibus. Sum quidem pastor exiguus; at gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca parvis quoque libere loquendi potestas concedatur ..... De Ecclesia nobis sermo est, pro qua Christus mortem oppetiit, ac de eo, qui hanc Deo sistat, & conciliet. Lucerna enim corporis, ut Scriptura docet, est oculus. Lucerna autem Ecclesiæ est Episcopus ...... Porro cum in omnibus Ecclesiis, tanquam Christi Corpori summa cura, & sollicitudine prospiciendum sit, tum maxime vestræ, quæ omnium fere Ecclesiarum mater ab antiquitus fuit, & nunc est, atque censetur ...... Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque, ut par erat, atque ecclesiastica regula postulabat, accivistis: senectute autem, & morbo detinemur, ... id certe, quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoque apud vos principatu dignos esse confido, utpote in urbe amplissima: cæterum ex omnibus qui apud vos in honore sunt, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio anteferre possum, viro, & vita, & sermone purgato, quique vel omnium solus, vel certe quam maxime utraque re adversus temporis turbinem, ac vigentem hæreticorum linguæ pruritatem velut in procinctu stare possit. Hæc & eis scribo, qui Sacerdotii munere funguntur, & Monachis, & iis, qui dignitates gerunt, & Senatorii ordinis sunt, ac denique plebi universæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragium nostrum adeo sanum, & integrum, unaque cum Deo latum vicerit, & spiritualiter adsum, & adero, imo etiam manum injeci ..... Sin autem aliquid quidpiam potius quam hoc placeat, & per sodalitia, & cognationes hujusmodi res expendatur, ac promiscua turba judicii sinceritatem rursus convulserit, & distraxerit; seorsum id quod placet facite: nos autem intra nosmetipsos colligemur.

Ibid. epist. 29.

Eusebio quoque Samosatensi sanctissimo Episcopo scripsit, ut quamvis alterius esset provinciæ, in tanta rerum difficultate Cæsariensi Ecclesiæ opem ferret adversus conatus hæreticorum, qui præsentia sua confirmavit Orthodoxos. Ad electionem cum convenissent Episcopi, quorumdam potentum consilio, quibus non placebat Basilius; Gregorium senem literis

Ibid. epist. 23.

quidem suis vocarunt, sed ob quam causam, nec quo tempore adesse oporteret, denuntiarunt, ut ea arte ejus præsentiam impedirent. Gregorius rescribens conquestus de injuria, hæc subjicit: Nos neminem charissimo filio nostro Basilio compresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus quos novimus vel vita probatiorem, vel sermone, & doctrina valentiorem, magisque ad virtutis elegantiam undique perpolitum reperiemus? Quod si quis illius infirmitatem obtendit, non Athletam, sed Doctorem creabitis. Aliquot post diebus, cum unum ex

Gregor. Nazianz. orat. 19. pag. 311.

eis, qui Episcopum proclamaturi erant, desiderari audisset, e lectulo se abstrahit, homo jam, & senectute, & morbo fractus, vehiculoque, non secus ac mortuus feretro, impositus, ad urbem tendit, præclari funeris loco studium istud ac diligentiam sibi fore persuadens, etiamsi quid ipsi humanitus accidisset: Basilius itaque anno trecentesimo septuagesimo

Martyr. Rom. Gregor. Nazianz. orat. 2. pag. 343.

canonice electus, & consecratus est Episcopus Cæsareæ Cappadociæ. Illius ordinationem adeo utilem judicavit Ecclesia, ut ejus memoriam decimo octavo Kalendas Julii consignarit in Martyrologiis. Gregorius senex rediit firmus ac valens, oculos erectos habens, a manuum impositione, & unctione, & ab illius, qui ungebatur, capite roboratus.

Ib. p. 343. *S. Basilii mores.*

XL. Basilius primum quidem eos, qui ab ipso diffidebant, emollit, non adulatorie, sed perquam fortiter, & magnifice hoc fecit, ut qui non præsentis

solum temporis rationem haberet, sed & futuram obedientiam procuraret ..... Non callido artificio homines subigens, sed benevolentia sibi concilians; nec imperii potestate utens, sed per indulgentiam, quam in potestate habebat, eos alliciens. Et quia omnes mentis acumine ipsi cedebant, eamque ipsius virtutem esse norant, atque unam demum sibi salutem esse arbitrabantur, si cum ipso, & sub ipso sese collocarent ..... ab eoque disjungi nihil aliud esse judicabant, quam a Deo alienari; ultro cesserunt, ac manus dederunt, alius alium ad ipsi satisfaciendum antevertentes, conceptumque prius adversus eum odium, in non minorem benevolentiæ vim, ac virtutis incrementum commutantes. Tanti viri

Ibid. pag. 357

mores sic describit ibidem Gregorius. Divitiæ illi erant nihil habere, & crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, & quam in majori pretio habebat quam ingentes pecuniæ acervos. Hinc illi tunica una, & pallium unum, & stratus humi lectulus, & illuvies, & vigiliæ, illius decora, & ornamenta; & suavissima cœna, & obsonium, panis, & sal, & potio sobria, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt. Magnum erga pauperes studium, quos pro liberis habebat, fovebat, & ut fratres amplectebatur.

Ibid. pag. 343

XLI. Constitutis rebus domesticis, majus quidpiam animo agitare cœpit ..... Cum totum Orientem in sexcentas opiniones, & errores distractum videret, aliquam opem tantis malis sibi afferendam putavit. Præsenti vero rerum statui nihil magis conducere arbitretus, quam si ad communem omnium Patrem confugeret, Athanasium, quem Romæ gratia, & authoritate plurimum valere cognoverat, sic scripsit:

Basil. epist. 48.

Olim novi & ipse ...... unam me scire acquirendi auxilii viam pro nostris Ecclesiis, nempe si cum iis conspirent Occidentales Episcopi; si enim voluerint illi eumdem zelum, quo contra unum, & alterum, qui in Occidente diffamabantur, usi sunt, & pro nostrarum partium parœcia solliciti demonstrare, forte fiet aliquid, quod proderit communiter omnibus, unde, & qui rerum potiuntur, multitudinis authoritate permoveantur, & populi quaqua versum illos sine contradictione sequantur. Quis autem ad ista perficienda prudentia tua valentior est? .... Relinque monumentum aliquod ista conversationis tuæ vita dignum, colendissime Pater, innumeros illos, quos pro pietate tulisti labores uno isto opere confirma. Viros aliquos Ecclesiæ tuæ potentes in doctrina sana Occidentales Episcopos mitte, qui quibus calamitatibus occupemur ac premamur, illis exponant. Institue illos forma auxiliandi qua utantur ..... Ad reliquas quidem Orientis res opus forsan habebis, & plurium conspiratione, & necessarium fueris exspectare eos, qui ex Occidente venturi sunt. Antiochenæ sane Ecclesiæ status manifeste a pietate tua pendet, ut alios quidem ædifices, alios vero compescas ac quietos reddas, atque Ecclesiæ vires per unanimem consensum restituas...... Quam si contigerit ad concordiam redire, nihil prohibebit quominus universo corpori tanquam corroboratum caput sanctitatem suppeditet.

Basil. epist. 50.

Has literas Dorotheo Ecclesiæ Antiochenæ Presbytero perferendas dedit; cujus consilio addidit alterem de modo pacis conciliandæ; nempe si dissectæ partes Antiochenæ Ecclesiæ Meletio concilientur, & subjiciantur. Communem quoque Damaso, & Occidentalibus Episcopis misit epistolam. Præmissis in ea paucis de membrorum Ecclesiæ connexione, propter quam mutuo sibi subvenire debent: hæc subjungit: Hoc potissimum est quod requiri-

Basil. epist. 70.

mus, ut ipsi quoque Imperatori Orbis vestri per vestrem pietatem innotescat nostra perturbatio, confusioque. Hoc si factu difficile fuerit, ut aliqui vestrum ad visendum & consolandum afflictos veniant, qui ipsis oculis conspiciant calamitatem Orientis, ... persecutio nos apprehendit omnium gravissima. Abi-

Ecclesiarum Orientalium miser status.

guntur enim pastores, ut greges dispergantur ..... & Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Unum jam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter observet. Ob hanc causam paternis sedibus abiguntur pii, & ad solitudines migrare coguntur. Nulla est apud Judices iniquos cani capitis reverentia, nulla religiosæ piæque exercitationis, nulla conversationis habetur ratio ..... sed cum nemo sceleratus sine certis indiciis condemnetur, Episcopi sola intercedente calumnia damnantur, & nulla evidente

I proba-

Christi An. 370.

probatione assertis, & corroboratis criminationibus, suppliciis traduntur. Nonnulli ne noverunt quidem accusatores suos, neque tribunalia viderunt, neque delati sunt primum: sed nocte intempesta abrepti in exilium, solitudinis calamitatibus usque ad mortem traditi. Hæc comitantur .... exilia Presbyterorum, exilia Diaconorum, totiusque Cleri deprædationes ..... Gemitus plebis, lacrymæ continuæ, ... vox una omnium miseranda ac tristitia loquentium ..... Domus precationum clausæ sunt. Altaria cultu spirituali vacant. Nulli amplius Christianorum cœtus, nulla amplius doctorum præsidentia: cessarunt doctrinæ salutares: cessarunt panegyres ac festivi conventus publicique: hymnodiæ nocturnæ non habentur: neque superest beata illa exultatio, qua Domino credentium animæ, in sinaxi ac communione spiritualium charismatum exhilarantur..... Nunc autem metuimus, ac quandoque malum hoc acceptis viribus, instar flammæ per accensam, & ardentem materiam serpentis seseque effundentis, postquam ea quæ vicina sunt, corripuerit, & absumpserit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreseos malum cuncta depascitur, & periculum est, ne vastatis nostris Ecclesiis, & ad sanam vestræ parœciæ, & habitationis partem serpat.... Non impugnamur propter aliquid aliud rerum temporalium, sed propter sanam Fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti..... Occlusa sunt apud nos piorum ora, reserata vero est audax blasphemaque lingua eorum, qui adversus Deum loquuntur iniquitatem..... Unigenitus blasphematur, & nemo est qui contradicat: Spiritus Sanctus dehonestatur, & qui deprehendere posset, fugatur. Error multorum deorum obtinuit. Magnus apud illos Deus est, & parvus: Filius non naturæ nomen, sed honoris appellatio deputatur. Spiritus Sanctus nec ad Sanctæ Trinitatis complementum pertinere, nec divinæ beatæque naturæ consors, sed ex creaturarum numero temere, & utcumque Patri, & Filio adjectus esse docetur .... In istiusmodi sermonibus doctrinæ plusquam impiæ educantes Ecclesiæ infantes ...... Et quia omnia per ipsos (scilicet Arianos) dispensantur ac perficiuntur, quasi retinaculum quoddam est plebi, quo ad illorum concordiam adstringuntur, ita ut brevi temporis decursu, etiamsi restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit ad veritatis iterum cognitionem reducendi eos, qui diuturnæ fallaciæ vinculo hæreticis obstricti sunt. Hic loquitur de persecutione Valentis præsertim adversus Orthodoxos Episcopos, quibus in exilium pulsis, in eorum locum sufficiebat Arianos: Triginta duo Episcopi Orientis una cum Meletio communem ad eosdem dederant epistolam; Arianorum impietatem, & vexationem dolenter exponunt, subsidium postulantes. Athanasii vero literæ desiderantur. Legationem hanc obiere Sabinus Episcopus, & Dorotheus Presbyter.

Theod. hist. l. 4. cap. 13. Socrat. l. 4. c. 17. Basil. ep. 107.

XLII. Imperator Valens quæ sub jurisjurandi fide promiserat Eudoxio ante baptismum, tunc adimplevit. Antiochiæ enim dum moratur, quo pervenit mense Junio anni 370., Orthodoxos per universas fere Orientis provincias Ecclesiis expulit, ac variis insuper suppliciis affecit. Meletium præcipuum Orthodoxorum ducem in Armeniam ejus patriam deportari jussit. Hic aliquot annos egit in quodam suo prædio, haud procul Nicopolim in finibus Cappadociæ; ibique opportunitate Basilio familiariter usus est. Illius gregis curam egere Joannes, & Stephanus Presbyteri, quos Meletius redux fecit Episcopos, Joannem quidem Appameæ, Stephanum autem Germanicieæ.

Theod. hist. l. 4. cap. 24. & 25.

Hos adjuvabant alii duo Presbyteri Flavianus, qui postea ei successit in episcopatu Antinchensi; & Diodorus postea Tarsensis Episcopus, & Basilio conjunctus amicitia. Fideles exclusi ecclesiis ad montis radicem congregati hymnos in laudem Domini canebant, & divinis fruebantur eloquiis, ingruentes cœli injurias perferendo. Ne hac quidem ærumnosissima utilitate eos frui permisit Valens, sed immissis militibus eos dejecit. A radicibus ergo montis ad ripas proximi fluminis conveniebant, Verum ne in hoc quidem loco eorum conventum pertulit inimicus. Flavianus ac Diodorus sacris ovibus congregatis in campo, in quo milites exerceri consueverant, spirituale pabulum subministrarunt. Eo tamen tempore in ecclesiasticis conventibus non concionabatur Flavianus, sed concionantibus magnam copiam argumentorum, & sententiarum Sacræ Scripturæ subministrabat. Hic domi quidem, & in publico disputans hæreticorum argumenta telis aranearum similia esse monstrabat. Orthodoxos plures e medio sustulit Valens, præcipue eos in fluvio Oronte necando. Paulino tamen alterius partis Catholicorum Episcopo pepercit, ejus pietatem reveritus.

Christi An. 370.

Socrat. l. 4. c. 17.

Theod. hist. l. 4. cap. 26. *Sanctus Aphraates Valenti resistit.*

XLIII. Palatium urbis Antiochiæ a Septentrione quidem Orontes præterfluit. Inter palatium autem ac fluvium media interjacet via publica. Per hanc viam transiens divinus Aphraates ad campum pergebat, divini gregis curam acturus. Imperator eum ex Regia porticu cum sublimis prospexisset vili amictum pallio, & licet senecta ætate, concito gradu properantem: dixissetque aliquis hunc esse Aphraatem, ex cujus ore penderet universa civium multitudo; Imperator ad illum: Dic, inquit, quo vadis? Tum ille prudenter admodum: pro tuo, inquit, regno precaturus. Ad hæc Imperator: Domi potius manere debueras, & juxta monasticam legem intus precari. Cui divinus ille vir ita respondit: Recte admodum dicis Imperator, id ego facere debueram, idque hactenus facere non destiti, quamdiu oves Servatoris nostri pace fruebantur. Nunc vero cum in maximam perturbationem inciderint, & periculum grave immineat ne a feris diripiantur, & omnis via tentanda est, & pecus conservandum. Dic, quæso, Imperator: Si puella essem intus in thalamo sedens, & curam ædium gerens, ignemque ædibus immissum, & paternam domum conflagrantem viderem, quid me tunc agere oporteret? Utrum intus sedere, & domum conflagrantem negligere, & exspectare dum flamma in me irrueret? An potius relicto thalamo, hac & illac discurrere, aquam afferre, ignem extinguere? Non dubito quin hoc postremum dicturus sis: id enim prudentis ac solertis puellæ est. Hoc ipsum est, Imperator, quod nunc ago. Nam cum tu in Patris nostri domum ignem injeceris, circumcursamus nos ignem restinguere conantes. Imperator his auditis obticuit. Verum quidam ex ejus cubiculariis, cum audacius interminatus esset sancto viro, hoc modo pœnas dedit. Cum balnei curam gereret, statim post verba quæ Aphraatæ dixerat, eo perrexit, ut Imperatori illud præpararet. Cumque ad locum venisset, subito mente captus, in ferventem aquam desiliit, ibique extinctus est. Cum non rediret, alios misit Imperator, qui causam tantæ moræ referrent. Illi ingressi eum in fervente aqua mortuum, & liquefactum repererunt. Quod ubi nunciatum est Imperatori, efficaciam precum Aphraatis mirati sunt omnes, ab impiis tamen dogmatibus non recesseruot.

Theod. hist. Relig. c. 8.

XLIV. Aphraates apud Persas claro genere oriundus, ad verum Deum adorandum se convertit, populariumque suorum impietatem execratus Edessam venit patria relicta. Domunculam extra mœnia nactus, in ea se inclusit, in animæ suæ curam incumbens. Inde Antiochiam venit, hæretica tunc procella sub Constantio vehementer agitatam, diversatusque extra urbem in monasterio, cum græcæ linguæ verba pauca didicisset, plurimos etiam e primoribus statim ad divinos sermones audiendos pertraxit, ex divini nempe spiritus gratia fontes illos derivans. Rationibus rationes, & divinis eloquiis Philosophicas dissertationes debellabat. Tantum porro laborem cum sustineret, adduci nunquam potuit, ut contubernalem admitteret, sed omnia præstare malebat, quam aliorum uti ministerio. Nihil a quoquam accepit unquam, sed solus unus familiarium panem illi suppeditabat; nisi quod in summa senectute olera etiam post solis occasum adhibuit. Postea multis clarnit miraculis. Theodoretus, qui ejus vitam scripsit, illum vidit, sanctæque illius dexteræ benedictionem percepit, cum adolescentulus matrem ad eum profectam esset comitatus.

S. Julianus Valenti resistit. Theod. hist. l. 4. cap. 27. Theod. hist. Relig. c. 9.

XLV. Per idem tempus Julianus quoque ille celeberrimus solitudinem relinquere, & Antiochiam venire compulsus est. Nam cum Ariani eum a suis partibus stare assevetarent; Flavianus, Diodorus, & Aphraates fidei lumina, Acacium strenuum virtutis Athletam, qui postea Beroensem Ecclesiam sapientissime gubernavit, ad eum miserunt cum Asterio, rogantes ut tot hominum millia misereretur, & adversariorum quidem mendacium refutare, veritatis autem præconium confirmare vellet; siquidem ipsum impietatis suæ socium habere se jactabant præsides Arianorum abominationis. His auditis senex

Antio-

Christi An. 370. Antiochiam profectus est, duorum vel trium dierum itinere progressus in solitudine, noctu venit in quoddam oppidulum. Ibi dives mulier sacrum illum cœtum genibus provoluta rogavit, ut domus suæ diversorio uterentur. Cessit senex, tametsi annis amplius quadraginta tali spectaculo abstinuisset. Dum in sanctorum virorum ministerio mulier esset occupata, filius ejus unicus septennis sub vesperam cecidit in puteum. Ex quo cum tumultus ingens exortus esset, mater re cognita omnes quiescere jussit, puteoque operculum imponens rediit ad ministerium. Apposita mensa divinos senex mulieris filium vocari jussit, ut benedictionem acciperet. Cumque mater illum male habere diceret, perstitit ut adduceretur. Ubi significavit mater quod acciderat, accurrit senex ad puteum, lumineque allato, puerum videt summæ aquæ insidentem, aquamque manu pueriliter pulsantem: funibusque astricto quodam & in puteum dimisso, puerum extraxerunt; qui ad senis pedes mox properavit, dicens vidisse se illum in aquis sustinentem.

Ut venit Antiochiam, confluebant omnes undique, Dei hominem videre gestientes, & morbi medicinam expetentes. Habitabat autem in speluncis, quæ in imo monte sunt, ubi divinum Paulum Apostolum latuisse fama est. Invadit eum statim febris vehementissima. Acacius cum ægritudinem moleste ferret, veritus ne perturbarentur qui aderant, si viri morbum rescirent, de cujus manu medicinam se accepturos sperabant: Noli angi, inquit senex, si necessaria est sanitas, eam dabit Dominus. Statimque ad preces conversus, frontemque solo admovens, rogavit ut sanitatem reciperet, si ex illa reditura essea aliqua utilitas ad eos, qui convenerant. Necdum preces finierat, & repente profluens copiosus sudor flammam febris extinxit. Cumque multos illic ab omni morborum genere liberasset, ad piorum fidelium conventum profectus est. Dum regiæ domus portas præterit, mendicus, qui pedum vice clunibus suis utens per humum trahebatur, pallium ejus extensa manu tangens fide morbum eaegit, exiliensque cucurrit. Quo facto confluxit totius urbis multitudo, ita ut bellicum gymnasium repleretur. Unde pudore affectis Arianis, læto econtra & hilari animo erant alumni veritatis. Orientis Comitem ab urgente morbo precibus suis liberavit.

Ibid. Cum tanta gessisset, statuit exercitationis monasticæ tugurium repetere. Cyro pertransiens divertit in ædem præclari martyris Dionysii. Qui fidelibus hic præerant, una omnes rogarunt, ut sibi certum exitium exspectantibus opem ferret. Dicebant enim Asterium Sophistam Arianum, qui episcopale munus erat assecutus, falsitatem acriter defendere, & improbo artificio veritatem oppugnare. Veremur, ajebant, ne simpliciores multos implicet. Ad quos senex, Bono, inquit, animo estote, & Deo nobiscum supplicate, jejunium & afflictionem precibus adjungentes. Dum sic orant, pridie festi illius diei, quo verba facturus erat hostis veritatis, divina plaga percussus est, & cum tantum unum diem ægrotasset, e vivis excessit. Theodoretus hæc se accepisse testatur ab Acacio Juliani discipulo. D. quoque Basilius Antiochenensem Ecclesiam literis suis consolatus est.

Ath. ep. ad Epict. XLVI. Epictetus Corinthi Episcopus circa annum 372. scripsit Athanasio, quosdam in sua diœcesi disseminare sequentes errores. Primo. Consubstantiale Verbi divinitati esse Corpus ex Maria genitum: Secundo. Verbum in Carnem, ossa & nervos fuisse mutatum. Tertio. Ipsam divinitatem circumcisam & Cruci affixam fuisse. Quarto. Verbum nequaquam ex Maria, sed ex sua sibi substantia Corpus efformasse. Eum enim qui ait Corpus Domini ex Maria ortum, non trinitatem, sed quarernitatem admittere, denique Dominum non natura, sed fictione gestasse Corpus. Hic autem non apparet palmaris error Apollinaris, qui Christo mentem humanam adimebat; sed tunc sub nomine Catholico latebat, Athanasioque erat charus & familiaris.

Athanasius contestatur errores adversus Incarnat. Athanasius referens hos errores sic acriter infectatur. Ego vero tuam miratus sum pietatem, quæ res ferat hujusmodi, & quod non illis quidem talia dictantibus silentium indixerit, nec piam fidem illis proposuerit: ut vel obtemperantes acquiescerent; vel si repugnarent, pro hæreticis haberentur....

Ibid. Tum primum errorem sic confutat: Patres qui Nicææ convenerant, non Corpus, sed ipsum Filium dixerunt esse Patri Consubstantialem, & hunc quidem ea Substantia Patris. Corpus vero ex Maria esse ex Scripturis item declararunt. Quamobrem aut Nicænam repudiate Synodum; & ut hæretici hæc aliunde inducitis. Aut si vultis Patrum filii esse, ne sentiatis adversus illa quæ ipsi scripserunt. Etenim vel ex hoc intelligite quam illud absurdum sit; si Verbum Corpori, quod ex terra naturam suam tenet, est Consubstantiale, & aliunde idem Verbum, juxta Patrum confessionem, est Patri Consubstantiale; ipse Pater Corpori ex terra facto Consubstantialis erit. Et quid ultra Arianos insectamini, quod dicant Filium esse Creaturam, cum ipsi Patrem rebus creatis Consubstantialem affirmetis: Et in aliam impietatem transeuntes dicatis, in totum Corpus conversum esse Verbum ... Quænam hæc tanta dementia, ut vobiscum ipsi pugnetis? Dum enim dicitis Verbum Corpori esse Consubstantiale, alterum cum altero conferri significatis: cum vero in Carnem mutatum esse affirmatis, ipsi Verbo mutationem affigitis. Eumdem errorem refellit variis Scripturæ testimoniis, imprimisque ex his Apostoli verbis; Semen Abrahæ apprehendit: unde debuit fratribus assimilari: & Corpus assumere nobis simile ... & Gabriel caute & prudenter annuntiabat Mariæ dicendo: non simpliciter, quod in te nascetur, ne extrinsecus Corpus ipsi inductum putaretur: sed ex te, ut quod gignebatur, ortum ex illa dusisse crederetur.

Et infra: Hoc ipsum Corpus cum a mortuis resurrexisset, Thomas contrectavit, fixurasque clavorum in illo conspexit, quos Verbum ipsum sustinuerat, dum illos Corpori suo vidit affigi. Neque id prohibuit, cum prohibere posset, sed quæ Corporis erat, propria sibi incorporeo existenti effecit ...., nam quæ humanum Verbi Corpus patiebatur, hæc ipsa Verbum quod corpori conjunctum erat, ad se referebat, ut nos Verbi Deitatis participes fieri possemus. Ac illud perquam mirabile fuit, idem fuisse patiens & non patiens: patiens quidem quatenus proprium ipsius corpus patiebatur, & quatenus in ipso patiente erat: non patiens autem, quia Verbum, cum natura sua Deus sit, impassibile est. Et ipsum quidem incorporeum in passibili corpore erat; Corpus vero in se ipso habuit Verbum impassibile, quod ipsius corporis infirmitates absumeret. Cæterum hoc ideo agebat & ita se res habebat, ut nostra Verbum suscipiens, offerensque in Sacrificium penitus absumeret, ac deinceps suis nos induens, Apostolo hæc dicendi occasionem daret: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem ... Eadem autem ratione ii quoque jam silebunt, qui aliquando dixere, eum qui ex Maria prodiit, nec Christum, nec Dominum vel Deum esse. Si enim Deus in Corpore non erat, quomodo statim atque ex Maria prodiit, vocatus est Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus? cur autem Paulus, si Verbum in Carne non erat, Romanis scripsit: Ex quibus est Christus secundum Carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Quapropter qui prius negabant eum, qui Crucifixus est, esse Deum, se errasse fateantur, ac omnibus Scripturis divinis fidem habeant, Thomæ potissimum, qui cum in illo clavorum vestigia conspexisset, exclamavit: Dominus meus & Deus meus? ... Ibid. / 1. ad Cor. 15. / Matth. 1. / Rom. 9. / Joan. 20.

Quod vero nonnulli comminiscuntur & dicunt: Quemadmodum in singulos Prophetas Verbum advenit, ita quoque in quemdam hominem Mariæ Filium venisse; inutile est agitare, cum eorum insania manifestam sui præ se ferat confutationem. Si namque Verbum ita advenit ...... Quare, si ad singulos Prophetas Verbum advenerit, dicitur tamen ad solum Mariæ Filium semel in consummatione sæculorum advenisse ...... Quare solus Mariæ Filius dicitur Emmanuel, quasi corpus ejus Deitate repletum, & ex illa genitum sit? Nam illud Emmanuel significat, nobiscum Deus. Vel quare si ita venerit, quolibet Sanctorum comedente & bibente, laborante & moriente, non dicitur ipsum Verbum comedere & bibere, laborare & mori: sed de solo Mariæ Filio ita dicitur? Quæcumque enim corpus istud passum est, hæc quasi ipso patiente Verbo dicta sunt. Et cum de aliis omnibus dictum sit duntaxat, quod geniti & nati sunt; de solo Mariæ Filio dictum est: Et Verbum Caro factum est. Ex quibus ostenditur ad reliquos quidem sanctos Verbum factum esse Ibid. / Joan. 1.

CHRISTI An. 370.

esse ut prophetarunt : ex Matia autem Vrbum eame assumpta hominem prodiisse, qui natura quidem & substantia Verbum Dei erat, secundum carnem autem ex semine David, & ex carne Mariæ Homo factus est, ut ait Paulus. Hunc Pater in Jordane & in monte manifestavit dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hunc Ariani quidem abnegarunt, nos vero agnoscentes adoramus, nec Filium a Verbo dividimus, sed agnoscimus ipsum Verbum esse Dei Filium, per quem omnia facta sunt, & per quem nos redempti sumus.

Matt. 5.

Ibid.

Rogo tuam pietatem primum, secundo auditores, ut hæc cum bona conscientia recipiatis, & si quid a pietate deficiat, illud corrigatis, mihique indicetis. Quod si utpote ab homine imperito, non pro dignitate rei, nec satis accurate ista conscripta sint, veniam detis omnes nostræ in dicendo imbecillitati. Sic tantus Doctor jam senex demisse de se sentiebat. Hanc Athanasii epistolam laudarunt Synodi Ephesina & Chalcedonensis, Leo Papa, & Cyrillus: aliique Patres : integram suis operibus inseruit Epiphanius. Athanasius quidem in ea dum probat in uno eodemque Christo esse duplicem naturam, divinam & humanam, quarum utraque suas retineat proprietates cum communicatione idiomatum ; Nestorii & Eutychetis hæreses subvertit priusquam exorirentur. Multo tamen expressiora sunt adversus easdem, quæ habentur in symbolo, quod sub ejus nomine circumfertur, ut legenti patebit.

Synod. utraq. Act. 1. Leo ep. ad Leon. Imp. Cyril. defens. Ath. 2. Epiph. hær. 77. Athan. Apolog. de fuga. num. 7. Idem ep. ad Adulph. *Christi Corpus adorandum.* Joan. 1.

XLVII. Adelphius Onupheos Lychnorum Episcopus atque confessor, hunc enim in exilium Psinablam Thebaidis miserant Ariani, tunc redux monuit Athanasium, esse ex Arianis nonnullos, qui negarent Christi Corpus adorandum esse. Ejusmodi errorem datis ad Adulphium literis sic refellit Athanasius. Unde exortum est hoc malum? Qui omnino novam hanc calumniam contra Salvatorem proferre ausi sunt? Itaque rem creatam nos adoramus? absit: Ethnicorum enim & Arianorum hujusmodi error est, sed rerum creatarum Dominum Carnem factum, Dei Verbum adoramus. Etsi enim ipsa Caro seorsum spectata, pars sit rerum creatarum, attamen Dei facta est Corpus. Neque vero hujusmodi Corpus a Verbo dividentes adoramus, neque cum Verbum volumus adorare, ipsum a Carne removemus, sed hæc, Verbum Caro factum est, non ignorantes, idem Verbum in Carne existens Deum agnoscimus. Quis ergo adeo demens sit, ut Domino dicat : Recede a Corpore ut te adorem ? Vel quis eo devenit impietatis, ut cum insanis Judæis eidem propter Corpus dicat : Quare tu, homo cum sis, facis teipsum Deum ? . . . . . Et infra. Neque enim rem creatam adorat res creata, neque rursus ob Carnem Dominum suum refugit adorare: sed vidit in Corpore Creatorem suum, atque in Nomine Jesu omne genu flexum est atque flectetur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur, tametsi Arianis non placet, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Neque enim dedecus Verbo Caro attulit : absit ; sed ipsa potius ab illo gloriam accepit. Nec item, quia formam servi accepit Filius, qui in forma Dei est, diminutus divinitate est : sed contra universæ carnis rerumque omnium creatarum liberator ipse fuit . . . Qui Verbum Carnem factum adorare recusant, hi ingratos in ejus benignitatem sese exhibent, qua humanam assumpsit naturam. Qui autem Verbum a Carne dirimunt, hi profecto nullam peccati redemptionem, nullamve mortis solutionem autumant fieri. Ubinam vero Carnem, quam Salvator accepit, seorsum positam reperirent impii, ut & dicere auderent : Nos non adoramus Dominum cum Carne, sed Corpus separamus, & soli Domino servimus . . . Quæ cum ita sint, an non adorari dignum est sanctissimum vereque venerandum Domini Corpus, quod quidem ab Archangelo Gabriele annunciatum, a Spiritu sancto formatum, ac Verbi factum est indumentum . . ipsumque Verbum propter nostram salutem factum adoramus hominem, non quidem ut æquale in æquali factum Corpore; sed ut Dominum, qui servi accepit formam, nec non ut opificem & creatorem, qui in re creata fieri voluit, ut omnia in ipsa liberans, mundum offerret Patri, cunctaque pacificaret, sive quæ in cœlis, sive quæ in terris sunt. Sic enim & paternam ejus agnoscimus divinitatem, & præsentiam Corpoream adoramus.

Joan. 10.

XLVIII. Tunc etiam pro erectione novi Episcopatus in suo Patriarchatu interpellatus est Athanasius. Erant in quadam Pentapoleos diœcesi, cui nomen Erythrum, vici duo, Palebisca & Hidrax. Episcopo autem Erythri Orioni, jam diu gravi & provecta ætate cum esset, summa facilitas ex ingenii mentisque imbecillitate advecta vitio vertebatur. Cum diutius autem vitam extraheret, longioris moræ impatientes vicorum incolæ, juvenem quemdam gerendis rebus strenuum, Siderium nomine, ab exercitu Valentis adventantem delegerunt, ut vicos administraret. Is primus fuit Plebiscæ creatus Episcopus, sed neque legitime, cum nec Alexandriæ, nec a tribus, uti mos erat, Episcopus fuerit ordinatus. Solus namque Philo Cyrenensis Siderium ordinavit : verumtamen hoc ad Philonis veniam afferri poterat, quod formidolosis temporibus accuratiorem disciplinam prætermitti necesse fuerit. Quæ causa fuit ut eam ordinationem tempori dederit Athanasius, nec vel cum ordinante, vel ordinato expostularit. Imo vero cum exiguam fidei scintillam, quæ Ptolemaide residua erat, fovere vellet, Siderium majoribus gerendis idoneum eo commigrare præcepit, ut Metropolitanam regeret Ecclesiam. Siderius senex Palebiscam reversus est, ibique mortuus successorem non habuit, eosque vicos ut prius administravit Erythri Episcopus.

CHRISTI An 370. Sines. epist. 77.

Athanasius aliunde se scelerum ultorem exhibuit erga Lybiæ Præsidem virum infamem, qui a pueritia crudelitati pariter & lasciviæ assueverat, cumque a fidelium communione submovit ; missisque literis & obscœnam hominis vitam, & illatas merenti pœnas significavit. His acceptis rescripsit Basilius : Innotuit Ecclesiæ nostræ ex literis pietatis tuæ, atque aversandum execrabilem illum arbitrabuntur omnes, ita ut nec ignis, nec aquæ, nec tecti communionem cum illo sint habituri. Siquidem prodest ut violenti isti tyranni communi & unanimi judicio condemnentur . . . . Quod si vero non statim illum istæ reprehensiones permovebunt, attamen postremam aliquando & gravem illam ac tristem retributionem afferent. Ex his innotescit, quis prioribus sæculis crederetur finis & effectus excommunicationis.

Basil. epist. 47. *Provinciæ ducem excommunicat Athanasius.*

XLIX. Athanasius circa eadem tempora Basilium a monachorum quorumdam accusationibus vindicavit in duabus epistolis. In secunda sic scribit ad Palladium Presbyterum : Tibi certe qui rem indicasti, gratiam habeo, illis vero quæ decuit, scripsi, ut veluti Filii Patri obsequantur, nec repugnent iis, quæ approbat ille. Nam si circa veritatem suspectus ille esset, recte pugnarent ; sin confidunt, ut nos confidimus, esse illum Ecclesiæ gloriam, qui etiam pro veritate dimicat, docetque illos, qui doctrina indigent ; cum ejusmodi sane homine pugnare nefas est. Tu itaque dilecte, id illis, quæso, renuntia, ut quemadmodum scripsi, morem illi gerant. Illud enim eos erga Patrem suum benevolos efficiet, pacemque Ecclesiarum servabit.

Ath. ep. ad Joan. & Antioch. Athan. epist. ad Pallad.

L. Illarum vero querimoniarum hæc fuit occasio. Basilius Presbyteris Tarsensibus scripserat : Quoniam multorum ora sese adversus Spiritum sanctum aperuerunt; optimum factu esse ducimus, ut quantum est in vobis blasphemorum numerum minuatis, utque eos, qui Spiritum sanctum creaturam esse negant, in communionem recipiatis. Ergo nihil ultra quæramus, sed Fratribus, qui nobiscum coire societatem volunt, fidem, quæ Nicææ sancita est, proponamus, ac si in ea conveniant, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum neque creaturam dici oportere, neque eos, qui dicunt, in communionem ipsis esse recipiendos. Expressam igitur divinitatis Spiritus sancti confessionem ab iis exigendam non putabat: eamque affert rationem : Persuasi enim mihi, si quid etiam est, quo ad ampliorem etiam evidentiam addito opus sit: id frequenti collationi, minimeque contentiosæ inter nos exercitationi daturum esse Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum.

Basil. ep. 203. *S. Basilii prudens œconomia.*

Necessarium etiam judicabat, inquit Gregorius Nazianzenus, belli tempus, & hæreticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad libertatis tempus successisset. Ariani enim & Macedoniani nudam & apertam vocem de Spiritu sancto quod Deus esset, arripere studebant, ut eum quidem cum theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent,

Gregor. Nazianz. orat. 20. pag. 364.

atque

CHRISTI AN. 370. atque hinc inde, velut ex arce quadam, id amoe quod reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, testimoniisque minime dubiis eamdem vim habentibus, necessariisque argumentis ita adversarios comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent: sed quæ maxima sermonis virtus & prudentia est, propriis vocibus constringerentur; sed tamen propriam vocem interim usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus in gratiæ loco hoc petens, ne hoc suo consilio offenderentur, nec committerent, ut dum unam voculam mordicus retinere conarentur, omnia perderent... ac Reipublicæ non posse majorem perniciem afferri, quam si Ecclesia ab hæreticis occuparetur. Nam quod alioqui Spiritum sanctum Deum agnosceret, hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicavit, & scripsit in sua ad Cæsarienses epistola, & privatim apud eos a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum vero in suis ad me sermonibus apertius id demonstravit, non simpliciter hoc affirmans, sed sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipso Spiritu sancto excideret, nisi cum Patre & Filio Spiritum ut Consubstantialem & honore parem veneraretur.

Gregor. Nazianz. epist. 26. Hanc Basilii œconomiam, quam ut prudentem & necessariam defendunt Athanasius & Gregorius, non pauci, & præsertim monachi accusabant ut prævaricationem; adeo ut, cum in quodam convivio, cui permulti viri clarissimi cum Gregorio accumbebant, omnes Basilii virtutes magnis laudibus efferrent, vir quidam nomen pietatis habitumque præ se ferens exclamarit: Quid hoc est, o viri? quam valde mendaces & adulatores estis! cætera quidem laudentur, nihil repugno; Orthodoxiæ vero nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius: ille quia sermonibus suis veritatem prodit. Unde hoc nosti, inquit Gregorius? Tum ille, ex Eupsychii martyria conventu nunc venio, illic Basilium Magnum audivi de Patre quidem & Filio optime disserentem: Spiritum autem sanctum convellentem ac distorquentem. Cur tu, Gregori, jam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse asseris? Ille autem fidei doctrinam obscure ostendit, ac velut adumbrat, nec veritatem libere profitetur. Quoniam, inquit Gregorius, ego in obscuro positus, ac plerisque incognitus, sine periculo philosophor. Illius autem major habetur ratio, utpote cujus nomen, tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius. Ac palam est quidquid dicitur: ingensque circa illum bellum est; cupientibus nimirum hæreticis nudam & apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse quidem ex Ecclesia expellatur, qui solus pene veritatis igniculus restat, ac vitalis facultas: malum autem in civitate radices agat. Præstat itaque œconomiam quamdam ad veritatem adhibitam fuisse, quam ut ea ob prædicationis perspicuitatem opprimeretur: nihil enim ea re damni facimus, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscimus: Hanc œconomiam ii qui aderant tanquam vanam & insulsam, ipsosque ludificantem non modo non comprobarunt, imo etiam nos clamoribus insectabantur, ut ignaviæ nostræ potius, quam Orthodoxæ doctrinæ consulentes.

Basil. ep. 33. Gregorius per literas id indicavit Basilio, qui rescripsit: Ego, si quidem Fratribus istis nullum adhuc sententiæ meæ de Deo experimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod respondeam. Quibus enim prolixitas temporis non persuasit, quomodo brevis epistola persuadebit? . . . . Quapropter exspectamus etiam futurum, forsan ut pro veritatis doctrina plus aliquid tribulationis ferendum sit: sin minus, vel hoc omnino ut & Ecclesiis & paternis sedibus ejiciamur. Si vero nihil eorum, quæ speramus, evenerit, non procul abest tribunal Christi.

LI. Orientalium Legati ad suos reversi attulere tantum literas superioris Synodi Romanæ adversus Auxentium & Ursacium & Valentem, quæ claram mysteriorum sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis expositionem continent. Videtur absurdum quod nonnulli ajunt, has subscriptione sua confirmasse centum quadraginta sex Episcopos Orientales, qui Antiochiæ convenerant: Hoc enim anno Valens Antiochiæ commorabatur, & sævam exercebat adversus Orthodoxos persecutionem; jamque ejecerat Meletium, qui tamen subscripsisse primus dicitur. Idem confirmatur ex subscriptione Eulogii Episcopi Edesseni, & Diodori Episcopi Tarsensis. Uterque enim tunc Presbyter a Valente in exilium missus, nonnisi aliquanto tempore post pacem Ecclesiæ redditam evectus est ad Episcopatum, ut docet Theodoretus. Antiochena igitur illa Synodus nonnisi post annos octo celebrata confirmavit damnationem Apollinaris, quem in alia Romana Synodo proscripserat Papa Damasus, ejusque Synodicæ subscripsit.

CHRISTI AN. 370. Pagi. ad an. 369. num. 10. Theod. hist. l. 5. cap. 4.

Ursinum Antipapam quorumdam potentum precibus exoratus ab exilio revocarat Valentianus, ea tamen lege ne Romam ingrederetur: sed cum tumultus in urbe per suos excitaret, iterum cum aliquibus suis asseclis ab Imperatore relegatur. Valens autem dum metu belli Persici diutius commoratur Antiochiæ, & bellum movet adversus solos Orthodoxos, omnibus aliis licentiam vivendi suo more concessit, tam Judæis, quam Gentilibus. Antiochiæ enim græcanica mysteria celebrabant ii, qui superstitioso errori mancipati erant: Et dæmonum seductio, quæ post obitum Juliani extincta fuerat a Joviano, permissu illius reflorescere cœpit; nec Gentiles repressit Imperator, licet ab iis graviter offensus.

Valent. rescript. ad ump. Libel. Marcel. & Faust. Theod. hist. l. 4. cap. 24.

LII. Hilarius & Patricius cum Fidustio Philosophi, qui præstare cæteris videbantur, Christianæ religionis incrementum ægre ferentes, quisnam Valenti in officio successurus esset, prænoscere studuerunt. Cumque ejus rei causa omnia divinandi genera tentassent, tandem tripodem ligneum ex lauro fabricatum, & invocationibus ac verbis solemnibus consecrarunt, ita ut ex collectione literarum per singula elementa, quæ per artem tripodis atque oraculi designabantur, nomen futuri Imperatoris appareret. Porro cum omnium vota inclinarent in Theodorum, qui secundum in Aula Principis inter Notarios locum tenebat, Gentilem quidem, sed egregium alioquin virum, ideoque Philosophis ad instaurandam idololatriam optatissimum, ordo literarum ad quartum usque ejus nominis elementum progressus, Philosophos in fraudem induxit. Brevi enim sperabant Theodorum imperio potiturum esse. His ille nugis elatus, dum præ cupiditate nimia circulatores & veneficos frequentat adit, & cum eis quid agendum communicat, Imperatori proditur.

Sozom. l. 6. c. 35.

Valens quasi salus ipsius insidiis appetita fuisset, incredibili ira succensus est. Itaque Theodorus & tripodis artifices comprehensi, hi quidem flammis absumi, ille gladio obtruncari jussi sunt. Sed quotquot in Imperio Romano celebriores erant Philosophi, hac de causa velut magiam profitentes similiter extincti sunt. Periit cum aliis Maximus Ephesius, Juliani seductor & amicus. In eos etiam, qui Philosophi non erant, sed veste duntaxat Philosophorum utebantur, cædes grassata est: ita ut ne hi quidem, qui aliis studiis vacabant, fimbriatis palliis uterentur, ne vaticiniis & magicis consecrationibus operam dedisse viderentur. Valens iræ impotens, cum tunc haberet filium, speraverat competitorem ejus e medio se esse sublaturum; plurimos interemit innocentes, quos Imperium affectare suspicabatur. Necabantur itaque Theodori, Theodoti, Theodosii ac Theoduli, & quotquot hujusmodi habebant nomina, quæ ab his duabus syllabis, Theod. initium ducerent. Inter quos etiam Theodosius vir fortissimus, nobili genere in Hispania oriundus, neci datus est. Itaque ob imminentis periculi metum, multi tunc nomina sua mutarunt.

Socrat. l. 4. c. 19

LIII. Maximus quoque Præfectus annonæ maleficos a Valentiniano investigare jussus plurimos Romæ nobilium occidit. Ad Senatum tamen scripsit Imperator: Aruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium judico, neque ipsam, aut aliquam præterea concessam a majoribus religionem genus arbitror esse criminis: Testes sunt leges a me in exordio Imperii mei datæ, quibus unicuique quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec Aruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. Datum quarto Kalendas Junii Treviris. Gratiano 2.m, & Probo Consulibus. Altero rescripto sacerdotibus gentilium indulsit honorem Ex-comitibus exhiberi solitum, & priores immunitates. Aram Victoriæ in Capitolio stare, illicque senatores gentiles sacra facere permisit. Denique homines scenicos, nisi in mortis articulo baptizari vetuit, Christiani enim scenicum

Hier. in Chron. l. 10. de malef. L. 45. c. Theod. Symm. epist. 54.

CHRISTI AN. 370.

manus exercere non poterant: ac proinde tum in Oriente, tum in Occidente vigebat cultus idololatriæ publicus; eique favebant leges imperiales.

S. Martinus fit Episcopus.

LIV. Novum & acerrimum pietatis & Fidei defensorem Ecclesiæ suæ providit Deus, cujus ope illius damna resarciret. Is fuit Divus Martinus in Galliis. Sub idem fere tempus ad Episcopatum Turonicæ Ecclesiæ petebatur: sed eum erui a monasterio suo facile non posset; Ruricius quidam, unus a civibus, uxoris languore simulato, ad genus illius provolutus, ut egrederetur obtinuit. Ita dispositis (Sever. Sulp. c. 7.) jam in itinere civium turbis, sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex vicinis urbibus ad suffragia ferenda convenerat. Una omnium voluntas, eademque sententia, Martinum Episcopatu esse dignissimum. Pauci tamen & nonnulli ex Episcopis impie repugnabant, dicentes: contemptibilem esse personam. Ita a populo sententiæ sanioris hæc illorum irrisa sententia est; qui illustrem virum dum vituperare cupiunt, prædicant: Jam vero sumpto Episcopatu idem constantissime perseveravit qui prius fuerat. Eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestitu ejus vilitas erat: atque ita plenus authoritatis & gratiæ implebat Episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi, virtutemque desereret. Aliquamdiu ergo adhærente ad ecclesiam cellula usus est. Deinde cum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus fere extra civitatem milliaribus monasterium sibi statuit. Qui locus tam secretus & remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. Ipse ex lignis (*S. Martini monasterium.*) contextam cellulam habebat. Discipuli vero octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quidquam proprium habebat, omnia in medio conferebantur. Non emere aut vendere quidquam licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur: majores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam fuit egressus, nisi cum ad locum orationis conveniebant. Cibum una omnes post horam jejunii sumebant. Vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coegisset. Plerique camelorum setis vestiebantur. Mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eo magis mirum sit, necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur; qui longe aliter educati, ad hanc se humilitatem & patientiam coegerant; plures ex his postea fuere Episcopi.

Sever. Sulp. dialog. 2. c. 6.

LV. Paucis post Episcopatum mensibus, fuit ei necessitas adire comitatum. Valentinianus, qui morabatur in Galliis, cum Martinum ea petere cognovisset, quæ præstare nolebat, jussit eum palatii foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbum uxor accesserat Ariana, quæ totum illum a sancto viro, ne ei debitam reverentiam præstaret, averterat. Itaque Martinus, ubi semel atque iterum superbum Principem frustra adire tentavit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo vero die adstitit ei Angelus: jubet eum ad palatium ire securum. Ille Angeli fretus auxilio, palatium petit: patent limina, nullus obsistit, usque ad Regem nemine prohibente pervenit. Qui cum venientem eminus videret, infrendens cur admissus fuisset, nequaquam assurgere est dignatus astanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumque Regem adflaret incendium. Ita Martino invitus assurgit: multumque complexus, nec exspectatis ejus precibus, prius omnia præstitit quam rogaretur. Colloquio illum atque convivio frequenter adscivit; postremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, ut semper paupertatis suæ custos, cuncta rejecit.

Sever. Sulp. c. 8. *S. Martini miracula.*

LVI. Redux populorum superstitionem repressit. Erat proximus monasterii sui locus, quem falsa hominum opinio, velut consepultis ibi martyribus sacraverat. Nam & altare ibi a superioribus Episcopis constitutum habebatur, sed Martinus non temere adhibens incertis fidem, ab his qui majores natu erant Presbyteris vel Clericis flagitabat sibi nomen martyris, vel tempora passionis ostendi: grandi se scrupulo permoveri, quod nihil certi constans majorum memoria tradidisset. Cum aliquamdiu ergo a loco illo se abstinuisset, quodam die paucis secum adhibitis Fratribus, ad locum pergit: deinde super sepulchrum astans oravit ad Dominum, ut quis esset, vel cujus meriti sepultus ostenderet. Tum conversus ad lævam vidit umbram sordidam, & trucem. Imperat nomen meritumque ut loqueretur. Nomen edicit, de crimine confitetur, latronem se fuisse ob scelera percussum, vulgi errore celebratum, sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se pœna retineret. Vocem loquentis qui aderant, audiebant, personam tamen non videbant. Tum Martinus quid vidisset, exposuit: jussitque ex eo loco altare quod ibi fuerat, submoveri; atque ita populum superstitionis illius absolvit errore.

CHRISTI AN. 370.

Ib. c. 10.

LVII. Item dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere, Antistes loci illius, ceteraque gentilium turba cœpit obsistere: atque ex illis unus qui erat audacior ceteris; si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & si tecum est tuus, ut dicis, Dominus, evades. Ille intrepide confisus in Domino facturum se pollicetur. Itaque cum in unam partem pinus illa esset acclinis, eo loco vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio cœperunt. Aderant eminus turba mirantium & timentium. Ille confisus in Domino intrepidus opperiens, jam super se ruenti elevata manu signum salutis opponit. Tum vero turbinis modo diversam in partem ruit. Gentiles stupuere miraculo. Et nemo fere ex immani illa magnitudine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata in Dominum Jesum, relicto impietatis errore, crediderit, & fieret Catechumenus.

Ib. c. 13.

Alias dum in pago Æduorum templum everteret, furens gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. Cumque unus stricto eum gladio peteret, rejecto pallio nudam cervicem percussori præbuit. Nec cunctatus ferire gentilis: sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatusque divino metu veniam precabatur. Nec fuit dissimile illud, cum eum idola destruentem cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum, non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret, ita prædicatione facta gentilium animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subverterent. Curationum vero tam potens in eo erat gratia, ut nullus fere ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: qui etiam fimbriæ vestimenti ejus, ciliciique distractæ crebras super infirmantibus egere virtutes.

S. Martinus infideles adducit ad Fidem. Cap. 10. Cap. 16.

Ante Martinum pauci admodum in illis Galliæ regionibus Christi nomen acceperant: quod adeo virtutibus illius exemploque convaluit, ut jam ibi nullus locus fuerit, qui non aut ecclesiis frequentissimis, aut monasteriis fuerit repletus. Proconsularis viri servus dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur; Martinus vero rogatus ut ei manum imponeret, negavit se profani & gentilis domum adire posse. Teradius spondet se, si de puero fuerit dæmon exactus, Christianum fore. Ita Martinus imposita manu puero, immundum ab eo spiritum ejecit. Quo viso Teradius in Dominum Jesum credidit, statimque Catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, semperque Martinum suæ salutis authorem miro coluit affectu.

Socrat. l. 4. c. 32.

LVIII. Interea Valens Antiochiæ degens Orthodoxos graviter impugnabat, donec Themistius Philosophus atrocitatem ejus ex aliqua parte mitigavit: dicta illi oratione, eum monuit, ne magnopere miraretur, quod tanta sit dogmatum diversitas apud Christianos. Eam enim exiguam esse, si cum multitudine & discrepantia opinionum, quæ apud Græcos sunt, conferatur, quippe cum apud istos plures quam trecentæ sint opiniones. Insulsum autem quod addidit Themistius, Deum hac opinionum varietate delectari, ut singuli majestatem ipsius magis revereantur. Nam, teste Apostolo, cum unus sit Deus, & una Fides, qua docet nos Deus, quo cultu velit coli, ex tot sectis dissidentibus una tantum sequitur hanc divinam Fidem sine qua est impossibile placere Deo, a quo proinde aliæ sectæ recedentes a via salutis aberrant, nec placent Deo. Præterea cum ferendæ excommunicationis potestatem Christus Ecclesiæ suæ concesserit, qua fere omnes sectæ Christianæ utuntur, fieri non potest ut sectæ inter se dissidentes circa dogmata, quæ mutuis anathematismis

Fidei unitas.

sese

CHRISTI AN. 370.

sese a spe salutis excludunt, in unam Christi veram Ecclesiam sic coalescant.

Theod. hist. l. 4. cap. 13.

Imperator, his tamen factus mitior, mortis loco exilium irrogavit sacerdotibus. Samosatis divinum Eusebium ejecit. Laodicensem autem Ecclesiam egregio pastore orbavit Pelagio. Is dum esset adolescens, matrimonii jugum subierat, sed primo nuptiarum die, in ipso thalamo persuasit sponsæ suæ, ut in mutua castitate viverent; hoc modo ad temperantiæ culmen pervenit, cujus etiam germanas virtutes in se habuit. Hanc ob causam communi omnium suffragio sacerdotium consecutus est. Hunc in Arabiam relegavit Valens. Chalcideosem & Berœensem Ecclesiam, quas vastarat persecutio, literis consolatus est Basilius; incendiumque illud ad Cappadociæ Ecclesias serpsisse significat, earumque exemplum multas erexisse Ecclesias. Hierosolymis vero Hilarius quidam, qui cum Arianis communicabat, expulso D. Cyrillo, sedem ejus invaserat. Euzojus Cæsariensis cum ipse esset eruditus, Cæsariensem Bibliothecam restituit, & veterum opera, præsertim Origenis, in novis membranis describi curavit. D. Epiphanius, qui primis annis sub D. Hilarione vitam egerat Asceticam, postea factus Episcopus Constantiæ Cypri metropolis, tunc a Valente mansit intactus; tantæ enim venerationis semper fuit, ut regnantes hæretici ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur.

Basil. ep. 207. & 208. Epiph. hær. 73. n. 37. Hier. ep. 141. Hier. ep. 61.

Theod. hist. l. 4. cap. 16.

LIX. D. Barses cum multis annis in eremo sanctissima vixisset, Edessæ in Mesopotamia creatus est Episcopus; hunc Valens in Aradum insulam in Phœnice relegavit. Deinde vero cum innumerabilem hominum multitudinem undique ad illum confluere didicisset: Apostolica enim gratia plenus, morbos verbo depellebat; eum in oppidum Ægypti Oxuryncbum deportavit. Sed cum hujus viri fama eo quoque cunctos attraheret, in ultimum quoddam castrum accolentibus barbaris vicinum, cui nomen Philo, cœlo dignus senex adductus est. Porro in insula Arado lectus ejus diu mansit, magno in honore habitus. Multi enim ægrotantes simul atque in eo collocati fuerint, fidei merito pristinam valetudinem recuperabant. D. Barsem inter Sanctos veneratur universa Ecclesia.

M. Rom. 30. Jan. Men. G. 15. Oct. Theod. ib. c. 17. Sozom. l. 6. c. 18.

LX. Valens Edessæ cum gregem pastore suo viduasset, Lupum vice pastoris ei imposuit scilicet episcopum Arianum. Sed cum universi cives relicta urbe extra mœnia collectas agerent; ipse quidem Edessam venit, ut insignem Basilicam Thomæ Apostoli nomine nuncupatam visitaret. Hic cum plebem Ecclesiæ Catholicæ in campo juxta civitatem collectas agere vidisset, Modestum Prætorii Præfectum graviter objurgavit, imo & manu sua percussit, quod hujusmodi conventus fieri permisisset; mandavitque ut collectis in unum apparitoribus suis, qui tributa solent exigere, assumptisque ex armata militia iis, qui aderant, conventum multitudinis disjicerent, virgis ac fustibus eam cæderet. Præfectus, licet Arianus, clam tamen Edessenos submonuit, ut caverent ne postero die ad consuetum locum precandi causa convenirent; sibi namque ab Imperatore præceptum esse, ut in eos, qui deprehensi essent, animadverteret. Modestus quidem ista minabatur, prospiciens ut nemo eorum, vel certe quam paucissimi in discrimen venirent, utque ipse Imperatoris iram effugeret; verum Edesseni spretis ejus minis primo diluculo majore quam antea studio confluxerunt, & consuetum locum occuparunt.

Ibid. *Edessenorum fortis fides.*

Ea re nuntiata Præfectus inops consilii pergit ad campum, suosque admonet ut armorum strepitu & clamoribus eos perterrefacerent. Sed cum forum pertransiisset, mulier quædam puerum manu raptans, militarem manum, quæ Præfectum anteibat, perrupit, quasi ad magni momenti negotium festinans. Quod cum vidisset Modestus, mulierem comprehendi jussit, & accersitam ad se interrogavit, quæ causa cursus tam contenti esset? Respondit illa: ut citius perveniam ad campum, in quo populus Ecclesiæ Catholicæ congregatur. Tum Modestus: Tune sola, inquit, ignoras Præfectum eo statim venturum esse, & quotquot invenerit, simul omnes interfecturum? Imo vero, ait mulier, audivi: atque idcirco mihi cursu opus est, ne tardius eo veniam, & martyrii gloria priver. Tum Præfectus interrogavit: Cur vero puerum hunc tecum ducis? Ut & ipse, inquit mulier, particeps sit communis mali, & pari cum aliis præmio afficiatur. Admiratus mulieris fortitudinem Modestus, ad Palatium recurrit. Cumque mulieris facinus Principi retulisset, persuasit ut ab incepto desisteret, nec honestum nec utile id esse ostendens. Multitudini quidem pepercit Valens; verum Presbyteros ac Diaconos jussus est corripere Præfectus, & duorum alterum, vel persuadere illis ut cum Lupo communicarent, vel ex civitate eos ejicere, & in ultimas oras deportare.

CHRISTI AN. 370.

Theod. l. 4. c. 18.

Præfectus cunctis simul congregatis, blanda oratione persuadere conatus est, ut Imperatoris præceptis obtemperarent: cumque universi silerent, Præfectus ad ducem eorum conversus, is erat Eulogius, vir imprimis laudandus, sic ait: ...... Communica cum Imperatore. Ad hæc Eulogius: Numquid ille una cum Imperio etiam Sacerdotium adeptus est? Præfectus cavillationem intelligens, graviter commotus ait: Non hoc dixi, stupide, sed vos hortatus sum, ut cum iis communicaretis, quibuscum Imperator communicat. Sed cum respondisset senex, pastorem se habere, & illius nutu imperioque omnes regi; Præfectus octoginta correptos in Thraciam relegavit. Qui dum abducerentur, maximo cultu & honore affecti sunt: Urbes enim & vici eis occurrebant, athletas victoria potitos laudibus ornantes. His compertis Valens binos illos seponi jussit.

Ibid. *Eulogii & Protogenis zelus.*

Eulogium, qui cæteris præerat, & Protogenem secundi post illum loci, Præfectus in urbem Antinoum relegavit. Reperto illic Episcopo communionis suæ, ecclesiasticis conventibus interfuere, & paucitate coeuntium animadversa, causam sciscitati, cum incolas urbis gentiles esse didicissent, omni ope incubuerunt, ut illorum morbum sanarent. Ac divinus quidem Eulogius in cellula inclusus, diu noctuque universorum Deum supplicabat. Admirandus autem Protogenes in sacris literis eruditus, & notarum peritus, cum locum opportunum nactus, scholam ibi ac ludum literarium instituisset, puerorum magister factus est, simulque illos, & per notarum compendia scribere docuit, & in divinis eloquiis erudivit. Nam & Davidia cantica eis dictabat, & ex Apostolicis libris ea loca, quæ utilissima ipsis essent, ediscere eos jubebat. Cumque unus ex adolescentibus morbo correptus esset, ipse ad domum ejus perrexit, apprehensaque ægrotantis dextra, morbum oratione depulit. Quo comperto, reliquorum adolescentum patres eum singuli in domo suas deduxerunt, orantes ut ægrotantibus opem ferret; at ille negabat se Deo supplicaturum ut morbum expelleret, priusquam infirmus baptismi donum suscepisset. Illi vero lubenti animo parebant; & uno eodemque tempore, animi simul & corporis salutem percipiebant. Quod si quando sano cuipiam persuasisset, ut divinam gratiam susciperet, eum protinus ad Eulogium deducebat, rogabatque ut ei Dominicum signum imponeret. Cumque ille ægre ferret, eo quod oratio ipsius interrumperetur, ajebat Protogenes magis necessariam esse errantium salutem. Omnes porro admirabantur Protogenem, cum eum tanta patrantem miracula, & divinæ cognitionis lumen tot hominibus impertientem viderent, Eulogio antiquiori tamen primas cedentem. Ex quo non sine causa conjectabant, longe majorem esse illius virtutem.

CHRISTI AN. 372.

Socrat. l. 4. c. 20. *S. Athanasii mors.*

LXI. Quamdiu superstes fuit Athanasius, Imperator, divina id agente providentia, abstinuit a vexatione Ægypti atque Alexandriæ; Athanasius vero secunda die Maji anni trecentesimi septuagesimi secundi, post tot & tanta pro Ecclesia certamina ex hac luce migravit, siquidem, ut fatentur omnes, annos sex & quadraginta non sine ingentibus periculis Episcopatum administravit. D. Gregorius Nazianzenus, qui ejus opem invocat in fine orationis, quam in ejus laudem scripsit, sic paucis absolvit ejus encomium. Athanasius quamdiu nobiscum versatus est, vera Ecclesiæ columna fuit .... Vita ipsius morumque ratio Episcopatus norma erat, & ipsius dogmata pro Fidei Orthodoxæ lege habebantur. In bona senectute vitam claudit, patribusque suis, Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis, ac Martyribus, qui pro veritate dimicaverant, adjungitur. Sic e vita migrans, ut multas lacrymas excitaret, majoremque iis rebus, quæ in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis recenderet. Paulo ante obitum sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem &

Gregor. Nazianz. orat. 21.

Theod. hist. l. 4. cap. 20.

socium

Christi An. 372.

socium designavit Episcopum. Cuncti vero electionem comprobarunt, sed & universus populus lætitiam suam faustis acclamationibus declaravit. Quam ob causam vicini Episcopi Alexandriam confluxerunt, & qui in monasteriis degebant, relictis palæstris suis aderant, ut in Athanasii locum Petrus succederet postulantes. (Ib. c. 21.) Cumque eum in pontificali solio collocassent, ille statim primariis sedibus promotionem suam significavit. Damasus Papa literas pacis & communionis & consolationis ei per Diaconum misit.

LXII. Nonnulla sunt Athanasii opera de quibus nihil supra diximus, quorum hic brevem notitiam subjicimus. (Hier. de script. Eccl.) Festales epistolas, teste Hieronymo, scripserat, una superest detracto initio. In ea librorum sacrorum canonem nobis exhibet; in libris veteris Testamenti recensendis Judæorum canonem sequitur; eosdem vero novi Testamenti libros, quos Tridentinum recenset; scilicet Evangelia quatuor, Acta Apostolorum, Epistolas Catholicas septem, Pauli quatuordecim, & Joannis Apocalypsim. Ejus epistolæ ad Marcellinum meminere secunda Nicæna Synodus, & Cassiodorus. (Cassiod. de inst. divin. lit.) Est veluti præfatio quædam, quam psalmorum expositionibus præposuit: In ea docet, psalmorum librum omnia pertractare ea, quæ in aliis Scripturæ libris habentur, sed potissimum agere de Gentium vocatione & futuro judicio, variasque orandi exhibere formulas. Unde colligit, hoc esse discrimen psalmos inter & alios Scripturæ libros; quod qui alios legit, verba non sua, sed eorum quorum libri sunt, vel eorum qui loqui exhibentur, proferat; qui autem psalmos recitat, verba proferat quasi sua & ad se proprie pertinentia. Denique cuilibet psalmo tempus assignat, quo eum cani magis convenit. Ejusdem expositiones in psalmos laudant plerique veteres. Diversas quoque epistolas ad Apollinarium scripsisse, tanquam eadem in fide sapientem, testatur Proclus; (Proclus orat. in 2. Synod. Constantinop.) & addit, hunc postea libros integros etiam post mortem Apollinarii scripsisse adversus eum, cognitis illius in scripto blasphemiis. Equidem sub Athanasii nomine extant duo adversos Apollinarium libelli, qui non paucis criticis non modo dubii videntur, sed ab iisdem rejiciuntur, nec absque fundamento.

(Socrat. l. 4. c. 21. *Alexandrinam ecclesiam invadunt Ariani.*)

LXIII. Ariani resumptis animis absque mora Valenti, qui tum Antiochiæ versabatur, Athanasii mortem significarunt. Quam occasionem opportune sibi oblatam arripiens Euzoius Antiochenus, ambivit ut ipse Alexandriam mitteretur, quo ejus loci ecclesias Lucio Ariano traderet. Idem quoque visum est Imperatori. Protinus itaque cum imperialibus copiis Alexandriam venit: nam & Magnus regiorum thesaurorum Comes una cum illo perrexit. Et mandatum Imperatoris missum est ad Palladium Præfectum Ægypti, jussumque erat ut milites operam suam ac ministerium præberent. Palladius simulacrorum cultui addictus, collecta Gentilium & Judæorum multitudine, ecclesiæ ambitum circumdedit, monens Petrum ut abscederet. Alioqui ni paruisset, expulsurum se illum minabatur. Admirandus itaque Petrus, cum insperatum bellum animadvertisset, clam discessit: conscensoque navigio Romam se contulit.

(Ib. c. 22.) Ingressa turba in ecclesiam Theonæ, laudes idolorum canebant, manibusque plaudentes indecore, fractas cum obscœnitate voces usurpabant, ejusmodique contumelias adversus virgines Christi, quas nec lingua proferre sustinet. Verborum deinde petulantiam factis ipsis superarunt. Sanctarum Christi virginum vestem disciderunt, easque nudas per totam urbem traduxerunt, petulanter illis illudentes, prout ipsis liberum erat. Quod si quis ob hæc miseratione captus eos impedire, ac verbis eos admonere voluisset, vulneratus abibat. Multæ virgines per vim stupratæ sunt. Multæ dum fustibus verberarentur, manserunt exanimes. Ac ne corpora quidem sepulturæ mandari permittebantur. Fidelium, qui in eo tumultu periere, tanquam martyrum meminit Romanum Martyrologium, tertio Idus Maji. Altaria autem sacrilega profanatio Christianos graviter afflixit. Nam velut in pulpito scenæ petulantis, puerum qui virilem sexum ejuraverat, & muliebrem affectabat, oculos stibio depictos atque inunctos habentem, & vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra habere solent, muliebri habitu in ipso sancto altari saltare fecerunt volubili motu. Quin etiam quemdam ex suo numero notissimæ turpitudinis nudum in ecclesiæ solio collocantes, concionatorem infamem adversus Christum salutarunt; divinorum enim verborum loco turpitudinem proferebat, impietatem, scortationem, adulterium, masculam venerem, furtum, vitæ hominum utilia esse docens.

Christi An. 372.

LXIV. Continuo Lucius Alexandriam introivit: (Ibid.) eratque cum illo Comes largitionum Magnus, immensam militum multitudinem secum ducens. Qui cum Juliani temporibus ecclesiam Berytensium incendisset, principatu Joviani eam propriis sumptibus instaurare coactus est, parumque abfuit, quin capite plecteretur, nisi multorum ambitu ac suffragio Imperatoris clementiam meruisset. Aderat & Palladius provinciæ Rector, Lucioque cum suis acclamabant: Bene advenisti Episcope, qui Filium negas; Serapis te diligens huc adduxit. Statimque Magnus collecta multitudine eorum, qui sub ipsius ductu erant, Presbyteros ac Diaconos novemdecim comprehendit, ex quibus nonnulli octogesimum annum excesserant, & quasi in quodam detestando facinore comprehensi fuissent, constituto publico judicio, avitam fidem ab Apostolis continua serie per Patres nobis traditam prodere eos coegit: Valenti gratissimum id fore asseverans. Assentiatis miseri, clamabat, assentiatis dogmati Arianorum. Quamvis enim vera sit religio quam colitis, ignoscet tamen vobis Deus: quippe qui non vestra sponte, sed necessitate compulsi id feceritis. Eosque urgebat mox promissis, mox minis gravissimorum suppliciorum. (*Alexandrini confessores.*) Verum illi pietatis proditionem omni tormento acerbiorem esse ducentes, uti revera est, his verbis coacti responderunt. Desine tandem, desine, his verbis nos terrere; nos enim nec novitium, nec recentem colentes Deum, rectæ ac piæ doctrinæ ad extremum usque spiritum adhæsuri sumus: non sapientiæ expertem, non sine veritate unquam fuisse sentientes Deum: non eum aliquando fuisse Patrem, aliquando autem non fuisse, juxta impium istum Arianum, Filium temporalem esse credendo. Hac de causa Patres nostri, qui ex toto terrarum Orbe Nicæam convenere, cum perversam Arii opinionem, quam nunc junior iste Lucius defendit, anathemate damnassent, non alterius quam Patrem Substantiæ Filium esse dixerunt, sed ex una eademque Substantia. Quod pio sensu recte intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, Consubstantialem esse confessi sunt.

(Ibid.) Hæc & alia cum dixissent, eos multis diebus Comes in carcere detinuit, ratus eo se facto a pia sententia abducturum. Sed excelsiore animo pro pietatis defensione cum starent, educuntur ad supplicium; accurrit tota civitas visura athletas Christi: qui flagra Judicis ipsos torquentis tolerantia sua superabant, & de Arianis palam triumphabant. Fatigatus Judex in infligendis, quæ subinde excogitabat, tormentis, cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret, crudelis iste eos ad judicium, seu potius ad paratam condemnationem vocat, juxta urbis portum; Gentilibus ac Judæis multas adversus eos acclamationes magna mercede conductas ex more jactantibus, sententiamque in eos profert, ut Alexandria excedentes, in urbem Phœnices Heliopolim migrent, in qua ne audire quidem nomen Christi ullus incolarum sustinet; sunt enim omnes simulacrorum cultores. Mox cum illos navigium conscendere jussisset, ipse in portu stans strictum gladium ostentabat, sic eos solvere jubens, nullo commeatu instructos, nihil prorsus habentes solatii ad exilium perferendum; quodque incredibile est, spumante mari; universa civitas ingemuit, ejulatu plena erant omnia, lamentationes tota urbe resonabant.

(Ibid. *Monachi confessores.*) LXV. Sed ne flere quidem permissum est, vetante id Palladio Præfecto urbis Alexandriæ. Multi enim ex flentibus rapti, ac prius custodiæ mancipati, deinde verberati, lacerati, torti, ad Phennesia, & Proconnesia metalla damnati sunt; plerique erant monachi, accuratioris ac districtioris vitæ studio solitudinem incolentes, tres ac viginti numero. Cum quibus paulo post Diaconus, qui a Damaso urbis Romæ Episcopo consolatorias simul & communicatorias literas attulerat, manibus post tergum revinctis, publice a carnificibus ductus est, non secus ac insignis quispiam maleficus. Qui cum homicidarum tormentis & adhuc acerbioribus cruciatus fuisset, lapidibus ac plumbatis cervice diu verberata, navigium in mari conscendit sicut cæteri, divinæ Crucis signo frontem suam signans, omnique cura & solatio destitutus, ad æris metalla,

quæ

CHRISTI AN. 372.

quæ sunt in Phene, ductus est. Parvuli eodem jubente torti ad necem, insepultis corporibus jacuere. Qui cæsorum patribus compati propter conscientiam voluerant, perinde ac si grave facinus admisissent, capite truncabantur. Ariani licet pauci numero sic ecclesias obtinuerunt. Euzojus vero rebus, quas instituerat, ad exitum perductis, Antiochiam reversus est.

Sozom. l.6.c.19.

Socrat. l.4.c.22.

LXVI. Nec multo post ex Imperatoris rescripto universi qui fidem Consubstantialis profitebantur, tum ex urbe Alexandria, tum ex universa undique Ægypto pelli jubebantur. Præfectoque Ægypti mandatum est, ut militari manu ubique persequeretur eos, quos Lucius pelli jussisset. Alexandriæ recrudescit persecutio. Et alios quidem curiæ tradiderunt, alios variis modis pro arbitrio suo vexatunt, nihil intentatum relinquentes, dum cunctos student ad impietatem pertrahere. Postremo cum eorum conatus ab omnibus repellerentur, improbitatis suæ venenum usque ad Episcopos provinciæ protulerunt Ariani. Magnus largitionum comes Episcopos Ægypti undecim, viros qui ab ineunte ætate usque ad senectutem districtioris vitæ gratia solitudinem incoluctant, piam fidem, quam una cum nutricis lacte suxerant, audacter prædicabant, Arianamque hæresim sapientissima oratione convincebant, Dio-Cæsaream relegavit, urbem quæ a Judæis incolebatur. Hos inter præcipue memorantur, Eulogius pro fide jam exul imperante Constantio, Adelphius, Ammonius, & Divus Isidorus Hermopoleos Episcopus, cujus meminit Romanum Martyrologium quarto nonas Januarii.

Episcopi confessores.

Martyr. Rom.

Ecclesiæ Catholicæ quidam Clerici degentes Antiochiæ, una cum aliquot piis monachis protcitari decreverant adversus fraudes Arianorum, qui cum Imperatoris aures variis contra illos criminationibus obtudissent, Neo-Cæsaream Ponti relegari fecerunt; ubi diu vivere non poterant propter regionis asperitatem. Hinc D. Petrus Alexandrinus, qui supra dicta refert in sua epistola, quam descripsit Theodoretus, ait, eos jam forsan esse mortuos. D. Melanis Rinocoruræ Episcopi exilium quibusdam circumstantiis nobilitatum est. Qui ad eum exturbandum venerant, deprehenderunt illum tanquam infimum ministrum lucernas ecclesiæ præparantem, supra pallium oleo sordidatum habentem zonam, & ellychnia importantem. Quem cum interrogassent de Episcopo: Ille hic est, inquit, eumque vobis indicabo; statimque homines, utpote viæ longitudine fatigatos, in ædes Episcopi deduxit, mensamque iis apposuit, & quos habebat cibos, præbuit. Post convivium vero, cum manus eorum abluisset, ipse enim ministrabat epulentibus, seipsum indicavit. Illi hominem admirati, cujus rei causa venissent, confessi sunt: fugiendi tamen liberam ei facultatem concesserunt, reverentia ejus adducti. Tum vero ille: Nunquam, inquit, detrectaturus sum eadem perpeti quæ Episcopi ejusdem mecum fidei ac sententiæ perpetiuntur: sed ultro ac sponte in exilium ire paratus sum. Omnes porro virtutes monasticæ disciplinæ sibi comparaverat, utpote ab ineunte ætate hoc philosophandi genus sectatus. Inter Sanctos annumeratur in Martyrologiis. Solon ejus frater ex mercatore monachus effectus, illius, & aliorum magisterio institutus, & in iis quæ ad Dei cultum pertinent, studiosus fuit imprimis, & erga proximum benignus, fratrique in Episcopatu successit, & aliquot sequentes ejusdem Ecclesiæ Episcopi, illorum institutione usi sunt. Erat autem ejus loci Clericis communis domus, & mensa reliqua, denique omnia communia.

Theod. l.6.c.31.

Martyr. Rom. 16. Jan.

LXVII. Lucius pulsis in exilium Episcopis Catholicis, adjuncto sibi Duce Ægypti, cum magna militum manu, adversus monachos in solitudine degentes expeditionem suscepit. Sic enim existimabat, si homines tranquillitatis amantes molestius exagitaret, fore ut illos sibi morigeros haberet; eaque potissimum ratione Christianos in urbibus agentes ad suas partes traduceret. Multi enim tunc temporis admirabiles viri regionum illarum monasteriis præerant, omnesque pariter opinionem Arii aversabantur. Quorum testimonio adhærens multitudo vulgi eamdem cum illis doctrinam fidei profitebatur: quippe quæ de dogmatibus disputare, & garrire, neque vellet, neque nosset: penes illos autem veritatem esse crederet, qui virtutem factis ipsis profiterentur. Lucius igitur cum animadverteret fieri non posse ut Ariani superiores essent Catholicis, nisi istos monachos in Arianorum sententiam pertraxisset, vi eos cogere aggressus est, quando verbis persuadere non poterat. Sed ne sic quidem voti sui compos factus est: illis mori quoque, si opus esset, paratis, & cervices suas gladiis ultro subjicientibus, potius quam ut Synodi Nicænæ decreta violarent.

Sozom. l.6.c.20.

Monachi populos in fide retinent.

Quo tempore milites in eos impetum facturi erant, quidam ad eos perlatus est, cujus artus jam dudum ita aresacti erant atque extenuati, ut pedibus insistere non posset. Quem cum oleo unxissent, jusserunt ut in nomine Christi, quem Lucius persequebatur, exsurgeret, ac domum rediret. Ille autem repente sanatus, perspicue demonstravit, illorum doctrinæ assentiendum esse, penes quos Deus veritatem esse testatus fuisset; etiam cum accusatione Lucii invocantes ipsum exaudiens, & ægrotum sanitati restituens. Nec idcirco resipuerunt eorum persecutores; sed divinæ potentiæ miracula parvi æstimantes, ne solemnes quidem preces in oratoriis fieri permiserunt; sed ex iis etiam locis sanctos viros expulerunt; armis etiam adversus illos usi sunt. Hæc Rufinus, & vidisse se coram, & cum illis perpessum esse dicit. Illudebantur, & cædebantur flagris, nudabantur, vinciebantur, lapidabantur, gladio interficiebantur viri oberrantes in solitudine, ovinis, & caprinis pellibus tecti, quibus dignus non erat mundus: in desertis locis errantes, in montibus, & speluncis, & cavernis terræ, tametsi testimonium haberent, tum a fide, tum ab operibus, & curationibus quas per ipsorum manus divina gratia efficiebat. Verum cum admirabiles illi viri omni violentia, quæ ipsis inferebatur, superiores existerent, animum tandem despondens Lucius, consilium dat Duci, ut patres monachorum in exilium mittat.

Socrat. l.4.c.24.

Ruf. l.2. cap. 14.

LXVIII. Macarii duo, Ægyptius, & Alexandrinus, & Isidorus erant præcipui monachorum patres. Hos igitur, & alios e speluncis suis extractos ablegavit in insulam quamdam, quæ ab impiis hominibus incolebatur, nec ullum unquam pietatis magistrum acceperat. Cumque navigium ad oram insulæ appropinquasset, dæmon qui ibi colebatur, relicto simulacro, filiam sacerdotis in furorem egit, & bacchantem perduxit ad littus, quo remiges navem appulerant. Et puellæ lingua tanquam instrumento utens, clamare cœpit: o potentiam vestram famuli Dei! undique a vobis fugati sumus. Sperabamus quod in hac parva insula commorantes, jactum telorum vestrorum evitaremus; sed spes nostra nos fefellit. Abscedimus ergo ab hac quoque insula: virtutis enim vestræ radiis perstringimur. Hisque dictis, puellam solo afflixerunt, ipsi vero penitus evanuerunt. Tunc divinus ille monachorum chorus, oratione facta, puellam e solo excitavit, sanamque mente simul, & corpore patri restituit. Hujus miraculi spectatores sanctorum pedibus advoluti rogare cœperunt, ut salutis viaticum perciperent. Ac templum quidem dæmonum funditus everterunt: sacræ vero doctrinæ radiis illustrati divini baptismi gratiam susceperunt. Quæ cum Alexandriæ nuntiata essent, omnes in unum congregati Lucium conviciis laceraverunt, iram divini Numinis sibi imminere clamantes, nisi sacer illorum cœtus dimitteretur. Lucius civitatis tumultum reformidans, sanctissimos viros ad speluncas suas redire permisit.

Theod. hist. l. 4. cap. 21.

Monachi confessores.

LXIX. Macarius senior genere Ægyptius, discipulus D. Antonii, cujus hæreditatem gratiarum, & virtutum possidebat, tres mortuos suis ad Deum precibus ad vitam revocavit, ex iis unum in fidei resurrectionis testimonium. Ad eum venerat hæreticus Hieracita: hic cum per multam loquendi artem plurimos Fratrum, qui habitant in eremo, conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei suæ asserere pravitatem. Cui cum resisteret senior, & contradiceret, ille verba simplicia callidis argumentis eludebat. Sed cum videret sanctus Fidem Fratrum periclitari: Quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium? exeamus ad sepulchra Fratrum qui nos præcesserunt in Domino, & cui nostrum concesserit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant omnes quia illius probatur a Deo.

Ruf. de vit. PP. l.2.c.28. Pallad. Lauf. cap. 29.

Procedunt ad sepulchra, Macarius hortatur Hieracitam ut evocaret mortuum in Nomine Domini. At ille, tu, inquit, qui proposuisti, prior evoca. Macarius se prosternens in orationem ante Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum suis oculis ait ad Dominum: Tu, inquit, Domine qui

Macarius fidem Nicænam confirmat miraculo.

ex duo-

CHRISTI AN. 372. Ibid. ex duobas nobis rectam fidem teneat, ostende, elevata mortuo hoc. Et cum hoc dixisset, Fratris cujusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, evocavit. Cui ille cum de tumulo respondisset, accedentes Fratres continuo, quæ super posita fuerant, auferant, & eductum eum de sepulchro, resolutis fasciolis, quibus constrictas erat, exhibuerant viventem. Hieracita vero ubi hæc vidit, obstupefactus in fugam vertitur. Quem Fratres quoque omnes insequentes, extra terminos terræ illius extorbarunt. Macarius vixit annos nonaginta, ex his in solitudine sexaginta, tam toleranter talit labores exercitationis totum decennium, ut magna quidem, & insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur senex: quoniam citius, quam pro ætate, profecerat virtutibus. Cum esset quadraginta annos natus, & potestatem accepit contra spiritus, & gratiam curationum, & spiritum futurorum prædictionis; dignus quoque est habitus honorando sacerdotio.

Ibid. cap. seq. LXX. Macarius alter a patria dictus Alexandrinas, & Presbyter earum cellarum, quæ erant in vastissima eremo, quæ Schitiam appellatur, diei & noctis iter habens de Nitriæ monasteriis. Fertur de illo, cum ei uvam quis aliquando detulisset, ad alium Fratrem detulit eam, qui quasi infirmior videbatur. Sed ille plus de proximo, quam de semetipso cogitans, ad aliam pertulit; & ille item ad aliam, & sic per omnes cellulas, quæ longe ab invicem per eremum dispersæ erant, uva circumlata est, ignorantibus iis, quis eam primo misisset; ad ultimum rursus defertur ad Macarium, qui gratulatus, quod tantam viderat in Fratribus continentiam tantamque charitatem, ad artiora semetipsum spiritualis vitæ extendit exercitia.

Ibid. Cum ab aliquibus audiisset, Tabennesiotas per totam quadragesimam nulla re vesci, quæ igni esset admota, statuit hic sanctus septem annis nihil comedere, quod per ignem transiisset: & toto illo septennio nihil gustavit præter cruda olera, vel legumina humefacta. Aspernatus deinde hanc vivendi rationem, fregit quem habebat panem, & immisit in lagenam, statuens solammodo tantum comedere, quantum manus ejus sursum ferret. Magna est autem hæc in tractando corpore asperitas. Totos ergo tres annos hanc exercuit continentiam, quatuor vel quinque panis uncias comedens, & aquam quæ eis responderet, bibens. Ut vero somnum superaret, totis viginti diebus, & noctibus sub dio mansit, diu ardens æstu, & noctu algore rigens. Cum rursus audisset, quod haberent præclarum vitæ institutum Tabennesiotæ, veste mutata, & assumpto mundano habitu operarii, spatio quindecim dierum pervenit Thebaidem, ingressus per solitudinem. Et cum venisset in monasterium, dixit D. Pachomio: Oro te, suscipe me, quæso, in tuum monasterium, ut fiam monachus. Dicit ei magnus Pachomius: Non potes deinceps fieri monachus, qui sis tam provectus ætate: non potes tu exercere sicut Fratres, qui se exercent a juventute, & laborem tolerant: offenderis & exibis, & nobis maledices. Neque eum accepit, nec primo die, nec secundo, usque ad septem dies. Ille vero fuit constans manens jejunus. Postea dixit Pachomio: Suscipe me Abba, & nisi jejunavero, & fecero ea, quæ ipsi, opera, jube ejici ex monasterio. Persuadet Fratribus magnus Pachomius, ut eum admittant. Erat autem monasterii conventus, mille quadringenti viri. Ingressus est ergo.

Paulo post advenit quadragesima, & vidit senex Macarius unumquemque suscepisse diversas vivendi rationes: alium quidem comedere vespere, alium vero post duos dies, alium post quinque, alium vero stare per totam noctem, interdiu vero sedere ad opus. Ipse autem cum aliquot palmæ ramos sibi madefecisset, stetit in uno angulo, & donec quadraginta dies impleti essent, & advenisset Pascha, non sumpsit panem, non aquam, non genuflexit, non sedit, non accubuit; nihil aliud gustavit præter pauca cruda crambes folia, quæ sumebat die Dominico, ut videretur comedere, & non incideret in arrogantem de se præsumptionem: & si aliquando egrediebatur ad aliquid necessarium, cito rursus ingrediens stabat ad opus, os non aperiens, sed stans silentio, & faciens orationem, & ramos palmæ operans, quos habebat in manibus. Cum autem hæc vidissent omnes exercitatores illius monasterii, seditionem excitarunt adversus suum præfectum: Undenam nobis adduxisti hunc hominem sine carne ad nostri condemnationem? aut eum hinc ejice, aut scias, nos omnes hinc recessuros. Cum hæc a Fratribus audisset magnus Pachomius, Deum rogavit, ut ei revelaretur quisnam sit. Revelatum est autem ei eum esse Macarium monachum. Tunc ei manum prehendit, eumque foras educit: & cum eum deduxisset in domum oratorii, ubi est ara, & amplexus ei dicit: Tu es Macarius, & id me celasti, multis ab hinc annis cupii te videre, ago tibi gratias, quod filios meos subegeris, ne se jactent & magnifice circumspiciant propter suam exercitationem. Rogo ergo te, recede in locum tuum, nos enim satis ædificasti, & ora pro nobis. Macarius sic recedens multis postea claruit miraculis. CHRISTI AN. 372.

LXXI. Isidorus demum vitam monasticam egerat in monte Nitriæ, qui quadraginta fere millibus abest ab Alexandria, atque ex nomine vici adjacentis, in quo nitrum colligitur, Nitriæ vocabulum trahit. In hoc loco quinquaginta fere erant vicina sibi, & sub uno patre posita tabernacula, in quibus aliqui plures simul, aliqui pauci, nonnulli etiam singulares habitant, & mansione quidem aliqui divisi, animo autem, & charitate, & fide conjuncti, & inseparabiles manent. Hic sanctus usque ad horam obitus nihil lineum gestavit extra vittam, non balneo est usus, non tetigit carnes, numquam a mensa recessit repletus ad satietatem. Erat adeo mitis, & benignus, & pacificus, ut etiam infideles ejus inimici, propter rectam in Christo fidem, vel ejus umbram revererentur, ob insignem viri bonitatem. Tantam autem habuit gratiam, & cognitionem sacrarum Scripturarum, & comprehensionem divinorum dogmatum, ut etiam hora solita refectionis fratrum illius fieret mentis excessus. Romam profectus cum Beato Athanasio, notus fuit cuncto Senatui. Redux Presbyter factus præfuit Alexandrino xenodochio. Is cum abundaret opibus, non scripsit testamentum decedens, non pecuniam reliquit, non rem ullam suis sororibus, quæ erant virgines, sed eas Christo commendavit. Erat autem conventus virginum, quæ erant cum sororibus ejus, septuaginta.

Ruf. l. 2. de vir. PP. c. 21.

Pallad. Lauf. c. 1.

LXXII. Sub idem tempus mortuo Rege Saracenorum, quos Arabes vocamus, soluta sunt eorum fœdera cum Romanis, ejusque uxor Mavia, quæ principatum illius gentis administrabat, urbes provinciæ Phœnices ac Palestinæ provincias vastavit, Victoremque Orientis Comitem cum exercitu occurrentem fugavit. Porro cum bellum ingravesceret, legatos de pace ad Maviam necessario mittendos esse Romani decreverunt. Illa inter pacis conditiones postulavit, ut suæ gentis Episcopus ordinaretur Moyses quidam genere Saracenus, qui monasticam in solitudine vitam agebat, vir tum ob vitæ sanctitatem, tum ob divina signa atque miracula illustris. Ejus petitioni annuens Imperator, eum Alexandriam duci præcepit, ibique pontificalem gratiam suscipere. Qui cum eo perductus esset, videretque Lucium manus ipsi imponere conantem, præsentibus magistratibus, & plebe quæ confluxerat, sic eum allocutus est: Sustine, neque enim dignus sum qui Episcopi nomen ac dignitatem geram. Quodsi mihi quamvis indigno munus hoc injungit Deus, testor Creatorem cœli, & terræ, te numquam manus hasce cæde ac sanguine sanctorum virorum maculatas mihi impositurum. Cui respondens Lucius: Si meam fidem, inquit, ignoras, injuste agis, qui me antequam noveris, averseris: Quodsi a quibusdam calumniatoribus accepisti, audi nunc ex meipso, & Judex esto eorum quæ dicuntur. Tum Moyses: At enim, inquit, satis manifesta mihi videtur fides tua; Episcopi enim, Presbyteri ac Diaconi qui in exilio, & in metallis misere vexantur, testes sunt qualis illa sit. Ea porro quæ oculis conspiciuntur, longe plus valent ad convincendum, quam ea quæ auditione accipiuntur.

Theod. l. 4. c. 23.

S. Moyses Saracenorum Episcopus.

Ibid. His dictis cum jusjurandum adjecisset, numquam se sacerdotium suscepturum esse, si Lucius ipsi manum imponere vellet, Magistratus Romani eum ad Episcopos in exilio degentes deduxerunt; a quibus ordinatus Episcopus perrexit ad Saracenos; cumque eos amicos ac benevolos reddidisset Romanis, mansit apud illos sacerdotali fungens munere, & multos ad Christi fidem traduxit, cum perpaucos ibi fideles reperisset. Quippe hæc Gens ab Ismaele Abrahami filio ducens originem, vocabulum quoque accepit, eosque antiqui ab authore Gentis Ismaelitas nominarunt. Verum ut ignobilitatem Agar

matris

Christi An. 372. & 374.

matris Ismaelis, quæ serva erat, abolerent, ipsi se Saracenos nominarunt, quasi ex Sara conjuge Abrahami orti essent. Tali igitur genere prognati, omnes quidem Hebræorum more circumcidebantur, & a suillis carnibus abstinebant, aliosque Hebræorum ritus observabant, sed non omnes, quippe qui ante leges a Moyse datas, consuetudine non scripta regerentur. Porro, ut fieri solet, diuturni temporis successio priora quidem oblivioni tradidit, alia vero ab illis coli fecit, eosdemque, quos finitimi, coluerunt deos. Post hæc quidam eorum cum Judæis congressi, didicerunt unde originem ducerent, & ad cognatos suos reversi, Hebræorum ritus ac Leges sibi adsciverunt: atque ex eo tempore multi apud illos Judaico more vixerunt. Traducti sunt autem ad Fidem Christi, paulo ante tempora Valentis, colloquiis sacerdotum & monachorum, qui in finitimis ipsis solitudinibus, vitæ sanctimonia & miraculis refulgebant. Fertur etiam integram eorum tribum ad Christi religionem eo tempore transiisse, cum Zocomus eorum Philarchus baptismum ob hujusmodi causam suscepisset. Hic orbus cum esset, ad monachum quemdam, fama illius adductus accessit, suamque calamitatem deplorare cœpit. Monachus oratione facta eum dimisit, pollicitus ipsi filium nasciturum esse, si in Christum vellet credere. Postea vero cum Deus promissum reipsa exhibuisset, & filius Zocomo natus esset, tum ipse Sacramentum baptismi accepit, & subditos suos ad idem suscipiendum adduxit. D. Moysem Saracenorum Episcopum inter Sanctos recenset Roman. Martyrologium.

Martyr. Roman. 7. Febr.

LXXIII. Petrus legitimus Alexandriæ Episcopus, qui conscensa nave, uti diximus, Romam ad Damasum confugerat, ab eo benigne susceptus, Lucii immanitatis signa publice spectanda proposuit: nam pro cadaveribus cruentas vestes Ecclesiæ Romanæ protulit, ac per tacitam accusationem omnibus lacrymas movit, ut calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu defigeret, atque auxilium nancisceresur, quemadmodum etiam nactum esse scimus, inquit Gregorius Nazianzenus; sed & prolixam scripsit epistolam, in qua suis coloribus describit atrocitatem persecutionis, quam Alexandriæ & in tota Ægypto adversus Orthodoxos movit Lucius pseudo-Episcopus Arianus; ex ea, quæ supra retulimus, excerpsimus. Ibique profugus annos fere quinque permansit; necesse est enim eum aliquamdiu latuisse in Ægypto, dum sæviret persecutio, cujus circumstantias omnes accurate recenset.

Gregor. Nazianz. orat. 23. pag 418.

Damasus ipse vexabatur ab Ursini Anti-Papæ fautoribus, qui ab Ecclesiis exclusi in agris conventus celebrabant, quos intra vigesimum ab urbe lapidem convenire rescripto prohibuit Valentinianus, qui tamen anno sequenti scilicet 371., Ursino in Galliis exulanti mansuetudinis aliquid indulsit, data ea de re ad Ampelium urbis Præfectum rescripto sequenti: Dudum Ursini inquietudine provocati,.... intra Gallias perturbatorem tranquillitatis publicæ statueramus jure cohiberi: verum naturæ nostræ mansuetudine levigati, ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad urbem Romam, vel certe suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitiæ suæ contagionem conetur infundere. Id etiam de cæteris erroris sui consortibus, Gaudentio videlicet, Urso, Ruso, Auxanone, Auxanio, Adiedo & Ruffino sancimus, ut quos nequitiæ similitudo complectitur, eosdem etiam conditio emendationis astringat. Quod si quispiam ea memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostræ transgrediendum putaverit, non jam ut Christianus, sed ut legum ac religionis ratione seclusus, severitatem publicæ animadversionis agnoscat. Itaque schismatici vel hæretici dum contra leges Principum, suum schisma, vel errorem propagare student, merito, non ut Christiani, sed rebelles puniuntur. Ad Maximinum quoque Vicarium urbis eadem de re scripsit. Tertio rescripto, quod datum est anno trecentesimo septuagesimo quarto, jussit idem Imperator, ut quicumque in contemptum religionis illegitimos conventus agerent, relegarentur, ultra centesimum ab urbe lapidem.

L. 1. eod. Theod. 29.

Itaque Macarius Presbyter Luciferianus, cum deprehensus esset cum suis nocturnos in privata domo agitare cœtus, cum multis aliis schismaticis ejectus est in exilium. Illius tamen sectæ Episcopus Aurelius Romæ perseveravit, successoremque habuit Ephesium. Eadem ætate floruit Gregorius Bœticus, Eliberii Episcopus, qui usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit, & de fide elegantem librum. Theodosius Imperator in suo ad Cynegium rescripto affirmat ei communicasse Faustum & Marcellinum schismaticos, qui eumdem in suo libello plurimum prædicant. Hinc quidam Luciferianis eum annumerant. Fatentur omnes adeo Arianis infensum fuisse Gregorium, ut ipsorum communioni nunquam copulari voluerit; ac plerique eum laudant ut sanctum virum, quibus subscribendum putamus ob authoritatem Romani Martyrologii; præsertim cum manifestum sit a Fausto & Marcellino deceptum fuisse Theodosium.

Christi An. 374.

Hieron. de script. Eccl.

Faust. & Marcel. libel.

Martyr. Roman. 24. Apr. Hier. de script. Eccl.

LXXIV. Iisdem temporibus, quemadmodum docet Hieronymus, D. Optatus, Afer, Episcopus Milevitanus in Numidia ex parte Catholica scripsit sub Valentiniano & Valente Principibus, (ac proinde ante annum 375.) adversum Donatianæ partis calumniam libros sex, in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri. Occasionem scribendi, totius operis argumentum, & partitionem sic exponit ipsemet Optatus. Omnes quidem per singula loca maledicis vocibus perstrepunt, scilicet adversus Catholicos, sed unum quidem via invenimus, cum quo per literas, vel hoc modo loquamur, Parmenianum scilicet, qui Donato successerat in Cathedra, quam Majorinus adversus Cæcilianum Carthagine erexerat. Cujus dictis cum respondere veritate cogente compellimur, erit inter nos quoquomodo collatio. Eodem modo satisfiet desideriis aliquorum. Nam a multis sæpe desideratum est, ut ad eruendam veritatem, ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur, & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus intercludunt, & consessum vitant, & colloquium denegant: vel tecum mihi, Frater Parmeniane, sit isto modo collatio: ut quia tractatus tuos, quos in manibus & ore multorum esse voluisti, patienter audivi, audias & tu humilitatis nostræ responsa. Parmeniani opus, cui respondet Optatus, diversum est ab epistola ejusdem Parmeniani ad Tichonium Donatistam, contra quam tres libros scripsit Augustinus.

Optat. l. 1. n. 4.

S. Optatus adv. Donatistas.

Ib. n. 7.

Opus suum in sex libros partitur Optatus, quorum argumentum sic refert. Mihi videtur primo loco traditorum & schismaticorum indicandas esse civitates, personas & nomina, ut quæ a te dicta sunt, veros authores & certos reos suos agnoscant. Deinde mihi dicendum est, quæ, vel ubi sit una Ecclesia, quæ est, quia præter unam altera non est. Tertio, a nobis militem non esse peritum, & ad nos non pertinere, quod ab operariis unitatis dicitur esse commissum. Quarto loco, qui sit peccator cujus sacrificium repudiat Deus, vel cujus oleum fugiendum sit. Quinto de baptismate. Sexto de inconsideratis præsumptionibus & erroribus vestris. Hinc critici post Hieronymum sex tantum libros D. Optati recensent & recipiunt, septimum vero spurium putant. Id etiam suadet ratio; nam traditionis crimen, quod Optatus libro primo pessimum vocat, idololatriæ comparat, æternoque supplicio plectendum esse docet; in libro septimo multis ratiunculis & exemplis elevatur, traditoresque pene innocentes pronuntiantur: quod fragmentum abest a multis codicibus manuscriptis. Tres aliæ ejusdem libri partes, quæ inter se non satis cohærent, tres videntur additiones ad diversos Optati libros, sed minus necessariæ, quarum author incertus est. D. Optatus vixit usque ad Theodosii imperium, quo tempore libros suos recensuit, & nonnulla inseruit, ut constat ex iis, quæ de Syricio Papa leguntur libro secundo. Quo anno diem extremum clauserit, ignoratur. Illius memoria in honore semper fuit apud Christianos. Hunc Augustinus venerabilis memoriæ Episcopum Catholicæ communionis vocat, ejusque testimonium conjungit Ambrosiano. D. Fulgentius eum sanctum appellat, & SS. Ambrosii & Augustini testimoniis adjungit ejus authoritatem. Romanum Martyrologium ejus memoriam sic prædicat. Pridie nonas Junii: Milevi in Numidia sancti Optati Episcopi, doctrina & sanctitate conspicui.

Aug. l. 1. contr. Parm. cap. 13.

Fulg. l. 2. ad Monim. c. 13.

Quænam sit vera Ecclesia.

Optat. l. 2. n. 1.

Psal. 2.

Psal. 95.

LXXV. Ex primo libro jam multa, & quædam ex secundo, quæ pertinent ad historiam schismatis Donatistarum, dedimus. Ibidem, eam esse veram & unicam Catholicam Ecclesiam probat, quæ ubique terrarum diffusa est. Tota, inquit, donata terra cum Gentibus, totus Orbis Christo, uno possessus est. Hoc probat Deus, qui ait: Dabo tibi

Gentes

CHRISTI AN. 374.

Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ .... & rursus. Cantata Domino omnia terra: pronuntiate in Gentibus gloriam ipsius, in omnibus populis mirabilia ejus ... Pronuntiata, inquit, in omnibus populis: qui omnes populos dixit, neminem excepit: & vos solos ab omnibus populis, de quibus hoc mandatum est, separatos esse gratulamini: & vultis vos solos esse totum, qui in omni toto non estis ... Ergo probavimus aam esse Ecclesiam Catholicam, quæ est in toto terrarum Orbe diffusa .... Videndum jam ubi sint quinque dotes, quas tu sea esse disisti: inter quas Cathedra est prima, ubi nisi sederit Episcopus, conjungi altera non potest ... Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma, Petro primo Cathedram Episcopalem esse collocatam, in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus, unde & Cephas appellatus ast: in qua una Cathedræ unitas ab omnibus servaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent; ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedram unicam, quæ prima ast de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Romanorumque Pontificum successione probat hanc unam Cathedram ad Petri successores pervenissa. Itaque quisquis doctrina vel communione separatus est a Cathedra Petri, cum qua communicant & consentiunt aliæ Ecclesiæ, hic schismaticus ast, & hæreticus. Quapropter concludit D. Optatus: Unde ast ergo, quod claves regni cœlorum vobis usurpare contenditis, qui contra Cathedram Petri, vestris præsumptionibus, & audaciis, sacrilegio militatis... Intelligite vel sero, vos esse filios impios, vos asse ramos fractos ab arbore, vos esse abscissos palmites a vite, vos rivum concisum a fonte. Non enim potest esse origo rivus, qui parvus est, & non de se nascitur: aut arbor, ramus concisus; cum arbor fundata suis radicibus gaudeat, & ramus si fuerit exsectus, arescat.

L.4. n.6. *Originale peccatum.*

Tertii etiam libri nonnulla fragmenta supra descripsimus, ea quibus constat Donatistas solos fuisse persecutores; Catholicos vero sic procurassa pacem, quam universa probavit Ecclesia, ut intra justæ defensionis limites se continerent. In quarto libro hæc observanda de peccato originali: Neminem fugit, quod omnis homo qui nascitur, quamvis de Christianis parentibus nascatur, sine spiritu immundo esse non possit, quem necesse sit ante salutare lavacrum ab homine excludi & separari. Hoc axorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur, in loca deserta fugatur, fit domus vacua in pectore credentis, fit domus munda, intrat Deus & habitat, Apostolo dicente: Vos astis templum Dei ....

1. ad Cor. 3.

L.5 n.1. *Ministri probitas in baptismo non est necessaria.* Num. 4.

In quinto libro baptismi virtutem sic prædicat alloquens Parmenianum: Bene laudasti baptisma: quis enim fidelium nesciat, singulare baptisma virtutum esse vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, cœlestis regni comparationem, innocentiæ portum, peccatorum naufragium. Has res unicuique credenti, non ejusdem rei operarius, sed credentis fides, & Trinitas præstat ... In hoc opere jam dudum alii fuerunt; modo alii, postea alii futuri sunt; operarii mutari possunt, Sacramenta mutari non possunt. Cum ergo videatis, omnes qui baptizant, operarios essa, non dominos, & Sacramenta per se essa sancta, non homines; quid est quod tantum vobis vindicatis? Quid est quod Deum a muneribus suis axcludera contenditis? Concedite Deo præstare quæ sua sunt. Non enim potest id munus ab homine dari, quod divinum est. Si sic putatis, Prophetarum voces & Dei promissa exinanire contenditis, quibus probatur, quod Deus lavat & non homo.

L.6. n.1. *Altare est Sedes Corporis Christi.*

Denique initio libri sexti Donatistarum sacrilegia dum redarguit, doctrinam & ritus Catholicorum circa Altaris sacrificium sic exponit: Quid tam sacrilegum, quam Altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, removere? In quibus & vota populi, & membra Christi portata sunt ..... Quid est enim Altare, nisi sedes & Corporis & Sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester fregit, rasit, removit ..... Si livoris judicio nos vobis sordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illic invocari consueverat? Quid vos offenderat Christus, cujus illic per certa momenta Corpus & Sanguis habitabat? Hoc modo Judæos imitati estis: illi injecerunt manus Christo in Cruce; a vobis percussus est in Altari ..... Deinde sic ridet eorum socordiam in radendis Altaribus. Quis fidelium nescit ipsa ligna, seu lignea altaria, linteamina cooperiri? Inter ipsa Sacramenta velamen potuit tangi, non lignum; aut si tacta possunt penetrari velamina, ergo penetrantur & ligna; si penetrari possunt & ligna, penetratur & terra. Si a vobis lignum raditur, & terra quæ subter est, fodiatur, altam facite scrobem, dum pro vestro arbitrio quæritis puritatem. Et infra. Hoc tamen immane facinus a vobis geminatum est, dum fregistis etiam calices, Christi Sanguinis portatores: quorum species revocastis in massas. In superiori tomo reliquas ejusdem libri partes exposuimus. Illius operis stylus vehemens est & pressus, sed durior & obscurus; Scripturæ textus sæpe trahuntur ad sensus allegoricos, qui non multam vim habent ad probandum.

CHRISTI AN. 374.

Num. 2.

Cod. Theod. l. 16. tit. 6. *Valentiniani leges.* CHRISTI AN. 373. August. ep. 164.

LXXVI. Valentinianus ad Julianum Africæ Proconsulem misit sequentem legem adversus Donatistas: Antistitem, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione geminaverit, & contra instituta omnium eam gratiam iterando contaminaverit, Sacerdotio indignum esse censemus. Datum 10. Kalendas Mart. Treviris, anno trecentesimo septuagesimo tertio. Donatistæ recentissime faverant Firmo tyranno in Africa. Imperator anno præcedenti sic adversus Manichæos, qui magiæ insimulabantur, rescripserat: Ubique Manichæorum conventus vel turba hujusmodi reperitur, doctoribus gravi censione mulctatis, domus & habitacula, in quibus profana institutione docetur, Fisci juribus indubitanter adsciscantur. Datum sexto nonas Mart. Treviris. Alia lege jam represserat Clericorum & Monachorum avaritiam, qui matronarum vel virginum divitum domos circumeuntes adulatorie captabant hæreditates. Hæc autem sic habet: Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur judiciis, si posthac ad fines earum vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam ut memorati nihil de ejus mulieris, cui se privatim sub prætextu religionis adjunxerint, liberalitate quacumque, vel extremo judicio possint adipisci, & omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per subjectam personam valeant aliquid vel donatione, vel testamento percipere. Quin etiam si forte post admonitionem legis nostræ, aliquid hisdem eæ fœminæ, vel donatione, vel extremo judicio putaverint relinquendum, id Fiscus usurpet. Lecta in Ecclesiis Romæ, quarto Kalendas Augusti, Valentiniano & Valente tertium consulibus. Hæc lex solas privatas personas respicit, nec prohibet quo minus ecclesiis vel monasteriis aliquid donetur; directa est ad Damasum Papam, ut in Ecclesiis legeretur, ac proinde verisimile est, ipso agente, datam esse. Hanc quidem probrosam, sed necessariam judicarunt Patres. Hieronymus de ea sic scribit ad Napotianum: Pudet dicere, sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & scorta hæreditates capiunt: solis Clericis ac Monachis hac lege prohibetur, & non prohibetur a persecutoribus, sed a Principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio.

Cod. Theod. l. 3. de hær.

Hieron. epist. 2.

CHRISTI AN. 372. Socrat. l.4. c.33.

LXXVII. Anno trecentesimo septuagesimo secundo, & sequenti plures apud Gothos fuere Martyres, ibique duram persecutionem passa est Ecclesia. Dum Valens in Oriente commoraretur, Gothi trans Danubium incolentes, intestino bello inter ipsos orto, duas in partes dirempti sunt, quarum alteri Fritigernus, alteri præerat Athanaricus, qui prævaluit. Fritigernus ad Romanos confugiens eorum auxilium imploravit; Valens exercitui Thraciæ præcipit ut ei subveniret, ejusque subsidio victoriam de Athanarico retulit; atque ut Valenti gratificaretur, ejus communionem amplexus est, haud dubie dogmatis differentiam ignorans, petiit aliquos, qui suos populares in religione Christiana instituerent. Valens misit Arianos, sed priusquam Gens illa Valentis perfidia seduceretur, gloriosos confessores in ea sibi delegit Deus.

Oros. l.7. cap. 37.

Martyres Gothi.

Ulphila Gotthorum Episcopus, primus invenit literas Gotthicas, & sacros libros in patrium sermonem convertit, atque ita plures utriusque Regis subditos edocuit Christianam religionem. Athanaricus

CHRISTI AN. 372.

naricus ægre ferens suos amplecti religionem Romanorum, Christianos quasi majorum religionis violatores variis affecit suppliciis. Alios quidem in judicium adductos, cum Christi fidem libere ac fortiter professi essent, alios, ne loquendi quidem facultate eis concessa, a medio sustulit. Fertur enim eos, quibus id mandatum fuerat ab Athanarico, statuam quandam in carpento collocatam, per singula tabernacula eorum, quos Christum colere proditum fuerat, circumduxisse, utque eam suppliciter adorarant, eique sacrificarent, jussisse. Qui id facere detrectarent, illorum tabernacula una cum ipsis hominibus incendisse. Cumque multi viri & mulieres cum parvulis præ metu confugissent ad tabernaculum Ecclesiæ; Gentiles igne subjecto cunctos, qui intus erant, combusserunt. Athanaricus reliquos de propriis sedibus in Romanum solum expulit, dum præ multitudine horreret interficere. Socrates tempora confundens eos Martyres mala dixit Arianos; Orthodoxos fuisse aperte testantur Ambrosius & Augustinus, qui præmissis quibusdam de Valentis aliorumque Principum persecutionibus adversus Ecclesiam istam subjungit: Nisi forte non est persecutio computanda, quando Rex Gotthorum, in ipsa Gotthia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi Catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt; sicut a quibusdam Fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se ista vidisse incunctanter recordantur, audivimus. Idem affirmat Isidorus Hispalensis, qui post octo annos Gotthos ad Arianam hæresim descivisse narrat.

Hier. in Chr. ad an. 370. Ambr. l. 2. in Luc. n. 37. Aug. l. 18. de civ. Dei c. 52.

LXXVIII. Ex tot martyribus pauci sunt, quorum nomina saltem ad nos usque pervenerint: Darthusium & Veream Presbyteros cum Arpita solitario, aliisque tribus supra viginti Martyribus, Græci celebrant in Menæis die 26. Martii. Nicetas solummodo & Sabas nobis certius innotescunt. Nicetæ acta, sed pro more suo interpolata, nobis dedit Metaphrastes. Sabæ vero gesta habentur in Epistola, quam de ejus martyrio ad Ecclesiam Cappadociæ scripsit Gotthica Ecclesia; cujus præcipuas partes hic subjicimus. D. Sabas genere Gothus .... ab ipsa infantia Domini nostri Jesu Christi religionem complexus est .... fuit autem fide rectus, ad obediendum in omni justitia promptus, mitis, religiosus, imperitus sermone, non scientia, cum omnibus pacificus, subjectus, quietus .... ad omne opus bonum propensissimus, psallens in Ecclesia, ejusque magnam curam gerens ... Cum Gothiæ magistratus cœpissent Christianos insectari & cogere, ut ederent idolis immolata; & Gentiles quidam consilium iniissent, ut Christianis propinquis suis pro immolatis proponerent quæ immolata non essent, itaque propinquos suos servarent, ac persecutores deciperent; re cognita, beatus Sabas non solum ipse comedere cibos vetitos recusavit, sed in medium prodiens protestatus est omnibus: si quis ex carnibus illis comederit, Christianus esse non potest. Atque ita cavit, ne omnes in diaboli laqueum inciderent. Hac de causa, qui fraudem moliebantur, eum ex illo vico expulerunt, sed postea revocarunt.

Act. sinc. Mart.

Ibid. Cæterum cum rursus mota esset persecutio, Gentiles quidam jurejurando volebant affirmare, neminem in vico suo Christianum reperiri. Sabas vero in medium prodiens, nemo, inquit, pro me juret: Ego enim Christianus sum. Itaque Gentiles celatis propinquis suis, jurarunt, non esse in vico suo nisi unum Christianum. Sabas adductus ad Judicem interrogatur quid haberet in bonis. Adstantes respondent, nihil amplius, quam id, quo erat indutus. Contempsit eum vir iniquus, & jussit eum extrudi. Postea cum ingens rursum persecutio moveretur, & sanctus Paschæ dies appropinquaret, Dei admonitu hunc diem cum Sansala Presbytero celebravit, ad alium enim proficisci jam cœperat. Tertia autem post celebrationem nocte, ex impiorum decreto Atharidus ... cum magna manu in pagum irruit, & domi suæ Presbyterum dormientem offendens, eum vinciri jussit cum Saba; ac Presbyterum quidem in curru collocarunt; Sabam autem nudum per spinas pertraxerunt, fustibus ac flagellis verberantes.

Ibid. Cum dies advenisset, in Domino glorians, persecutores suos sic allocutus est: Nonne me per loca aspera & spinosa nudum & sine calceis pertraxistis? Cernite an pedes mei læsi sint, & utrum in corpore meo appareant verberum signa, quæ mihi inflixistis. Illi vero nullum in ejus corpore videntes vestigium extare crudelitatis suæ, non prius eum torquere destiterunt, quam maxima noctis pars præteriisset. Verum ministris dormientibus mulier solvit eum. Ille solutus in eodem loco mansit. Sed postquam illuxit, re cognita, Atharidus ad trabem domus eum suspendi jussit; atque ad eum & Presbyterum misit cibos idolis immolatos, quos respuerunt ... Unus e servis ira inflammatus in Sabæ pectus pili sui cuspidem sic intorsit, ut omnes crederent eum statim interiturum .... sed neque ingemuit, nec ullum in ejus corpore plagæ vestigium apparuit. His cognitis, Atharidus eum jussit interfici: Ministri dimisso Sansala Presbytero, traxerunt Sabam ad fluvium Musæum in Valachia, ibique eum gratias agentem Deo & collaudantem in profundo suffocarunt. Erat autem annorum 38.: martyrio coronatus est quinta die hebdomadæ post Pascha, pridie Idus Aprilis anno 372. Ejus corpus Junius Soranus Dux Scythiæ missis viris fide dignis transtulit in Cappadociam; Ascholium Thessalonicensium Episcopum, qui tum inter Gothos versabatur, scripsisse hanc Epistolam nomine Gotthicæ Ecclesiæ, indicant litteræ, quas ad eum scripsit D. Basilius. S. Sabæ, ejusque sociorum Martyrum pridie Idus Aprilis meminit Romanum Martyrologium.

CHRISTI AN. 372.

LXXIX. Eadem tempestate D. Basilius ab Ecclesiæ hostibus varie vexatus est. Id autem ei accidit gravissimum, quod deceptus est ab Eustathio Sebasteno Episcopo hæretico, cujus communionem & amicitiam diligentissime coluerat; eum quippe putabat Orthodoxum, sciebat enim eum Nicænam fidem Romæ & in Synodo Tyanensi fuisse professum. Econtra Theodotus Nicopoleos in minori Armenia Episcopus, abjecerat communionem Eustathii, quem Macedonii errorem sectari ex certis conjecturis cognoverat. Hinc non leve inter eos dissidium, dum uterque fidei & charitati vult esse consultum; quod sic exponit Basilius.

Basil. ep. 338. & 339.

Cum ad Synodum, quæ a Fratre Theodoto celebrabatur, vocati, illoque profecti essemus ..... studiose curavimus, ut colloquium cum Eustathio misceremus; proposuimusque illi quæ, in causa Fidei a Theodoto illi objiciebantur: ac simul ab eo petivimus, ut manifestum nobis faceret, rectamne fidem sequeretur, quo consortes esse possemus: si vero alienatus esset, ut perspicue sciret, nos quoque a se fore alienatos. Igitur cum multis inter nos ea de re contulissemus, totumque diem causam hanc inquirendo consumpsissemus, appetente vespera, unus ab alio avellimur, nulla dum certa colloquii nostri conclusione posita. Sequenti die rursus mane considentes, iisdem de rebus disserere cœpimus. Cum autem & Pœmenius Frater Sebastenæ Ecclesiæ Presbyter accessisset, & adversariam nobis doctrinam vehementer urgeret; paulatim nos & ea diluimus, quæ nobis objicere videbatur: & illos ad consensionem eorum, quæ a nobis quærebantur, induximus; sic ut per gratiam Domini, ne in minimo quidem a nobis invicem dissidere deprehenderemur. Igitur circa horam nonam ad deprecandum surreximus, ac Domino gratias egimus, qui dedisset nobis idem sentire & loqui. Præterea oportebat me scriptam quamdam ab eo viro confessionem accipere, quo & adversariis illius manifestaretur consensus .... verum volebam ipse multa diligentia cum Fratribus, qui circa Theodotum sunt, conversans, scriptum fidei ab illis accipere, Eustathioque proponere ... Theodotus, priusquam cognovisset quam ob causam convenissemus, & quidnam eo colloquio affecissemus, dedignatus est nos amplius vocare ad Synodum. Itaque e medio itinere reversi sumus tristes, quod labores nostros pro pacandis Ecclesiis susceptos inefficaces reddidisset. Postea cum in Armeniam necessario proficiscendum esset ... veni Getasa, in agrum Deo dilectissimi Episcopi Meletii; ubi erat & Theodotus. Ibique ..... quid in eo congressu effecissemus, cum Eustathio exposui; quod videlicet deprehenderim eum nobiscum sentire per omnia. Cum autem affirmaret ille eum post discessum nostrum confessum hunc abnegasse, & suis discipulis affirmasse, quod haudquaquam nobis in causa fidei consensisset; respondi ..... oportet illi scriptum proponere, quod cunctam rectæ fidei doctrinam contineat. Quod si eum dato rescripto consentientem reperero, manebo in illius communione. Si vero recusantem deprehendero, deficiam ab illius consortio.

Basil. ep. 187. ad Terent.

CHRISTI AN. 372. Ibid.

Cum ista probaret Meletius Episcopus, & Frater Diodorus Sympresbyter consentiens esset; venerandissimus Frater Theodotus hortabatur nos, ut Nicopolim descenderemus, ac Satalos usque comitem ipsum itineris reciperemus; sic ut nos Getasis relinqueret, Ubi vero Nicopolim venimus, oblitus eorum, quæ nobis pactus fuerat, nos nec ad matutinas, nec ad vespertinas preces assumere dignatus est... Hujus autem rei causam assignavit, quod Eustathium in communionem receperimus. Quomodo igitur fieri potuisset, ut aliquid eorum, quæ injungebantur ab Imperatore, efficerem, & Episcopos Armeniæ darem, cum ad hunc modum affectus erga me sit Theodotus, qui curarum debebat esse consors & particeps? Apud quem ego me viros aptos inventurum sperabam, quod sint in ipsius parœcia & religiosi ac prudentes, ac simul linguæ hujus periti, & qui reliqua gentis hujus idiomata sciant ..... Et Satalis constitutus, ... suffragia quoque ab ea Ecclesia accepi obsecrationem habentia, ut detur ipsis a vobis Episcopus. Huic Ecclesiæ præfecit Pemenium cognatum suum; cujus opera antea in Ecclesiæ suæ regimine utiliter usus fuerat; Terentio Comiti Catholico hæc scribit Basilius: Is enim in his partibus religioni plurimum favebat.

Basil. epist. 82.

LXXX. Basilius pluribus Episcopis suspectum se intelligens propter Eustathium, rursus venit Nicopolim, ibique cum Theodoto fidei professionem edidit, quam ipse Eustathio subscribendam obtulit. Integra extat apud Basilium, Nicænum symbolum complectitur, & ne quod subterfugium esse posset dolosæ impietati, Sabellii hæresis, & Marcelli & Macedonii in ea damnatur. Eustathius sic ei subscripsit: Eustathius Episcopus tibi Basilio; legi, agnovi, & probavi hæc præscripta. Subscripsi autem cum his qui mihi aderant Fratribus, atque aliis nonnullis Clericis. Basilius post hæc indixit Synodum, tempus & locum in sua ditione designavit, ut germana deinceps ac sincera esset communio. Ipse prior occurrit, Cappadociæque Episcopi aderant frequentes tanquam ad pacem properantes. Ex parte vero Eustathii nemo erat qui vel occurreret; Tabellarii a Basilio missi revertentes, plurimum tristitiæ ac murmuris apud Eustathianos esse commemorabant, ob id quod nova quædam esset a nobis ad ipsos missa & exhibita fides; dicebanturque decrevisse prorsus, ne liceret ad nos ipsorum proficisci Episcopo. Venit tandem quidam ab ipsis missus literas afferens congressum recusantes, & nullam facientes eorum, de quibus antea inter nos convenerat, mentionem. Episcopi qui cum Basilio convenerant, confusi dejectique discessere; ipse vero vel sero agnovit hypocrisim Eustathii, qui verebatur, ne si palam cum Basilio communicaret, ejusque fidem in Synodo ratam haberet, offenderet Euzojum Antiochensem, & Imperatorem. Hactenus enim tempori & præsenti utilitati fidem suam accommodarat. Quapropter posthæc in Basilium verbis jactare convicia & calumnias aggressus est, quasi de fide haud recte sentiret; eumque in frequentissimis Synodis perstrinxit una cum Theophilo Cilice nuda & manifesta blasphemia.

Basil. ep. 72. & 73.

Inde profectus in Ciliciam, ibi cum quodam degens fidem illi exposuit quæ a solo Ario, vel germano illius discipulo conscribi debuisset. Mox reversus Basilio literas dedit communionem denegantes; abruptionis hujus causam assignabat quod Apollinario scripsisset, & Diodorum presbyterum haberet consortem; Basilius fatetur se Diodorum tanquam beati Sylvani alumnum suscepisse, diligere, atque complecti, propter sermonis quam habet gratiam, per quam multi eorum, qui eum audiunt, redduntur meliores. Hic postea sacras literas docuit Chrysostomum, Apollinarium vero nunquam se putasse inimicum, licet ejus crimina nolit in se recipere; siquidem & ipse quædam in ejus libris reprehensione digna repererit, licet paucos ejus commentarios legerit.

Idem epist. 82.

Basilium afflixerunt & aliæ ejusdem literæ ad Dazizam, quæ paucis diebus Pontum, Galatiam, & Bithyniam pervagatæ sunt, in quibus eum vocans homousiastam accusabat fraudis, versutiæ, corruptionis Ecclesiarum, quodque insidiosissimum fidei præscriptum composuerit eo consilio, ut dolose confessionem eorum eliceret. Traducebatque eum quasi insolens ac novum quiddam de Spiritu sancto doceret. Præterea, inquit Basilius, divulgarunt volumen, ... quod & tales habet locutiones, quæ Sabellianismum sapiant .... & addiderunt nominatim, ista quidem hæreticorum verba sunt; authorem vero commentarii celant, ut plerique putent nos esse scriptores .... Adversus tot calumnias per tres annos solo silentio se defendit Basilius. Quoniam vero multos jam silentium suum sic interpretari videbat, ut ex illo intentas calumnias confirmarent, quasi respondere non posset, ob eam causam pluribus literis impudentem Eustathii hypocrisim patefecit, ejusque calumnias diluit, ut constat ex ejus literis ad suos monachos, ad Patrophilum, ad Theodotum, ad Occidentales, nec non ad ipsum Eustathium.

Idem epist. 73.

CHRISTI AN. 372.

Epist. 73. & 82. & 196.

Eustathii Sebasti hypocrisis. Epist. 73.

In Epistola vero ad Theodotum, quem non auscultasse pœnitebat, postquam illatas sibi ab Eustathio injurias exposuit, & quomodo palam professus sit Arianismum; hæc subjicit: Et simul ubi de profunditate hypocriseos cogitamus, qua se nobis toto tempore blandiuscule insinuavit, stupore quodam præ consternatione corripimur. Nam, etiamsi nihil illorum esset, tamen quod jam recens ausus est, cui non horrorem & omnimodam viri hujus abominationem incuteret? Qui, sicut audio, etiam manum quibusdam denuo imponere præsumpsit; quod nemo unquam ex hæreticis fecisse videtur. Itaque quomodo fieri potest, ut talia placide feramus, & viri hujus delicta curabilia esse putemus? Eustathius sequestro Eusebio Samosateno reconciliationem tentavit cum Basilio; qui respondit: Pacem efflictim desidero, sed pacem quam nobis reliquit Dominus veram .... verba simplicissima vel maxime perspicua, eaque quæ facile memoriæ queant inhærere, illis ego proposui hominibus: qui fidem Nicænam non admittunt, eorum communionem renuimus; etiam portionem cum illis habere recusamus, qui Spiritum sanctum Creaturam nominare non verentur. Ille autem cum ad verbum quæstionibus propositis respondere debuisset, illa nobis ipsa consarcinavit, quæ tu misisti ... Remittat appositum & breve responsum ad propositam quæstionem, & vel communionem agnoscat se amplecti hostium fidei, vel eamdem ejuret. Hoc si tu homini huic persuaseris, & directas mihi miseris, & quales desidero responsiones, sim, nec recuso, eorum omnium reus, quæ retro sunt admissa scelerate. Libenter ego quidquid criminis admissum est, in me recipio: At quamdiu nihil horum fieri videam, ignoscas, Deo dilectissime Pater, si cum hypocrisi nequeam & dissimulatione divino altari me præsentare.

Idem ep. 165. *Veræ pacis conditiones.*

Hanc conditionem cum abnuisset Eustathius, divisa est in duas partes ejus Ecclesia: alii cum eo communicabant, alii ejus communionem refugientes adhæsere Basilio, qui hominis Semiariani ambiguis verbis plus æquo credidit. Sic Athanasium decepit Basilius Ancyranus; Hilarium vero Eleusius: eos candide loqui putabant, nec errorem latere in verbis, quæ sensum Catholicum haberent, suspicabantur, adeo verum est: ubi semel quid definitum ab Ecclesia, ipsius verbis conceptam ab omnibus exigendam esse fidei confessionem; nec sine fidei periculo posse admitti aliquod temperamentum, etiamsi priusquam ea de re nasceretur hæresis, non esset improbandum.

CHRISTI AN. 375. Theod. hist. l. 4. cap. 59. *S. Basilii fortitudo* Gregor. Nazian. orat. 20. pag. 349.

LXXXII. Basilium excepit alia persecutio. Valens cum omnes propemodum Ecclesias pastoribus suis spoliasset, Cæsaream Cappadociæ profectus anno trecentesimo septuagesimo quinto, præmisit Modestum Præfectum prætorio, mandans ut vel Basilium ad communionem Eudoxii amplectendam adduceret, vel id facere recusantem urbe expelleret. Modestus, qui ex Christiano factus erat apostata sub Juliano, tuncque erat Arianus, Cæsaream ingressus, evocatum ad se Basilium sic alloquitur: Quæ tua est ratio, heus tu, Basili, ut tanto Imperatori obsistere audeas, solusque omnium contumaciter te geras? Quorsum, respondit Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc contumacia & arrogantia? Nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris religionem minime colis, omnibus aliis jam inclinatis & superatis. Age vero non magnum & honorificum existimas ad nostras partes adjungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem præfecti estis, & quidem illustres, non inficias eo: minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum & honorificum; (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis?)

CHRISTI AN. 375.

stis?) sed ut alios quosdam ex his qui nobis subjecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed Fide Christianismus insignitur. Hae oratione commotus Præfectus, ac majori ira succensus de subsellio surreait, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur vero pertimescerem, inquit Basilius? Quid fiet? Quid patiar? Quæ patieris? intulit ille. Unum e tam multis quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc? subjunxit Basilius. Fac ut intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid habes aliud, id nobis minitare. Horum enim quæ hactenus commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo? inquit ille. Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est qui nihil habet; nisi forte laceris & detritis hisce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes facultates & copiæ sunt. Exilium autem non cognosco, qui terram omnem meam duco, universamque Dei esse scio: Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit, nisi forte primam plagam dixeris; hujus enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porro beneficii loco mihi erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo .... & ad quem jam pridem propero .... Obstupefactus Præfectus, Nemo, inquit, me ad hunc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Fortassis, inquit Basilius, nunquam in Episcopum incidisti; alioquin hoc prorsus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, o Præfecte, mansueti & placidi sumus, atque omnium abjectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est .... Verum ubi Deus nobis periclitatur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis & gladius, bestiæ & ungulæ carnem lacerantes, voluptatis nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori ... Audiat hæc etiam Imperator, nequaquam profecto nos vinces, nec efficies ut impiæ doctrinæ assentiamur.

Gregor. Nyss. l. 2. in Eun.

Præfectus his auditis eum humanius compellavit, monens ut tempori cederet, pollicebaturque amicitiam Principis, multaque exinde beneficia per illum in alios transferenda, si vel solum Consubstantialis vocabulum e symbolo tolleret: hortabaturque ne tot Ecclesias proderet ob exiguam dogmatum subtilitatem. Basilius respondit: Amicitiam Principis cum pietate quidem conjunctam magni facio; absque illa vero exitialem judico. Symbolo nihil addam, vel detraham, imo ne verborum quidem ordinem mutari consentiam. Modestus ejus virtutem admiratus benigne dimisit, jubens ut in sequenti nocte consilium caperet, ne vel inconsiderate in apertum rueret periculum; sed ut postridie adesset suamque sententiam promeret. Mihi vero, inquit Basilius, deliberatione opus non est; idem enim qui nunc sum, cras etiam ero.

Ruff. l. 2. c. 9.

Gregor. Nazian. orat. 20.

LXXXII. Præfectus celerrime Valentem adiens, Imperator, inquit, ab hujus Ecclesiæ Antistite victi sumus; minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Huic vis aperte inferenda, aut non exspectandum ut minis cedat. Valens ... vim ipsi adhiberi vetuit; imo ejus communionem exterius amplexus est; nam cum universa satellitum manu stipatus in templum ingressus est, erat autem Epiphaniæ dies. Postquam autem ipsius aures psalmorum cantu personuerunt, plebisque pelagus vidit, omnemque ordinem & concinnitatem, quæ tam in sacrario, quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam atque ipsum ante populum recto corpore stantem, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil novi contigisset, ullam in partem se moventem, sed Deo, ut ita dicam, & altari affixum: eos autem a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reverentia stantes; hæc, inquam, simul atque perspexit ... oculorum vertigine & tenebris totus impletur ... cumque dona, quæ ipsemet effecerat, divinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam, uti mos ferebat, simul ea caperet, quod non satis liqueret an ea Basilius accepturus esset, ita titubare cœpit, ut nisi quispiam ex sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere prolapsus fuerit. Has omnes circumstantias refert qui præsens aderat, Gregorius Nazianzenus. Qua in re hæc duo adnotare succurrit. Primo. Basilius Valentem licet Arianum & persecutorem ab ingressu Ecclesiæ non prohibuit, ejusque dona suscepit.

CHRISTI AN. 375.

Can. 28.

Arcere enim & respuere fuisset perniciosum: inde magis exarsisset ejus furor, & persecutio in omnes Ecclesias. Tunc tamen vigebat illa lex, quam præscribit Concilium Eliberitanum: Episcopum placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere; utrum Valens fuerit particeps etiam sacrificii, non constat. Secundo. Inquirendum quænam sint illa dona, quæ Valens ipse effecerat & obtulit. Quod ut explicetur, antiquos Ecclesiæ ritus circa oblationes hic exponere non abs re fuerit.

Fidelium oblationes.

Concil. Carthag. 3. c. 24.

LXXXIII. Dimissis Cathecumenis, Missa fidelium propria ab oblatione incipiebat; symbolum enim tunc non dicebatur. Fideles, qui jus communionis habebant, offerebant ad usum sacrificii necessaria; alia dona mittebantur ad domum Episcopi, qui reliquo Clero ea distribuebat. Jam vero quis ordo servaretur in oblatione, sic describit Romanus Ordo. Cantores cantant offertorium cum versibus, & populus dat oblationes suas, id est, panem & vinum, & offerunt cum fanonibus seu linteaminibus candidis, primo masculi, deinde fœminæ, sed extra chorum. Pontifex enim eas accepturus ducebatur; oblationes autem a Pontifice suscipit Subdiaconus, & ponit in sindonem, quæ eum sequitur, quam tenent duo Acolythi. Item Subdiaconus cum calice vacuo sequitur Archi-diaconum; & Pontifice oblationes populorum suscipiente, Archidiaconus suscipit post eum amulos, seu vasa quibus vinum continebatur, & refundit in calicem majorem. Novissime vero Sacerdotes & Diaconi offerunt, sed solum panem, & hoc ante altare. Imperator etiam, & monachi & virgines ad altare suas offerebant oblationes; Cantores vero in suo loco aquam vino miscendam offerebant. Tunc Episcopus redit in sedem, & manus lavat, quibus lotis accedit ad altare. Tunc Subdiaconi levantes oblata de manu Subdiaconi sequentis porrigunt Archi-diacono, & ille componit altari, accipiensque oblatas, ponit tantas super altare, quantæ possunt populo communicanti sufficere. Diaconus acceptæ a Subdiacono aquæ modicum refundebat in calicem, faciens crucem, deinde Pontifici offerendum exhibebat. Eorumque nomina qui obtulerant, recitabat Diaconus: ut docet Innocentius primus: Prius ergo, inquit, oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ præmittimus; ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus. Prioribus sæculis quotidie fideles offerebant; postea refrigescente charitate, singulis Dominicis. Residuum panis (plerique enim plures panes offerebant) in duas partes dividebatur; ex una fiebant Eulogia, seu panis benedictus, qui non communicantibus in Missæ fine distribuebatur. Altera pars cedebat in usum ministrorum. Fideles vero cum scirent qualis esse deberet panis Eucharisticus, hunc studiose præparabant; aliosque panes in usum ministrorum offerebant.

Ambr. epist. ad Heliod. August. epist. 11. vet. edit. Ord. Rom.

Innoc. I. epist. ad Decent. Eug.

Gregor. Nazian. orat. 20. Theod. hist. l. 4. cap. 19.

LXXXIV. Imperator altera die rursus se contulit in Ecclesiam, atque intra velum, in Basilii conspectum colloquiumque venit, quod jam pridem expetebat; eumque libenter auscultavit. Aderat tunc quidam nomine Demosthenes, Castrensis sacri Palatii, qui cum Basilium objurgaret, barbarismum admisit. Tum subridens Basilius, vidimus, inquit, etiam Demosthenem literarum expertem. Et cum ille vehementius indignatus minaretur, subjecit Basilius: Tuum munus est, jusculorum condimenta curare. Divina autem dogmata exaudire non potes, cum aures habeas obstructas. Valens autem tantopere eum miratus est, ut pulcherrima quæ illic habebat prædia, pauperibus donaverit, quorum ille curam gerebat. Paulo post tamen adversariorum calumniis effectum est, ut in exilium mitteretur. Jamque aderat nox qua id perficiendum videbatur; in promptu currus. Gregorius Nazianzenus aliique amici parati atque alacres viatoris latus cingebant; sed exilii decretum Deus rescindit. Parvulus Valentis filius, nomine Galates, in gravem morbum incidit, adeo ut medici de salute ejus desperarent. Mater autem pueri Domnica Augusta Imperatori affirmavit per somnum horrendis quibusdam visis se vexatam fuisse, puerumque se male habere propter illatam Episcopo contumeliam. Imperator hæc secum reputans misit ad eum magistros rei militaris, qui ejus jussu Basilio nuntiarent, ut ad palatium veniret. Ille nihil cunctatus statim adfuit, atque ad ejus adventum statim levior fit morbus, patetque animo

Gregor. Nazian. orat. 20. Socrat. l. 4. c. 26. *Deus impedit ne exulet Basilius.*

Christi An. 375.

Theod. l. 4. c. 19. Gregor. Nazian. orat. 20, Epiph. in Baſil.

meliorem ſpem concepit. Integram ejus ſanitatem a Deo ſe precibus impetraturum ſpondet Baſilius, ſi modo ei liceret doctrina Catholica puerum imbuere. Conditionem accepit Imperator; ejuſque filius orante Baſilio convaluit. Sed poſtea Valens juramenti ſui non recordatus, Arianæ factionis Epiſcopis permiſit ut puerum baptizarent. Recidivus morbus ſtatim puerum oppreſſit.

Th od. ibid.

Nec ſic quidem ad ſaniorem mentem rediit Imperator. Baſilium denuo hortatus eſt, ut cum ſuis Epiſcopis communicaret. Cumque ei perſuadere non potuiſſet, præceptum de exilio ſcribi juſſit: quod manus propriæ ſubſcriptione firmare conatus, nullius literæ apicem potuit exarare. Calamus enim contritus eſt; cumque ſecundo ac tertio calamo idem contigiſſet, & nihilominus Valens impium illud præceptum confirmare niteretur, dextra ſubito

Sozom. l. 6. c. 16. Gregor. Naz. ib.

concuti ac tremere cœpit. Cumque tremore ac metu perculſus eſſet, utraque manu chartam dilaceravit. Præfectus Modeſtus eodem tempore in morbum incidit, Baſilium accerſit, obſecrat: ſatisfactionem habes, da ſalutem. Et quidem hanc conſecutus eſt, ut & ipſe fatebatur, & multis ejus rei ignaris perſuadebat. Neque enim illius virtutes admirari ac prædicare deſinebat, ejuſque gratia deinceps multis beneficia conceſſit. Multæ extant ad eum Baſilii literæ.

Gregor. Naz. ib.

LXXXV. Euſebius Ponticæ provinciæ Præfectus Arianus & Imperatricis avunculus Baſilium quoque vexavit, affecitque contumelia, hoc quidem prætextu. Mulieri cuidam ampliſſimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die defunctus erat, Judicis aſſeſſor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem ad ſacram menſam confugit. Præfecto eam depoſcenti reddere noluit Baſilius. Ille furore concitatus, magiſtratus quoſdam miſit, qui ſancti viri cubiculum perſcrutarentur, ignominiæ cauſa id faciens; nec eo contentus, ipſum inſuper adeſſe, & cauſam dicere jubet; ipſe ira plenus pro tribunali ſedebat, Baſilioque ſtanti pallium detrahi & lacerari jubet. At ille, Exuam præterea, ſi ita lubet, tunicam. Præfectus eum verberaturum ſe minatur, unguliſque laceraturum. At ille: Hujuſmodi, inquit, laniatione medicinam hepati afferes magnopere me prementi. Civitas autem ſimul atque commune periculum reſcivit, tota furore corripitur, certatim omnes excitentur, ac præſertim armorum opifices, imperatoriique textores. Unicuique teli loco erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re præſenti tumultuarie confecerat, ſeces in manibus, ſaxa, fuſtes in promptu, unus omnium curſus & clamor, radii mulieribus haſtarum loco erant. Pietatem omnes inter ſe partituros cenſebant, ſi ipſum diſcerperent. Præfectus ſupplex erat & miſerabilis; eum a periculo liberavit Baſilius.

Gregor. Nazian. ibid.

LXXXVI. Externum bellum ſic finem accepit, exitumque habuit Deo favente felicem. Hinc Epiſcoporum bellum initium capit; cujus tres fuere cauſæ. Prima, quod in fidei negotio cum eo minime conſentiebant, niſi quantum id ipſis, cogente multitudine, neceſſario faciendum eret. Altera, quod dolorem ex ipſius electione conceptum nondum omnino ex animis ejecerant. Poſtrema, quod longe multumque ab eo gloria ſuperari acerbiſſime ferrent: tametſi id confiteri turpiſſimum eſſet: orta eſt & alia quædam belli ſimultas; Cappadocia in duas metropoles diviſa eſt, ac multa ex priori metropoli Cæſarienſi, novæ Tyanenſi adjuncta ſunt. Anthimus Tyanenſis aliquas parœcias occuparat, quas repetebat Baſilius. Atque ex hac contentione multa mala jam accidebant, Eccleſiarumque negotia ſe deterius habebant, novuſque Metropolita per vim &

Baſil. epiſt. 8.

fraudem multa mala moliebatur. Erroris accuſabat Baſilium, ajebatque tributum hæreticis non eſſe pendendum. Fauſtum cujuſdam Armeniæ civitatis Epiſcopum ordinavit neglectis legitimis ſuffragiis, ſicque hanc provinciam ſeditionibus replevit.

Diſſidium hoc in Eccleſiæ commodum & incrementum convertit Baſilius; patria nimirum pluribus Epiſcopis communita, quos de novo inſtituit. Ex quo tres præclariſſimæ res ſecutæ ſunt: nam & animarum cura major ſuſcepta eſt, & quælibet civitas proventus ſuos habuit, & bellum hac ratione compreſſum eſt. Epiſcopatuum uni Zazimis conſti-

Gregorius Naz. fit Epiſcopus.

tuto Gregorium Nazianzenum præfecit; ignobilis erat locus in finibus utriuſque Cappadociæ. Epiſcopatum hunc ille repudiavit, cauſatus amorem vitæ ſolitariæ & loci difficultatem, ubi Anthimum hominem violentum haberet perpetuum adverſarium, qui miſerum illud oppidulum ſibi vindicabat; graviterque conqueſtus eſt de Baſilio. His non ceſſit Baſilius Eccleſiæ ſuæ utilitati conſulens, amicumque ſuum gravibus objurgavit literis; amicitiæ officia, quæ ſenſe colebat, hic ſolum aſpernatus, ubi Deum anteponi oportebat. Cui reſpondit Gregorius: deſidiam & inertiam nobis objicis, qui Zazima tua recuſamus, nec epiſcopatus cupiditate incitamur. Ut

Christi An. 375.

Gregor Naz. vit. & ep. 22. & orat. 20.

Idem ep. 125. Idem orat. 7.

tandem ad eum ſuſcipiendum reluctans cogeretur, parentis ipſius Baſilius adhibet operam, cujus tandem imperio ceſſit, Nazianzique ordinatus eſt. In ſua auguratione concionem habuit: in ea ſe vim paſſum conqueritur, ut fieret Epiſcopus, cujus dignitatis ſublimitatem & onera, quæ egregie deſcribit, extimuiſſe fatetur; excurrit inde in laudes Baſilii, cujus præceptis & exemplis informari ſe ad regendam Eccleſiam poſtulat. Eamdem expoſtulationem iterat in alia oratione, quam habuit in feſto ſanctorum Martyrum, ad quem eum vocarat Gregorius Baſilii frater, jam tum Epiſcopus Nyſſenus.

Gregor. Nazian. epiſt. 33.

LXXXVII. Anthimus Tyanenſis ſecundæ Cappadociæ Metropolitanus, de ordinatione Gregorii factus certior, Nazianzum venit, quaſi Gregorium ſeniorem ægrotantem viſeret, revera ut Gregorii nuper ordinati animum pertentaret, atque a Baſilio divelleret; variis igitur circulis, ſtrophis, & ambagibus ei perſuadere nitebatur, ut ſe Metropolitanum agnoſceret, ea conditione liberum ei promittens acceſſum ad Sedem epiſcopalem. Qua repudiata redux Anthimus armatis Sazimorum paludes occupavit, ut venientem Gregorium prohiberet; eumque paulo poſt Synodo provinciæ ſuæ adeſſe juſſit; ejus mandatum non ſine indignatione neglexit Gregorius, contendens ſibi fieri contumeliam. Demum poſtulavit Anthimus, ut Gregorii rogatu de his rebus cum Baſilio conſultationem Epiſcoporum haberet; quod recepit ſe facturum; ſed hanc non ſine objurgatione Gregorii, improbavit Baſilius. Gregorius tot malis conflictatus, ut tantæ tempeſtati, pro re alioquin levi excitatæ, ſe ſubtraheret, fugit in ſolitudinem, noſocomiique pauperibus inſervire maluit. Unde accidit, quemadmodum ipſe teſtatur, ut Zazimenſem Eccleſiam ne quidem attigerit.

Gregor. Nezian. Carm.

LXXXVIII. Gregorius ſenex diu multumque laboravit, ut Zazimorum Eccleſiæ adminiſtrationem adiret filius: quod cum non impetraret, Nazianzum dein illum advocat, ut parentis coadjutor ſubiret auxilio; quod munus ea lege ſuſcepit, ut mortuo patre, quo vellet, abire ei liberum foret, neque enim ulla promiſſione vel electione canonica conſtrictus tenebatur. Cumque Nezienzum rediiſſet, habuit orationem, illiuſque conditionis in ea meminit. Ex his liquet Gregorium ſic patri ſuo coadjutorem ſeu vicarium ſe præſtitiſſe, ut ſucceſſionis nullum jus, imo nec ſpem acquireret; ac proinde Nezienzeni nomen, non ab Epiſcopatu, ſed ab origine ſortitum eſſe. Eccleſiam ſui patris dum adminiſtrat, Hellenio Præfecto tributorum commendavit monachos Naxianxenos. Hic viciſſim aliquod ejus opus ab eo repoſcit; cui poſtridia trecentos octo & ſexaginta verſus de laudibus vitæ monaſticæ miſit Gregorius; monachorum ſuæ diœceſis in eis deſcribit vitam auſteriorem ..... commendat ei imprimis Cledonium, Eulalium, Carterium & Nicomedem, qui filios omnes dicaverat, & Theognum, & Evandrum & Aſterium & Philadelphum, & Macrobium, & Rheginum & Leontium & Heliodorum; quorum eximiam virtutem mirifice prædicat. Excurrit demum in laudes virginum, quarum aliæ ſub eodem tecto congregantur, aliæ habitant in domo paterna.

Gregor. Nazian. orat. 19. pag. 313.

LXXXIX. D. Gregorius ſenex Nazianzi Epiſcopus, & Theologi pater cum centum fere annos vixiſſet, ex iiſque in ſacerdotio quinque & quadraginta exegiſſet, ita demum in bona ſenectute vitam claudit anno 373. Dum dolore premeretur, & quidem perſæpe ſingulis diebus, atque interdum etiam horis, ex ſola liturgia robur concipiebat, ac morbus tanquam ex edicto & imperio fugatus ſe ſubducebat. Pauperibus amorem verum præſtans, non ſuperflua modo, ſed neceſſaria quoque ſua diſtribuebat. Pulcherrimum templum Nazianzi, populi quidem largitione nonnihil adjutus, præcipue tamen ſumptibus ſuis exſtruxit: illius deſcriptionem refert ejus filius in funebri oratione, quam pronuntiavit

præſen-

CHRISTI AN. 375.

præſente Baſilio, & matre Nonna, quæ paulo poſt in extrema ſenectute virtutibus circumfulgens diem extremum obiit. S. Gregorium & Nonnam inter Sanctos veneratur Eccleſia. Multorum precibus exoratus Gregorius filius adhuc per aliquod tempus illius Eccleſiæ curam geſſit, ne eam invaderent hæretici. Eo tempore publicam habuit orationem ad Julianum tributorum exæquatorem, cui commendat pauperes, Clerum & Monachos, qui, inquit, nullo vinculo humi tenentur, qui ſola corpora, ac ne ea quidem tota poſſident, qui Cæſari nihil, Deo autem omnia habent, hymnos, preces, vigilias, lacrymas, hoc eſt, ejuſmodi opes, quæ manibus teneri non poſſunt, qui mundo mortui ſunt, Chriſto vivunt, carnem confecerunt, animam a corpore abſtraxerunt. His parcens, aut etiam omnino Deo reddens, divini Numinis famulos & diſcipulos, cœleſtiumque rerum inſpectores, has, inquam, generis noſtri primitias, hæc columina, has fidei coronas, hos templi illius lapides, cujus fundamentum & lapis angularis eſt Chriſtus; pulcherrime utique, & ipſis, & tibi, & nobis omnibus conſulueris. Sic honorifice ſentiebat de monachis, quorum tranquillitati tanto ſtudio conſulebat.

Martyr. Rom. 1. Jan. & 9. Auguſt. Idem orat. 9.

Julianus ei morem gerens optarat ut eorum tributa ſecum præfiniret; ſed morbus ingraveſcens obſtitit. Eamdem pro monachis immunitatem datis ad Fiſci magiſtratus literis poſtularat Baſilius; hos enim & Clericos curiales, qui per decem annos non miniſtrarant in Eccleſia, publicis oneribus ſubjeceret Valens; ni mallent cedere bonis ſuis in gratiam eorum, qui illorum loco patriæ curiæque munera ſubirent. Gregorius interea non deſinebat urgere precibus Epiſcopos, magnique muneris loco ab eis poſcens, ut aliquem Eccleſiæ Nazianzenæ præficerent, affirmans nullam ſibi datam eſſe Sedem publico præconio; ſeque jam dudum ſtatuiſſe relinquere amicos ac negotia. Cumque hæc eos non moverent, primum fuga ſe contulit Seleuciam, ubi S. virgo Thecla fanum habebat admodum celebre, ibique diu manſit, hoc ſperans ut, feſſi mora, Epiſcopum Nazianzo præponerent. Illi vero cum Gregorium flecti poſſe ſperarent, moras nectebant; quin etiam ut vel invitum ad illius adminiſtrationem compellerent; quapropter rediens hanc Sedem vacuam comperit, onerique ſe non ſubtraxit, dum opportuniore tempore illud abjiceret.

L. 63. de decur. Cod. Theod. Idem Carm. de vit.

XC. Ariani non ſolum Imperatoria potentia invadebant eccleſias, ſed & multos fidei ſimulatione ſibi communione ſociabant; quapropter Orientales Catholici monendos Occidentales putarunt, ne eorum fallaciis decepti in ſuam communionem eos reciperent. Baſilius ſuadente Euſebio Samoſetano duas ea de re literas ſcripſit ad Meletium: Euſebius voluit, inquit, ut a nobis ſcriberetur epiſtola, ab omnibus vero conſentientibus ſubſcriberetur ...... commentarium pietati tuæ miſi, ut illo potitus, ſimulque iis quæ a Presbytero ſanctiſſimo referentur, inſtructus, ipſe de his rebus ſcribere digneris. Nos parati ſumus facere ut literas propere ad conſentientes deportet, ut omnium habitis ſubſcriptionibus proficiſcatur, avolaturus hinc ad Epiſcopos Occidentales. In ſequenti epiſtola poſtquam eumdem monuit, eadem quæ prius ſcribere ſuperfluum eſſe, ſubjungit: Illud mihi argumentum velut intactum adhuc eſſe, locumque dare ſcribendi viſum eſt, admonere illos ne ſine diſcrimine quorumvis communionem ex Oriente venientium accipiant: ſed una ſemel electa parte, reliquos ex conſentientium teſtimonio admittant, nec cuivis, ſub prætextu Orthodoxæ doctrinæ, fidei formulam ſcribenti adſtipulentur. Nam iſto pacto deprehendentur cum diverſis partibus communicantes, qui eadem ſæpenumero verba prætexunt, inter ſe vero pugnant, ut qui plurimum diviſi diffidenteſque fuere. Ne igitur amplius hæreſis eorum, qui inter ſe mutuo diſſident, per ipſorum ſcripta, quæ prætexere & objicere ſolent, incautos ſeducat, admonendi ſunt, ut cum judicio accedentium communiones, & eas quæ cum ſcriptis fiunt, juxta formam eccleſiaſticam faciant. Meletii literæ ad Occidentales deferuntur.

Occidentalium auxilium implorant Oriental. Catholici. Epiſt. Baſil. 58.

Idem epiſtol. 59.

Iiſdem ſic ſcripſit Baſilius: primo quidem gratias agit pro literis quas fidei charitatis & conſenſionis plenas ad eos prius tranſmiſerant per Athanaſium, occaſione ſcilicet primæ legationis; tum ſubjicit: Auxit etiam nobis ſolatium Dominus per religioſum filium coadjutorem noſtrum Sabinum, qui relatione eorum, quæ apud vos honeſte aguntur, animos noſtros pavit. Cæterum noſtra experimento percepta evidenter vobis nunciabit; ut primum aſſidua ſtudioſaque oratione ad Deum nobiſcum certetis: deinde etiam ſolatium quod præſtare poſſitis, laborantibus Eccleſiis afferre non recuſetis. Etenim hic laborat, Fratres Reverendiſſimi, & defatigata eſt frequenti adverſariorum inſultu Eccleſia ...... Tribulationes noſtræ vel nobis tacentibus vobis ſunt cognitæ ...... Patrum dogmata contemnuntur, Apoſtolicæ traditiones nullo numero habentur, recentiorum hominum inventa in Eccleſiis dominantur, homines artificioſe diſputant, non Theologos agunt; mundi ſapientia primas tenet, Crucis gloriam abominans; Paſtores abiguntur, lupi graves introducuntur, qui Chriſti gregem diſcerpunt. Domus oratoriæ deſeruntur ab Eccleſiaſtico cœtu, ſolitudines refertæ ſunt plorantibus; ſeniores ingemiſcunt, dum vetera præſentibus comparant ...... Quare ſi aliqua dilectionis conſolatio; ſi quædam ſpiritus communio, ... commoveamini ad noſtrum auxilium. Arripite pietatis zelum, eripite nos ex hac tempeſtate. Proferatur etiam apud vos cum fiducia bonum illud Patrum præconium, quod infamem Arii hæreſim evertat, & Eccleſias in ſana doctrina confirmet, in qua Filius Conſubſtantialis Patri prædicatur, & Spiritus ſanctus æqualiter connumeratur & colitur. Ut quam vobis Dominus pro veritate fiduciam dedit, & ob confeſſionem veritatis, & ſalutaris Trinitatis gloriationem, hanc & nobis per veſtras preces veſtramque cooperationem largiatur. Cæterum ſingula prædictus ille Syndiaconus vobis nunciabit. Apertius ſcribere periculoſum erat, ne interceptæ literæ exacerbarent Imperatorem; quare quid facto opus eſſet, commiſſum eſt Sabino Diacono.

Orient. Eccleſiarum triſtis ſtatus. Baſil. epiſtol. 61.

XCI. Evagrius Presbyter Antiochenſis, qui quondam cum S. Euſebio Vercellenſi Romam migraverat, circa idem tempus rediit in Orientem, retulitque quæ ſcripſerant Orientales, hic minus placuiſſe doctioribus; ſimulque Occidentalium literas protulit, eorum nomine poſtulans, ut ſimiles eadem ad verbum continentes ſcriberent Occidentalibus, mitterentque legationem per viros fide dignos, ut honeſta ſit occaſio eos inſpiciendi. Baſilius ea de re ſcripſit ad Euſebium Samoſetanum, ejus ſententiam poſtulans: ibidem ſe febre ſic conſumptum dicit, ut ſola cute tanquam lucernarum papyro circumdatus ſit. Euſebii reſponſio excidit.

Baſil. epiſt. 8.

Evagrius poſtea conciliandis diverſis Eccleſiæ Antiochenæ partibus incubuit, ſed fruſtra, dum uni plus æquo ſtudet, Meletianiſque communicare detrectat, Baſilium literis hortatur ut eam pacem procuret: qui reſpondit: Itane ignorat tua prudentia, illas paſſiones, quæ temporis tractu invaluerunt, temporis primum diuturnitatem requirere, quo in integrum reſtituantur? .... Ambitionem animitus inhærentem altiuſque radices agentem, vir unus aliquis, aut epiſtola una nequaquam poterit averruncare .... Præterea per Dei gratiam Epiſcopus exiſtit, nempe Meletius, ad quem ante alios Eccleſiarum cura & ſollicitudo pertineat: quem non eſt poſſibile huc ad nos advolare; & propter incumbentis acerbitatem brumæ nobis non licet eo uſque excurrere .... Armeniæ enim montium tranſitus paulo poſt futuri ſunt penitus impervii .... Triſtitia nos affecit ...... Dorotheus Syndiaconus, qui de tua reverentia renuntiavit nobis, quod concilio ipſorum, ſcilicet Meletianorum, intereſſe recuſares .... Nequaquam hæc nobis promiſſa dederas; non mirum ſi partium fautor nihil pro pace communi perfecerit.

Baſil. ep. 342.

XCII. Eodem anno Evagrium in Orientem comitatus eſt Hieronymus: Hic Patre Euſebio natus eſt Stridone oppido Dalmatiæ, in finibus Pannoniæ circa annum 330.; qui cum parentibus Chriſtianis in pueritia Romam veniſſet, ibi literis latinis & græcis eruditus eſt; in Grammatica Donatum tunc celebrem habuit præceptorem, in Rhetorica Victorinum. Ferventiore ætate aliquamdiu minus caſte vixit: brevi reſipuit, Baptiſmate ſuſcepto; ſolebatque cum cæteris ejuſdem ætatis & propoſiti, diebus Dominicis ſepulchra Apoſtolorum, & Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ ex utraque parte ingredientium per parietes haberent corpora ſepultorum. Roma profectus in Gallias Bonoſo comite contendit, ut ex variis Bibliothecis, viriſque eruditis, quibus tum Gallia florebat, eruditionis theſauros ſibi compararet. Treviris tunc Galliarum Metropoli commora-

S. Hieronymi initia.

Gennad. vir illuſt. catalog. Hier. in Gal. c. 2. & ep. 50. nov. edit. Idem in Ezech. cap. 40. Idem epiſt. 57. nov. edit. Idem ep. 4. alias 6.

Christi An. 375.

moratus librum de Synodis Sancti Hilarii manu sua ipse descripsit. Inde recedens in patriam propter improbos mores Lupicini Episcopi redire noluit; urbis etiam Romanæ tumultus, & pericula fugiens venit Aquilejam, vixitque cum S. Valeriano Episcopo, qui Ecclesiam hanc, quam Fortunatianus ejus prædecessor Ariana hæresi infecerat, repurgavit. Viris æque piis ac doctis florebat ejus Clerus, quos inter eminebant, Chromatius Presbyter, ejus in Episcopatu successor, Jovinus Archi-diaconus, Eusebius Diaconus, Niceas Subdiaconus, Chrysogonus Monachus, Heliodorus postea Episcopus. Bonosus Hieronymi concivis, itinerum studiorumque comes, qui postea in Dalmatiæ desertis vitam exercuit monasticam. Rufinus ibidem Chromatii discipulus post susceptum baptisma circa annum 370. secesserat in monasterium; hunc amicum deinde acerrimum habuit adversarium; Evagrium demum nactus remotiores regiones invisere statuit. Constitutis itaque domi rebus, & Bibliothecam quam summo studio Romæ instituerat assumens, vela fecit, Evagrio, Innocentio, Hyla, & Heliodoro comitibus. Peragratisque variis Orientis provinciis, Syria ei velut fidissimus naufrago portus occurrit: Hic sacras Scripturas exponentem sæpius audivit Apollinarem, cujus hæreses necdum penitus innotuerant. Antiochiæ amplexus est communionem Paulini Episcopi, & deductus ab eo media hyeme intravit Jerosolymam, viditque multa miracula, & quæ prius ad eum fama pertulerat, oculorum judicio comprobavit. Ascendit in Ægyptum, lustravitque monasteria Nitriæ, secedensque in deserta Chalcidis vitam coluit monasticam, nec tamen idcirco studia neglexit. Evagrius Amanuensium impensas, cæteraque ad scribendum necessaria ei subministrabat, transmittebatque literas quæ ex variis provinciis ad eum dirigebantur. Innocentius hic diem obiit extremum; Heliodorus discessit.

Idem epist. 41.

Hieronymi tentationes. epist. 18. alias 22.

Hieronymus quidquid morborum esse poterat, expertus est, & gravibus probatus tentationibus, quas sic ipse describit: Quoties in eremo constitutus, & illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horrendum monachis præstat habitaculum, putavi me Romanis interesse deliciis! Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia; squallida cutis situm Æthiopicæ carnis adduxerat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus: & si aliquando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero, & potu taceo, cum etiam languentes ibi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuriæ sit. Ille igitur ego qui, ob metum gehennæ, tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius, & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora jejuniis, & mens desideriis æstuabat: in frigido corpore, & ante hominem suum jam carne præmortua, sola libidinum incendia pullulabant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subigebam. Non erubesco infelicitatis meæ, quin potius plango non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro junxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessabam verberibus, quam a Domino rediret imperante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum consciam pertimescebam, & mihi iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam; sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum; post multas lachrymas, post cœlo oculos inhærentes, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum; & lætus gaudensque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. Perversæ cogitationes cum semper redirent; ad mentem, inquit, edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, & Plinii lenitatem, Alphabetum Hebraicum discerem, illiusque linguæ stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, testis est conscientia mea. Et gratias ago Deo, quod de amaro semine literarum dulces fructus capio. Plenam enim illius linguæ cognitionem adeptus est.

Idem epist. 94. alias 4.

XCIII. Interea certior factus est Ruffinum amicum suum percurrendo Ægypti monasteria invisisse D. Macarium Ægyptium. Eodem tempore in Ægypto commorabatur S. Melania senior Marcelli quondam Consulis filia. Hæc anno vitæ suæ vigesimo secundo, ita crevit ærumnis, ut duos filios, & maritum intra anni tempus amitteret, unico tantum parvulo ad memoriam sibi potius quam ad compensationem affectuum relicto. Stetit tamen immobilis, lacrymæ gutta non fluxit; & ad pedes advoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit dicens: Expeditius tibi servitura sum, Domine, quia tanto me onere liberasti. Unico filio omni quam habebat possessione concessa, ingruente jam hyeme navigavit Alexandriam. Ecclesiam Dei tunc furor Arianorum persequebatur: hæc fugatos recipiebat, aut apprehensos comitabatur. Sed cum eos recepisset in latebram, qui propter insignem fidem, & majori hæreticorum odio infestabantur..... gravi tunc seditione diaboli stimulis inflammata, quasi contra legem publicam contumax, protrahi ac pati jussa est, quæ illos manebant nisi prodere maluisset. Processit impavide cupida passionis, & injuria publicationis exultans...... tracturos antevolans ad Judicem, qui confusus veneratione præsentis, non executus est infidelitatis iram..... Eadem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentium panibus suis pavit.

Christi An. 375.

Ibid.

S. Melaniæ secessus.

Paulin. epist. 10.

Hieron. epist. 52. alias 25.

Paulin. epist. 10.

Post hæc cum Alexandriæ Præfectus Augustalis Episcopos duodecim, Presbyterosque, & alios quosdam usque ad centum duodecim Diocæsaream damnasset exilio; istos hæc beatissima omnes secuta est, & propriis facultatibus eis ministerium suum præbuit; cumque hæc facere prohiberetur, sumpta veste servili, eis vitæ necessaria afferebat. Quo cognito Palæstinus Præfectus eam misit in carcerem. Verum qualis esset ubi rescivit, excusavit eidem factum suum, eamque honoravit, & jussit ut ad Confessores, quoties vellet, accederet. Isidorus Presbyter Alexandrinus, & Xenodochius de virtute Abbatis Pembo cum ei multa narrasset, eo duce perrexit in solitudinem, ut ipsum inviseret, eique detulit vasa argentea trecentarum librarum argenti, rogans eum ut rerum suarum particeps esse vellet. Ille autem operans, & ramos texens, alta voce dixit: Deus det tibi mercedem, præcepitque œconomo suo Theodoro: Accipe, & ea dispensa universæ Fraternitati, quæ est in Lybia, & in insulis; Hæc enim monasteria magis indigent. Melania stabat exspectans, ut vel ei benediceret, vel saltem donum laudaret: Cum vero nihil omnino ab eo audisset, ei dixit: Domine, ut scias quantum sit, sunt trecentæ libræ argenti: Ille, nequidem respiciens, respondit: Non opus est, ut a te discam quantitatem ponderis. Qui enim montes appendit statera, multo magis scit quantitatem tui argenti. Si hæc mihi dares, recte pondus dixisses; sed si Deo ea obtulisti, qui ne duos quidem obolos despexit, sed eos plusquam omnia æstimavit, tace. Brevi post tempore dormiit homo Dei nec ægrotans, nec in ulla parte corporis dolorem sentiens, sed sportam contexens accersiit Palladium suum discipulum, eique dixit: Cape hanc sportam a meis manibus, ut mei memineris. Nihil enim habeo aliud quod tibi relinquam. Et cum hoc dixisset, excedit sine febre, cum esset annorum septuaginta.

Pallad. Lausiac. cap. 117.

Ib. c. 10.

Illustres Abbatis Pembo discipuli fuere quatuor Fratres, Dioscorus statu maximus, & postea Hermopoleos Episcopus, Eusebius Euthymius, & Ammonius, qui Romam secutus est Athanasium; vetus & novum Testamentum tenebat memoriter, atque in scriptis Athanasii, & Basilii ita erat versatus, ut decies mille & sexcentos versus proferret; nihil unquam comedit quod igni fuisset admotum præter panem. Hi cum duabus sororibus venerunt in solitudinem, & seorsum fecerunt utrumque monasterium, virorum scilicet, & mulierum, ita ut satis magnum intercederet spatium. In eodem monte Nitriæ fuit vir admirabilis Abbas, Or nomine, habens monasteriis mille Fratrum; hunc cum jam nonaginta annos natus esset, invisit Melania: fuit enim vir clarus inter multos Patres, adeo ut cum multi ad eum venirent monachi, omnes præsentes Fratres convocans, in uno die eis cellas faceret: uno quidem subministrante lutum, altero laterem, alio hauriente aquam. Perfectis autem cellis, ipse præbebat venientibus quæ erant necessaria. Die Augusti septimo celebris est in Ecclesia Græca ejus memoria.

Pallad. Lausiac. cap. 12.

Ib. cap. 9.

Men. 7. August.

XCIV.

Christi An. 375.
Socrat. l. 4. c. 25. *Didymi labores & opera.* Ruf. hist. l. 2. c. 7.

XCIV. Melania post sex menses redux Alexandriæ vidit Didymum virum plane admirabilem, qui per id tempus in omni genere doctrinæ florebat, & tamen annos quatuor natus videndi facultatem penitus amiserat. Verum Deus pro corporalibus oculis spirituales ei largitus est. Nam ea quæ oculorum visu percipere non poterat, didicit audiendo. Cum enim a puero egregia esset indole, & excellenti ingenio præditus, æquales suos, qui oculorum acie pollebant, longe superavit. Cum vero post lucubrationis laborem, somnus, ut fieri solet, advenisset legentibus, Didymus silentium illud non ad quietem, vel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat, ex integro revocabat, & ea, quæ dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognoverat, memoria & animo retexebat, ut non tam audisse quæ lecta fuerant, quam descripsisse mente suæ paginis videretur. Ita brevi, in tantam divinarum humanarumque literarum eruditionem ac scientiam venit, ut scholæ Ecclesiasticæ Doctor existeret Alexandriæ, Athanasio Episcopo, cæterisque sapientibus in Ecclesia viris Dei admodum probatus: Grammaticæ & Rhetoricæ præcepta perdidicit, deinde Arithmeticam, & Musicam, & Geometriam, Dialecticam, & universam Philosophiam penitus in animo suo recondidit, non tanquam disciplinas, quæ veritatem docerent, sed velut tela, quibus veritas adversus mendacium uti potest. Sed & divina oracula, quæ tam in vetere quam in novo Testamento continentur, adeo perfecte norat, ut multos in ea libros conscriberet: dictavit etiam de dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu sancto librum unum, quem in latinum vertit S. Hieronymus, extatque inter ejus opera. Scripsit etiam scholia in libros Origenis de Principiis, ubi errores sic nititur excusare, ut tamen Origenis esse fateatur, non scriptum negans, sed sensum scribentis edisserens. Licet autem Origenis libros ab errore vindicare voluerit Didymus, cum ante eorum damnationem id tentaverit; inde colligi non potest, idem licitum esse post judicium Ecclesiæ, etiamsi ejusmodi errores reprobarentur. Hunc plurimi fecere viri utriusque Orientis & Occidentis doctissimi & sanctissimi, Athanasius, Eusebius Vercellensis, & Hieronymus, qui affirmat eum in Trinitate esse Catholicum.

Socrat. Ibid. Theod. hist. l. 4. cap. 29. Hier. de script. Eccl. & epist. 33. Idem l. 2. Apolog. & epist. 41. alias 65.

S. Antonius, qui tunc propter Arianos relicta solitudine venit Alexandriam, cum iisset ad eum Didymus, inter cæteras sermocinationes, quas de Scripturis sacris habebant, cum ejus admiraretur ingenium, & acumen animi collaudaret, sciscitans ait: Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret; secundo tertioque interrogans, tandem elicuit, ut mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius, miror, ait, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ & culices habent, & non lætari illius possessione, quam Sancti soli & Apostoli meruerunt. Gaude potius quod illos habeas oculos, quibus Deus cernitur, & lux ejus comprehenditur. Tunc vero maximus Fidei patronus ac propugnator Didymus habebatur, quippe qui adversus Arianos validissime disputaret, eorumque sophisticas cavillationes dissolveret, & falsos & fraudolentos eorum sermones refelleret: ac proinde de Christi divinitate recte sensit. Cum eum adiit Melania, annum vitæ agebat sexagesimum; attigit octogesimum quintum.

Hieron. Apolog. lib. 2. Socrat. Ibid.

XCV. Eum audiit Rufinus, quo tempore sæviebat persecutio post mortem Athanasii. Affirmat suam fidem tunc & in carceribus & in exiliis fuisse probatam: mendacii hunc redarguit Hieronymus.

Hier. l. 2. Apolog.

Catholicam de Spiritu sancto doctrinam adversus Macedonianos non minus accurate exposuit Didymus: illius operis quod in tres libros dividitur, quasdam partes potiores hic subjicimus. In primo libro probat, extra omnem creaturam esse Spiritum sanctum. Hæc autem est summa ejus ratiocinii: Idem Spiritus sanctus locutus est in Prophetis & in Apostolis: Igitur vox Spiritus sancti non est vacua appellatio, sed subjacentis essentiæ demonstratrix. Hæc autem essentia Patri Filioque socia est, & a creaturis omnibus aliena: quippe characteres omnes divinitatis proprios habet; est enim immutabilis & inconvertibilis, æterna, immensa; fons omnium bonorum subsistens. Hæcque omnia confirmat multis Scripturarum testimoniis: imprimis ea urget, in quibus Spiritus sanctus dicitur Creator, & Fons omnium Dei bonorum, quæ largitur aliis creaturis, quæ sunt capaces ejus sanctificationis, ipse autem est incapax sanctificationis alienæ; unde concludit: Si igitur sanctificator est, non mutabilis, sed immutabilis Substantiæ ostenditur. Immutabilem autem Substantiam Dei tantum & unigeniti Filii ejus manifestissime tradunt divina eloquia, convertibilem & mutabilem omnem creaturarum substantiam prædicantia. Jam vero si Spiritus sanctus est immutabilis Substantiæ, consequens est ut sit æternus. Præterea est immensus. Siquidem Angelos in cœlis & homines in diversis terræ partibus existentes sanctificat. Ulterius ex his infert, Spiritum sanctum unius esse cum Patre & Filio Substantiæ, siquidem, ut docet Apostolus: Una est gratia & charitas Patris & Filii & Spiritus sancti operatione completa: in omnibus enim approbator eamdem operationem esse Patris, & Filii & Spiritus sancti. Quorum autem una est operatio, una est Substantia: quia quæ ejusdem Substantiæ & *ὁμοούσια* sunt, easdem habent operationes, & quæ alterius Substantiæ, & *ἀνομοούσια*, dissona atque diversa sunt. Hunc primum librum concludit hoc argumento omnium firmissimo. Arguens Petrus Ananiam . . . sancti Spiritus unitatem ad Deum, non secundum numerum, sed juxta substantiam comprobavit dicens; Anania: Quare complevit satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto, & absconderes de pretio agri? . . . Non hominibus mentitus es, sed Deo . . . Si enim qui Spiritui sancto mentitur, mentitur Deo; nulli dubium est, consortium Spiritus sancti esse cum Deo. Et quomodo sanctitas subsistit in Deo, eodem modo & Deitas intelligitur in Spiritu sancto.

Didymi l. de Spiritu S. apud Hieron. Spiritus S. divinitas. Christi An. 375. 2. ad Cor. cap. ultim. Act. 5.

In secundo libro eamdem veritatem probat ex forma Baptismi, atque ex missione Spiritus sancti; demum ex ejus processione a Patre & Filio. Ultimum tantum ejus argumentum hic referamus: Græcos enim aperte revincit. Hæc igitur Joannis verba laudat: Cum venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem. Neque enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur: & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis . . . Salvator ait: Non enim loquetur a semetipso: hoc est, non sine me, & sine meo & Patris arbitrio: quia inseparabilis a mea & Patris est voluntate. Quia non ex se est, sed ex Patre & me est: hoc enim ipsum quod subsistit & loquitur, a Patre & me illi est. Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, non potuit declarare verbis apertioribus. Et infra sic confirmat: Neque enim ignorante Filio, qui Sapientia & Veritas est, Pater suam nuntiat voluntatem: cum omne quod loquitur, sapiens vereque subsistens, in sapientia habeat & subsistentia. Loqui ergo Patrem, & audire Filium: vel e contrario, Filio loquente audire Patrem, ejusdem naturæ in Patre & Filio consensusque significatio est. Spiritus quoque sanctus qui est Spiritus veritatis, Spiritusque sapientiæ, non potest Filio loquente audire quæ nescit: cum ipsum sit quod profertur a Filio: id est procedens a veritate, consolator manans de consolatore, Deus de Deo, Spiritus veritatis procedens . . . . Hanc opinionem sequentia Domini verba confirmant dicentis: Ille me clarificabit: id est Paracletus: quia de meo accipiet. Rursum hic accipere, ut naturæ divinæ conveniat, intelligendum . . . si enim quod prius non habebat, accipit, translato in alium munere, vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus; sic & nunc Spiritum sanctum a Filio accipere id quod suæ naturæ fuerat, cognoscendum est: & non dantem & accipientem; sed unam significare substantiam. Siquidem Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit. Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his quæ ei dantur a Patre; neque alia substantia est Spiritus sancti præter quod datur ei a Filio. Propterea autem ista dicuntur, ut eamdem in Trinitate credamus esse naturam Spiritus sancti, quæ est Patris & Filii . . . Deinde interpretationem inferens, quomodo dixisset, de meo accipiet, protinus subjicit, omnia quæ habet Pater, mea sunt: propterea dixi, de meo accipiet, & annuntiabit vobis: quodammodo loquens: Licet a Patre procedat spiritus veritatis; tamen quia

Spiritus S. a Patre & Filio procedit. Ibid. Joan. 6. L. 2. Didymi.

omnia

Christi An. 375.

omnia quæ habet Patet, mea ſunt: & ipſe Spiritus Patris meus eſt, & de mea accipiet.

Pallad. Lauſiac. cap. 118. *S. Melaniæ charitas.*

XCVI. Ruſinus tandem Jeroſulymam deduxit Melaniam. Hæc autem monaſterium ſibi fecit, in quo viginti & ſeptem annorum tempus implevit, quinquaginta ſecum ſorores virgines habens. Eratque cum ea Ruſinus, qui ad Presbyteratum poſtea meruit pervenire. Ambo toto eo tempore ſanctos, atque peregrinos Epiſcopos, & Monachos, virgineſque, hoc enim voverant Deo, ſuſcipere propriis ſumptibus ac ſovere conſueverunt; omneſque ad ſe venientes meliores tantarum ac talium rerum contemplatione fecerunt. Illos enim quadringentos monachos, qui propter Paulinum Antiochenum Epiſcopum, ſe ab Eccleſia ſeparabant, ſanctæ rurſus Eccleſiæ reddiderunt. Multos etiam præter hos perverſæ ſectæ homines, & contra Spiritum ſanctum ſacrilego ore certantes, ad Eccleſiam Catholicam, vera ſuadendo, ac jugiter cunctos docendo, revocaverunt, honorantes quidem ac ſæpe paſcentes illius ur-

Epiſt. 2. alias 5.

bis Clericos. Id ubi primum audiit Hieronymus, literas dedit ad Florentium hominem laicum, qui pariter Hieroſolymis multorum neceſſitatibus ſubveniebat; cui de ſumma charitate poſtquam gratulatus eſt, hæc ſubjicit: Et quia Frater Ruſinus, qui cum ſancta Melania ab Ægypto Jeroſolymam veniſſe narratur, individua mihi germanitatis charitate connexus eſt, quæſo ut epiſtolam meam huic epiſtolæ tuæ copulatam ei redere non graveris. Noli nos æſtimare ejus virtutibus, in illo conſpicies expreſſa ſanctitatis inſignia . . . . ſanctus Presbyter Evagrius

Epiſt. 4. alias 6.

plurimum te ſalutat. Hunc ad vitam ſolitariam induxerat Hieronymus. In ſecundis literis eumdem obſecrat, ut a Ruſino petat: ut ſibi beati Rhetitii Auguſtodunenſis Epiſcopi commentarios ad ſcribendum largiatur, in quibus Canticum Canticorum ſublimi ore diſſeruit. Hic ſub Conſtantino floruit; interſuit Arelatenſi Synodo.

Sozom. l.6. c.32. *Celebres monachi.*

XCVII. Palæſtina monachorum domiciliis florebat. Nam & plerique qui ſub Conſtantio vixerant, adhuc ſuperſtites hanc diſciplinam ſumma cum laude excolebant. Et horum conſuetudine ac ſermonibus alii inſtituti, ad ſummum virtutis apicem per-

Idem l.3. c.14.

venerant. Ex quorum numero Heſychius Hilarionis diſcipulus, qui ejus reliquias e Cypro ſublatas in ejus monaſterio ſepelierat. Atque ex eo tempore Palæſtinæ incolæ diem feſtum quotannis admodum celebrem publice agunt. Hoc enim modo Palæſtini honorare ſolebant viros ſunctos, qui apud ipſos vixere, exempli gratia, Aurelium, Anthedonium, Alexionem ortum Berhagarone, & Alaphionem ex Aſalea, qui cum Conſtantii tempore viverent, monaſticam vitam pie & viriliter excoluerant, & virtutum ſuarum exemplo, in urbibus ac vicis ſuperſtitioni Gentilium admodum deditis, Chriſtianam reli-

Idem l.5. c.15.

gionem magnopere provexerant. Alaphion dæmonio cum vexaretur, & D. Hilarion ſolo Dei nomine invocato dæmonem expuliſſet, pater & avus Sozomeni cum univerſa domo omneſque ſimul, qui ex gente erant Alaphionis, primi Fidem Chriſti ſuſceperunt Betheliæ, qui vicus eſt Gazæorum. Hi primi eccleſias illic & monaſteria condiderunt: & ſanctitate vitæ, & humanitate erga pauperes & peregrinos, ea exornarunt.

Idem l.6. c.32.

Imperante Valente, Salamanes, Phuſcon, Malchio & Chriſpio Fratres in monaſteriis inclaruerunt. Magiſtrum porro hujus diſciplinæ habuerunt Hilarionem. Sylvanus quoque ex Palæſtina ortus tunc in Ægypto vitam agebat monaſticam. Poſtmodum vero, cum aliquamdiu in monte Sina moratus fuiſſet, tandem Geraris, juxta torrentem, maximum ac nobiliſſimum monaſterium plurimorum bonorum virorum conſtituit, cui poſt illum præfuit Zacharias. Juliani principatu jam celebre erat monaſterium Hie-

Ruf. de vit. PP. l.2. c.18.

roſolymitanum, cui præerat Philippus Abbas. Serapion Presbyter in regione Arſenoitæ erat multorum monaſteriorum parens, in eis decem millia monachorum numerabantur, qui omnes ex laboribus propriis, quos præcipue meſſis tempore, mercede manuum conquirebant, partem plurimam ad Patrem conſerentes, in uſus pauperum deſtinabant.

Vicinos Antiochiæ montes pariter incolebant plurimi ſolitarii, quorum præcipui ſunt, Macedonius dictus Chritephages, quod hordeo veſceretur; Petrus Galata & Baſſus ducentorum monachorum Pater. Euſebius Abbas in eorum montium altiſſimo, qui cori-

Christi An. 375.

phæus vocabatur, habuit monaſterium. Duobus monaſteriis in monte Amano præerat Simeon ſenior.

Theod. de vit. PP. c.16.

Maro vero eam, quæ ſub dio fit, vitam amplexus, occupavit quoddam cacumen, in quo erat templum dæmonum, quod Deo conſecravit, atque in eo verſatus eſt, parvo quodam in eo fixo tabernaculo, quo tamen raro eſt uſus . . . . . Munificus Deus ei tam copioſe dedit donum curationum, ut in omnes partes ejus gloria pervaſerit ..... non ſolum autem medebatur ægritudinibus corporum, ſed etiam animis convenienem exhibebat curationem.

Ib. c.15.

Plurimos ſic effecit vitæ ſuæ imitatores, multaque conſtruxit monaſteria, & in regione Cyri, ubi florebat magnus Jacobus; & in ſecunda Syria juxta Apamæam. In Zeugmatenſium territorio Publius cum Paulo duplex excitavit monaſterium, unum Græcorum, alterum Syrorum, ſed omnes in eadem Eccleſia ſimul mane & ſero convenientes proprio idiomate laudabant Deum. Ao-

Sozom. l.6. c.33. & 34.

nes in Syria ſuperiore primus fuit author vitæ ſolitariæ, domiuicum habuit in Phadana, quo in loco Jacob ex Palæſtina veniens, Rachelem offendiſſe dicitur. Ejus contubernales fuere Gaddanas & Azizas, ad ejuſdem virtutis apicem mutua æmulatione tendentes. Apud Niſibenos quidem circa montem Sigoron, celebres erant, Barthæus, Euſebius, Barges, Halas & Abbo, & Lazarus, qui fuit Epiſcopus: Abdaleus item & Zeno, & ſenex Heliodorus. Iſtos vulgo Paſcentes vocabant, propterea quod nec domicilia habent ulla, nec pane aut obſonio veſcuntur, nec vinum bibunt: ſed in montibus degentes, Deum perpetuo celebrant, orationibus & hymnis juxta Eccleſiæ ritum vacantes. Cumque veſcendi tempus advenerit, ſinguli ſalce arrepta per montem vagantes, inſtar paſcentium pecorum comedunt. Habitabant autem in rupibus & cavernis.

Gregor. Niſſ. vit. Ephr. *S. Ephr. ſanctitas & ſcientia.*

XCVIII. Catholicam Eccleſiam plurimum exornavit D. Ephrem Syrus, qui Niſibi natus eſt ac plebeis quidem parentibus, ſed Confeſſoribus: in monaſtica Philoſophia ab ineunte ætate ſeſe exercuit, adeo gravitatis tenax, famæque ſuæ cuſtos, ut cujuſvis mulieris vel ſolum aſpectum refugeret. Et cum nec ab ullo doctus fuiſſet, repente in Syrorum lingua ad tantum eruditionem pervenit, ut Philoſophiæ difficillima quæque theoremata facile perciperet; facultate vero ac ſplendore orationis, & ſententiarum crebritate ſimul atque ſapientia Græcos ſcriptores ſuperaret. Ejus ſcripta brevi in Græcum ſermonem translata, a domeſtica & nativa præſtantia non multum recedebant, acumenque ſublimis ingenii etiam in traslatione ſe agnoviſſe fatetur Hie-

Hier. de ſcript. Eccl.

ronymus. Ad tantam pervenit claritatem, ut etiam quarto ſæculo poſt lectionem Scripturarum publice in quibuſdam Eccleſiis ejus ſcripta recitarentur. Talem futurum Ephrem quibuſdam ſignis Deus & parentibus ejus, & viris piis oſtenderat. Baſilius hunc ad-

Theod. hiſt. l. 4. cap. 29.

miratus eſt. Canticis ſuis imprimis Eccleſiæ profuit, hæreticorumque fraudes repreſſit. Harmonius enim Bardeſanis filius cantica quædam olim compoſuerat, & modorum ſuavitati impietatem admiſcens, audientium animos demulcebat, & ad exitium pertrahebat. Ephrem cum Syros & verborum elegantia, & modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio ſentirent de anima, de ortu & interitu corporis, & de regeneratione, quæ ſecundum placita Philoſophorum expoſuerat; ipſe modorum compoſitionem ab illo mutuatus, pietatem canticis permiſcuit, & ſuaviſſimum ſimul ac utiliſſimum medicamentum audientibus exhibuit; ejuſque cantica feſtos Martyrum dies lætiores ac ſplendidiores efficiebant. Ex eo enim tempore Syri ſcripta Ephrem pſallere ſolent. Edeſſenæ Eccleſiæ factus Diaconus vitam

Sozom. l.3. c.16.

ſemper coluit monaſticam. Qualiter vero inani gloria ſuperior fuerit, hinc intelligi poteſt. Decretum, quo electus fuerat Epiſcopus, quidam ad eum attulerunt, ac ſimul eum comprehendere conabantur, tanquam ad ordinationem ducturi. Id cum præſenſiſſet, ſtatim in forum cucurrit, & indecore incedens, ac veſtem trahens, & in publico comedens ſe pro inſano ſpectandum exhibuit. Ubi vero qui illum comprehenſuri venerant, hominem mente captum eſſe arbitrati ſunt, appetere eum ulterius ac perſequi deſtiterunt; ille opportunitatem nactus aufugit, & euſque delituit, donec alius ordinatus fuiſſet. Eamdem ejus ſummam humilitatem teſtatur ejus confeſſio, in qua ſui ipſius accuſator diſcipulis ſuis narrat converſionis ſuæ modum.

Diſce-

CHRISTI An. 375.

Discedens ab Edessa civitate venit Cæsaream Cappadociæ, ubi ingressus templum reperit S. Basilium concionantem, & cœpit magna voce prædicare eum. Dicebant autem quidam de turba: Quis est iste peregrinus, qui sic laudat Episcopum? Quippe adulatur ei potius, ut aliquid ei largiatur. Peracta autem jam concione, ait Basilius; Accersita ad me hominem, qui insistebat laudando me. Et accersito eo, dicit ipsi: Quid ita instanter vociferabaris laudando me? Respondens sanctus senex dixit: Ideo perseverabam clamando & laudando te, quia aspiciebam immaculatam columbam stantem in humero tuo dextero, & in aures tibi suggerentem quæ populo concionabaris. Basilius autem Spiritu sancto plenus ipsum agnovit, & dixit ad eum: Tune Ephrem es Syrus? Vere quemadmodum intellexi, sic & in te comperi, quietis amator, mansuetudo tua atque clementia & simplicitas clara est velut lumen apparens omnibus. Loquebatur ei per interpretem, Ephrem enim erat Græci sermonis expers.

Vit. D. Ephr. Ibid.

S. Basilii ascetica.

XCIX. Basilius asceticæ vitæ semper studiosus, Cæsareæ virorum monasterio conjunxit ptochodochium. Ibidem instituit Cœnobium virginum, quibus præerat ejus neptis; Canonicas eas vocat, quod sub regula vitam agerent; Cœnobitæ sic olim dicebantur canonici; eas ut præceptis pietatis informaret, multa scripsit. Plures ejus epistolæ inscriptæ sunt monialibus; quam scripsit Theodoræ, præcipua est: ostendit in ea quanti sit momenti non negligere quæ minima videntur. Est, inquit, concertationis opus non exiguum opere perficere quod inceperit, & actu respondere professum aliquid suis pollicitationibus. Cujusvis est eligere vivendi institutum secundum regulam Evangelicam, at usque in minimis & minutissimis rigide illam observare, nec quicquam eorum præterire, quæ scripta ibi sunt: hoc paucissimi .... effectu præstiterunt ... nempe ita suis manibus operari, ut propositum placendi Deo flagitat. Pedes etiam ita movere, & quodlibet membrum ire componere, ut Creator ab initio disposuerat: modestiam in vestitu observare, in congressibus virorum caute & custodite versari, in victu quod sufficit, appetere tantum: in rerum possessarum ratione, quod superfluum est & vacuum, nusquam habere. Hæc omnia simpliciter & in se considerata sunt exigua; at magno opus est certamine, ut gradum excellentem in hisca observandis assequare; id quod revera sum expertus. Sed & humilitatis etiam perfectio est non meminisse majorum claritatis, non efferri si quod nobis egregium contigerit secundum corpus, vel animam donum, non opinionem de nobis hominum inflandæ vanitatis aut superbientis elationis ad occasionem arripere. Ad Evangelicæ vitæ professionem spectant ista, nec non etiam continentiæ vigor, orationis fervor & sedulitas, compassio Fraternæ charitatis, usibus indigentium communicatio, animi spiritusque dejectio, cordis compunctio & tribulatio, fidei sanitas Orthodoxæ, in austeritate æqualitas, perpetua de tremendo & ineluctabili tribunali illo memoria, ad quod omnes festinamus. His monitis virgines Deo sacras hortabatur, ut ad suæ professionis sanctitatem semper aspirarent. Reipsa laudabilia instituta ruere ad interitum constat experientia, si etiam in levibus a primo disciplinæ vigore deficiant.

Perfectio Evangelica. Basil. ep. 302.

S. Basil. Clerum reordinat. Basil. ep. 319.

C. Hæc gymnasia pietatis exstruxeret Basilius, ut Clerus monachorum exemplo ad vitam asceticam, quantum fas esset, incitaretur, uti reipsa contigisse ipse testatur. Innocentius Episcopus postularat, ut aliquem e suis futurum successorem mitteret. Basilius laudans ejus propositum respondet: Considerato Presbyterorum, qui per hanc urbem sunt constituti, consessu, honorandum selegi vas B. Hermogenis genuinam prolem, Presbyterum a multis retro annis in Ecclesia ordinatum, moribus constantem, peritum Canonum, fide solidum, in ascetica & continenti vita ad hunc usque diem versatum, adeo ut sceleragogia contentus ille nec carnes hactenus depastus fuerit, pauperem, propterea neque reditus aliquos in hoc sæculo possidentem, imo adeo indigentem, ut ne panis quidem ipsi copia suppetat, sed manuum labore una cum Fratribus, qui cum illo sunt, victum sibi extundant necessarium: Hunc visum est mihi ad te mittere.

Basil. ep. 181.

Quantum autem laboraverit in retinenda veteri disciplina in electione ministrorum, testatur sequens ejus ad Chorepiscopos epistola. Eos, inquit, qui Ecclesiæ ministrabant, consuetudo quæ in Ecclesiis olim versabatur, diligentissime & accuratissime probatos admittebat; omnis eorum vitæ anteactæ ratio curiose inquirebatur, an non essent maledici, an non ebriosi, an non prompti ad pugnas, an suam juventutem recte erudirent ac castigarent, ut possent sanctificationem recte gerere, sine qua Deum nemo videbit. Et hæc quidem examinabant Presbyteri & Diaconi, qui cum eis versabantur; referebant autem ad Chorepiscopos, qui a vere testificantibus suscepta suffragiis, & eorum admonitis Episcopis, ita ministrum in sacerdotalem numerum cooptabant. Has leges tunc non observari conqueritur. Hinc multi indigni ministri irrepsere in sacerdotium; quapropter, inquit, necessario me contuli ad renovandos Patrum canones, & scribo ad vos, ut ad me mittatis indicem ministrorum uniuscujusque pagi, & a quo unusquisque introductus sit, & quænam ipsius vivendi sit ratio .... Itaque post primam indictionem si qui a Presbyteris introducti sunt, ad laicos rejiciantur .... Purgate etiam Ecclesiam, indignos ab ea expellentes, & deinceps quidem dignos examinate, & suscipite: in numerum autem ne referte, priusquam ad nos retuleritis. Vel scitote quod erit laicus, qui sine nostra sententia in ministerium admissus est. Ministri vero hic dicuntur qui sunt infra Diaconos. Presbyter autem fit laicus, cum gradus sui privilegiis, officio & honore privatur.

Nectarius vir illustris quemdam commendarat Basilio, ut eum alicujus pagi Presbyterum constitueret. Quam parum his precibus deferendum sit, ostendit sic rescribens: De electione eorum, qui sunt præficiendi contubernio, si quid vel in gratiam hominum, vel precibus inflexus, vel metu fractus aliquando determinarem, dispensator non fuerim, sed caupo potius, si Dei donum, ad humanam quorumcumque amicitiam permutarem .... Velim autem diligenter attendas periculum non minimum conjunctum esse cum illius desiderio, qui præfractius contenderit omnino, ut superior ipsius sententia evadat. In alia epistola suffraganeos Episcopos redarguit ut simoniacos, quippe qui pecuniam reciperent, licet jam peracta ordinatione, minaturque ni resipiscant, se cum eis non communicaturum. Ecclesiasticam disciplinam stare non posse incolumem, si canonum vigor relaxaretur, pro certo habebat. Paregorius igitur Presbyter septuagenarius cum haberet ancillam, Chorepiscopus hunc detulit ad Basilium, qui statim jussit, ut eam dimitteret. Ille non obtemperans factum excusavit per literas. Cui sic rescripsit: Nec primi, nec soli, Paregori, sancivimus non debere mulierculas cohabitare viris. Lege canonem a sanctis Patribus nostris in Nicæna Synodo constitutum, qui manifeste interdixit, ne quis mulierculam subintroductam habeat ..... Tanto facilius admonitioni nostræ acquiescere debueras, quanto magis te liberum esse a corporalibus affectionibus affirmas. Neque enim credo virum, septuaginta annos natum, cum ejusmodi affectionibus cohabitare mulierculæ; neque propterea ista determinavi, quod aliquid absurdi designaveris; sed quod ab Apostolo edoctus sum, non esse Fratri ponendum offendiculum vel scandalum. Scimus autem usu venire, ut quod a nonnullis recte geritur, aliis in occasionem peccati cedat. Ob hanc causam, constitutionem sanctorum Patrum secuti, præcipimus ut a muliercula separeris .... Ejice igitur illam ex ædibus tuis, & trade in monasterium, sit illa cum virginibus, & tu inter viros ministra, ne Nomen Domini propter vos blasphemetur. Donec ista feceris, etiamsi innumera per epistolas causeris, nihil efficies, sed otiosus morieris, dabisque Domino otii tui rationem. Si vero sine correctione tui ipsius, ausus fueris Sacerdotis retinere functionem, anathema eris omni plebi; & si qui te receperint, per omnem Ecclesiam excommunicabuntur. Sacerdos igitur suspensus, si ministrabat, incurrebat excommunicationem, cui subjacebant cum eo communicantes.

Clericis non licet cohabitare cum mulierculis. Basil. epist. 30.

Basilius sia vivendi regulas Monachis, Clericis & Laicis præscribebat, ut ipse factus sit forma omnibus, abstinentiæ & paupertatis in tota vitæ ratione semper studiosus. Illi tunica una, & pallium unum, & humicubatio, & balnei contemptus, & vigiliæ, & suavissima cœna & obsonium, panis & sal, & potio sobria & uberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt; ex quibus morbi promanarunt. Magnificum vero in iis quæ Dei cultum & cu-

Basilii virtus. Gregor. Nazian. orat. 20. Basil. ep. 372.

CHRISTI AN. 375.

Xenodochium Basilii.

curam pauperum spectant, se præstitit, Xenodochium prope urbem magnis sumptibus extruxerat, in quo peregrini & miseri egestati & morbis præsentissimum invenirent subsidium; eique agros, quos Cæsariensi Ecclesiæ legarat Imperator Valens, attribuit, sicque diu stetit, Basiliadesque ex ejus nomine dicebatur. Frequens in eo versabatur omnibus ministrans, ægrosque præsertim leprosos amplectebatur ut Fratres, ut alii ad ægrorum curationem accedere non vererentur. Necessarium his solatium procurans providit nosocomos, medicos, bajulos, ductores, & cæteros artifices, qui ad usum vitæ, tum etiam ad honestiorem vivendi rationem desiderantur. Quin & ædes præterea alias adjecit operibus faciendis requisitas. Ecclesiam etiam a fundamentis quam magnificentissime ædificavit, & in proximo habitationem liberam & privatam Episcopo. Et cum tanta ageret, accusatores apud Heliam Præfectum provinciæ passus est, cui pro sua defensione scripsit.

Basil. epist. 8. Theod. hist. l. 4. cap. 11. Basil. ep. 393.

CI. Faustinus Iconii Metropolis Lycaoniæ Episcopus obierat. Cives vocabant Basilium, ut eos inviseret, Episcopum creandi gratia. Ipse peregrinas ordinationes detrectabat ut Canonibus contrarias. Amphilochius Cappadox nobilis, ipsius & Gregorii amicus, vir magnæ eruditionis & eloquentiæ, electus est illius Ecclesiæ Episcopus, quem honorem ut in patria fugeret, secesserat in solitudinem. Basilius eum literis hortatus est, ne subire tantum onus timeret. Amphilochius non multo post eum invisit, atque pro more peregrinorum Episcoporum verba fecit in Ecclesia, omnibusque se probavit.

Basil. ep. 394. *Martyrü. dies festi.*

Quapropter anno sequenti, literis apud eum egit Basilius, ut rursus adesse dignaretur, quo, inquit, illustrior reddatur conventus noster, quem quotannis in honorem sanctorum Martyrum consuetudo obtinuit ut peragamus. Persuadeas tibi velim ..... quod cum nostri hic multorum usum & notitiam habuerint, nullius alterius præsentiam tam efflictim, quam tuam ipsius desiderent. En festi dies in honorem sanctorum Martyrum. Amphilochius vicissim Basilium consulebat de difficilioribus Scripturæ locis, quibus abutebantur hæretici. Quatuor supersunt Basilii ad Amphilochium literæ, quæ ejusmodi quæstionum solutionem continent.

Basil. ep. 1. Can. ad Amphil.

CII. Celebriores sunt ejusdem tres epistolæ canonicæ, quæ continent regulas disciplinæ ecclesiasticæ, de quibus eum interrogarat Amphilochius. Præcipuas tantum hic summatim attingemus. Canon primus hæreticorum baptisma rejicit; schismaticorum vero censet admittendum, sed eos tantum recenset hæreticos, qui baptismi ritum legitimum non observabant, Manichæos scilicet & Valentinianos, Marcionitas, & Pepuzianos, qui in Patrem & Filium & Montanum & Priscillam baptizabant. Non enim, inquit, baptizati sunt qui juxta nobis tradita non baptizati sunt. Et infra. Sin autem illi nostrum baptisma servant, hoc ne nobis ægre sit. Neque enim illis gratiam reddere tenemur, sed canonum exactæ observationi servire. Fatendum hic Basilium de baptismi ab hæreticis collati valore loqui, tanquam de re, quæ ad disciplinam pertineat, & varie observetur pro diversitate provinciarum. Nam canone quadragesimo septimo Encratitas, Saccophoros, & Apotactitas dicit rebaptizandos, dum redeunt ad Ecclesiam. Tum subjicit. Si autem prohibita est apud vos hæc rebaptizatio, sicut & a Romanis, alicujus œconomiæ gratia, nostra tamen ratio vires obtineat: eos in Ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptismum baptizati fuerint. Ne dicant enim, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus, qui quidem Deum esse malorum effectorem existimant, instar Marcionis. Ipse igitur hæreticos rebaptizabat etiam qui baptismum sub invocatione Patris & Filii & Spiritus sancti receperant, quamvis contrariam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem non improbaret. Profecto solidam expositionem, qua tantus vir possit excusari, non video: nisi forte putaverit ejusmodi hæreticos non habere sufficientem intentionem.

Ibid. *Clerici non subjacent publicæ pœnit.*

Canon secundus decem annorum pœnitentiam injungit mulieribus, quæ fœtum corrumpunt. Formati autem, inquit, vel informati subtilitas a nobis non attenditur. Tertius Diaconos fornicatores deponi, non vero subjici publicæ pœnitentiæ jubet, secundum antiquas leges Ecclesiæ. Quod diligenter observandum contra quosdam recentiores, qui Clericos prioribus sæculis publicæ pœnitentiæ fuisse subjectos volunt. Quintus. Hæreticos morti proximos & veram pœnitentiam agentes in Ecclesiam recipi jubet. Canonem nonum aliquatenus excusat, quod ait Augustinus: ita obscurum est, scilicet, illis temporibus, utrum & iste, cui quidem sine dubio adultera licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, ut quantum existimo venialiter, ibi quisque fallatur. Uti contigit Basilio; qui quidem relictam a viro uxorem damnat adulterii, si nupserit alteri; putat autem virum a muliere dimissum venia dignum, si duxerit alteram, quam etiam negat esse condemnandam. Et certe etiamnum Græci propter adulterium matrimonia dirimunt, innocentique, qui causam adulterio non dedit, permittunt novas contrahere nuptias. Id autem in Occidentali Ecclesia prorsus illicitum est. Duodecimus Bigamos ab altaris ministerio excludit.

CHRISTI AN. 375.

Aug. l. de fide & oper. C. 19. C. 9.

C. 18.

CIII. In secunda ejusdem epistola canonica hæc observatione digna sunt. Decimus octavus canon sic statuit de lapsis virginibus, quæ vitam in honestate Domino professæ sunt: si sua pacta infirmarint, Patres clementer se gerentes, admittendas esse sanxerunt post annum. Ipse vero, cum sponsæ sint Christi, & sacrum vas Domino dedicatum, adulterarum pœnis subjiciendas putat. Tum addit: Illud autem nobis nunc confiteri est necessarium, quod virgo nominatur, quæ se sua sponte Domino obtulit, & matrimonio renunciavit, & vitam in sanctificatione prætulit. Professiones autem ab eo tempore judicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his esse ratas existimare oportet: sed eam, quæ supra sedecim, vel septemdecim annos nata fuerit, rationisque compos, & diu examinata probataque perseveraverit, & ut admittatur, precibus contendat: tum oportet in sacrum virginum catalogum referri, ejusque confessionem comprobare, & illius infirmationem inexorabiliter punire. Hæc legant qui ad annum usque vigesimum quintum sanctimonialium professiones differendas esse garriunt.

Professio virginitatis obligat.

Solemnis professio virginitatis.

Canon decimus nonus spectat viros: Virorum professiones, inquit, non novimus, præterquam si seipsos monachorum ordini adjudicaverint: qui tacite videntur cœlibatum admittere. Sed in illis quoque illud existimo præcedere oportere, ut ipsi interrogentur, & evidens ipsorum accipiatur professio, ut postquam se ad libidinosam & voluptariam vitam converterint, eorum qui fornicantur, punitioni subjiciantur. Illius solemnis monachorum professionis nullum antea vidimus indicium. Vigesimus mulieres, quæ in hæresi, vel ante baptismum virginitatem professæ sunt, & postea matrimonium maluerunt, negat esse condemnandas. Vigesimus secundus docet, cum rapta initi valide non posse matrimonium, priusquam parentibus vel tutoribus restitua, ex eorum voluntate uxor accipiatur. Trigesimus primus sic habet: Quæ, cum vir secessit, & non apparet, antequam de ejus morte certior facta sit, cum alio cohabitavit, mœchatur. Frequens est usus illius canonis, præsertim in iis quæ nupsere militibus.

Trid. sess. 24. C. 1.

Ferrer.

Quadragesimus secundus servorum invitis dominis, & filiorum invitis parentibus conjugia damnat & declarat irrita. Sic enim statuerant leges Imperiales, quas tunc ratas habebat Ecclesia. Contra Tridentinum de iisdem sic statuit. Eos sancta Synodus anathemate damnat ...... qui falso affirmant, matrimonia filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse. Ea quidem non valide contracta edictis sanctionibus decreverunt Reges Christianissimi; sed piæ ac gloriosæ memoriæ Ludovicus decimus tertius, ejusmodi sanctiones de iis, quæ ad forum externum pertinent, intelligendas esse declaravit, annuitque ut Episcopi de validitate matrimoniorum quantum ad forum conscientiæ judicarent secundum canones Ecclesiæ. Canon quinquagesimus sextus varios pœnitentiæ publicæ gradus & tempus exponit: Qui sua sponte interfecit, & postea pœnitentia ductus est, viginti annis Sacramentis non communicabit. Adulteris & sodomitis & sacris virginibus lapsis quindecim annos pœnitentiæ publicæ, septem vero fornicatoribus assignat.

3. Basilii epist. Can. c. 58. & 59. Basil. ep. 197. *Ecclesiæ authoritas circa matrimonia.*

CIV. His junxit epistolam suam ad Diodorum Presbyterum Antiochenum. Quispiam sub Diodori nomine eum interrogarat, liceretne demortuæ uxoris sororem ducere? Respondet: Si quis affectu im-

CHRISTI AN. 375.

immunditiæ correptus ad illicitam duarum sororum communicationem exorbitaverit, id neque conjugium esse censendum, neque talem ad Ecclesiasticum cœtum esse admittendum, priusquam a se invicem dirimantur .... Ac vice versa neque uxori licet, ut viri affinibus sese conjungat. Sunt enim utrimque communis cognationis jura. In his omnibus Ecclesiæ authoritas circa matrimonia sese manifestat.

Basil. ep. 3 ad Amphil.

Quomodo agendum cum pœnitentibus qui vitam non emendant.

Sed & sapiens Basilii monitum ad Amphilochium hic annotare juvat. Hæc, inquit, omnia scribimus ut pœnitentiæ eorum fructus probetur ....., Quod si qui a propriis moribus non facile avellantur, & carnis voluptatibus potius quam Deo servire voluerint, nulla est nobis cum illis communis ratio..... Ne itaque cum eis perire in animum inducamus; sed grave judicium formidantes, & terribilem Dei retributionis diem præ oculis habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire ...... sed & noctu, & interdiu, & publice, & privatim ipsis testificari debemus: quod cum eorum improbitatibus abire nolimus, eos quidem lucrifacere optantes, & a mali laqueo eripere. Si autem hoc non possumus, studeamus nostras animas ab æterna damnatione servare, Et certe misericordia nostra illis prodesse non potest, multum autem nobis obesse potest.

Basil. ep. 289.

Plures sunt aliæ Basilii literæ de disciplina, & moribus: insignis est autem imprimis, quam de frequente Eucharistiæ usu scripsit ad Cæsariam Patriciam: singulis, inquit, certe diebus communicare, & participem esse sacri Corporis, & Sanguinis Christi, bonum, & fructuosum est, cum dixerit ipse perspicuis verbis: qui comederit Carnem meam, & biberit Sanguinem meum, vitam habet æternam. Jam vero quis dubitat, quin vitam frequentius participare, non sit aliud omnino, quam frequenter vivere? Quater igitur nos singulis septimanis communicamus, Dominica die, feria quarta, in Parasceve, & Sabbato, sed & per dies etiam alios, si martyris alicujus memoria celebretur. Quoniam vero per tempora illa persecutionum cogebantur homines necessario, Sacerdote vel ministro non præsente, propriis manibus percipere communionem, non est supervacuum ut demonstrem, illam ipsam rem non esse graviter, & inique ferendam; eo quod inveterata consuetudo, hoc ipsum re ipsa confirmatum dederat. Nam & illi omnes, qui per eremos vitam monasticam instituerunt, ubi copia non suppetit Sacerdotis, cum habeant domi communionem, de suis manibus illam percipiunt. Alexandriæ autem, & per Ægyptum unusquisque etiam de plebe ut plurimum habet domi suæ communionem. Nam cum semel Sacerdos sacrificium peragat, & distribuat, qui susceperit illud integrum simul, & quotidie de illa parte sumpserit, quam a dante acceperas Sacerdote, credere debet, & tenetur, nec injuria, se eamdem suscipere, & percipere. Nam & in Ecclesia ipsa Sacerdos partem aliquam in manus tradit, & illam apprehendit, qui percipit cum omni libera potestate, atque ita suis propriis manibus eamdem suo ori admotam ingerit. Idem igitur quoad potestatem est sive quis de manu Sacerdotis partem unam aliquam percipiat, sive partes simul quamplurimas. Dicant autem nobis, quæso, qui fieri potuisset ut vini species præsertim in calidissimis regionibus tamdiu conservarentur? Fatendum igitur innumeros fideles domi, & monachos in eremo tunc sub una panis specie sumpsisse Eucharistiam. Quæ consuetudo quarto sæculo non erat recens, sed jam diu vim obtinueret.

Joan. 6.

Eucharistiæ frequens usus.

Communio domestica sub una specie.

Basil. l. de Spirit. S. cap. 1. Theod. dialog. 1. Euthim. in Panopl.

CV. S. Amphilochii precibus inductus scripsit librum de Spiritu Sancto, quem ut genuinum Basilii opus laudant Theodoretus, Euthymius, Joannes Damascenus, & Amphilochius. Quæ fuerit illius scribendi occasio, sic ipse refert: Orante me apud populum, & utroque modo glorificationem absolvente Deo ac Patri, interdum cum Filio ipsius, & cum Spiritu Sancto: alii quidam ex his, qui tum aderant, in nos irruerunt, dicentes non modo peregrinis ac novis usos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tum tu præcipue, nimirum consulens illorum utilitati, aut si prorsus essent ipsi insanabiles, tamen propter eorum, qui eos adire solent, securitatem postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Jam igitur nobis, quam fieri potest brevissime, dicendum est, sermonem ab exordio quodam indubitato confessoque sumentibus: scilicet e mundana Philosophia natam esse de syllabis sophisticam hæreticorum disputationem.

C. 2. & 3.

Idque confirmat exemplo Aetii, qui, ut probaret Filium esse Patri dissimilem, citavit Apostolum dicentem: Unus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, & unus Spiritus Sanctus, in quo omnia. Unde concludebat, quemadmodum voces se habent inter sese, eodem modo se habebunt & rerum significatarum naturæ: quæ enim dissimiliter proferuntur, sunt dissimilia secundum naturam. Sed inter se discrepant per quem, ex quo, & in quo; dissimilis est igitur Patri Filius ...... His syllabis, ex quo, mundi Conditorem volunt significari: rursus his, per quem, operis ministrum aut instrumentum. His denique, in quo, tempus aut locum declarari ..... Ad hunc autem errorem perduxit illos etiam externæ Philosophiæ scriptorum observatio, qui has syllabas, ex quo, & per quem, rebus natura separatis attribuerunt.

1. ad Cor. 6.

C. 4. & 5.

Harum autem syllabarum nullum in Scripturis servari discrimen demonstrat Basilius: siquidem idem Apostolus de una eademque persona divina dicit: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ac proinde hæ voces, per ipsum, & in ipso, nihil humile declarant, nec sunt signum alicujus inferioris dignitatis. Et pariter de Filio, & Spiritu Sancto compluribus Scripturæ locis positum est, ex quo. Contenditque Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum coæqualis esse majestatis, & gloriæ, & potentiæ. Evincitque præsertim ex forma baptismatis; eosque confutat, qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini: Fides, inquit, ac baptisma duo sunt modi parandæ salutis, inter se cognati, & inseparabiles. Nam fides perficitur per baptismum, baptismus vero fundamento fidei nititur, & utraque res per has voces impletur. Sicut enim credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; sic & baptizamur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ...... qui ex Deo esse dicitur, non sic ex Deo veniens, quemadmodum sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens; neque per generationem quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris ejus.

Ad Rom. 11.

C. 6.

C. 12.

C. 18.

Divinæ vero Doxologiæ antiquitatem investigans, traditionis vim, necessitatem, & antiquitatem sic stabilit: Dogmata, & instituta quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus e doctrina scripto prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita recipimus: quorum utraque parem vim habent ad pietatem; nec his quisquam contradicit, quisquis sane vel tenuiter expertus est, quæ sint jura Ecclesiastica. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudentes gravissimum Evangelio detrimentum inferemus; imo potius ipsam Fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est .... ut signo Crucis eos, qui spem collocarunt in Christum, id est Catechumenos, in Christum signemus, quis scripto docuit? ..... Invocationis verba quum conficitur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium; verum alia quoque, & ante, & post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis, & oleum unctionis; præterea ipsum qui baptismum accipit: ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam porro olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde ex Scriptura haustum? Reliqua item quæ fiunt in baptismate, veluti renuntiare satanæ, & angelis ejus, ex qua Scripture habemus? Nonne ex minime publicata, & arcana hac traditione? Nonne ex doctrina, quam Patres nostri silentio quieto, minimeque curioso servarunt? Pulchre quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem silentio conservari ...... Deficiet me dies, si Ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto cætera, ipsam fidei professionem, qua credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, e quibus habemus scriptis? Etenim si quoniam ex baptismi traditione, juxta pietatis congruentiam, ut baptizamur, ita credere debemus, similem baptismo professionem exhibemus: concedant nobis, ut juxta eamdem consequentiam similiter glorificemus Deum, ut credimus.

Ibid. C. 27.

Traditionis authoritas.

Quod

CHRISTI An. 375. C. 19. *Trinitatis glorificatio instituta ab Apostolis.* Ibid.

Quod si glorificandi modum veluti scripto non traditum rejiciunt, proferant nobis, & fidei professionis, & cæterotnm, quæ aommemoramus, probationem e Scripturis . . . Arbitror autem Apostolieum esse, etiam non scriptis traditionibus inhærere . . . . Tenete, inquit, traditionas, quas accepistis, sive per sermonem, sive per apistolam. Quarum maxima nna est, & hæc da qua oune agimus, quam qui ab initio præscripsetunt, tradiderunt posteris . . . Irenæus, & Clemens Romanus, & Dionysius Romanus.

Alexandrinus Dionysius, in secunda ad sibi cognominem apistola, in hunc modum finit sermonem: His congruenter & nos, etiam forma regulaque a senioribus, qui ante nos vixerunt, accepta, concordibus vocibus aum illis gratias agere non dasinemus: Deo autem Patri & Fisio Domino nostro Jesu Christo eum sancto Spiritu gloria, & imperium in sæcula sæculorum . . . . . Allegar etiam Eusebium Cæsariensem. Si cui tamen, inquit, propter multiplicem experientiam idoneus videtur, eui fides habeatur. Item Oiigenem, virum, inquit, qui non omnino sanas habet in omnibus de Spiritu sancto opiniones. Nihilominus & hie reveritus eonsuetudinis robur, pias has voces amisit da Spititu . . . . Qui seipsum præbet divinitati adorandæ Trinitatis, per virtutem invocarionum, gratiarum principium ae fontem habet. Origenes & D. Dionysius Alexandrinus hane loquendi formulam adhibent: Divinam Trinitatem, aamque ut ab antiquis usitatam; & reipsa ante eos Trinitatis oomen adhibuit Theophilus Antiochenus in libris ad Autolicum. Ac proinde probabilissimum est hane vocem acceptam a traditione Apostolics; alioquin hi Patres antiquissimi novitatem hujus vocis excusassent, qnam non aliqua Synodus instituit. Præterea ante Paulum Samosatenum & Arium illius vocis innovandæ necessitas non apparet: cum igitur ante hæc tempora fuerit in usu, illius authores, non Patres, sed ipsimet Apostoli videntur. Denique laudat Afrieanum, Athenogenem martyrem, qui pro Christi eonfessione Igne consummatus ast, Gregorium Thaumaturgum, Firmilianum & Melenum in Ponto Episcopum: Itaque eum divinæ glotificationis hymnns; Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, trium priorum sæculorum Patribus fuerit usitatissimus, ex quo tempore, inquit Basilius, annuntiatum ast Evangelium, qui etiam agonverunt divinitatem adorandæ Trinitatis; qua fide in Deo uno Trium Parsonsrum divinitatem a Nicænis Patribus adinventam affirmant Sociniani? Novatores hoc opus Basilii interpolatum esse contendunt; sed non probant nisi ex quadam styli dissimilitudina, eoumque reprehensiona, quibus eorum errores revincuntur. Leve & absurdum argumentandi genus, cui nos opponimus prolixa testimonia, quæ ex eo protulere Theodoretus, & Joannes Damascenus, & nune in eo iisdem verbis leguntur, & manuscriptorum fidem.

Orig. l. 6. in Evan. Joan.

Theod. dialog. s. Joan. Damasc. orat. 3. de imag.

Theod. hist. l. 4. cap. 13.

CVI. Eusebium Samosatensem in Thraciam deportari jussit Valens, virum Apostolicis sudoribus exereitatum. Hie namque cum multas Ecclesias Pastoribus viduatas esse comperisset, militarem habitum sumens, & tiara eapiti imposita more Persarnm, Syriam, Phœnicem ac Palæstinam peragravit, Presbyteros ordinans ac Diaconos, aliosque Ecclesiæ ordines supplens. Ae si quando Episcopos eamdem cum ipso doctrinam fidei profitentes reperisser, eos Antistites Ecclesiis indigentibus præficiebat. Acceptis literis Imperatoris, quibus proficisci in Thraciam jubebatur; (eaa forte sub vesperam attulerat ministrr Imperialis præcepti) Eusebius eum monuit ut sileret, causamque adventus sui celaret; oam si plebs, inquit, divino zelo prædita illud resciverit, te quidem submerget, a me vero mortis tuæ esigetur pœna: Hæc cum disisser, & vespertinum missarum officinm ex more celebrasset, sub ipsa somni pximordia uni famulo confisus, solus egressus est senex pedibus incedens. Sequebatur eum famulus, eervical duntaxat & eodicem ferens. Cumque ad ripam fluminis pervenisset, Euphrates enim ipsa urbis alluit mœnia, navigium eonscendit, & remigibus præcepit, ut Zeugma versus contenderent. Orta luce ipse qoidem Zeugma ingressus est, Samosatensium autem civitas lamentis ae luctu interim plena erat. Nam eum famulns ille necessariis Eusebii ea quæ jussa fuerant, indicasset, & quos ille secum proficisei, quosnam eodiees sibi afferri vellet, omnes Pastoris sui absentiam lamentari cœperunt: & fluminis alveus compleeus est navigantium turba. Cumque Zeugma pervenissent, & desideratum Pastorem cernerent, in lacrymas effusi persuadere ei conabantur ur remearet, nea gregem suum lupis exponeret. Sed cum flecti non posset, legemque Apostolicam ais reeitaret, quæ diserte præcipit obediendum esse Magistratibus ae Potestatibus; alii aurum & argantum, alii famulos obtulerunt, ut in extaram ae procul dissitam regionem abeonti. Ar ille, paueis quibusdam rebus ab iis, qui ipsi magis familiares arant, aeceptis, eum universos prædicationibus suis atque orationibus communisset, hortatusque esset pro Apostoliea doctrina fortiter pugnareot, ad Istrum perresit. Illi vero ad urbem suam raversi, & se mutuis axhortationibus exeitantes luporum ineursus exspectabanr.

S. Paulus Samos. exul. cap. 24.

CHRISTI An. 375.

Ib. a. 55. *Samosatens. odium adv. hæreticos.*

Atiani ejus loco substituerunt Eunomium hominem mitem & modestnm. Sed nemo ax incolis eivitatis conventus Ecclesiasticos ax more frequantavit. Solus ipse degebat, eum nemo aum videre, nemo alloqui vellet. Cum lavare aliquando vellet, servi balnearii fores oecluserunt, eos, qui ingredi vellent, aditu prohibentes. Ipse vero plebem pro foribus stantem conspicatus, eas jussit aperiri, eosque ut aquis calidis secum una uterentur, rogavit. Cumqua illi taciti aonsisterent, ille honoris ipsius aausa stata eos suspicatus, surgens e balneo ocyus abscessir. Tum vero illi aquam hæreseos piaculo aontaminatam esse rati, eam in subterianeos specns emisetunt, aliam vero sibi affundi jusserunt. Hoc illa comperto, e civitate discessit, stultum esse ducens in ea urbe degere, quæ ipsum aversaretur, & publico prosequereru odio. Atiani ejns loco Lucium constituerunt, lupum plane & gregis insidiatorem. Sed grex, licet pastore orbatns, Apostolicam doctrinam integram atqua inviolatam perpetuo servavit. Quodam dia adolescentes pilam inter se jactabant in foro, co se ludo oblectantes. Forte contigit, nt prætereunta illae Lucio, elapsa pila intrr pedes asini illius pertransiret. Tum vero exelamaverunt adolescentes, pilam contaminatam esse arbitrati. Quod eum ille intellexisset, uni ex famulis qui sequebantur, præcepit ut subsisteret, & quid acturi essent, observaret. Ar pueri accenso rogo, pilaque per flsmmas trajecta, eam ita expiari crediderunt. Lucins mansuetudinem Eunomii haudquaquam imitatus est; sed persuasit Præsidibus, ut complures alios sacerdotalis ordinis viros in esilium mitterent, Evolcium quidem Diaconum in Oasim, dasertum oppidulum, Antiochum Eusebii fratris filium, Presbyterum multis egregiis facinoribus elarum in quemdam Armeniæ angulum, eui per literas gratulatus est Basilius.

Basil. ep. 269.

Gregor. Nazianz. apist. 28. Basil. ap. 316. & 394.

CVII. Gregorius Nazianzenus Eusebio Samosateno proficiscanti in exilium sese prr literas eseusavit, quod eum per Cappadociam transeuntem morbo impeditns non adierit, ejusque preeum tanquam martyris auxilium poposeit: Basilius vero eorum quæ Otreos Melitenes Episcopus seriberet de statu Samosatensis Ecclesiæ, Eusebium faciebat certiorem; Otreo vicissim rescribens quid ageret communis eorum amicos; sie solatium sibi invicem subministrantes. Samosatenorum etiam Senatum laudavit ob pietatem, quæ in ea persecutione præ cæteris eoituerat. Clerum vero variis dissensionibus & tumnltibus agitatum aliis literis adhortatus est, nt contentionem omnem abrumpant, optatumque quam celerrima ad se mittant nuntium, invieem remisisse offensiones; ut sie pax & tranquillitas, emolumentum illud ingens Ecclesiæ Dei comparetur. Simulque misit Euiclui literas pacis conciliatrices . . . . . Basilius, licet variis morbis oppressus, Eeclesiatum non intermittebat sollicitudinem. Amphilochio rescripsit, ut Isauriæ Ecclesiis consulrret, vel ordinatis Episcopis in iis eivitatibus, quæ antiquitus erant Sedes Episcopales, vel constituto Metropolitano, qui omoibus provideret; atque in Lyciam mitteret hominem sibi probatum, qui Fidei Catholicæ sectatores diligenter explotaret. Audierat enim bic multos dissentire, ab Eeclesiis minoris Asiæ, quæ Macedonii errores sequebantur: id prudenter perfecisse Amphilochium iodicat quædam ejus epistola Synodiea, quæ tota est in commendando adorandæ Trinitatis mysterio . . . . Spiritus sancti divinitatem confirmat ex forma baptismatis, quam Christus ipse præscribit. Argumentum familiare Patribus. Hinc colligit, illos, qui blasphemia afficiunt Spiritus sancti majestatem, frustra Atianorum repudiare communionem,

Cotteh. mon. tom. 2. pag. 99. & seq.

Christi An. 375.

nem, quibuscum meritæ damnationis dabunt pœnas. Tum subjicit: Optamus quidem maxime admirandum, omnique cum reverentia nominandum Basilium, præsentem eacipere in nostra Synodo & socium, seu potius principem habere in dandis ad vos literis; sed adversa valetudine prohibitus est, ejusque loco ad eos transmittit ejus librum de Spiritu sancto.

Basilii studium pro pace. Basil. ep. 77.

Basilius tantis rebus pro Ecclesia gestis in suspicionem hæreseos incidit, ita ut Episcopi maritimi seu Ponti, nec ad eum literas communionis scriberent, nec quemquam suo nomine mitterent, qui debita obsequia exhiberet; ut ipse datis ad eos literis conqueritur . . . . Nolite, Fratres colendissimi, nolite hoc perpeti, sed nos literis pacificis consolamini . . . Tum si volueritis ad nos proficisci, & per vos ipsos infirma nostra scrutari, an vere ita habeant ut auditis, vel ex falsis adjectionibus graviora de nobis sint ad vos relata delicta, fiat & hoc. Parati namque sumus obviis manibus vestrum excipere adventum, nosque ipsos diligenti sistere examini, modo in iis quæ fiunt, præeat charitas.

Basil. ep. 76.

Meletium etiam Presbyterum ad Elpidium haud dubie primarium inter illos Episcopos misit cum literis pacificis. Hunc, inquit, ad te ut proficiscatur, induximus, per illum debitum invisendi vos exsolvimus: teque obtestamur, ut cum pro nobis ipsis, tum Ecclesia Dei orationes fundas, ut det nobis Dominus vitam quietam & pacatam transigere, inimicorum calumniis liberatis. Quod si tuæ prudentiæ consentaneum & necessatium videbitur, ut in unum omnes conveniamus, & reliquos etiam colendissimos Fratres, Episcopos nimirum maritimarum civitatum consulamus, tu locum & tempus nobis designato conveniendi, & Fratres reddito certiores, ut ad præstitutum tempus atque locum, negotiis præ manibus suis intermissis, ad Ecclesias ædificandas conferamus aliquid, tollamus autem mœroris & tristitiæ causas, quas mutuæ nostræ suspiciones progenuerunt. Qui pacem Ecclesiæ sincere diligunt, sic omni ope eam promovent, postbabitis etiam propriis offensionibus; nec alienum a dignitate sua putant, amotis difficultatibus alios prævertere in reconcilianda gratia.

Idem ep. 75.

Ejusdem neglectæ communionis expostulat apud Neo-Cæsarienses: Episcoporum judicio se subjicit . . . & addit: Neque mentem nostram unquam execranda Arianorum blasphemia polluimus: sed si nonnullos aliquando Arii discipulos ad communionem assumpsimus, ita illos admisimus, ut morbum suum quam intime celantes pietatis verba loquerentur, vel certe doctrinæ nostræ nihil obluctarentur. Excusat hic suam cum Eustathio communionem. Denique suspicionem omnem amovet enumeratione omnium Occidentalium Ecclesiarum & plurimarum Orientalium, quibus communione conjunctus erat. Quæ quidem, inquit, literas ad nos mittunt, & vicissim a nobis recipiunt. Ex quibus . . . . cognoscere potestis, quod unanimes omnes, eodemque sensu prædıti sumus.

Basil. ep. 63.

Iisdem rursus scripsit vehementius; inanesque eorum odii prætextus sic ostendit: Accusamur, quod homines habeamus monachos pietatis studiosos, qui mundo renontisrint, & universis sæculi istius curis... Qui hujusmodi sunt, mortificationem Jesu corpore circumferunt, ac cruce quisque sua accepta Deum sequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, ut mihi possent ista impingi delicta, haberemque apud me viros, qui me doctore, hoc pietatis studium amplexi hactenus fuissent . . . . Sunt autem & fœminæ Evangelicam vitam amplexæ, quæ virginitatem quidem nuptiis præferunt, sensum vero carnis servituti subjiciunt; & beato luctui immorantes beatæ sunt ex proposito, ubicumque terrarum degant . . . Scite vos volo, quod optamus nobis & virorum & mulierum cœtus dari, quorum conversatio in cœlis sit, qui carnem suam cum affectionibus & concupiscentiis crucifixerint: quique nec de cibis, nec de indumentis solliciti sint, sed immobiles & assidui apud Dominum noctes ac dies precationibus immorentur. Ex his liquet, monachorum professionem quanti faceret Basilius . . Pergit:

Psalmodia. *Vigiliarum ritus.*

ad id vero quod propter psalmodias accusamur, quare potissimum simpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt: hoc habeo quod dicam: in omnibus Ecclesiis de nocte populus consurgens antelucano tempore domum orationis petit: inque labore, & tribulatione, ac lacrymis indesinentibus, facta ad Deum confessione; tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam traducuntur. Et nunc quidem in duas partes divisi alternis succinentes psallunt: atque ex eo simul eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corroborant: & cordibus suis attentionem, & rejectis vanis cogitationibus, mentis soliditatem suppeditant: Deinde uni ex ipsis hoc munere dato, ut quod canendum est, prior ordiatur, reliqui succinunt. Atque ita psalmodiæ varietate precibusque subinde interiectis noctem superant. Illucescente jam die pariter omnes velut ore uno & corde uno confessionis psalmum Domino offerunt, ac suis quisque verbis pœnitentiam profitentur.

Basil. ep. 64.

Ecclesiæ Neo-Cæsariensis Doctoribus tertiam scripsit epistolam: in ea sic illos objurgat, ulcus retegens quod celabant: Certissimam causam, ob quam putant nostrum fugiendum esse congressum, ego docebo, vos audite. Hoc studiose agitur apud vos, ut fides subvertatur, idque subversione Apostolicis & Evangelicis doctrinis inimica: inimici quoque traditioni magni Gregorii, & eorum qui illum ea ordine subsecuti sunt ad beatum usque Musonium. Sabellii namque pestem, olim quidem motam, traditione vero magni Gregorii consopitam, renovare conantur: qui ne deprehendantur & convincantur, ista contra nos confinxerunt. Judaismus est Sabellianismus iste, sub prætextu Christianismi in Evangelicam prædicationem subinvectus. Qui tres illas Patris, & Filii, & Spiritus sancti Personas, rem dixit esse unam, unamque trium ponit hypostasim, quid aliud facit? An non sempiternam, quæ ante sæcula fuit, Unigeniti Essentiam negat? Negat simul & per dispensationem illius ad homines adventum, descensumque ad inferos, resurrectionem & judicium . . Et quia dictum est: Docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: manifestum est, inquiunt, unum esse Nomen. Non enim dictum est in nominibus, sed in nomine. Hæc vobis cum rubore scripsi . . . . obsecro vos ut execrandis istis, & neminem subvertere valentibus sophismatis non advertatis . . . Ex eo enim non est putandum, unum duntaxat traditum esse nomen . . . cum tria dicat Christus, conjunctione illa complexus, unicuique nomini proprium subesse significatum docet. Quapropter & rerum in se significationem habent nomina, res vero discretam & absolutam habere essentiam, nemo eorum qui vel sensu præditi sunt, ambigit. Patris enim & Filii & Spiritus sancti natura quidem eadem est, & divinitas una; nomina vero discreta, determinatas nobis & absolutas intelligentias offerunt.

Basilius refellit Anti-Trinit.

Matt. 28.

Ibid.

Dederunt etiam experimentum aliquod per epistolam ad ejusdem nobiscum sententiæ Anthimum Tyanorum Episcopum, de eo quod Gregorius scilicet Thaumaturgus, in expositione fidei dixerit: Patrem & Filium juxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi vero unum. Hoc autem non dogmatice, sed contentiose in disputatione adversus Ælianum dictum esse intelligere nequiverunt . . . Deinde cum hominem gentilem ad fidem adducere niteretur, non existimabat sibi circa verba esactius disceptandum esse: sed alicubi consuetudini ejus, quem ad fidem induceret, nonnihil condonandum: ne forte principalibus ac necessariis reluctaretur. Quapropter & multas invenies illic voces, quæ jam hæreticis plurimum addant roboris, utpote creatura & factura . . . Basilii doctrinam & apologiam fusius prosecuti sumus; ut manifestum sit, quam parum sincere quidam dum elevare nituntur ejus authoritatem, illum erroris accusent.

D. Ambrosius fit Episcopus. Hier. in Chron. Paulin. vit. Ambros.

CVIII. Ecclesia dum intus exterinsque vexatur, divina bonitas fortissimum ei providit defensorem, scilicet Ambrosium, quo post feram Auxentii mortem Mediolani Episcopo constituto omnis ad fidem rectam Italia convertitur. Ambrosio Patre Prætorii Præfecto natus est Treviris; Romæ humanioribus literis eruditus, tanta eloquentia plausuque causas agit, ut Anicetus Probus Præfectus Prætorio in Italia cum sibi consiliarium assumpserit. Qui paulo post consularibus ornatum insignibus, cum legavit ad regendam Liguriam & Æmiliam, proficiscentique dixit: Vade, age, non ut Judex, sed ut Episcopus. Ambrosius Mediolanum venit provinciæ suæ Metropolim. Per idem tempus mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ Episcopo, cum populus propter successoris electionem,

CHRISTI AN. 375.

in seditionem versus esset; ille perrexit ad Ecclesiam, ut tumultum sedaret, ibique cum alloqueretur plebem, subito vox fertur infantis in populo sonuisse, Ambrosium Episcopum. Itaque qui antea turbulentissime dissidebant, quia & Ariani sibi, & Catholici sibi Episcopum cupiebant ordinari, repente in hunc unum mirabili & incredibili concordia consenserunt. Quo ille cognito, egressus ecclesiam tribunal sibi parari fecit. Tunc contra consuetudinem suam tormenta jussit personis adhibere. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatum tuum super nos. Turbatus revertens domum publicas mulieres publice ad se ingredi fecit: ad hoc tantum, ut, his visis, populi intentio revocaretur. At vero populus magis magisque clamabat: Peccatum tuum super nos. Cum igitur nihil proficeret, fugam paravit Ambrosius, egressusque noctis medio civitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam civitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, invenitur; Deus enim fugam illius impedivit. Qui inventus cum a populo custodiretur, missa relatio est ad Valentinianum Imperatorem; qui summo gaudio accepit, quod Judices a se directi ad sacerdotium peterentur, consensumque suum dedit; erat quippe necessarius ob magistratum, quem gerebat Ambrosius. Qui pendente relatione iterum fugam paravit, atque in possessione cujusdam Leontii clarissimi viri aliquamdiu delituit. Sed ubi relationi responsum est, ab eodem Leontio proditur; præceptum enim erat Vicario ut insisteret rebus perficiendis. Qui proposito edicto convenit omnes, ut si vellent sibi consulere rebusque suis, hunc proderent.

Ambros. ep. 22.

Paulin. vit. Ambros.

Adductus itaque Mediolanum, cum intelligeret circa se Dei voluntatem, nec se diutius posse resistere, postulavit se baptizari a Catholico Episcopo. Baptizatus fertur implesse omnia officia ecclesiastica; octavoque die Episcopus ordinatus est cum summa cunctorum lætitia, septimo Idus Decembris, anno Christi trecentesimo septuagesimo quarto, vitæ suæ 34. ut probabilior fert opinio. Illius electionem, quæ non hominum instinctu, sed divina vocatione per miraculorum prodigia facta, ratam habuere omnes Occidentis & Orientis Episcopi. Basilius sic ei gratulatus est: Glorificamus Dominum nostrum, qui in singulis generationibus, eos qui sibi placuerint, delegit .... Nunc virum ea urbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritate, vitæ splendore, perorandi facultate, & rebus sæcularibus illustrem, ad gregum Christi curam traxit. Qui projectis hujus vitæ opibus universis, proque damno habitis, ut Christum lucrifaceret, commissa sibi .... Ecclesiæ Dei, in Fide Christi, gubernacula accepit. Ambrosius statim post episcopatum, aurum omne & argentum distribuit pauperibus; prædia vero sua donavit Ecclesiæ, usufructu reservato sorori suæ Marcellinæ, quæ jam dudum Liberii Pontificis manibus natali die Christi flammeo virginali fuerat consecrata. Domesticarum rerum suarum curam commisit fratri suo Satyro, qui sine offensione ulla gubernavit fratris domum, & commendavit sacerdotium.

CHRISTI AN. 374.

Basil. ep. 55.

Paul. vit. Ambr.

Ambr. l. 3. de virg. c. 1. & ep. 20. & de excess. Satyr.

August. confess. l. 6. c. 3.

Hier. in Ruf.

Ambr. ep. 20.

Theod. hist. l. 4. cap. 7.

Expeditus ac liber a rebus terrenis cœlestium acquisitioni totus incubuit. Liberalibus disciplinis & Græcis literis quamvis apprime institutus, rudis erat in doctrina ecclesiastica: hanc ut sibi compararet, quidquid temporis sibi a negotiis supererat, incredibili assiduitate Scripturæ sacræ meditationi totum impendebat, adhibitis commentariis Origenis & S. Basilii, quem maxime secutus est, & sæpe transtulit, singulisque diebus Dominicis ad populum verba facere consueverat. Nullisque negotiis prohibitus, quominus quotidie sacrum offerret sacrificium. Vitæque sanctitate, & docendi assiduitate populorum animos hæreseon labe infectos reduxit ad veram vitam. Generosam illius libertatem erga Principes paucis post diebus expertus est Valentinianus, qui censuram illius tulit uti decebat Imperatorem Christianum. Ambrosius multa cum libertate eum alloquens, nonnulla reprehendit, quæ a Magistratibus haud recte facta esse videbantur. Respondit Imperator: Hanc tuam libertatem jam pridem cognitam habebam; sed licet eam probe nossem, non solum non contradixi, imo assensum præbui ordinationi tuæ. Proinde delictis animarum nostrarum medicinam adhibe, quemadmodum divina lex præcipit.

CIX. Invaluerat jam passim hæc consuetudo, ut quidam ad episcopatum postulati, hunc honorem ut declinarent, alicujus criminis se reos profiterentur. Acceptus a majori parte Cleri & populi electus in episcopum Foro-Juliensem, hac simulatione seipsum infamarat. Hinc natum dissidium, dum alii rejiciendum, alii promovendum contendunt. Has aliasque Episcoporum disceptationes ut componerent, Valentiæ convenere viginti Episcopi, præerat Fœgadius. Quatuor edidere Canones: primus sancit, ne in posterum bigami ad sacros ordines promoveantur. Secundus. Ne puellis, quæ se Deo voverunt, si ad nuptias sponte transierint, pœnitentia statim detur; & cum data fuerit, nisi plane satisfecerint Deo, earundem communio differatur. Tertius. Ut, qui post baptisma, se vel profanis sacrificiis dæmonum, vel infesta lavatione polluerint, agant pœnitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis. Quartus. Ut, quicumque se sub ordinatione vel Diaconatus, vel Presbyterii, vel Episcopatus mortali crimine dixerint esse pollutos, a supra dictis ordinationibus submoveantur, rei scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Concordius Arelatensis Accepti causam egit. Judicium suum Patres significavere Clero & plebi Foro-Juliensis Ecclesiæ. Illiusque causam hanc afferunt in sua Synodica. Licet non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos suscipiendi Sacerdotii metu trepidos, quæ utique signa sunt sanctitatis, falsa in se rejiciendi honoris causa dixisse: tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt pejora, proclive judicium est, & materies disputationum ex obtrectatione Sacerdotum Dei quæritur, sedit in Synodo, ut quisquis de se vel falsa dixisset, fides ei, quam suo testimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum est submovendos esse protinus ab eo gradu, quem ab omni scandalo liberum esse decet. Eosdem Canones cum alia Synodica transmisere ad universos Galliarum Episcopos: primus subscripsit Florentius Viennensis.

CHRISTI AN. 374.

Concil. tom. 2. apud l'Abbe tom. 1. nov. ed.

Synodus Valent.

Epist. Synod. Valent. Concil.

CX. Valentinianus ineunte vere anni trecentesimi septuagesimi quinti profectus est in Pannoniam, ut Sarmatas & Quados has provincias depopulantes ad sua redire cogeret: Hic cum audisset ab Episcopis nonnullos in Asia & Phrygia de divinis dogmatibus altercari; Concilium in Illyrico fieri præcepit, & ea quæ ab Episcopis decreta & sancita fuerant, ad illos qui contendebant misit, literisque suis nomen fratris & filii adjunxit, hortans eos ut decretis acquiescerent. Cum in Illyrico, inquit, tot Episcoporum Synodus congregata esset; post accuratam inquisitionem de salutari verbo, declararunt beatissimi Pontifices Consubstantialem Trinitatem Patris & Filii & Spiritus sancti ..... Nostra vero majestas eamdem ubique prædicari præcipit; sic tamen ut ne quis dicat, secutum se esse religionem Imperatoris .... Spreto illo, qui mandata nobis de salute nostra reliquit .... His subjicit definitionem Concilii, quam melius intelligemus ex ipsius Synodica. Convenientibus nobis in unum, & habita maxima quæstione de salutari verbo, probavimus Consubstantialem esse Patri Trinitatem Patris & Filii & Spiritus sancti ... Has nostras literas destinavimus per dulcissimum Fratrem & consacerdotem nostrum Elpidium Presbyterum .... Qui Consubstantialem Trinitatem non prædicant, anathema sint. Et si quis his communicans invenitur, anathema sit. Ibidem eos reprehendunt, quod Spiritum sanctum a Patre & Filio dividerent omnes eorum provinciæ; monentque Episcopos non esse constituendos, nisi qui in fide semper perseveraverunt: constitutos jam, si a fide defecerint ad Arianos, ex ipso Presbyterio repellendos, ne Presbyterorum quidem loco sint. Ipsi deposuerant sex Episcopos, qui negabant Filium & Spiritum sanctum esse ex Substantia Patris.

Theod. hist. l. 4. c. 7. & 8.

Synodus Illyric.

CHRISTI AN. 375.

Epiph. Schol. hist. tripart. l. 7. cap. 10.

CXI. Valentinianus per inducias cum barbaris Brigitone dum commoratur, Quadorum legati veniunt pacem postulantes, quam ut impetrarent, & tyrocinium & quædam utilia rei Romanæ pollicebantur. His admissis, eorum miserabili cultu commotior factus Imperator sciscitatur, utrum Sauromatæ tales, & tam vilium corporum omnes existerent? Respondentibus: Quia meliores eorum hic habes, & vides: validissime ille clamans ait: Atrocia Romanum Imperium sustinet, si Sauromatæ tales existentes contra Romanos insurgunt. Itaque vehementi excandescens gentem omnem increpat. Repenteque exhibito sanguine lethali sudore perfusus, voceque simul obstructa, apoplexia percussus ne labere-

Eutrop. lib. 12.

Marcel. lib. 30.

Valentiniani mors.

Christi labaretur ſpectantibus barbaris, concuſſu miniſtro-
An. 375. rum ad conclave ductus eſt intimum. Jamque li-
& 376. ventibus maculis interfuſus, animam diu colluctatam
efflavit decimo quinto Kalendas Decembris, anno
ætatis quinquageſimo & quinto, Imperii duodecimo
necdum expleto, Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo
ſexto. Imperator fuit egregius, vultu deco-
Eutrop. ibid. rus, ſolers ingenio, animoque gravis, ſermone cultiſſimus,
quanquam eſſet ad loquendum parcus, omni
pudicitiæ cultu domi caſtus & foris, nullo
contagio conſcientiæ violatus obſcœnæ, nihil inceſtum;
hancque ob cauſam tanquam retinaculis petulantiam
frænarat Aulæ regalia; diſciplinæ militaris
cenſor eximius, molliora tributa efficiebat. Severus,
vehemens, infeſtus vitiis, maximeque avaritiæ.
Severitatem tamen ejus nimiam & parcitatem,
quidam crudelitatem & avaritiam interpretabantur,
meritoque culpatur nimia ejus iracundia.

Ibid. CXII. Valentiniano mortuo Italiæ milites vetiti
ne Gallicanæ cohortes novum crearent Imperatorem,
authore Equitio conſule, & Merobaude utriuſque
militiæ Præfecto, ſtatuunt ut Valentinianus
puer defuncti filius tum quadrimus vocaretur in Imperium
cooptandus. Degebat cum matre Juſtina in
villa centeſimo lapide diſtante. Communi omnium
ſententia Cerealis avunculus ejus ocyus miſſus, eumdem
puerum lectica impoſitum duxit in caſtra, ſextoque
die poſt parentis obitum Imperator legitime
declaratus, Auguſtus nuncupatur more ſolemni. Et
licet cum hæc agerentur, Gratianum indigne laturum
exiſtimarent, abſque ſui permiſſu Principem alium
inſtitutum, poſtea vixere ſecurius; ille enim
ut erat optimæ indolis, conſanguineum pietate nimia
dilexit & educavit, nec in illos animadvertit,
qui ſibi inſcio collegam Imperii dederant; diviſoque
Imperio, Italiam, Illyricum & Africam fratri aſſignavit,
Tranſalpinas provincias ſibi retinuit. Quamdiu
tamen vixit, totum Occidentem adminiſtravit.
Zozim. lib. 4. Summi Pontificis ornamenta, quæ Gentiles ei obtulere,
averſatus eſt, ratus non eſſe fas iſtiuſmodi ha-
Gratiani pietas. bitu Chriſtianum uti, ſtolamque flaminibus reddidit.
Gentiles tamen ei, ſicuti prædeceſſoribus, Pontificis
maximi nomen tribuere in ſuis libris & inſcriptionibus,
ſed illud non aſſumebant Imperatores; Julianus
ſolus poſt apoſtaſiam Pontificem maximum
ſeipſum vocavit. Gratianus primam religionis curam
habuit, eamque ſtrenue propagavit, repreſſis
hæreticis & idololatris.

Hier. ep. 7. ad Læt. Illius Principatus initio Gracchus Præfectus urbis
ſpecum Mithræ & omnia ejus portentoſa ſimulacra
ſubvertit & fregit: Gratianus vero lege lata
L. 4. cod. Theod. de hær. cœtus omnes & conventicula hæreticorum prohibuit;
& loca in quibus myſteria ſua celebrarent,
Fiſco addixit. Kalendis Junii anni trecenteſimi ſe-
L. 3. cod. Theod. de Epiſc. ptuageſimi ſexti, Trevitis hanc legem de foro Ec-
cleſiaſtico tulit, quam Artemio, Euridicio, Appio,
cæteriſque Epiſcopis miſit. Qui mos eſt cauſarum
Valens perſequitur monachos. civilium, idem in negotiis Eccleſiaſticis obtineat.
Ut ſi quæ ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus, levibuſque
delictis ad religionis obſervantiam pertinentia,
locis ſuis, & a ſuæ Diœceſcos ſeu provinciæ
Martyres. Synodis audiantur. Exceptis quæ actio criminalis ab
Hier. in Chron. ordinariis, extraordinariiſque judicibus, aut illuſtribus
poteſtatibus audientia conſtituit.

Oroſ. l. 7. cap. 77. Baſil. ep. 200. CXIII. Valens contra perſecutioni acrior inſtabat,
maxime infenſus monachis, qui totis viribus
pietatem tuebantur. Quapropter lege data, ut monachi
militarent, nolentes fuſtibus juſſit interfici.
Tribuni & milites miſſi, qui ſanctos ac veros milites
Dei, alio nomine perſecutionis abſtraherent,
interfecerunt ibi multa agmina Sanctorum: Alii laboribus
eorum igne conſumptis fugati ſunt. Ita per
Sacteſimum Presbyterum ſcripſit Baſilius: Ingemui
ſuper eo quod accidit, non ut vobis, Fratres, abſit,
ſed ut illis condolerem, qui uſque adeo abſorti
ſunt a malitia, ut in tantum uſque facinus nequitiam
ſuam extenderint. Verum exſpectabam futurum,
ut confeſtim ad humilitatem noſtram, tanquam
paratum refugium, univerſi accurreretis: ſperabamque
mihi daturum Dominum indeſinentium
dolorum meorum refocillationem a veſtro complexu,
& ſudore illo, quem propter veritatem diſtillatis,
habiturumque me conſortium præmiorum illorum,
quæ vobis a Judice veritatis recondita ſunt.
Demum eorum precibus commendat Eccleſiam.

Hier. de ſcript. CXIV. Eccleſiam gravius afflixit Apollinaris
Laodicenus Syriæ Epiſcopus, cujus initia ſic prædi-

cat Vincentius Lyrinenſis: Quid illo præſtantius a- Christi
cumine, exercitatione, doctrina? Quam multas An. 376.
ille hæreſes multis voluminibus oppreſſit? Quot i- Eccl.
nimicorum fidei confutavit errores? indicio eſt opus Vinc.
illud triginta non minus librorum nobiliſſimum & Lyr. c. 16
maximum, quo inſanas Porphyrii calumnias magna *Apolli-*
probationum mole confudit. Sed dum contentionis *naris ini-*
vitio nimia agitur, & adverſum omne quod quiſque *tia &*
dixerat, ire obviam delectatur, jactatione *hæreſis.*
ingenii male fortis hæreſim ex contentione generavit,
aſſerens ſolum corpus, non etiam animam a
Domino in diſpenſatione ſuſceptam . . . . . . Poſtea
ne ex toto vinci videretur, ait eum quidem
habuiſſe animam, ſed non eam, quæ rationalis
eſt, ſed eam ſolum, quæ vivificabat corpus: ad
ſupplementum vero rationalis partis ipſum Verbum Leont.
Dei fuiſſe perhibebat: Apollinaris ipſe in epiſtola, cap. 9.
quam ſcripſit Epiſcopis, qui Neo-Cæſareæ convenerant,
ſic exponit errorem ſuum: Confitemur non
ad hominem ſanctum veniſſe Verbum Dei, quod
erat in Prophetis, ſed ipſum Verbum Carnem factum
eſſe, non aſſumpta mente humana, mente Epiph.
mutabili, quæ turpibus cogitationibus captiva duci- Ancor.
tur, ſed divina mente immutabili & cœleſti. Ideo num. 79.
quippe Chriſto mentem adimebat, ne peccatis foret
obnoxius. Solam igitur animam vegetativam Chriſto
conceſſit, ademit vero rationalem. Hunc errorem
hauſit ex fontibus Platonicorum, qui hominem
ex tribus conſtare volebant, e corpore, anima & Nemeſ.
mente. His jactis fundamentis ſententiæ ſuæ, reli- de na-
qua dogmati ſuo conſentanea ſuperſtruxit. Quemad- tiv. ho-
modum Catholici unam quidem divinitatis Subſtan- mil. s.
tiam, & tres Perſonas de Trinitate prædicavit. In Theod.
nonnullis autem libris gradus dignitatum definiit. hær. fab.
Ejus enim inventum eſt illud magnum, majus, ma- l. 4. c. 8.
ximum, tanquam magnus quidem ſit Spiritus, ma- Gregor.
jor autem Filius, maximus autem Pater. Quam o- Nazian.
pinionem Trinitatis ſcalam vocabat Nazianzenus, epiſt. 2.
quæ non in cœlum ducit, ſed e cœlo dejicit . . . Baſil. ep.
Rurſus in nonnullis ſcriptis Perſonarum proprieta- 74.
tes confundebat: unde etiam inſimulatus eſt Sabellianiſmi.
Secutus eſt etiam errorem Millenariorum.

Apollinarem ſic erraſſe ſero creditum eſt, tum
ob ſummam tanti viri famam, tum quia communione
& amicitia conjunctus erat Athanaſio, Baſilio,
Gregorio Nazianzeno, aliiſque, qui videbantur columnæ
Eccleſiæ. Hinc, inquit Epiphanius, cum id Epiph.
nobis nonnulli ex ejus diſcipulis narrarent, fidem hær. 77.
non habebamus, neque veriſimile putabamus a ſan- num. 2.
cto viro errorem ejuſmodi profectum. Itaque nonulla
meliorum ſpe adhuc patientes exſpectavimus. Hoc
enim dicebamus: Diſcipulos illius qui ad nos ventitabant,
cum ea minime caperent, quæ ab erudito
illo ac ſapienti viro præceptore ſuo, abſtruſa & recondita
proferrentur, ejuſmodi quædam finxiſſe ſibi,
quæ ab illo nunquam didicerant. Præſertim cum
multa inter illos, qui nos adibant, opinionum varietas
eſſet. Quippe nonnulli eo progreſſi ſunt, ut
Chriſtum e cœlo corpus detuliſſe dicerent; .... quidam
Chriſti Corpus divinitati Conſubſtantiale non
dubitarunt aſſerere. Quibus opinionum portentis Orientem
magnopere perturbarunt. Quapropter ejuſmodi
errores damnavit ſuperior Antiochena Synodus;
Athanaſiuſque confutavit in ſuis ad Epictetum literis,
ſed Apollinaris nomine ſuppreſſo. Ejus vero
ſermo impius cum in dies ſerperet ut cancer, qualis
eſſet, palam innotuit: eique forti animo contradixere
Ægyptii Epiſcopi pro Fide exules.

CXV. Baſilius iiſdem & monachis communes de- Baſil. ep.
dit literas, in quibus exponit errores Apollinaris, 293.
qui clancularios mittebat Epiſcopos, qui eos diſſeminarent,
ac ſchiſma facerent in Eccleſia. Quam
ob cauſam, inquit, vos adhortamur tanquam medicos
ſcientes & doctos in comitate & patientia erudire
obluctantes, ut operam omnem impendatis,
quo ad ſubjectionem Eccleſiæ ordinatam reducatur,
& eidem perſuadeatis contentionum ſuarum loquacitati
& multiplicitati ne confidat ... Conſtanter porro
ei ut inculcetis Orthodoxæ Fidei tenorem, ut
ipſius emendatio manifeſta fiat & Fratribus innoteſcat
reſipiſcentia... Tum addit ... Vos par erat intelligere,
quod per Dei gratiam plurimi ſunt, qui
Fidem tuentur Orthodoxam, a Patribus Nicænis ſecundum
pietatis regulam traditam, neque vos per
Orientem ſoli ſitis relicti, aut in hac parte ſolitarii.
Univerſus quidem Occidens vobiſcum unanimiter,

CHRISTI An. 376. & nobiscum conspirat, quorum quidem Fidei acceptam professionem penes nos custodimus, illorumque sanæ & sinceræ doctrinæ adhæremus. Erat igitur æquum ut certissime sibi omnes hæc persuaderent; qui conjuncti forent vobiscum in eadem fide, quo majorem haberent roboris firmitatem in multorum conspirante consensu, quæ geruntur, & ne concordia dissueretur, dum nonnulli, rejectis aliis, recipiuntur.

Ex his patet quantum Episcoporum consensus cum Pontifice Romano non solum circa fidem, sed etiam circa disciplinam valeat ad confirmandam veritatem. Etenim cum humana ratio esset imbecillior, quam ut res spirituales & divinas assequeretur: quandoquidem totius gentilitatis sapientissimi & doctissimi gravissime in iis errarunt Philosophi, Deus per authoritatem in viam salutis nos sic deducere voluit, ut quoniam de vero sensu Scripturarum multæ essent futuræ controversiæ, ex quibus nascerentur hæreses, quæstiones omnes definiret maxima authoritas, quod in Ecclesia semper observatum est a prima Apostolorum Synodo, atque etiam in omnibus humanis negotiis. Itaque cum Deus posuerit Episcopos regere Ecclesiam suam, profecto in rebus Ecclesiasticis maxima tunc habetur authoritas, cum Romanus Pontifex D. Petri successor cum majori parte Episcoporum aliquod dogma vel librum approbat, vel reprobat. Ac proinde ei acquiescendum. Tunc audimus docentem Ecclesiam, quæ juxta Apostolum, est columna veritatis.

Apollinaris discipuli. Primarii inter Episcopos clancularios, quos mittebat Apollinaris, ut suos errores propagarent, fuere Timotheus, qui se Alexandrinum jactabat Episcopum, & Vitalis Presbyter Antiochenus ex Meletii Clero, vir præ cæteris ob vitæ ac disciplinæ severitatem illustris, & in regendis iis quibus præerat, sedulus, eaque de causa plebi venerabilis. Verum paulo post, cum a communione Meletii se abjunxisset, Apollinari adhæsit: iisque qui Antiochiæ eamdem opinionem sectabantur, præfuit, haud paucos auditores habens, qui ab ipso dicti sunt Vitaliani. Hic autem prolapsus esse dicitur, quod despectus fuisset a Flaviano tunc compresbytero, a quo prohibitus fuerat ne Episcopum more solito videret. Contemni enim se arbitratus, ad Apollinarem transgressus, societatem & amicitiam cum eo junxit, & quartæ factionis fuit Episcopus Antiochiæ. Meletius enim & Paulinus præerant Orthodoxis; Arianis vero Euzojus, cui mortuo tunc substitutus est Dorotheus. Abhinc in aliis quoque civitatibus conventus separatim agere cœperunt Apollinaristæ, sub Episcopis suæ sectæ, & ritibus usi sunt ab Ecclesia Catholica alienis: præter sacros hymnos, qui in Ecclesia cani solent, cantica quædam numeris astricta psallentes, quæ ab Apollinare erant excogitata. Qui cum in dies magis insaniret; ne incendium, quod excitarat, latius diffunderetur, occurrendum ratus Basilius, eum accusavit apud Episcopos Occidentales.

Zozim. l.6. c.25.

Basil. ep. 74. Eustathii Sebasteni malas artes primo detegit. Tum addit: Alter ex illis de quibus vos admonemus, est Apollinarius, haud parum & ipse Ecclesias contristans: facilitati namque scribendi de quovis argumento conjunctam habens sufficientem linguæ facultatem, Orbem libris suis replevit ..... Sunt vero quæ scribit etiam ad Theologiam pertinentia: non ex Scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis adstructionem habentia. Scripsit & de resurrectione quædam fabulose, imo Judaice composita: in quibus dicit nos iterum ad cultum a lege præscriptum reversuros; ita ut & iterum circumcidamur, & Sabbatum observemus, & a cibis in lege prohibitis abstineamus, sacrificiaque Deo offeramus, & in templo Hierosolymis adoremus, atque prorsus ex Christianis Judæi reddamur... Deinde & de Incarnatione tantam movit fratribus perturbationem, ut pauci eorum, quibuscum colloquii cum illo nonnihil intercessit, priscum pietatis characterem conservent: multi vero rerum novitatibus attendentes ad quæstiones, & contentiosa inutilium verborum commenta aversi sint... Horum curam a vobis requirimus. Eam adhibebitis, si universis Orientis Ecclesiis scribere dignabimini, ut eos, qui veritatis doctrinam ad hunc modum adulterarunt, tum demum ad communionem admittant, si quando errata correxerint: si vero contentiose rerum novitati immorari voluerint, ab illis secedant. Ibidem Paulinum Sabellianismi insimulat; haud dubie quod tres in Deo hypostases confiteri nollet, nec tamen idcirco divinarum Personarum Trinitatem negabat, ut constabit ex sequentibus. CHRISTI An. 376.

CXVI. Damasus his aliorumque relationibus acceptis de Apollinari, qui gloriabatur se cum eo habere communionem, Romæ convocat Concilium, cui interfuit Petrus Alexandrinus tunc pro fide profugus; Apollinaremque cum discipulo Timotheo damnavit & deposuit. D. Ephrem absurdissimam Apollinaris opinionem sic detestabatur, ut omni conatu atque sollicitudine eamdem ex quorumvis Christianorum animis evellere studeret. *Apollinaris damnatur.* Theod. hist. l. 5. cap. 3.

Apollinaristæ damnati cum ab iis plures abhorrerent, dissimulatione deinde uti cœperunt; idque nos, inquit D. Epiphanius, ex illorum sermonibus accurate postea cognovimus. Nam cum essemus Antiochiæ, in primarios illorum incidimus, inter quos erat Vitalis Episcopus, homo vita, moribus & instituto religiosissimus. Ac cum magnopere illum adhortaremur ut cum Ecclesiæ Catholicæ Fide consentiret, ac contentiosam illam vocem prætermitteret; ad hæc ita Vitalis occurrebat. Quid est controversum inter nos & ambiguum? Sabelliique dogma abjecit Paulino, cum quo dissidebat. Hic vocatus exactam Fidei professionem quam ei dictarat Athanasius, confirmavit, seque purgavit. Vicissim Vitali Paulinus objecit, quod negaret Christum hominem esse perfectum, Vitalis respondit: Imo vero Christum fatemur hominem perfectum induisse; quod ejus responsum non minorem audientibus voluptatem quam admirationem attulit. At nos qui callidorum hominum, a quibus fratres nostri in errorem adducebantur, intimos sensus, ac tergiversationes cognitas habebamus, acrius in interrogando perstitimus. Et Christumne, diximus, proprie carnem assumpsisse profiteris? Profiteor, inquit. Eamdem de Maria Virgine sine virili statu, ac per Spiritum sanctum accepisse? Ne istud quidem inficiatus est. Utrumnam proprie Deum Verbum, Deique Filium existimas e cœlo descendentem carnem sumpsisse de Virgine? Magna ille cum gravitate assensus est. Iterum interrogavimus, num & animam accepisset? Ille pari gravitate ac constantia accepisse fassus est... Sic enim aiebat: omnino perfectus homo Christus extitit. Tum demum ab eo istud quæsivimus: Mentemne Christus Dominus assumpsit? Sine ulla cunctatione negavit. Tum nos ex adverso, quidnam igitur perfectum illum hominem fuisse censes? Eatenus, inquit, perfectum hominem fuisse dicimus, si divinitatem illi loco mentis adscribamus, & carnem atque animam adjungamus; sic ut perfectus homo ex carne, anima, divinitate, quæ sit mentis instar, existat. Cum ea de re pluribus disputassemus .... ac utrique parti propter animorum pertinaciam nihil persuaderemus, re infecta discessimus. Epiph. hær. 77. num. 20. & seq.

Apollinaristis successere Antidicomaritæ, seu beatæ Virginis adversarii, qui eo temeritatis progressi sunt, ut sanctissimam Virginem, post Christum in lucem editum, cum viro suo Josepho consuetudinem habuisse dicerent. Quem errorem in Arabia gliscere cum audiisset Epiphanius, doctissime confutavit; econtra nonnulli in eadem provincia eo amentiæ progressi sunt, ut sanctissimam Virginem pro Deo obtrudere vellent, ac de ea veluti furiosi loquerentur. Ferunt mulierculas quasdam in Arabia, quæ e Thracia profectæ erant, novum illud dogma fuisse commentas, adeo ut in Virginis nomen & honorem collyridem seu tortam panis sacrificantes offerrent, & conventus haberent. Earum sectatores inde dicti sunt Collyridiani. Eorum absurdam & impiam opinionem postquam confutavit Epiphanius, sic concludit: Maria in honore sit, Dominus adoretur. Epiph. hær. 78. num. 23. Ibid. num. ult.

CXVII. S. Epiphanius ex vico Besanduce juxta Eleutheropolim oriundus erat. Is admodum adolescens monasticam vitam professus a præstantissimis Monachis institutus est. S. Hilarionis aliquamdiu fuit discipulus, in monastica Philosophia celeberrimus extitit. Dum in Ægypto commoraretur, adhuc juvenis, incidit in Gnosticos, & ex ipsomet eorum, qui hanc hæresim proprie & ex instituto tractabant, ore ac magisterio didicit, comparatæque ex ea secta mulieres ad seducendos adolescentes tentarunt ejus pudicitiam: sed divina misericordia ab earum improbitate eum eripuit ..... Perniciosas earum manus postquam effugit, impuræque sectæ libros Zozim. l.6. c.32. *S. Epiph. initia.* Epiph. hær. 27. num. 27.

per-

CHRISTI AN. 376.

perlegit, mox ad Episcopos eos detulit, eorumque hactenus ignota nomina in Ecclesia detexit. Ex quo factum est, ut octoginta fere capita caulare jussa sint. (Zozim. ibid.) Ipse vero monasterio, quod juxta vicum suum extruxerat, cum aliquot annis præfuisset, Cyprum navigavit, Imperante Valente, ibique fama notus electus est Episcopus Salaminæ seu Constantiæ, quæ erat totius insulæ Metropolis. Qua ea re per universum Orbem terrarum maximam nominis celebritatem adeptus est. Nam cum in media hominum (Pal. dial. 151.) moltitudine, & in urbe magna & maritima sacerdotio fungeretur, & cum ea, qua præditus erat virtu- (Hier. epist. 61.) te, civilibus negotiis sese applicuisset, brevi omnibus tam urbanis, quam peregrinis notus extitit. Sexagesimum agebat annum cum ordinatus est Episco- (Epiph. Anchorat. Synop.) pus, triginta sex annis hanc Ecclesiam administravit. Tantæ venerationis semper fuit, ut regnantes hæretici ignominiam suam putarent, si talem virum (Epiph. Ancorat.) persequerentur. Valens eum non tetigit.

CXVIII. Presbyteri & Magistratus, qui Suedris Pamphiliæ degebant, ab eo per epistulas postularunt, ut rectam sanamque fidem uberius explicaret, quo & rudiores atque in fide adhuc hæsitantes sacris ejus literis confirmarentur. Epiphanius eorum precibus inductus composuit librum, quem inscripsit Ancoratum, propterea quod animum de vita & salute sollicitum instar anchoræ moderatur. Complures hoc opus fidei partes continet: ut puta de Patris, Filii ac Spiritus sancti una eademque Substantia: de perfecta Christi Incarnatione: de mortuorum resurrectione, de æterna vita, ac judicio animæ pariter & corporis. Tum adversus idola, hæresesque singillatim, ac contra Judæos disputat. Octoginta hæreseon nomina complectitur, ac denique varias de Scripturis sacris quæstiones exponit. Testatur hoc opus se scripsisse anno nonagesimo Diocletiani, Valentis decimo, Gratiani sexto; ac proinde anno trecentesimo septuagesimo quarto.

(Act. 5.) Pauca ex eo hic annotabimus. Divinitatem Spiritus sancti sic probat ex his S. Petri verbis: Cur tentavit vos satanas mentiri Spiritui sancto? Non mentitus es hominibus, sed Deo. Igitur Deus est a Patre Filioque procedens Spiritus, cui mentiti sunt ri, qui de pretio subtraxerant. Demum addit de D. Petro, qui Christum esse Dei Filium, & Spiritum (Epiph. Ancorat. num. 9.) sanctum Deum patefecit. Sic enim ei, qui inter Apostolos primus esset, consentaneum erat, solidæ, inquam, illi petræ, supra quam est Ecclesia Dei fundata, & portæ inferi non prævalebunt illi: quarum portarum nomine hæreses, & hæreson conditores intelligantur. Omnibus quippe modis in eo stabilita fides est, qui coeli claves accepit. Ibidem unam esse Christi Personam in duabus naturis realiter distinctis, & inconfusis sic docet. Nam si idem ille, qui sursum vere est a Patre genitus, etiam a Maria ge- (num. 82.) nitus est, tam sursum quam infra genitus est. Si sursum imperfectus est, infra quoque erit imperfectus. Si sursum perfectus, etiam infra perfectus erit. Neque vero in alio quodam perfecto habitasse dicitur: sed in seipso perfecisse omnia. Cui quidem postea Thomas fidem habuit, ubi illud impletum est, manibus meis Deum quæsivi, & non sum deceptus. (Psal. 76.) Idem ergo Deus & homo nihil permixtum confusumque præstitit, sed in unum ambo temperavit.

CXIX. Anno Valentiniani & Valentis duodecimo, Christi trecentesimo septuagesimo quinto, Acacius & Paulus Presbyteri, & Archimandritæ, hoc est, monasteriorum præpositi in regione Carahedonis & Bereæ Celesyriæ per literas exorarunt Epiphanium, ut adversus hæreses scriberet, cum jam a multis insuper rogatus, ut hoc susciperet, atque, ut ita dicam, coactus fuisset. (*D. Epiph. advers. hæreses.* Epist. Acac. & Paul.) Epiphanius eis rescribens in epistola sua quam voluit esse instar procemii, sic totius operis sui summam breviter (Ibid. ep. Epiph. ad Acac. & Paul.) exponit. Quoniam hæreseon omnium nomina declaranda vobis in hoc libro suscipimus, nec non execranda ac nefaria illorum flagitia, sic tanquam præsentissima quædam venena, patefacere volumus. Atque his velut antidota quædam opponentes, quæ vel iis, qui morsu petiti sunt, remedio esse possint; vel eos, quibus ne incidant periculum est, præmuniant atque conservent, honestarum rerum studiosis conscribere. Panarium, sive arculam medicam, ad eorum, qui a serpentibus icti sunt, remedium, jure opus illud ac librum interpretabimur: qui in tres partes divisus hæreses octoginta complectitur. Secundam quas veritatis firmamentum, & salutaris doctrina, fideique formula subjecta est, ac Christi sponsa, sancta videlicet Ecclesia declarata... Ac rursum post explicatam omnem istarum hæreseon improbitatem, ex Apostolorum disciplina accurate ac perspicue brevi quodam est compendio subjecta Christi doctrina...... Quæ quidem omnia in hoc opere comprehensa tribus libris explicantur.

Quid autem de eo opere sentiendum sit, docet Photius: Legimus, inquit, S. Episcopi Epiphanii adversus octoginta hæreses Panaria voluminibus tribus in septem libros distributa. (Phot. Bibli. cod. 122.) Ducto igitur a Barbarismo initio, tendit usque ad Messalianos, cæteris qui ante ipsum hæreses scripserunt, copiosior atque utilior; propterea quod quæ reliqui utilia continebant, hic nequaquam prætermisit, sed quæcumque præter illa studiose reperire potuit, adjunxit. Dictio ejus humilis, ac plane talis qualem ejus esse oportuit, qui atticæ elegantiæ rationem nullam duceret. Infirmus vero ut plurimum est in conflictibus adversus impias hæreses susceptis. Est tamen ubi fortiter aggreditur, atque irruit, quamvis neque verborum ipsius, neque constructionis proprietas ulla ex parte præstantior efficiatur. Uniuscujusque hæresis dogmata, initia, & progressus, ex eo ut plurimum exposuimus. Superast igitur ut ejus expositionem disciplinæ Ecclesiæ hic subjiciamus.

Fundamentum, inquit, ac velut crepido quædam in Ecclesia virginitas est; quæ e plerisque colitur, & observatur, & in illustri quadam gloria ac prædicatione versatur. (Epiph. tom. 2. l. 3. n. 21. *Disciplina Ecclesiæ.*) Virginitatem solitaria vita proxime sequitur, quam in plerisque utriusque sexus monachis videmus. Secundum hanc continentia ad idem pietatis curriculum fundata est ac stabilita. Deinde viduitas cum diligenti attentaque cautione, & casta sinceraque vitæ ratione conjuncta. Post gradus illos locum obtinent honestæ nuptiæ .... præsertim singulares .... Quod si quis, mortua uxore, vel mulier, mortuo viro, voluerit alterum virum, uxoremve duntaxat post alterius obitum, sibi adsciscere, licet. Horum omnium velut fastigium sanctum sibi sacerdotium vindicat: quod ex virginum ordine præcipue constat, aut si minus e virginibus, certe ex monachis ...... vel ex his creari Sacerdotes solent; qui a suis se uxoribus continent, aut secundum unas nuptias in viduitate versantur. Secundis vero nuptiis implicitus in Ecclesia ad Sacerdotium non admittitur, tametsi aut sese ab uxore contineat, aut sit viduus: ejusmodi, inquam, ab Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi gradu rejicitur. Secundum hos gradus Lectorum ordo ex omnibus ordinibus eligi potest; etiam ex illis, qui post prioris uxoris obitum cum altera sese copularint. Quippe Lector non est Sacerdos: at Diaconissæ ad hunc unum usum adhibentur, ut mulierum decoris, & honestatis causa sint administræ, si id forte necesse fuerit: sive dum baptismo initiandæ sunt; sive dum earum corpora perscrutanda. Illæ quidem univiræ, & continentes esse debent, vel post unas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines. Post omnes illos ordines deinceps Exorcistæ sequuntur, & linguarum interpretes, tam in lectionibus, quam in concionibus. Sequuntur laborantes, qui mortuorum corpora curant; tum Janitores ac reliqui disciplinæ causa ordines instituti.

Sacri porro conventus & synaxes ab Apostulis instituti sunt his potissimum diebus, quarta, sextaque feria, & Dominica: (Ibid. num. 22.) Item quarta sextaque feria jejunium ad horam usque nonam indictum, propterea quod quarta feria comprehensus est Dominus, & sexta in Crucem sublatus. Ideo per illos dies jejunandum esse decreverunt Apostoli, ut impleatur illud quod scriptum est: cum sublatus ab illis fuerit sponsus, tunc jejunabunt. (Luc. 5.) Neque vero ut ei gratificemur, qui nostra causa passus est, instituta sunt jejunia: sed ut salutis nostræ causa cruciatus illos profiteamur, quos pro nobis Dominus ipse suscepit: atque ut hæc a Deo jejunia expiandis nostris sceleribus imputentur. Porro istiusmodi jejunium toto anno in Ecclesia Catholica diligenter observatur, exceptis quinquaginta Pentecostes diebus, quibus neque genua flectuntur, neque jejunium indicitur, ... sed neque Epiphaniorum die, quo Dominus secundum carnem natus est, ut putabant quidam Orientales, jejunare licet, tametsi in quartam feriam vel sextam inciderit; quibus etiam diebus & Dominica matutinæ synaxes obeuntur. Qui pietati student, egregia quadam ac laudabili voluntate,

CHRISTI AN. 376.

perpetuo, solis Dominicis, ac Pentecostes diebus exceptis, jejunia sibi ac vigilias imponunt. Nam Dominicas omnes festas hilaresque Catholica esse sanxit Ecclesia, ac solemnes conventus matutinis horis indicit, nec ulla jejunia celebrat. Cæterum ante septem Paschatis dies, quadragesimam observare, atque in jejuniis perseverare eadem consuevit Ecclesia. Dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipsius quidem quadragesimæ jejunare solet. Præterea sex illos Paschatis dies xerophagiis transigere populus omnis assuevit: hoc est panem duntaxat cum aqua sub vesperam adhibere. Imo vero nonnulli ad biduum vel triduum, vel quatriduum usque jejunia prorogant. Alii totam hebdomadam ad usque sequentis Dominicæ gallicinium, sine cibo transmittunt. Pervigilia vero sex obeunt, ac totidem synaxes: quæ tota quadragesima post horam nonam ad vesperam usque celebrantur ..... Ex his liquet fideles prioribus sæculis observasse quadragesimam, in jejuniis perseverantes; & præterea sex dies majoris hebdomadæ transegisse xerophagiis. Atque ita quadraginta sex dies continuasse in jejuniis. Quod ad alia mysteria pertinet, ut Baptismi, & quæ interiora sunt, ea ritibus illis ac ceremoniis obeuntur, quæ ex Evangelio, & Apostolorum authoritate, ac traditione profectæ sunt.

Ib. n. 23. *Orationes & sacrificia pro mortuis.*

[a] Jam vero quod ad mortuos spectat, nominatim illorum mentio fit, & preces ac sacrificia mysteriaque frequentantur. Matutinæ insuper laudes in Ecclesia Catholica, matutinæque preces assidue celebrantur; lucernales item psalmi, & orationes. Porro monachorum alii in urbibus degunt, alii in monasteriis habitant, & ab hominum frequentia longius abscedunt ..... Sunt & alia in eadem Catholica Ecclesia instituta vivendi præstantia: nimirum quod alii carnibus prorsus abstineant, tam quadrupedum & avium, quam piscium, nec non ovis ac caseo. Tum alia sunt vitæ genera, propterea quod unusquisque secundum proprium laborem accipiet ...... Alii nudis pedibus ac sine calceamentis incedunt. Alii occultum cilicium ferunt laudabiliter, virtutis scilicet aut pœnitentiæ causa ..... Jam vero hospitalitatis, humanitatis, & in omnes pauperes beneficentiæ fructus tori Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ communis est omnibus indictus. Eadem vero Ecclesia .... ab omnium hæreseon communione se segragat ..... oblationes ab his, qui injuria neminem affecerint, neque scelus aliquod perpetrarint, admittit. His ritus, quos ut sacros, & antiquos laudat S. Epiphanius etiamnum vigent in Ecclesia Catholica, si Diaconissas, & Xerophagiam majoris hebdomadæ excipias. Librorum adversus hæreses synopsim edidit Epiphanius. Cum autem quinque linguarum peritus esset, Græcæ scilicet, Syræ, Hebrææ, Ægyptiacæ, & ex parte Latinæ, scripsit librum de ponderibus, & mensuris; in eo multa explicat circa monetas, mensuras, literas, & scripturas Hebræorum earumque versiones. Synopsis chronologica, & historica, quam ei inseruit, est parum accurata. Hinc non pauca ab imperita manu addita, vel a scriptoribus depravata facile crediderim. Indiculus tamen Romanorum Imperatorum hic altero illo castigatior est, quem in Anchorato proposuit.

2. ad Cor. 3.

Petav. observ. in Epiph.

CXX. Damasus Papa cum aliis Occidentis Episcopis ad Paulinum miserat literas, quibus, rejecto Meletio, Sedem Antiochiæ Episcopalem ei addicebat. Ejus partis fautores statim adeunt Comitem Terentium, virum imprimis Catholicum, hortanturque fideles omnes Antiochenos Paulino conciliet: opportuna videbatur occasio, Meletius enim adhuc exulabat. D. Basilius his auditis, ut Terentium ab eo consilio revocarat, ei scribit. Nihil magis vero simile est, quam veritatem ignorare Occidentales, & qui ad eos scripserant, occultasse causas, unde inductus est Athanasius ad Paulinum literas dare. Tuam autem rogamus perfectionem, ut quandoquidem eo loco convenire queas homines probe gnaros eorum, quæ sub Joviano Principe inter Episcopos agebantur, velis ab iis accurate veritatem edoceri. Deinde causas attingit cur Paulinum non approbet; nempe tres hypostases divinas dicere nolebat, quamvis tres perfectas Personas in unitate Substantiæ confiteretur. Ariani vero calumniabantur Catholicos quod Filium Patri Consubstantialem secundum hypostasim dicerent: hinc eos accusabant erroris Sabellii, qui docuerat unum in hypostasi Deum esse, diversimodis personis tamen in Scriptura nominari, secundum idioma, & exigentiam subjecti. Quorum calumniam adjuvabat opinio Paulini, & hæresim reddebat valentiorem, dum sic iis Ecclesiæ doctrinam conviciis suis proscindendi datur occasio. Deinde utriusque vocis, οὐσίας, & ὑποστάσεως differentiam sic explicat. Quæ est ratio communis ad proprium, eamdem quoque habet οὐσία ad ὑπόστασιν. Unusquisque nostrum per communiorem οὐσίας rationem essendi particeps est: & per peculiares suas proprietates talis vel talis existit. Sic ibidem οὐσίας ratio est communis; Bonitas, puta, Deitas, aut quod est hisce compar. Hypostasis vero in propietate paternitatis cernitur, filietatis, aut potentiæ sanctificativæ. Si personas statuerint insubsistentes, hinc sortitur hæc oratio absurditatem suam. Sin esse in hypostasi vera illas concesserint, ut concedunt, (ac proinde recta erat Paulini fides) ita numerum ineant, ut in unitate Deitatis homoousii ratio conservetur; & pietatis recognitio Patris, Filii, & Spiritus Sancti, in consummata, perfecta, & omni modo absoluta cujusque nominatæ personæ hypostasi prædicetur. Concludit orando Terentium ut pacis hujus conciliandæ ducem se non exhibeat, nisi una cum Episcopis, præsertim iis, qui pro Fidei defensione longius a domo deportati, separationem illam inflictam pro gravissimo supplicio tolerabant. Quibus verbis indicat ipsum Meletium Paulini æmulum, & Eusebium Samosatensem.

Basil. ep. 349.

Dissensio inter Orthodoxos propter vocem hypostasis.

CHRISTI AN. 376.

Quæstio de una vel triplici in Deo hypostasi tunc non solos Catholicos dividebat, ut ætate D. Athanasii, qui, cognita utriusque partis Orthodoxia, omnibus fuit author ut servata Fidei concordia, de vocibus non litigarent. Sed eadem abutebantur Semiariani, præsertim Tharsenses, qui vocem hypostasis eodem sensu ac profani gentilitatis authores accipiebant, apud quos idem sonat ac οὐσίαν, contendebant tres in Deo admittendas esse hypostases, ut sic tres quoque Substantias similes inducerent. Quælibet pars D. Hieronymum, cujus jam tum celebre erat in Oriente nomen, ad suam opinionem pertrahere studebat. Incertus ille quid sequeretur, confugit ad Sedem Apostolicam, ejusque judicium exquirit sequenti epistola. Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frusta discerpit ..... Ideo mihi Cathedram Petri, & Fidem Apostolico ore laudatam censui consolendam ...... Ego nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri communione consocior: super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est .... Hic collegas tuos Ægyptios confessores sequor ...... non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Anti-christi est. Nunc igitur, proh dolor! post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum Præsule, & Campensibus, seu Meletianis, novellum a me homine Romano nomen exigitur ..... Interrogemus quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi. Tres Personas subsistentes, ajunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant; quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres hypostases, ut tria enypostata, hoc est, tres subsistentes Personas non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non edicimus, hæretici judicamur. Si quis autem hypostasim, usiam intelligens, non in tribus Personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est: & sub hac confessione vobiscum pariter cauterio unionis inurimur. Decernite, obsecro, si placet, non timebo tres hypostases dicere, si jubetis .... Tota sæcularium literarum schola nihil aliud hypostasin, nisi usiam novit. Et quisquam, rogo, ore sacrilego tres Substantias prædicabit? Una est Dei, & sola natura, quæ vere est. Sufficiat nobis dicere unam Substantiam, tres Personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas. Taceantur tres hypostases, si placet, & una teneatur ...... aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus ..... Quamobrem obtestor Beatitudinem tuam per Crucifixum, mundi salutem, per homousion Trinitatem, ut mihi epistolis tuis, sive tacendarum, sive dicendarum hypostaseon detur authoritas. Et ne forte obscuritas loci, in quo dego, fallat bajulos literarum, ad Evagrium Presby-

Hieron. epist. 14. alias 57. *D. Hieron. consulit Rom. Pontificem.*

CHRISTI An. 376.

Presbyterum, quem optime nosti, dignate scripta transmittere; simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare, significes.

Hieron. epist. 16. alias 58.

Meletium tamen tres hypostases in sensu Catholico prædicasse constat. Hieronymus vero falsis accusationibus deceptus ei fuit infensior; Damasum autem non respondentem de eadem re iterum sic interpellat. Hinc, inquit, præsidiis fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat. Monachorum circa manentium antiqua in me surgit authoritas. Ego interim clamito, si quis Cathedræ Petri jungitur, meus est . . . Idcirco obtestor Beatitudinem tuam, per Crucem Domini . . . . ut qui Apostolos honore sequeris, sequaris & merito. Et mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes.

Nonnisi post plures annos, quid de una vel tribus hypostasibus tenendum esset, inter omnes convenit. Occidentales propter Arianos, qui dicebant tres hypostases, potius tres Personas dicendum esse contendebant; Orientales vero ne Sabellio favere viderentur, si prædicarent unam Dei hypostasim, & tres Personas seu tria prosopa; ut declararent, in Deo tres esse Personas subsistentes in propria & vera hypostasi, trium hypostaseon confessionem exigebant. Romanis favebat hujus vocis hypostasis usus antiquior. Ecclesiasticus ejus sensus tandem obtinuit. Personæ enim & Substantiæ differentia nonnisi per mysteria Trinitatis & Incarnationis nobis innotuit.

Basil. ep. 325. ad Epiph.

CXXI. Epiphanius Antiochiam profectus tanquam pacis sequester Paulino adhæserat; Basilius favens Meletio, sic in ejus gratiam ad eum rescripsit . . . Admirabar, quod moleste tuleris Fratrum qui sunt Elæone, dissensionem, viamque suaseris conciliandæ inter ipsos amicitiæ ineundæ. Misi . . . ad ipsorum quæsita responsionem: nihil nempe nos posse ne vel syllabam unam ad Nicænam illam fidem adjicere, excepta de Spiritu sancto doxologia, cujus rei majores illi nostri, velut in transcursu, meminerunt, nondum mota de Spiritu sancto quæstione. Attexta autem illi confessioni dogmata de Domini nostri Incarnatione, quippe quæ nostram transcenderent intellectum, neque velut rejectitia, vel recepta habuimus: illud utique scientes, quod cum Fidei semel simplicitatem loco motam admittimus, disputandi nullos limites circumscribimus, ulterius abrepti contradictionis æstu, atque animos insuper simpliciorum conturbabimus, novorum dogmatum superinducta inventione. Antiochenam Ecclesiam illam dico, quæ iisdem Fidei unius insistit unanimiter vestigiis; donet Dominus ut unitam olim videamus . . . Nos quoniam primus omnium veritatis patrocinium suscepit olim, & egregio illo certamine, rerum Constantio potiunte, decertavit, Reverendus Episcopus Meletius, illiusque sectatur mea Ecclesia communionem, propter illam constantiam & invictam animi fortitudinem hominem amplexata. . . . Qui postremi subintroiverunt, nullius illorum communionem aliquando admisimus, non quod indignos judicaverimus, sed quod nihil in Meletio condemnandum agnoscamus . . . Non possumus idcirco, colendissime Frater, literas ad illos dare, neque par est ut hoc facere compellamur . . .

Rationes, quibus utraque pars fidelium Antiochenorum suam divisionem tueretur, ex his agnoscimus: Meletius prior ordinatus, atque a multis fidelibus receptus propter egregiam veræ Fidei confessionem coram Constantio, contendebat se vivo nullum alium fieri potuisse legitimum Episcopum. Paulinus vero Meletii ordinationem ut factam ab Arianis irritam esse dicebat; se vero a fidelibus magni Eustathii ac legitimi Episcopi discipulis postulatum post ejus mortem, ab Episcopo Catholico ordinatum fuisse gloriabatur. Hinc & propter quamdam Orientalium adversus Occidentales æmulationem factum est, ut per octoginta annos illud schisma perseveraret.

Basil. ep. 321.

Meletii causam etiam apud Romanum Pontificem agendam suscepit Basilius, datis literis ad Petrum Alexandrinum tunc Romæ commorantem, quem jam hortatus fuerat ad defensionem Ecclesiarum . . . Meletium & Eusebium Arianismi suspectos apud Occidentales sic ostendit Orthodoxus: Eorum de fide rectam sententiam esse, ut nihil esset aliud quod declararat; certe rem prout oportet, recte intuentibus Orthodoxiæ non levem habet demonstrationem, quod bello Arianico impetantur. Tuam certe pietatem cum duobus illis copulare debet & conjungere societas illa pro Christi causa afflictionum. Cæterum persuasissimum habeas, non esse vel verbulum aliquod Orthodoxum, quod non isti viri libere & confidentissime prædicarunt. Id quod Deo teste auritus ego auditor affirmo: qui nec ipsorum societatem ad horulæ spatium tolerassem, si tantillum in fide claudicantes deprehendissem. Basilius ne quidem ipse fidem obtinuit, adeo Romæ suspecti erant Orientales. Quorum suspiciones non parum auxisse Paulini fautores videntur.

CHRISTI An 376.

Basil. ep. 10.

Quapropter aliis ad eumdem Eusebium literis amarius conqueritur de Occidentalibus, qui cum Orientis statum minus perspectum haberent, decepti falsis relationibus, quandoque Episcopis vere Orthodoxis erant infensiores. Et quoniam suis suorumque consiliis minus acquiescerent, eos accusat fastus & superbiæ. Tot querelarum & divisionum causas tres supra retulimus; in duabus primis agitur de factis pure personabilibus. Romani Meletium ab Arianis ordinatum rejiciebant; Paulino quem elegerant Orthodoxi, & Lucifer tunc pro fide exul Arianisque infensissimus ordinarat, communicatorias per Dorotheum miserant literas; ejus enim fidem tot testimoniis comprobatam minime suspectam habebant. Utrumque factum improbabat Basilius Meletio favens. Præterea tres in Deo hypostases dicare periculosum eis videbatur propter Arianos. Basilius earum confessionem putabat necessariam. Hinc eis exprobrat, quod falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt: nempe cum iis, qui veritatem ipsis annuntiant, contendentes, hæresim autem per seipsos stabilientes. Basilii igitur zelus laude dignus. Occidentales vero in tanto rerum tumultu Græcorum fraudes sæpius experti minime condemnandi, in rebus enim ad Fidem minime pertinentibus, sequebantur quod tutius apparebat. Romani vero Pontificis supremum judicium in rebus gravissimis non semel requisivit Basilius, quemadmodum testantur ejus ad Athanasium & Occidentales epistolæ.

Basil ep. 10. & 264. *Persecutio adversus Orthodoxos.* Idem ep. 385.

CXXII. Eadem tempestate ejectis legitimis Episcopis infelices homines vernarum vernas substituerunt Ariani. Totius rei gestæ seriem ibidem Eusebio sic exponit Basilius. Demosthenes Vicarius Præfecti Orientis, homo levissimæ vel nullius religionis, fautor hæreticorum, Orthodoxorum hostis infensus, media hyeme reproborum Concilium Ancyræ Metropolis Galatiæ celebravit. Ejecto Hypsio illius urbis Episcopo, Ecdicium substituit, qui statim Basilidis Episcopi Gangrensis Ariani communionem amplexus est. Gregorium Nyssenum licet graviter ægrum duci in exilium imperavit, accusatum de sublatis quibusdam Ecclesiæ pecuniis, quamvis sacrarum pecuniarum custodes parati essent impensæ rationem reddere ex ipsiusmet prædecessoris epistolis. Basilius pro eo intercessit apud Demosthenem, sed frustra; secedere coactus est, & ejus loco introduxerunt mancipium triobolare Arianum. Gregorius Nazianzenus eum exulem multis consolatus est literis; sed tunc ejus virtus maxime enituit, vicinas quippe Ecclesias ab iis invitatus, sedatis discordiis ordinavit. Demosthenes paulo post venit Cæsaream, Ep. 264.
& quotquot erant sacerdotalis ordinis, unico edicto Senatui permisit, seu subjecit publicis oneribus. Sebastiæ deinde commoratus est per dies aliquot tributim judicia exercens, & distinguens ordines; cumque Basilii communionis Senatores nominasset, publicorum operum ministerio addixit; at qui stabant e partibus Eustathii, eos summis honoribus, Clericos Ep. 405.
autem Orthodoxos contumeliis & verberibus affecit. Asclepius quidem, eo quod recusaret cum Doego communionem, verberibus interiit.

Ibid. Ep. 264.

Synodum deinceps Galatarum & Ponticorum Nissæ indixit celebrandam; qui illius edicto obsecundati concurrerunt, & Ecdicium ad Ecclesias ablegaverunt, qui talis extitit, qualem illum fuisse par est, qui horum hominum voluntatibus supparasitaret. Hoc ipsum illius agmen post hæc eo fine Sebastiæ convenit, ut Eustathio possent consociari, & una cum illo Nicopolitanorum causam & negotia pessumdare; obdormiverat enim jam beatissimus Theodotus ipsorum Episcopus: qui tamen Vicarii primos insultus generose & constanter repulerunt: persuadere etenim volebat illis, Eustathium ut susciperent, & per illum Episcopum consecratum. Postquam vero vidit nequaquam illos sponte hoc facturos, per vim & violentiam conatus est nominatum

Epi-

CHRISTI Episcopum introducere; sed cum nihil proficeret,
AN. 376. Frontonem Presbyterum, qui prius veritatis patro-
cinium quoddam susceperas, ut fidem & seipsum
Ep. 10. turpiter proderet, impulit. Proditionis autem mer-
ced m Episcopatum illius urbis accepit. Sed statim
Ep. 191. communis totius Armeniæ execratio factus est; fama
enim illius turpitudinis & lapsus brevi vicinas pro-
vincias pervagavit. Nicopoli unus aut alter tantum
eum consecutus est, cæteri ab eo deficientes in agris
cœtus suos celebrabant. Fronton ut populum sibi
Ep. 192. conciliaret, Fidei rectitudinem professus est. Hæsi-
tantes quosdam propter ejus promissionem admonitus
a Presbyteris confirmavit Basilius, perfecitque ut
tentationem hanc fortiter tolerarent; memores se
filios esse Confessorum & Martyrum, qui ad san-
guinem usque peccato restiterant. Ipsi quoque ver-
bera & probra pertulere, populationem ædium,
Ep. 190. desolationem civitatis, fugam Sacerdotum, & dissi-
Ep. 192. pationem gregis: eorum causam tum per se, tum
per amicos egit, eosque literis consolatus est Basi-
lius, qui prius ad eos sic scripserat: Non agnosco
Episcopum, nec Christi sacerdotibus illum annume-
raverim, qui a prophanis est manibus ad fidei de-
structionem Præsul electus. Eustathium vero quam-
vis palam eum eis communicaret, Sebastensem Epi-
scopum agnoscere noluerunt Ariani, Constantino-
poli quippe ab eorum majoribus fuerat depositus;
Ep. 10. servum autem fugitivum ad Daoris oppidum Cappa-
dociæ Episcopum miserunt.

Basil. ep. Pemenius Satalensis Euphronium Coloniæ Episco-
193. & pum Nicopoli, cujus erat civis, dedit Episcopum.
194. Translationem ratam habuere tum Episcopi provin-
ciæ, tum urbis magistratus; Ecclesiæ quippe afflictæ
utilis, imo necessaria videbatur. Ea de re ad eos
Basil. ep. scripsit Basilius, laudans eorum fidem. Coloniæ ci-
192. ves separationem Episcopi sui graviter tulere, Basi-
lioque scripsere: Si votorum nostrorum non fiamus
compotes, ad tribunalia Judicum provocabimus, &
rebus nostris illos præficiemus, quibus omnium vo-
torum caput est pestis & subversio Ecclesiarum.
Eorum studium erga Episcopum laudat rescribens
Basilius, simulque damnat zelum amariorem, osten-
ditque hanc translationem ipsis profuturam, Euphro-
nius quippe eorum curam nec penitus deseret, plus-
que eis proderit sedens Nicopoli, Arianis enim huic
Metropoli dominantibus, Colonia in fide stare non
posset. Quapropter, inquit, nolite hoc humano
consilio factum arbitrari .... sed eos, quibus &
sollicitudo Ecclesiarum Dei & cura incumbit, Spi-
ritu ipsis sancto cooperante, hoc procurasse arbitra-
mini ... Nicopolitanos ut benigne cum iis agerent,
adhortatus est.

Basilii Apologia. CXXIII. D. Basilius circa idem tempus, post
trium annorum silentium, suam adversus Eustathium
scripsit Apologiam, provocatus multorum calumniis,
qui contradictorias ei hæreses imponebant; cum alii
eum Tritheitam, alii Sabellianum dicerent, ejusque
silentium tacitum consensum interpretantes seduce-
bant simpliciores. Primo narrat, quomodo studiis
absolutis vitam secutus sit monasticam, quam laudat
Basil. plurimum. Tum addit: De hoc tamen uno gloriari
ep. 79. ausim, quod nunquam falsas opiniones habuerim de
Deo: neque aliter sentiendo animi judicium postea
mutaverim: sed quam a puero sententiam de Deo
a beata matre, & avia mea Macrina recepi, illam
justis incrementi auctam & adultam in me ipso con-
servaverim .... Expendat ergo suam quisque con-
scientiam, memores sint tribunalis Christi, an aliud
unquam ex nobis audierunt præter quam quod jam
dicimus, qui malæ nunc opinionis rumorem de no-
bis divulgarunt ... sed neque testis aliquis inventus
est, qui se dicat impium quid ex nobis audivisse,
quod vel in obscuro aliquo loco dixerimus. Unde
igitur condemnamur, cum neque impii quidquam
conscripserimus, neque dogma noxium ipsi concio-
nati simus, nec domesticis colloquiis eos, qui nos
conveniunt, pervertamus .... Eum quædam in Syrie
non pie scripsisse objiciebat Eustathius. Respondet:
Quomodo scis Epistolam illam esse meam? neque
enim misisti ut agnosceres, neque percontatus es ...
Etsi meæ essent literæ, unde liquet volumen hoc,
quod nunc in manus tuas incidit, contemporaneum
esse literis meis? .... Unde & hoc clarum est,
quod hominis illius, scilicet Apollinaris, sit hoc
volumen, ad quem hæc mea missa sit Epistola?
Et licet utrumque sit verum; unde probatur quod
illud approbaverim, & in sensu cum illo mihi con-
veniat? Sed cum Apollinari non sentire confirmat CHRISTI
ex multis suis cum Eustathio de religione congressi- AN. 376.
bus, quorum hic memorabilior est: Eustathi, quando
me Lampsacum cum pluribus Episcopis profecturi
convocastis, nonne de fide erant nostri sermones?
Nonne per omne id temporis disputanti mihi con-
tra hæresim præsto erant actuarii tui? Nonne me-
cum erant toto illo tempore charissimi tui disci-
puli? Cum Fratrum contorbernia inviserem, una-
que cum illis in precationibus pernoctarem, absque
ulla contentione dicens & audiens quæ ad Deum
pertinent. An non evidentes illic animi cogitatio-
numque mearum notas & indicia exhibui? Qui fit
ergo, quod tanti temporis experientia, marcida adeo
& imbecilli suspicione minor esse videtur? ....
Præterea is, qui apud se accusatur, nempe Apolli-
naris, neque præceptor mihi fuit, nec discipulus ...
ac proinde a nobis ratio non est exigenda eorum,
quæ, qui nihil ad nos attinent, dixerunt. Et si
quid ab iis scriptum est condemnatione dignum,
ignoscendum mihi est, quod fidem illis, quæ de ipsis
dicuntur, non habeo. Quandoquidem certa de me
experientia eorum qui nos accusant, calumniandi
proclivitatem prodit & convincit .... Verum Epi-
stola ista non est separationis hujus causa. Alia est
illius occasio dissidii .... Putant enim egregii isti
homines impedimento sibi ad acquirendum potenta-
tum nostram fore communionem; & quoniam que-
dam fidei subscriptione præoccupati sunt, quam nos
illis protulimus; ... ne quid ipsis ex ea confessione
impedimenti ad hoc, ut ab iis, qui nunc dominan-
tur, susciperentur, videretur occurrere, communio-
nem nobis denegarunt, & pro separationis hujus
causa literarum istarum prætextum commenti sunt.
Ex his liquet totius adversus Basilium accusationis
fundamentum fuisse literas, quas annis viginti ante
Episcopatum scripserat Apollinari, qui tunc ab Atha-
nasio aliisque optimis Episcopis Orthodoxus habeba-
tur, nec ejus putavere errores, quos incerti rumo-
res evulgarant. Jam vero, si tot inter grassantes
hæreses, vicinorum etiam Episcoporum circa Fidem
sententia sæpius fallebat doctissimos Episcopos, quid
mirum, si Orientalium, qui se mutuis accusationi-
bus proscindebant, parum crederent Occidentales;
vel etiam quorumdam calumniis decepti, fidem non
haberent quibusdam Orthodoxis?

Evexatus anno trecentesimo septuagesimo sexto Basil.
eadem de re scribens ait: Revera insolens jam est epist. 72.
ac vehementer tarum; scilicet in Oriente, Ecclesiam
videre sinceram, quæ nihil sit a malitia temporum
istorum læsa, sed integram & inoffensam servet
doctrinam Apostolicam, qualem præsentibus tempo-
ribus vestram ostendit, qui singulis generationibus
eos, qui vocatione sua digni sunt, manifestat ...
Vos autem obsecramus, ut Dominicæ comminatio-
nis memores ... vobis ipsis a pestiferis contra Spi-
ritum sanctum doctrinis caveatis; state in Fide
Ipsum Orbem circumspicite, & videte quam modica
sit ea portio, quæ hoc morbo laborat; reliqua vero
universa Ecclesia, quæ ab Orbis finibus usque ad
fines Evangelium recipit, sanam hanc & incorru-
ptam doctrinam sectetur; ut ante dixerat, scilicet
eamdem esse fidem in Patrem & Filium & Spiri-
tum sanctum, qui pariter conglorificandi sunt.
Idem in homilia coram populo confundit eorum ca- Hom. 29.
lumniam, qui eum tres Deos admittere divulgabant,
iisque dicit anathema, qui Spiritum sanctum affir-
mant esse creaturam.

CXXIV. Hoc anno trecentesimo septuagesimo
sexto Gotthorum persecutionem adversus Christianos Marcel.
ultus est Deus. Hunni paludis Mæotis & fluvii l. 31. c. 3.
Tanais oram incolentes hos expulere e regionibus, Zozim.
quas trans Istrum incolebant. Ambo populi prius l. 6. c. 37.
se vicinos esse ignorabant, propterea quod maximo
lacu inter ipsos interjecto, singuli eam partem con-
tinentis, quam habitabant, finem Orbis terrarum
esse existimabant, nec quidquam ulterius esse præter
mare & immensam aquarum copiam. Sed cum
forte contigisset ut cervus fugiens Hunnis quibusdam
venantibus viam monstrasset, quæ superficie tenus
aquis operta esset. Qui cum terras ex adverso sitas
conspexissent, regionem illam admirantes tum ob
cœli temperiem, tum ob frugum ubertatem, statim
rediere, & Principi gentis suæ ea quæ viderant retu-
lerunt, qui cum ingentibus copiis profectus Gothos
prælio superatos fugavit, universamque eorum regio-
nem occupavit. Fugitivi transmisso Istro duce Alarico
lega-

Christi An. 376.

legatos mittunt ad Valentem. Auxiliares se in posterum fore Romanis pollicentur, petuntque ut sibi in Thracia degere concederetur. Imperator eis permisit, alimentaque pro tempore, agrosque subigendos assignavit. Quod male cessit & Imperio & Religioni.

Ibid. *Gothi fiunt Ariani.*

Hujus legationis Princeps fuit Ulphila Episcopus gentis Gothorum, magnæ apud eos authoritatis. Hic cum venisset Constantinopolim, Arianæque sectæ Antistites da religione cum eo disseruissent, eique polliciti essent se legationem illius adjuturos esse apud Imperatorem, modo idem cum ipsis sentira vellet, cum Ariania communicavit, seque & universam gentem ab Ecclesia Catholica abrupit. Gothi enim in iis, quæ ad religionem pertinent, ejus magisterio eruditi, & ad mansuetiorem cultum per eum traducti, eunctis in rebus ei facile obtemperabaot, pro certo habentes nihil eotum, quæ ab illo dicereotur, aut fierent, improbum esse; sed cuncta ad utilitatem eorum qui zelo Dei ducerentur, spectara. Ulphila ut eis persuaderet cum Valente ejusque Episcopis communicare, nullam dogmatum discrepantiam esse dixit, sed ex inaoi altercatione ortum esse dissidium. Quamobrem Gothi initio quidem Patrem Filio majorem esse dicebant, Filium tamen Creaturam dicare non sustincbant, licet cum Arianis communicarent. Arianum virus postea Gothi sparsere per totum Occidentem, aoque infecere plurimos, præsertim gentes omnes barbaras, quæ varias Romani Imperii provincias occuparunt.

Theod. hist. l. 4. cap. 37.

Marcel. l. 31. c. 4.

Gothorum transitus in Thraciam magnas etiam clades Orbi Romano intulit. Lupicinus Thraciæ Comes, & Maximus Dux copiarum eis ansam præbuere. Cum enim traducti barbari victus inopia vexarentur, Duces, quantos undique insatiabilitas colligere potuit, canes pro singulis dederunt mancipiis, inter quæ & filii ducti sunt Optimatum. Aliud accessit atrocius, quod barbarorum furorem accendit. Alavium eorum ducem & Phritigernem Regem ad convivium invitarat Lupicinus, qui appositis militibus interea Gothicam plebem a mœnibus Marcianopolia arcebant, ad comparanda sibi necessaria admitti rogantem. Orto jurgio, ventum est ad pugnam. Interfecta manus militum a barbaris spoliatur. Quod ubi Lupicino auditum, satellites omnes, qui pro Prætorio honoris & tutelæ causa duces suos præstolabantur, occidit, Phritigernea veritus ne obsidia vice detineretur, axclamat, graviore pugnandum exitio, ni ipse ad leniendum vulgus sineretur exire cum suis sociis. Hoc impetrato, egressi, rebellant, & bellum movent, Lupicinumque cum exercitu occurrentem magna strage fugant. Occisorum armis induti Gothi nullo vetante grassantur; cædibusque & incendiis omnia vastant.

Ibid. Theod. hist. l. 4. cap. 32.

Hæc tristia nuncia Valens accepit Antiochiæ. Subinda Victorem magistrum equitum ad Persas misit, qui res Armeniæ cum iis composuit. Ex aa reversus arat devictis hostibus Terentius, Dux præstantissimus & pietate insignis. Huic Valens poscendi quidquid vellet liberam facultatem concessit. Ille Ecclesiam unam petiit concedi iia, qui Apostolicam doctrinam tuerentur. Imperator acceptum precum libellum discerpsit, jussitque Terentio, ut alia quæpiam postularet. At ille collectis libelli sui fragmentis, Accepi, inquit, o Imperator, & habeo donum quod petii, nec aliud petiturus sum. Judex enim est consilii mei qui judex est universorum. Valans Antiochia exire compulsus, ut Gothorum imperum sisterat, persecutionem intermisit. Simulque in singulis civitatibus, hi qui Nicænæ Synodi doctrinam tuebantur, animos resumere cœperunt: præcipua vero io Ægypto Alexandrini. Qui, cum forte Petrus eo tempore ab urbe Roma reversus asset cum literis Damasi, quibus & Niceni Concilii decreta, & ordinatio ipsius confirmabatur, ecclesias ei tradiderunt. Lucius vero inde expulsus Constantinopolim navigavit. Valens aliis curia distentus, istis vindicandis haudquaquam vacare potuit. Nam simul atque venit Constantinopolim tertio Kalendas Junii anni 378. populus eum suspectum atque iovisum habere cœpit. Quippe barbari, Thracia vastata, usque ad suburbana Regiæ urbis progressi, jam mœnia ipsa oppugnare nemine obsistente aggrediebantur.

Socrat. l. 4. c. 35. Zozim. l. 6. c. 39.

Valentis mors. Theod. hist. l. 4. cap. 33.

CXXV. His contumeliis affectus Valens adversus barbaros signa movit; minatusque est, si rediret, pœnas de populo se sumpturum esse, Trajanum militiæ magistrum, quem cum exercitu præmiserat adversus barbaros, cum victus redisset, Valens exautoravit, igoaviam & pavorem objectans. At Trajanus usus loquendi libertate, quæ virum fortem decebat: Non ego, inquit, victus sum, o Imperator, sed tu victoriam projicis, qui contra Deum pugnas, ejusque auxilium barbaris concilias. Cum enim a te impugnetur Deus, ad illorum partes transit. Deum porro comitatur victoria, & illis cedit, qui Deum ductorem habent. An nescis quos Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris? Quin etiam Arinthæus & Victor magistri quoque militum rem ita se habere affirmarunt, & Imperatorem rogarunt, ne reprehensiones cum veritate conjunctas iniquo animo ferret. Isaac quoque monachus, qui cellam ibi habebat monasticam, Imperatori ad bellum una cum exercitu proficiscenti inclamavit: Quo pergis, Imperator, qui Deo bellum intulisti, nec illum habes adjutorem? Ille enim est, qui contra te barbaros concitavit, quia tu quoque prior multorum linguas ad blasphemiam impulisti. Desine ergo ei bellum inferre, & ipse bellum comprimet. Redda optimos Pastores gregibus suis, & incruentam victoriam de hostibus reportabis. Quod his insuper habitis prælium inieris, te ipsa experturus es, quam durum sit contra stimulum calcitrare. Nam neque ipse reverteris, & exercitum præterea amittes. Ad hæc Imperator ira percitus, Revertar, inquit, teque interficiam, & falsi vaticinii pœnas a te axigam. Tum ille minas neutiquam reformidans, Interfice, inquit, si in verbis meis mendacium fuerit deprehensum.

Christi An. 376.

Ib. c. 34.

Sebastianus, qui Trajano suffectus, pedestri exercitui a Valente præfectus erat, trecentis militibus per numeros lectis, Hadrianopolim ingressus, sequenti die, impetu clandestino erumpens, Gothorum vastatorios cuneos prope flumen Hebrum aggreditur, quos prope omnes occidit, & prædam recuperavit. Valens his successibus incitatus, & victoria Gratiani, qui apud Argentarium oppidum Galliæ triginta Alemannorum millia in bello extinxit, prope suburbanum Hadrianopoleos venit, ubi vallo sudibus, fossaque firmato, Victor magister equitum aliique multi suadebant, ut exspectaret Gratianum, quem mox adfuturum allatæ a Richomere literæ nunciabant. Adulatorum vicit sententia, quamprimum essa pugnaodum, ne prope partæ victoriæ consors fieret Gratiaous. Dum necessaria pugnæ paraotur, Presbyter missus a Phritigerne legatus venit ad castra Imperatoris. Literis Gothus suia petebat, ut sibi suisque habitanda Thracia sola cum pecore omni concaderetur, sed nihil impetravit. Fatalis itaque pugna committitur die quinto Iduum Augustarum. Primo statim impetu Gothorum perturbatæ Romanorum equitum turmæ nuda peditum deseruere præsidia, mox legiones peditum undiqua equitatu hostium cinctæ, ac primum nubibus sagittarum obrutæ; deinde cum amentes metu sparsim per devia cogerentur, funditus cæsæ gladiis iosequentium, contisque perierunt. Imperator vuloeratus a paucis in casam agrestem relatus, dum fovetur manibus imperitis; insequentea hostes cum oppessulatas januas perrumpere non possent, missilibusque a parta pensili domus incesserentur, ne per moras amitterent populandi copiam, igoorantea quis intus esset, congestis stipulæ fascibus, & lignorum, flammaque supposita ædificium cum hominibus torruerunt. Unda quidam de candidatis per fenestram lapsus, & occulte reversus hæc ita accidissa narravit. Eum incendio concrematum esse testaotur profani & Ecclesiastici veteres historici. Hoc modo Valens anno ætatis circiter quinquagesimo, Imperii decimo quinto aliquot mensibus inchoato, in hac etiam vita scelerum suorum pœnas dedit anno Christi trecentesimo septuagesimo octavo. Valentis virtutes & vitia sic describunt Victor & Marcellinus. Fuit possessoribus consultor bonus, mutare judices rarius solebat, in amicos fidus, ultor acer ambitionum, severus militaris & civilis disciplinæ corrector, pervigil semper & anxius provinciarum æquissimus tutor, quarum singulas ut domum propriam custodiebat indemnes. Furibus & in peculatu deprehensis Judicibus inimicus asper & vehemens. Magnarum opum intemperans appetitor, laborum impatiens, duritiamque magis affectans, immanem in crudelitatem proclivior, subagrestis ingenii, nec bellicis nec liberalibus disciplinis eruditus.

Marcel. l. 31. c. 10. & seq.

Ib c. 13. Orof. l. 7. cap. 33.

Christi An. 378.

Theod. hist. l. 4. cap. 36. Sozom. l. 6. c. ult. Marcel. l. 31 c. 14. Vict. epit.

CXXVI. Insignem aliam de hæresi victoriam reportavit Basilius, editis quinque libris adversus Eunomium, qui septem libros in epistolam ad Romanos publi-

Basil. lib. adv. Eunom.

CHRISTI AN. 378.

publicarat, multosque seducebat. Illius errores retegit, omninmque oculis expositos ita solide confutat, ut iis respondere cum non posset hæresiarcha, conversus ad fraudes, quasi passus calumniam, impositis sibi falsis opinionibus, apologeticum scripserit libellum, & quamvis Arii blasphemiis addidisset, in eo tamen sequentem dedit Fidei professionem: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, ex quo sunt omnia. Et in unum Unigenitum Filium Dei, Deum verum, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem sunt omnia. Et in unum Spiritum sanctum Paracletum, in quo universæ gratiæ distributio juxta proportionem, prout expedit, unicuique sanctorum datur. Christum Dei Filium vocat Deum verum, quia Pater eum fecit Deum, scilicet participatione honoris & potestatis, & vere talis existit. Hanc expositionem antea Hilario dederat Auxentius Episcopus; uti ex eo superius diximus. Eunomius autem hic eas voces maligne inserit, ex quo, per quem, & in quo; ex quibus, ut supra dictum est, Personarum inæqualitatem colligebat, nec quidquam dicit de Consubstantiali vel de similitudine secundum naturam, quæ pariter rejiciebat. Impudentem Eunomii fraudem postea coarguit Gregorius Nyssenus. Itaque valeat illud Basilianum: Nihil addendum, nihil detrahendum, nihil mutandum in iis, quæ semel definivit Ecclesia, ejusque locutiones diligenter retinendas; alioquin errori & fraudi datur locus. Suidas tres tantum Basilii libros adversus Eunomium enumerat, & dubii videntur duo posteriores. In quarto enim & quinto non est eadem, ac in prioribus, scribendi forma & energia.

Apud Basil. tom. 1. nov. edit.

Gregor. Nyss. l. 5. adv. Eunom.

CXXVII. Gratianus qui jam dudum in Pannoniam pervenerat, audita morte patruelis sui Valentis absque liberis extincti, Asiam & residuam Africæ partem Imperio suo adjunxit, statimque pietatem quam in animo insitam habebat, manifestiorem reddidit. Lege enim lata præcepit, ut Pastores qui in exilium ejecti fuerant, redirent, suisque gregibus restituerentur, utque ædes sacræ iis traderentur, qui cum Damaso communicarent. Et simul cum lege Saporem quoque magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur, ut decretum executioni mandaret; ille Arianæ factionis prædicatores a sacris ædibus exclusit: optimis autem Pastoribus ac divino gregi restituit. Sed quia Gothi victoria elati, licet Adrianopolim & Perinthum propter rei militaris imperitiam expugnare non valuissent, vastatis agris, interfectis colonis, Constantinopoli imminerent, veritus ne internæ seditiones pessumdarent Imperium, legem quoque tulit, ut singuli quamcumque vellent religionem sectarentur, utque omnes colligendi copiam haberent præter Manichæos, & Photini atque Eunomii sectatores.

Theod. hist. l. 5. cap. 1. Cap. 2.
Gratianus religionem instaurat.

Marcel. l. 31. c. 15.

Anno superiori adversus Donatistas in Africa rebaptizantes dederat legem sequentem: Eorum condemnandus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis Sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incessant, lavacri nomine polluentes. Eos igitur authoritas tua erroribus miseris jubebit absistere, Ecclesiis, quas contra fidem retinent, restitutis Catholicæ ..... Sed quia plerique expulsi de Ecclesiis, occulto tamen furore grassantur, loca magnatum domorum, seu fundorum illicite frequentantes: quos Fiscalis publicatio comprehendet, si peculiari doctrinæ secreta præbuerint ...... Datum 16. Kalendas Novembres, Treviris, Gratiano Augusto quartum & Merubaude consulibus: anno scilicet trecentesimo septuagesimo septimo. Flavianus Africæ Vicarius hanc legem executus est, licet partis Donatistarum esset, nonnullosque seditiosos occidit, & cum eo tamen communicarunt Donatistæ.

Cod. Theod. l. 16. tit. 6. l. 2.

Aug. ep. 87. alias 164.

CXXVIII. D. Ambrosius hunc Christianæ religionis propagandæ zelum inspirat Gratiano, qui priusquam in Orientem proficisceretur, commentarionem, qua Christi divinitas astrueretur, ab eo poposcit, ut illa se adversus Arianam pestem in illis provinciis grassantem communiret. Itaque duos priores de fide libros ad eum jam iter parantem misit Ambrosius. In capite primo primi libri Catholicam Fidem a Gentilium, Judæorum ac hæreticorum erroribus sic distinguit. Assertio autem nostræ Fidei hæc est, ut unum Deum esse dicamus: neque ut Gentes Filium separemus: neque ut Judæi, natum ex Patre ante tempora, & ex Virgine postea editum denegemus: neque ut Sabellius, Patrem confundamus & Verbum, ut eumdem Patrem asseramus & Filium: neque ut Photinus, initium Filii ex Virgine disputemus: neque ut Arius plures credendo & dissimiles potestates, plures deos gentili errore faciamus ...... Si ergo unus Deus, unum nomen, potestas una est Trinitatis. Ipse enim dicit: Ite, baptizate gentes, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. In nomine utique, non in nominibus .... Dominus sic dicendo .... unius esse potestatis Trinitatem ostendit. Ex his concludit: Non sunt igitur hæc nuda nomina, sed operatricis virtutis vera indicia; est enim plenitudo divinitatis in Patre; est plenitudo divinitatis in Filio, non discrepans, sed una divinitas. Nec confusum, quod unum est; nec multiplex, quod indifferens. Quod variis Scripturæ testimoniis probat. Hinc invehitur in Arianos, qui omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt, quæ Philosophorum sententia definitur, non astruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum: Regnum enim Dei in simplicitate Fidei est, non in contentione sermonis.

Amb. l. 1. de fide.
Mysterium Trinitatis.

CHRISTI AN. 378.

Matt. 28.

Cap. 2.

Cap. 5.

1. ad Cor. 4.

Hinc discordes eorum de divinitate sententiæ, quas revincit authoritate Scripturarum, præsertim his D. Joannis verbis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Ecce quater erat, ubi impius invenit quod non erat? Eosdem postea monet divinam Verbi generationem, non ad humanæ modulum exigendam, nec curiosius investigandam, cum omnem humanam superet intelligentiam. Licet, inquit, scire, quod natus sit: non licet discutere quemadmodum natus sit. Illud negare mihi non licet; hoc quærere metus est .... Et infra respondens objectionibus, ostendit hæc Sapientiæ verba, quibus frequenter abutebantur Ariani: Creavit me Deus: intelligenda esse de sapientia Incarnata, seu de Christo secundum naturam humanam Verbo coadunatam ...... Eumque verum Dei Filium, & verum Deum confirmat ex his D. Joannis verbis: Scimus quia Filius Dei apparuit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus Patrem, & simus in vero Filio ejus, Jesu Christo Domino nostro. Hic est verus Deus & vita æterna ...... verum, Joannes, Filium Dei, & verum Deum dicit: ergo si verus Deus, utique non creatus.

Ibid. c. 8.

Cap. 10.
Verbi divinitas.

Esa. 53.

Cap. 17.

Joan. 5.

In secundo libro Dei proprietates, scilicet æternitatem, bonitatem, & omnipotentiam Dei Filio proprias esse probat, tum ex nominibus, quæ ei Scriptura tribuit, tum ex ejus operibus. Demum authoritate Scripturæ, præsertim ex his Christi verbis: Omnia quæ Pater habet, mea sunt. Quæ sunt, inquit, omnia? Non utique locutus est de creaturis, hæc enim omnia facta sunt per Filium. Sed ea quæ Pater habet, id est æternitatem, majestatem, divinitatem, quæ nascendo possedit. Ut vero objectos adversus ejus omnipotentiam Scripturæ textus exponat, observat eum sic suscepisse voluntatem & affectus humanos, ut non raro ex humanæ naturæ affectu loquatur, & quæcumque divinitati non congruunt, de homine esse intelligenda, cum idem sit Deus & homo. Hinc admonet sedulo distinguendum, quæ locutiones Christo ut Deo, quæve eidem ut homini conveniant: quarum exempla non pauca subjicit. Præcipuum est de Christo, quem Pater constituit Judicem omnium; quem inducit sic alloquentem impios hæreticos, qui eum negarant. Nonne vestras omnes suscepi injurias? nonne Corpus meum pro vobis obtuli? nonne mortem appetivi, quod non erat divinitatis meæ, sed vestræ redemptionis? Hæccine referuntur gratiæ? Hoc profecit Sanguis meus, sicut in Propheta ipse jam dixi. Quæ utilitas in Sanguine meo, quia descendi in corruptionem? Hoc ergo profecit, ut me impie negaretis, pro quibus ista sustinui. Qui negant Christum esse mortuum pro salute reproborum, Sabellianos, Manichæos, & Arianos, de quibus hic agit Ambrosius, in Sanctorum catalogum referant. Denique sic concludit. Hæc ego, Imperator Auguste, carptim ac breviter impolita magis proposui, quam enodata digessi. Quod si qua Ariani inconsumpta arbitrantur, ego vix fateor inchoata. Si qua adhuc superflue opinantur, ego prope omnia, infidelibus enim totum deest, abundat fidelibus. Sic tantus vir de opere, quod tota laudavit antiquitas, sentiebat.

Ambr. l. 2. de fide. C. 4. Joan. 6.

Cap. 13.
Christus est mortuus pro reprobis.

Cap. 25.

CXXIX.

Christi An. 378.

CXXIX. Frequentes ad virginitatem exhortationes habebat Ambrosius, sed Mediolani parum proficiebat, eo quod matres plurimum obsisterent, ita ut filias prohiberent prodire in Ecclesiam ad ipsum audiendum; sed ubi primum ejus sermones prodiere in publicum, a variis Italiæ partibus, & a Mauritania venere virgines, ut ab eo velarentur. Virgines Bononiæ relicto parentum hospitio, mundanisque se deliciis abdicantes, sacrarium virginitatis incoluere, nunc canticis spiritualibus personabant, nunc victum operibus exercebant, liberalitati quoque subsidium manu quærebant. Horum rumore excitata beata ipsius soror Marcellina, eidem per literas tam lætum successum gratulata est; quem etiam, ut quæ viva voce pronuntiabat, quando sibi coram audire minime liceret, saltem ea scripto transmitteret, obsecravit. Qui ut ei morem gereret, conciones suas in tres libros de virginibus digessit, quos etiam nunc habemus. In primo virginitatis dignitatem ostendit, & quia natalis dies erat beatæ Agnetis, hanc laudat. *C. 4.* Virgines veras apud Ethnicos fuisse negat, siquidem Vestalibus virginitatis tempus erat definitum; qualis autem, inquit, est illa religio, ubi pudicæ adolescentes jubentur esse, impudicæ anus. Pythagoras quidem aliique pauci servavere continentiam, *C. 3.* sed vel ex ambitione, vel ex necessitate. Virgines quoque in lege Mosaica paucæ fuere. At vero, inquit, posteaquam Dominus in corpus hoc veniens, contubernium divinitatis, & corporis, sine ulla concretæ confusionis labe sociavit, tunc toto Orbe diffusus corporibus humanis vitæ cœlestis usus inolevit. Hoc est illud quod ministrantes in terris Angeli declararunt futurum genus, quod ministerium Domino immaculati corporis exequiis exhiberet. Hæc est cœlestis illa militia, quam laudantium exercitus Angelorum promittebat in terris. Habemus ergo authoritatem vetustatis a sæculo, plenitudinem professionis *C. 5.* a Christo ...... Quid autem est castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque ejus authorem quem possumus æstimare, nisi immaculatum Dei Filium, cujus caro non vidit corruptionem.... Non equidem dissuadeo matrimonium; sed virginitatis attexo beneficium .... Illa non peccat, si nubat; hæc si non nubat, æterna est. Ibi remedium infirmitatis; hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur; ista laudatur.

Lib. de virg. cap. 10. — *Virginum excellentia.*

Ibid. Libri secundi argumentum sic ipse proponit. Superiore libro, quantum virginitatis munus sit, voluimus explicare, ut per se cœlestis gratia muneris invitet legentem. Secundo libro virginem institui decet, & tanquam competentium præceptorum magisteriis erudiri. *C. 4.* Quod exequitur exemplis B. Mariæ, D. Theclæ, & cujusdam virginis martyris Antiochenæ, quæ cum sacrificare idolis recusaret, ad lupanar damnata, inde militis Christiani opera, mutatis inter se vestibus, sine ullo pudoris damno evasit: at cum ille propterea duceretur ad supplicium, hæc rediens, constanter de palma cum eo contendit, qua tandem uterque donatus est. Quandonam hos libros scripserit, sic indicat: Hæc ego vobis, sanctæ virgines, nondum triennalis Sacerdos, proinde anno 377., munuscula paravi, licet usu indoctus, sed *L. 3. c. 1.* vestris edoctus moribus. Idem argumentum in libro tertio prosequitur; & primo quidem refert orationem, quam habuit Papa Liberius, cum Salvatoris natali ad Apostolum Petrum, virginitatis professionem vestis quoque mutatione signaret Marcellina ejus soror, cujus virtutes laudat Ambrosius. Hæc in secreto domus paternæ sancte vivebat. Aliæ vero, ut ibidem dicit de virginibus Bononiensibus, communem in Christi sacrariis vitam agebant. Earum quæ ab ædibus paternis non recedebant, duo erant genera, ut docet Innocentius Papa primus. Aliæ Christo specialiter nupserant, & velari a Sacerdote meruerant, quibus interdictæ omnino erant nuptiæ, & si qua nuberet, nonnisi dimisso adultero recipiebatur ad pœnitentiam, ut constat ex laudata superius Basilii canonica epistola ad Amphilochium. Idem docet infra Ambrosius. Aliæ vero necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se manere promiserant; de quibus dicit Cyprianus: Quæ perseverare nolunt, aut non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant. Virginibus sacris ad Ecclesiam venientibus locus ab aliis tabulati interstitio separatus dabatur, & quidam ornatus appositis divinæ Scripturæ sententiis, quæ eis maxime convenirent.

Virginum variæ classes. — Innoc. I. epist. ad Victr. Rothomag. — Cypr. ep. ad Pomp. — Ambr. ad virg. lapsæ c. 6.

CXXX. Postquam egit de virginibus, ut ipse testatur, scripsit librum de viduis, quibus præcepta vitæ tradit ex Apostolo, quorum praxim suadet exemplis, easque hortatur ut in eo statu perseverent; secundas tamen nuptias approbat. Ibidem de Sanctorum invocatione sic disserit. Rogaverunt pro vidua Petrus, & Andreas. Utinam existat aliquis, qui tam cito possit rogare pro nobis, vel certe isti, qui pro socru rogant Petrus, & Andreas frater ejus; tunc enim pro affine poterant, nunc jam possunt pro nobis, & pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno peccato obnoxia, minus idonea sit quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores .... Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt; Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiamsi qua peccata habuerunt, laverunt ... Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere; quia ipsi infirmitates corporis etiam cum vincerent, cognoverunt. Hunc Ambrosii librum laudat Hieronymus.

Christi An. 378. — Ambr. l. de vid. cap. 1. — C. 9. — *Sanctorum invocatio.* — Hieron. ep. 50. ad Pammach.

Librum sequentem de virginitate, non pauci fragmentum libri tertii de virginibus, nec immerito, putant. Ambrosius enim quid in eo sibi proponat, pro more non exponit; sed velut abrupto narrat judicium Salomonis, quod mystice explicat; & quæ in eo tractantur, satis cohærent cum libris de virginibus. Manuscripta tamen ostendunt librum esse diversum. Virgines Deo sacras non posse contrahere matrimonium, aperte docet .... relata enim Jephte historia, sic subjicit: Sacrificium sanguinis immolatur, & nemo est qui resistat: sacrificium castitatis offertur; & qui prohibeat, invenitur ..... Quo in negotio etiam nos vocamur in culpam. Quam tandem? Quia nuptias prohibuimus illicitas: vocent ergo in eamdem culpam Joannem Baptistam ..... Quam vero causam aliam habuit in martyrio, repetite animo; causa illius passionis certe hæc fuit: Non licet, inquit, eam tibi uxorem habere. Si hoc de uxore hominis, quanto magis de virgine consecrata?

Virginitatem professæ non possunt nubere. — Ambr. l. de Virg. cap. 3.

Et infra. Nec quemquam publice arguo, sed meipsum defensatum venio. Accusati enim sumus .... Criminis autem invidia hæc est, quia suadeo castitatem. Qui hoc non libenter accipit, ipse se prodit ..... Initiatas, inquit, sacris mysteriis, & consecratas integritati puellas nubere prohibes ...... An indignum videtur, ut sacratæ virgines a sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? & quibus licet sponsum eligere, non licet Deum præferre ..... *C. 6.* Quæro enim utrum quasi improbum hoc, an quasi novum, an quasi inutile reprehendatur. Si quasi improbum, improba ergo sunt vota omnium. (Ac proinde solemne castitatis votum coram omnibus emittebant virgines illæ velatæ.) Numquid novum est?.... Discutiamus ergo utrum Christus integritatem docuerit, an repudiandam putaverit. Et sunt, inquit, spadones, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Est ergo præclara militia, quæ regno cœlorum militat. Itaque jam tunc Dominus docuit esse debere intemerata studia castitatis .... Videamus *C. 7.* ne forte inutile judicetur ..... Si quis igitur putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret quia ubi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines: ubi virginitatis studia crebriora, ibi numerum hominum esse majorem. Discite quantas Alexandrina, totiusque Orientis, & Africana Ecclesia quot annis consecrare consueverint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur. Ex ipsius igitur Orbis terrarum usu non inutilis virginitas existimatur, præsertim cum per Virginem salus venerit, Orbem fœcundatura Romanum. Postea reprehendit eos, qui volebant maturioris ætatis virgines esse velandas; ostenditque morum potius, quam ætatis habendam esse rationem. Non ergo, inquit, ætas rejicitur florentior, sed animus examinatur. At certe Theclam non senectus, sed ætas probavit ..... Nec mirere in adolescentulis professionem, cum legeris in parvulis passionem. Sanctimonialium antiquitatem, sanctitatem, inviolabilemque professionem, non apertius defenderet, si hac ætate scripsisset Ambrosius.

Ib. c. 5. — Matth. 17.

CXXXI. Vastata Thracia, Gothi Illyricum usque ad Alpes Julias ferro, & igne populati innumeros abduxere captivos; quorum plures redempti sunt ab Ecclesiis. Ambrosius omnium charitatem superavit.

Ambros. offic. l. 2. cap. 15.

Con-

CHRISTI AN. 378. Ib. c. 28.

Consumptis quippe in ea liberalitate pecuniis, Ecclesiæ vasa conflavit, ut captivos redimeret, quod criminati sunt Ariani. Quibus respondit utilius esse animas Domino, quam aurum servare. Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat necessitatibus ..... Quis autem tam durus, & immitis, ac ferreus, cui displiceat quod homo redimitur a morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum, quæ graviores morte sunt: adolescentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur .... Tunc vas Dominici Sanguinis agnoscitur, cum in utroque viderit redemptionem, ut calix ab hoste redimat quos Sanguis ab hoste redemit ..... Huic muneri proficere debuit aurum Redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro Sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiam divinæ operationis impressisse virtutem redemptionis. In calice igitur benedicto rutilare Christi Sanguinem quo a peccato redimimur, sicut autu captivi ab hoste redimuntur credidit Ambrosius.

Eadem sapientia providit ut Illyrici fugitivi benigne exciperentur, nec fidelium fidem corrumperent hæresi Ariana, quæ jam diu in his provinciis grassabatur. Itaque scripsit ad Constantium nuper electum Romaniæ Episcopum. Commendo tibi, fili, Ecclesiam quæ est ad forum Cornelii (nunc Imola dicitur) quo eam de prosimo intervisas frequentius, donec ei ordinetur Episcopus. Occupatus diebus ingruentibus quadragesimæ, tam longe non possum excurrere. Habes illic Illyricos de mala doctrina Arianorum, cave eorum zizania, non appropinquent fidelibus, non serpant adulterina semina, advertant quid propter suam perfidiam acciderit sibi, quiescant, ut veram Fidem sequantur ..... Nec facile iis credendum putes ..... Tamen si quis est, qui licet suspectæ sit infirmitatis, & nutantis affectus, purgare de se habitam opinionem velit, permitte ut satisfecisse se putet, indulge aliquantulum; cujus enim excluditur satisfactio, avertitur animus.

Ambros. epist. 2. alias 19.

CXXXII. Exeunte anno trecentesimo septuagesimo octavo, Satyrus invito quidem fratre in Africam navigare voluit, ut Prosperum quemdam, qui plaudebat sibi, quod Sacerdotii Ambrosii occasione redditurum se, quæ abstulerat, non putaret, ad solvendum cogeret, & reipsa recepit omnia. Hyemali tempestate rediens veteri, & sentinoso navigio iterum se fluctibus credidit; quod scopuloso illisum vado, urgentibus hinc inde fluctibus cum solveretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysteriis exiret e vita, necdum enim baptismum receperat: quos initiatos esse cognoverat, ab his divinum illud fidelium Sacramentum scilicet Eucharistiam, poposcit; non ut curiosos oculos inferret arcanis, sed ut fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, quod involvit collo, atque ita se dejecit in mare, non requirens de navis compage resolutam tabulam, cui supernatans juvaretur, quoniam fidei solius arma quæsierat: nec eum fefellit opinio. Primus servatus ex undis, in terram evectus est. Satyrus agnoscens Præsulem suum, cui se crediderat, statim Dei Ecclesiam requisivit, ut ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret. Sed prius ad se evocavit Episcopum, percontatusque ex eo est, utrum cum Episcopis Catholicis, hoc est cum Romana Ecclesia conveniret. Et forte in schismate Luciferi regionis illius Ecclesia erat. Hinc verisimile est eum appulisse in Sardiniam. Satyrus non putavit esse fidem in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenebant. Itaque quamvis metueret tanti nominis debitor navigare; tamen eo transire maluit, ubi tuto baptizaretur; atque ubi primum Ecclesiæ liberior copia fuit, implere quod destinarat, non distulit. Deinde gratiam, & accepit desideratam, & servavit acceptam, mundus corpore, purior corde, in tantum castimoniam dilexit, ut nec uxorem expeteret; sed miro modo conjugium dissimulabat, & jactantiam declinabat, ita ut urgentibus Fratribus, differre magis consortium, quam refugere videretur, virtutis verecundia.

Ambr. de excess. Satyr. n. 24. *S. Satyri fides, & obitus.* Num. 44. Num. 47. Num. 48. Num. 53.

Ibid. Mediolani vix redux sontico oppressus morbo, paucis diebus vita excessit, anno 379. Aderant cum Ambrosio alter frater, & Marcellina soror, quibus facultates suas reliquit, ut de iis pro arbitrio disponerent, certo enim noverat recte dispensaturos. Ejus

Num. 78.

corpus cum ingenti pompa in Ecclesiam elatum, atque e regione ambonis positum fuit facie revelata. Hunc audiente innumera populi frequentia Ambrosius laudavit ea oratione, quam habemus, & de excessu Fratris sui Satyri inscribitur. Commeatum suum apud S. Laurentium Satyrum postulasse, & obtinuisse affirmat. Post septem dies ad Satyri tumulum reditum est, ut ipsius animæ solitis precibus ac ceremoniis divinum Numen propitiaretur. Tunc aliam orationem instituens Ambrosius, admittendum ostendit solatium, nec mortem propinquorum aut familiarium immodice lugendam, quandoquidem omnibus hominibus illa communis est, & sine illa ad felicem resurrectionem pervenire nemini licet. Illius nomen Romanum Martyrologium ad decimum quintum Kalendas Octobris Sanctorum numero inseruit. CHRISTI AN. 379.

CXXXIII. Eodem anno plurimi ex variis Italiæ partibus Romæ convenientes Episcopi literas dedere ad Gratianum, & Valentinianum juniorem Imperatores, postulantes ut Episcopi e factione Ursini, qui Ecclesias suas contra interdictum retinebant, Episcoporum judicium subire, & parere juberentur. Statuistis, inquiunt, ad reintegrandum corpus Ecclesiæ, quod furor Ursini, qui honorem arripere est conatus indebitum, diversas secuerat in partes, ut authore damnatu, cæterisque, quos ad turbatum sibi incentiva sociarat, sicut oportebat a perditi conjunctione divulsis, de reliquis Ecclesiarum Sacerdotibus Episcopus Romanus haberet examen; ut de religione religionis Pontifex cum consortibus judicaret; nec ulla fieri videretur injuria Sacerdotio, si Sacerdos nulli unquam profani judicis, quod plerumque contingere poterat, arbitrio facile subjaceret.

Tom. 1. Concil. ed. nov. *Episcoporum libellus supplex ad Gratianum.*

Præclara ista plane, & religiosi Principis digna sententia, quæ divino ministerio plurimum deferat, ne pateat errori ..... Sed quoniam jam dudum vestræ clementiæ judicio relegatur Ursinus, per eos quos illicite sacrilegus ordinavit, vilissimum quemque licet occulte sollicitare conatur: eoque nonnulli Episcopi, qui male Ecclesiis incubant, usu temeritatis suæ, & profani conspiratione contemptus, ne adquiescant Romani Sacerdotis judicio, lacessunt: ita ut etiam qui intelligunt pro meritorum suorum ratione damnandos, vel damnatos esse viderunt, redempta vulgi multitudine, judices suos terrore mortis exagitent, contemptisque cognitoribus, vel fugatis, illicitum obtineant sacerdotium. Idcirco statuti Imperialis non novitatem, sed firmitatem postulamus ..... Parmensis Episcopus dejectus judicio nostro, Ecclesiam tamen retinet impudenter. Damnatus æque Florentius Puteolanus, postquam dejectus est, cum aures tranquillitatis vestræ inquietasses, atque hujuscemodi rescriptum meruisset, ut si judicio Sacerdotum in urbe Roma fuisses depositus, ne vocem quidem in judiciis proferre deberet; post sextum annum repsit ad civitatem, tenuit Ecclesiam, multas in oppido Puteolano, de quo ejectus fuerat, seditiones insolentia concitavit. Per Africam quoque Restitutum nomine causam apud Episcopos dicere jussit vestra clementia. Debuit acquiescere: sed idem sæva, & insolentium manu a causæ dicendæ necessitate diffugit. Per Africam rursus sacrilegos rebaptizatores nutu Dei præcepistis expelli: sed ab expulsis Claudianus est ordinatus, & ad perturbandam urbem Romam quasi Episcopus destinatus ..... Quem quidem jussit tranquillitas vestra Roma pulsum patriam repetere propriam. Sed contemptis judiciis, & quidem sæpe constrictus, residet tamen sollicitans pretio pauperiores, & redemptos baptizare non veretur.

Sic denique factio proficit Ursini, ut Isaac Judæo subornato, qui facto ad synagogam recursu, cœlestia mysteria profanavit, sancti Fratris nostri Damasi peteretur caput, sanguis innocentium funderetur, componerentur doli, quibus divino plane instinctu providentia vestræ pietatis occurrit, spoliaretur Ecclesia omnibus ministeriis, ea fraude videlicet, ut dum causam dicit, qui in omnes Judex fuerat constitutus, nempe Damasus, nemo esset qui de lapsis, vel certe de factiosis posset Episcopatus invasoribus judicare. Quia igitur vestræ judicio tranquillitatis probata est innocentia memorati Fratris nostri Damasi, qui insidiose fuerat accusatus de adulterio; Isaac quoque ipse relegatus est in Hispaniam. Quæsumus clementiam vestram, ne rursus in pluri- Ibid.

Christi An. 379.

plurimis causis videamur onerosi, ut jubere pietas vestra dignetur, quicumque vel ejus, scilicet Damasi, vel nostro judicio, qui Catholici sumus, fuerit condemnatus, atque injuste Ecclesiam voluerit retinere: vel vocatus a sacerdotali judicio per contumaciam non obedire; seu ab illis tribus viris Præfectis Prætorio Italiæ vestræ, sive a Vicariis, accitus ad urbem Romam veniat; aut si in longioribus partibus emerserit hujusmodi quæstin, ad Metropolitani per locorum judicia deducatur examen: vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos quos Romanus Episcopus Judices dederit, contendere sine dilatione jubeatur. Ita ut qui depositi fuerint, ab ejus tantum civitatis finibus segregentur, in qua gesserint Sacerdotium, ne rursus impudenter usurpent quod jure sublatum est. Certe si vel Metropolitani, vel cujusque alterius Sacerdotis suspecta gratia, vel iniquitas fuerit; vel ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium certe quindecim Episcoporum finitimorum ei liceat provocare. Quicumque vero ita meruerit excludi, sileat & quiescat. Memoratus Frater noster Damasus, quoniam in sua causa vestri tenet insigne judicii, non fiat inferior his, quibus etsi æqualis est munere, prærogativa tamen Apostolicæ Sedis excellit. Ut judiciis publicis videantur esse subjecti, quibus sacerdotale caput lex vestra summavit .... Petunt ne quis eum ultra vexare audeat, cum ipse sponte se submiserit judicio Episcoporum, qui eum declararunt innocentem. Tum addunt. Non novum aliquid petit, sed sequitur exempla majorum; ut Episcopus Romanus, si Concilio ejus causa non creditur, apud Concilium se Imperiale defendat. Nam & Sylvester Papa a sacrilegis accusatus apud parentem vestrum Constantinum causam propriam persecutus est. Ecclesiasticorum forma judiciorum clare apparet ex ea Synodica, cujus authorem Ambrosium putant periti critici. Multaque discimus, quæ ad historiam ecclesiasticam pertinent.

Gratiani rescriptum pro Ecclesia. Ibid. pag. 842.

CXXXIV. Gratianus postulatis acquievit sequenti rescripto, quod dedit ad Aquilinum Vicarium Urbis, antequam Theodosium ad Imperium eveheret, ejus quippe nomen non legitur in inscriptione. Et primo quidem ejus negligentiam in exequendis decretis imperialibus coarguit. Tum subjicit: Ursinum quidem Gallia coercet, & ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio .... Isaacem remotus Hispaniæ angulus titulo damnationis inclusit. Deinde conqueritur quod Parmensem Episcopum & Florentium & Claudianum non ejecerit in exilium. Demum sic statuit. Post hæc nisi omnes, ut nominatim jussionis nostræ summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sanctorum Episcoporum Concilia consensu ostenderint, ultra centesimum milliarium ab urbe depuleris, atque earum civitatum finibus extorres esse præceperis, quarum plebem, vel Ecclesias, vel per se, vel per simile sui vulgus exercent, præter æstimationis injuriam, cujus apud bonos non levis jactura est, piaculum neglectæ sanctitatis incurres. Volumus autem ut quicumque judicio Damasi, quod ille cum consilio quinque aut septem Episcoporum habuerit, val eorum qui Catholici sunt, judicio vel consilio condemnatus fuerit, si injuste voluerit Ecclesiam retentare, ut qui evocatus ad sacerdotale judicium per contumaciam non ivisset, aut ab illustribus viris Præfectis Prætorio Galliæ atque Italiæ, sive a Proconsulibus, vel Vicariis, authoritate adhibita, ad Episcopale judicium remittatur, ut ad urbem Romam sub prosecutione perveniat, aut si in longioribus partibus alicujus ferocitas talis emerserit, omnis causæ ejus dictio ad Metropolitæ in eadem provincia Episcopi deducatur examen. Vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos quos Romanus Episcopus dederit judices, sine dilatione contendat. Ita tamen, ut quicumque detecti sunt, ab ejus tantum urbis finibus segregentur, in quibus fuerint Sacerdotes. Quod si vel Metropolitani Episcopi, vel cujusque Sacerdotis iniquitas est suspecta, aut gratia, ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium quindecim finitimorum Episcoporum accersitum liceat provocare: modo ne post examen habitum, quod definitum fuerit, integretur .... Volumus, ne facile sit cuiquam prædito notabili pravitate morum, aut infami calumnia notato, personam criminatoris assumere, aut testimonii dictionem in accusationem Episcopi profiteri. Hoc rescriptum spectat tantum Occidentales Episcopos, qui omnes Romano Patriarchatui subjacebant.

Authoritatis augmentum Romano Pontifici nullum hic concedit Gratianus; sed adversus contumaces interpellatus a Synodo Romana, judicibus suis præcepit, ut eos ad obediendum judiciis Ecclesiasticis cogerent. Principum authoritatem pro executione decretorum suorum sic sæpius imploravit Ecclesia.

CXXXV. Gratianus anno trecentesimo septuagesimo nono, cum secum ipse considerasset, barbaris quidem, qui circa Istrum erant, Illyricum Thraciamque vallantibus, resistendum esse: Simul vero Occidentis provincias præsentia sua indigere, cum Alamanni Gallias præcipue vastarent, in urbe Sirmio positus decimo quarto Kalendas Februarii Theodosium consortem Imperii sibi adjunxit, ex Hispaniis, qui Pyrænæum montem accolunt, oriundum, virum nobili stirpe editum, & qui in bello rebus fortiter gestis, sæpius inclaruerat, adeo ut etiam ante Imperium Romanorum judicio, idoneus Imperio censeretur: quod adeptus est anno Christi trecentesimo septuagesimo nono, cum ipse ageret tertium supra trigesimum. Imperium sic divisit Gratianus: Gallias, Hispaniam, & Britanniam sibi retinuit, Valentiniano fratri suo minori concessit Italiam, Africam & Illyricum Occidentale. Theodosio vero totum Orientem cum Thracia & Illyrico Orientali. Qui statim accepta parte copiarum barbaros infestis signis occurrentes magna strage delevit, paucis, qui se occultare potuerant, Istrum transgressis. Ipse per vicinas urbes cum exercitum suum dispersisset, contento cursu ad Gratianum redit. Julius Dux Orientis Gothos, quos in illis provinciis dispersérat Valens, suorum cladem ulcisci meditantes, astute perductos in civitates Metropolitanas ad unum interfecit; easque regiones ingenti formidine liberavit.

Sozom. l. 7. c. 2.

Theodosius Imperat.

Theod. hist. l. 5. cap. 5.

Zozim. l. 4. c. 26.

CXXXVI. Gratianum Syrmii commorantem adiere Palladius & Secundianus Illyrici Episcopi Ariani; totius Occidentis Concilium congregari postulabant. Quod Aquilejæ indixit Imperator. Ambrosius postea intercessit, non ut Synodum impediret, sed ne propter duos cariosos Sacerdotes toto Orbe essent Ecclesiæ Sacerdotibus destitutæ. Sufficere ajebat, solos Italiæ Episcopos, qui eorum quæstionibus satisfacerent: præsertim cum in toto Occidente hi tantum duo Fidei obstreperent. Ejus consilium secutus Gratianus, omnibus qui vellent adesse, permisit; dispensavit vero eum iis, qui vel senectute, vel ægritudine, vel paupertate, vel itineris difficultate detinerentur. Nonnisi tamen post biennium celebrata est hæc Synodus.

Ambr. epist. 10. alias 1.

Idem epist. 12. alias 13.

Gratianus ubi primum venit in Gallias, literis manu sua scriptis ad se invitat Ambrosium, qui se in fide confirmet .... Festina, inquit, ad me, religiose Dei Sacerdos, ut doceas doctrinam vere credentem; non quod contentioni studeam, aut velim Deum magis verbis, quam mente complecti; sed ut magis aperto pectori revelatio divinitatis insidat ...... Rogo te mihi des ipsum tractatum de fide, quem dederas, augendo illic de Spiritu sancto fidelem disputationem, scripturis atque argumentis Deum esse convincas. Divinitas te servet per multos annos parens, & cultor Dei æterni, quem colimus, Jesu Christi. Ambrosius respondit: Non mihi affectus defuit, Christianissime Principum .... sed affectum verecundia retardavit, quo minus Clementiæ tuæ occurrerem, revertenti tamen si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo majora sunt officia Sacerdotis ..... Tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus, orationum excubiis prætendebam: etsi invalidus merito, sed affectu sedulus. Deinde laudat hanc ejus sententiam, Filio Dei non objicio, quam in me agnosco creaturam. Tum subjicit. Veniam plane, & festinabo, ut jubes, ut hæc præsens audiam ...... Misi autem duos libellos, de Fide, quorum jam, quia tuæ clementiæ sunt probati, periculum non verebor. De Spiritu sancto vero interim veniam scriptioni peto, quoniam quem judicem mei sim sermonis habiturus, agnovi .... Si Dominus faverit, huic etiam clementiæ tuæ satisfaciam voluntati, ut cujus accepisti gratiam, eum plane in Dei gloria præeminentem suo nomine æstimes honorandum.

Ambr. epist. 1.

Ambrosii adventum præoccupavit Gratianus, tertio nonas Augusti Mediolani jam versabatur. Hic hortante Ambrosio, ut par est credere, legem abrogavit, qua permiserat hæreticis ut convenirent. Misso sequenti ad Hesperium rescripto. Omnes vetitæ

Cod. Theod. l. 5. de hær.

M legi-

CHRISTI AN. 379.

legibus Divinis & Imperialibus hæreses perpetuo conquiescant ; omnesque perversæ istius superstitionis magistri, pariter & ministri ...... conciliabulis damnatæ dudum opinionis abstineant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit, eo tantum super Catholica observatione permaneant, quæ perennis recordationis pater noster, & nos ipsi victura in æternum æque numerosa jussione mandavimus. Datum tertio nonas Augusti Mediolani.

Cod. Theod. l. 10. & 14. de Episc. Cod. Theod. l. 11. de lust. collat. Amb. l. 3. de fide cap. 1.

Clericis alimoniæ tantum causa negotiationem exercentibus immunitatem a lustrali collatione indeterminate dederat Constantinus. Valens contra Clericos omnes negotiantes lustrali collationi obnoxios fecit. Gratianus cum fratre Valentiniano hoc anno mediam init viam ; data enim lege tertio nonas Julii Aquilejæ, certum nummorum numerum statuit, intra quem Clerici alimoniæ causa negotiantes immunes essent a lustrali collatione, nempe in Illyrico & Italia intra decem solidos, in Galliis intra quindecim.

Regulæ ad Scripturæ intelligentiam.

CXXXVII. Hæretici Ambrosium in libris de fide brevitatem affectasse criminabantur, ne ipsorum argumentis responderet. Quapropter D. Doctor hortante Gratiano duobus primis tres alios addidit, in quibus exponit Scripturæ textus, quibus abutebantur Ariani. Ejus axiomata & principia hic tantum referemus. Primo observat, quæ corporis sunt a Christo pro nobis suscepti, divinitati non tribuenda, quippe Christus Deus est & Homo. Secundo. Solus cum dicitur Deus, non separatur etiam Dei Filius .... Unde etiam illud explosum est, quod, Ariani, solent ad calumniam derivare, quia de Deo scriptum est, quod est commune nomen

Cap. 3. Patri & Filio ..... ergo cum legis Deum, non se-

Cap. 4. pares Patrem, non separes Filium, quia Deitas & Patris & Filii una eadem est. Tertio. Secundum carnem factus legitur Dei Filius, non secundum divinam generationem .... nec semper tamen factum esse ad creationem refertur. Scriptum est enim: Do-

Psal. 89. minus refugium factus est nobis .... Etiam creatum

Cap. 7. esse ad causam refertur. Unde intelligimus illud

Prov. 8. quod de Incarnatione Domini scriptum est : Dominus creavit me principium viarum suarum, in opera sua, id significare quod ad opera Patris redimenda Dominus Jesus ex Virgine sit creatus. Neque dubitari potest de Incarnationis dictum esse mysterio, cum propter opera sua a corruptelæ servitio liberanda Dominus susceperit carnem, ut illum, qui imperium habebat mortis, per sui corporis destrueret passionem .... Liquet etiam & de Incarnatione dictum esse principium viarum suarum, quod ad Sacramentum suscepti corporis videtur esse referendum.

Ib. c. 16. Deinde fraudes Arianorum detegit. Dicis interdum, inquit, Deum Christum ; ita dic Deum verum, ut plenitudinem ei paternæ divinitatis adsignes .... non ergo perfunctorie nuncupandus Deus, sed ita ut eamdem divinitatem prædices in Filio, quam Pater habet .... Vel nega Deum, si non omnia Filio quæ Dei sunt, deferuntur ; cum enim dixerit : Omnia quæ Pater habet, mea sunt ; cur tu non omnia, quæ divinæ naturæ sunt, etiam in Filio con-

Joan. 16. fiteris ? Nam qui dicit, omnia quæ Pater habet, mea sunt, quid excipit quod non habet ?

L. 4. de fide c. 8. In quarto libro divinarum personarum circuminsessionem sic explicat. Cum Patre semper & in Patre semper est Filius : cum Patre per distinctionem indissociabilis Trinitatis æternæ; in Patre per divinæ unitatem naturæ. Hinc Semiarianis accensendus Bullus, qui hanc per solam immensitatem exponit ; & nusquam dicit Patrem & Filium, esse unius ejusdemque naturæ, sed vocem, omousios, accipit in sensu veterum Philosophorum, prout dicit duas Substantias species similes. In Deo vero, ut ibidem observat Ambrosius, est quædam indistincta distinctæ incomprehensibilis & inenarrabilis Substantiæ Trinitatis.

L. 5. de fide c. 11. Philip. 2. In quinto libro de fide duo tantum observabimus. Primo. Ex variis argumentis quibus confirmat, Filium esse verum Deum, hoc videtur efficacissimum: Filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed nulla creatura æqualis Deo, æqualis au-

1. ad Cor. 15. tem Filius: non ergo creatura Filius. Ibidem varios Scripturæ textus explicat, quos adversus Catholicos objiciebant Ariani ; & quoniam dum veteres Arianorum nœnias recantant Sociniani, hunc urgent po-

Apostoli verborum expositio. Cap. 13. tissimum. Cum autem subjecta illi fuerint omnia, tunc & ipse Filius subjectus erit illi, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus, omnia in omnibus. Ambrosius observat primo. Hæc verba intelligi non posse primo de divinitate Christi, alioquin aliquando mutaretur per novam illam subjectionem, & Pater aliquando plus posset, ut subjectum secundum divinitatem haberet Filium. Nunc interim minus posse crederetur. Secundo, nec de ejus humanitate : ipse enim ait, omnia quæ placita sunt ei, facio semper.

Joan. 8. Ergo si in omnibus Patri complacet Filius, cur subjicietur qui antea subjectus non erat ? Tertio, probat hic Apostolum loqui de perfecta omnium electorum subjectione ...... Omnis Ecclesia, inquit, unum est Corpus Christi ; quamdiu genus dissentit humanum, Christum dividimus. Nondum ergo subjectus est Christus, cujus non sunt adhuc subjecta membra. Cum autem fuerimus non multa membra, sed unus spiritus; tunc & ipse subjectus erit, ut per ipsius subjectionem, sit Deus omnia in omnibus ....

Cap. 24. Sicut ergo in illo per carnem illam, quæ est pignus nostræ salutis, sedere nos in cœlestibus Apostolus dixit, utique non sedentes ; sic & ille per nostræ assumptionem naturæ dicitur subjectus in nobis per obedientiam omnium .... Nunc enim quia non om-

Cap. 25. nes credunt, non videntur omnes esse subjecti. Cum omnes ergo crediderint, & Dei fecerint voluntatem, erit omnia & in omnibus Christus. Cum Christus fuerit omnia & in omnibus, erit omnia & in omnibus Deus: quia Pater semper manet in Filio .... Hæc est pia subjectionis interpretatio ; quam etiam tradunt Theodoretus, & Athanasius.

Ambrosii zelus & fortitudo. Paulin. Diac. vit. Ambr. n. 11. & 12.

CXXXVIII. Justina Augusta Valentiniani junioris mater, audacissima mulier, totis viribus Ariano favebat errori. Defuncto Sirmiensi Episcopo ad eam urbem properat, ut sectæ hujus hominem Ecclesiæ Antistitem præfici curaret, quam diu Photinus & Germinius Ariani Episcopi occupaverant. Ambrosius cognito religionis periculo, sanctorum Episcoporum exemplum secutus, Sirmium licet extra provinciam suam, ad ordinandum Episcopum perrexit. Ibique cum esset constitutus in Episcopi tribunali, una de virginibus Arianorum, impudentior cæteris, tribunal conscendens, apprehenso vestimento Sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipsis cæsus de Ecclesia pelleretur, ait ei, ut ipse solitus erat referre: etsi ego indignus tanto Sacerdotio sum, tamen te non convenit vel professionem tuam in qualemcumque Sacerdotem manus injicere : unde deberes vereri Dei judicium, ne tibi mali aliquid eveniret. Quod dictum exitus confirmavit, nam alio die mortuam ad sepulchrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Et hoc factum non levem adversariis incussit metum, pacemque magnam in Ecclesiæ ordinando Episcopo tribuit. Ordinato itaque Catholico Sacerdote Anemio Mediolanum revertitur, ibique Justinæ innumeras insidias sustinuit.

Sozom. l. 7. c. 2.

Per idem tempus in Oriente ex Episcopis, qui juxta præceptum Gratiani tunc reversi sunt ab exilio, nonnulli de primatu non magnopere laborarunt ; sed plebis concordiam potiore loco ducentes, rogarunt Arianæ partis Antistites, ne ipsos desererent, neve Ecclesiam mutuis dissensionibus divellerent, quam, cum a Christo & Apostolis una relicta esset, pervicacia & ambitio in multas diviserat. Hoc animo fuit inter alios Eulalius Amasiæ in Ponto Episcopus : qui post reditum suum Arianum Ecclesiæ suæ præsidentem reperit, quem ex tota urbe ne quinquaginta quidem homines sequebantur. Verum Eulalius totius populi unitati prospiciens, eum oravit ut priorem locum obtineret, & Ecclesiam una cum ipso regeret, primatu fruens, tanquam præmio servatæ concordiæ ; hic vero cum conditionem istam repudiasset, haud multo post paucis illis præesse desiit, ipsi enim se reliquis adjunxerunt.

Concil. tom. 1. nov. edit. *Canones Laodic.*

CXXXIX. Post reditum Episcoporum Orthodoxorum in Phrygia celebratum putamus Concilium Laodicenum. Nam sub Valente ejectis Orthodoxis, præsertim in Orientis Patriarchatu, Ecclesias occuparant Ariani, quorum decreta respuisset Ecclesia, quæ Canones Laodicenos de disciplina recepit. Præcipuos hic referemus. Secundus. De his qui diversis facinoribus peccaverunt, & perseverantes in oratione confessionis & pœnitentiæ conversionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam & bonitatem Dei communio concedatur. Hic nullum facinus exci-

CHRISTI AN. 379.

excipit; ſed exigit ut pœnitentia ſit pro qualitate delicti; Clericis uſuram interdicit. Septimus de his, qui ab hæreticis convertuntur, non nunc ſuſcipiantur, quam omnes hæreſes anathematizent, & præcipue illam qua detinebantur, & tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, noſtræ doceantur Fidei ſymbolum, & uncti ſancto chriſmate, ſic myſteriis communicent ſacroſanctis. Octavus. De his qui convertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygum, etſi in Clero, qui apud eos eſſe creditur, fuerint, etſi maximi nominentur, hos ſub omni diligentia ab Epiſcopis Eccleſiæ, vel Presbyteris inſtrui, & baptizari convenit; baptiſmi enim formam corruperant. Decimus tertius. Quod non ſit permittendum turbis electiones facere eorum, qui ſunt ad Sacerdotium provehendi. Itaque populus in Epiſcoporum electione jus ſuffragii non habuit; teſtimonium tamen de moribus ferebat, ejuſque conſenſus ut acceptantis requirebatur.

Concil. tom. 2.

Decimus quartus. Quod ſancta nullo modo, cauſa eulogiarum, temporis Paſchalis feſti, ad alias parochias deſtinari debeant. Eulogiæ nomen pro ipſa Euchariſtia quandoque uſurparunt Patres; ut Cyrillus Alexandrinus; frequentius tamen ab ea diſtinguitur, tanquam id quod ejus vices aliquo modo ſuppleat. Eulogiæ enim idem ſunt ac panis benedictus; in fine Miſſæ iis, qui communicare parati non fuerint, diſtribuebantur, in ſignum mutuæ communionis; qui ritus adhuc perſeverat in Eccleſia Orientali. Epiſcopus Eulogias ad ſingulas urbis parœcias mittebat ſingulis Dominicis, quatenus ſcirent omnes, ſe cum illo unum corpus efficere; cujus ipſe erat caput. Laodicena Synodus, ne die feſto Paſchali mittantur, ſtatuit; quia Presbyteri omnes eo die cum Epiſcopo celebrare debebant. Eaſdem quandoque mittebant ab abſentes amicos; ſic Auguſtinus Paulino: Panis quem miſimus, uberior benedictio fiet, dilectione accipientis veſtræ benignitatis.

Eulogiæ quid ſint. Cyril. epiſt. ad Neſtor. Concil. Nanne c. 9. Innoc. I. epiſt. ad Decent. num. 5. Auguſt. epiſt. 31. alias 54.

Decimus quintus. Quod non oporteat ſacro miniſterio deditos a Presbyteris, uſque ad Diaconos, & reliquum eccleſiaſticum ordinem, id eſt, uſque ad Subdiaconos, Lectores, Cantores, Exorciſtas, Oſtiarios, & ex numero continentium, & monachorum ingredi tabernas. Hinc apparet quam antiqua ſit ejuſmodi prohibitio. Decimus octavus. Quod non oporteat in domiciliis divinis, id eſt, in Eccleſiis convivia, quæ vocentur Agapæ, fieri: nec intra domum Dei comedere, vel accubitus ſternere. Apoſtolorum ætate jam irrepſerant abuſus quos Paulus coarguit; poſtea interdicta ſunt in Eccleſiis, & quidem pro Oriente lege publica proſcripſit Laodicena Synodus; pro Africa tertia Carthaginenſis; pro Gallia Aurelianenſis ſecunda. Retenta ſunt ejuſmodi convivia per aliquod tempus in domibus privatis, ut conſtat ex canone præcedenti. Divites cibos præparabant, & pauperes invitabant. Trigeſimus. Quod non oporteat ſacris officiis deditos, aut Clericos, aut continentes, vel omnem laicum Chriſtianum lavacra cum mulieribus celebrare; quia hæc apud gentes reprehenſio prima. Trigeſimus tertius. Quod non oporteat cum hæreticis aut ſchiſmaticis orare.

Ibid.

Trigeſimus quintus. Quod non oporteat Chriſtianos Eccleſiam Dei relinquere, & abire, atque Angelos nominare, & congregationes facere; quia interdicta noſcuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatriæ ſerviens, ſit anathema; quia dereliquit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit. Theodoretus quinquaginta annis poſterior hunc canonem ſic explicat: Qui legem defendebant, ſcilicet diſcipuli Cerinthi, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem per eos fuiſſe datam. Manſit autem perdiu hoc vitium in Phrygia & Piſidia. Proinde Synodus quæ convenit apud Laodiceam Phrygiæ, lege prohibuit ne precarentur Angelos. Et in hodiernam uſque diem oratoria ſancti Michaelis apud illos illorumque finitimos videre eſt. Illi ergo humilitate nimirum ducti hoc fieri ſuadebant, dicentes univerſorum Deum nec cerni, nec attingi, nec comprehendi poſſe, & oportere per Angelos divinam ſibi benevolentiam conciliare. In eo igitur erant idololatræ, quod, relicto Chriſto mediatore, ut dicit canon, ejus honorem transferebant ad Angelos, per quos nos tantum ad Deum acceſſum habere credebant. Imo nec Deo preces offerebant, quas eum per ſe audire negabant. Quadrageſimus nonus. Quod non oporteat in quadrageſima panem offerre, niſi Sabbato & Dominica tantum. Hæc Miſſa, in qua non fit nova conſecratio, ſed panis antea conſecratus ſumitur, dicitur præſanctificatorum. Latini hanc ſemel in anno celebrant, feria ſexta Paraſceves. Græci per totam quadrageſimam, exceptis Sabbatis, & Dominicis, quibus Sacerdos tot particulas panis in oblatione abſcindit, quot Miſſas ea hebdomada dicturus eſt, eaſque cum particula eo die abſumenda conſecrat, atque in pixide conſervat, aliiſque diebus ſub veſperam celebraturus accipit particulam, & reponit in diſco, & in altare majus advectam conſumit. A trecentis & mille annis Græci iis diebus utuntur Liturgia D. Chryſoſtomi. Excepere etiam poſtea feriam quintam in Cœna Domini, & feſtum Annuntiationis; iiſque diebus perfectum peragunt ſacrificium. Quinquageſimus. Quod non oporteat in quadrageſima, in ultima ſeptimana, quintæ feriæ jejunium ſolvere, totamque quadrageſimam inhonorare; magiſque conveniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari jejunio. Quinquageſimus ſecundus. Quod non oporteat in quadrageſima aut nuptias, aut natalitia celebrari. Ejuſmodi pias praxes novitatis accuſari quis non obſtupeſcat?

Theod. in epiſt. ad Coll. cap. 2.

CHRISTI AN. 379. *Miſſa præſanctificatorum.* Leo Allat. in ep. ad Naud. *Miſſa præſanctificatorum.* Concil. Trul. C. 52.

Quinquageſimus octavus. Non oportet in domibus oblationes ab Epiſcopis vel Presbyteris fieri. Privatis in ædibus Miſſas non ut illicitas vel inuſitatas, ſed haud dubie propter quoſdam abuſus prohibet. Paulinus enim narrat de D. Ambroſio: eum trans Tiberim apud quamdam clariſſimam invitatum ſacrificium in domo obtuliſſe. Præterea Apoſtolos primoſque eorum diſcipulos in privatis ædibus ſacram celebraſſe ſynaxim certo conſtat, tum ex actibus Apoſtolorum, ubi Paulus in tertio domus cœnaculo fidelibus panem fregiſſe narratur; tum ex multis Sanctorum actibus in primo & ſecundo tomo laudatis: ſævientibus perſecutionibus id quoque factum eſſe teſtatur Dionyſius Alexandrinus: Quivis locus, inquit, in quo ceteras ærumnas ſigillatim pertulimus, ager, inquam, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer, inſtar templi ad ſacros conventus faciendos fuit. Infra etiam quædam exempla proferemus. Poſtea tamen tam eccleſiaſticis quam civilibus legibus interdictum fuit in privatis ædibus celebrare, niſi propter graves neceſſitates. Sexageſimus Canon librorum ſacrorum catalogum continet. Eos tantum veteris Teſtamenti libros recenſet, qui in Judæorum Canone continentur. Eoſdem vero novi Teſtamenti libros ac Tridentinum enumerat, excepta Apocalypſi.

Ibid. *Miſſæ in privatis ædibus.* Paulin. vit. Ambr. n. 10.

Euſeb. l. 7. c. 22.

CXL. Eodem tempore cum Meletius ſupradictæ legis beneficio Antiochiam Syriæ remearet, tota civitas ei proceſſit obviam, ſummoque omnium plauſu exceptus eſt. Hanc lætitiam excepit gravis contentio. Sapores Dux militum advenerat Antiochiam, Imperatoris Gratiani legem pertulit, qua jubebat ut communicantibus cum Damaſo redderentur Eccleſiæ. Paulinus quidem affirmare cœpit ſe Damaſo communicare. Idem quoque aſſerebat Apollinaris, ſeu potius ejus diſcipulus Vitalis, quem hic Epiſcopum conſecrarat, hæreſim ſuam occultans. Tunc ſapientiſſimus Flavianus Presbyter, Paulinum ſic allocutus eſt, magiſtro militum audiente: Si Damaſi communionem amplecteris, o amice, doctrinæ nobis manifeſtam ſimilitudinem oſtende: unam eamdemque Trinitatis Subſtantiam, & tres hypoſtaſes diſerte confitere. Tum ad Apollinarem converſus, Miror te, o amice, tam impudenter repugnare veritati: idque cum probe ſcias, Damaſum aſſerere perfectum hominem a Deo Verbo aſſumptum eſſe. Tu vero contrarium affirmare non ceſſas; mentem enim noſtram a ſalute excludis. Quod ſi falſa ſunt quæ tibi objicimus, nunc ſaltem renuntia novitati, quam excogitaſti, & Damaſi doctrinam amplectere. Meletius vero, vir omnium mortalium mitiſſimus, amanter ſimul ac leniter Paulinum his verbis compellavit. Quandoquidem & mihi harum ovium curam Dominus ipſe commiſit, & tu aliarum curam ſuſcepiſti, oveſque inter ſe in religione conſentiunt, jungamus greges, o amice, & contentionem de primatu deponamus; gregemque in commune paſcentes, communem iis curam ex æquo impendamus. Quod ſi cathedra in medio poſita contentionem facit, eam ego auferre conabor: poſito enim ſuper illa Evangeliorum libro, nos ex utraque parte ſedeamus. Ac ſiquidem ego prior ex hac vita diſceſſero, tu ſolus, o amice, præſulatum totius gregis obtine; ſi vero id tibi prius contigerit, tum ego, prout potero, gregis curam geram.

Theod. hiſt. l. 5. cap. 3.

CHRISTI AN. 379.

Sozom. l. 7. c. 3.

Paulinus conditionem oblatam accipere noluit, & ordinationem Meletii tanquam ab Arianis factam criminabatur. Fautores Meletii tunc id quod studebant, vi perfecerunt. Cum enim haud pauci numero essent, in quadam Ecclesia suburbana Meletium in Episcopali solio collocarunt. Sapores autem id comprobavit. Populo igitur ex utraque parte concitato, cum seditio futura exspectaretur, admirabile quoddam consilium prævaluit, quo ad concordiam revocarentur. Placuit enim ut jurejurando sese astringerent ii qui ad regendum ejus loci Episcopatum idonei esse putarentur, ex quibus erant tum alii quinque, tum Flavianus, se neque ambituros, neque electione eorum facta, Episcopatum suscepturos esse, quamdiu Paulinus & Meletius superstites essent. Altero autem illorum mortuo, passuros se ut alter Episcopatum solus obtineret. Igitur jurejurando in has conditiones præstito, universa fere plebs ad concordiam rediit.

Theod. hist. l. 5. cap. 4.

Meletius Ecclesiis providit Episcopos. Diodorum Tarsensium Episcopum constituit, & Cilicum ei provinciam commendavit. Apameæ vero Pontificatum Joanni tradidit, qui & ipse claro genere ortus, suis tamen meritis, quam majorum rebus præclare gestis, erat illustrior. Nam & doctrina & vitæ sanctitas in eo pariter eminebant. Stephanum præfecit Germaniciæ; quam Eudoxiani erroris labe corruptam esse didicerat. Græcorum disciplinis hic erat egregie instructus, & in veræ Fidei doctrina ab ineunte ætate educatus. Arianos ad Ecclesiam reduxit. D. Cyrillus Hierosoloymitanus tunc suam recepit Ecclesiam, quam invaserat Hilarion. Gelasius quoque Cyrilli nepos ejecto Euzojo Ariano, rediit Cæsaream, eamque Ecclesiam administravit.

Sozom. l. 7. c. 28.

S. Eusebius ordinat extra suam provinciam; quare?

Eusebius Samosatensis etiam ab exilio reversus, pluribus Ecclesiis, quamvis suæ non subjacerent jurisdictioni, dedit Episcopos; quod sæpius factum vidimus, quando religionis conservandæ necessitas id exigebat. Itaque Berœæ Acacium, cujus celebris fama est, ordinavit; quippe qui in monastica vita ab ineunte ætate exercitatus emendatissime vixerat. Istud tamen maximum virtutis indicium præbuit, quod episcopale domicilium perpetuo apertum habuerit: ita ut peregrinis ac civibus quicumque vellent, eibi etiam ac somni tempore videre eum liceret. Hierapoli vero Theodorum, cujus religiosa conversatio, etiam diu post ejus obitum omnium sermonibus celebrabatur. Eusebium præterea Calcidi, & Isidorum Cyro dedit Antistites, utrumque admiratione dignum, & divino zelo insignem. Sed & Eulogium, qui pro Apostolica doctrina fortissime certaverat, & in oppidum Antinorum una cum Protogene fuerat relegatus, Episcopum Edessæ ordinavit, Barses enim civitatis illius Episcopus admirandus jam e vivis excesserat; tertio Kalendas Februarii illius meminit Romanum Martyrologium. Eulogius Protogenem, qui certaminum socius ac particeps fuerat, Carris Episcopum constituit, urbi male habenti salutarem medicum tribuens. Postremus omnium Maris a divino Eusebio Dolichæ Episcopus creatus est. Urbs est exigua Ariana labe tunc infecta. Hunc igitur laudabilem virum, & multis virtutum insignibus refulgentem cum illic in Sacerdotali solio collocare vellet Eusebius, Dolicham ingressus est. Ingredienti vero quædam mulier Ariana tegulam a superiore ædium parte immisit, quæ caput ejus obtrivit, nec multo post ad meliorem vitam eum transmisit. Sed ille moriens eos qui aderant jurejurando obstrinxit, ne a muliere pœnas hujus facti ullas exigerent: undecimo Kalendas Julii illum ut Martyrem honorat Ecclesia.

Theod. ibid.

Martyr. Rom.

S. Eusebii Samosat. martyrium.

Martyr. Rom.

Theod. hist. l. 4. cap. 15.

Convenit ex more Synodus provinciæ, accessit autem Jovianus, qui tunc erat Episcopus Pergæ; hic exiguo admodum tempore communionem Arianorum admiserat. Cum igitur universi Antiochum successorem patrui elegissent, & ad altare eum adducerent, & genua flectere cogerent, conversus ille postquam Jovianum vidit manum capiti suo imponentem, dextram ejus repulit, eumque ex numero consecrantium removeri jussit, negans se dextram illam ferre posse, quæ Sacramenta per blasphemiam confecta suscepisset. Antiochus sub Valente pro fide fuerat relegatus in interiorem Armeniam. Unde profectus avunculum suum Eusebium in Thracia exulem fuerat secutus, ut ei ministraret.

CXLI. Eodem anno trecentesimo septuagesimo nono, & nono sui Episcopatus inchoato celeberrimus Basilius ab hominibus ad Deum concessit, communem patriæ, & Ecclesiæ luctus occasionem præbens, Kalendis Januarii, ipso die Circumcisionis Jesu. Decretum fuit, ut per id tempus annua ejus memoria celebritasque haberetur honori: ac proinde statim a morte eum ut sanctum confessorem veneratа est Orientalis Ecclesia. Latina ejus memoriam recolit die decimo quarto Junii, quo creatus est Episcopus. Illum publice laudarunt SS. Gregorius Nyssenus ejus frater, Ephrem, Amphilochius, & Gregorius Nazianzenus, quorum orationes funebres adhuc supersunt: certabant nostri cum Ethnicis, Judæis, advenis, iisque vicissim nobiscum, utris uberiores lacrymæ uberiorem utilitatem afferrent. Postridie ejus corpus in templo S. Martyris Eupsychii, est conditum in sepulchro parentum, ut Martyr martyribus adjungeretur. Dum efferebatur, plena erant fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata hominum deducentium, & prosequentium.

CHRISTI AN. 379.

D. Basilii mors.

Gregor. Nyss. de vit. Macrin.

Gregor. Nyssen. orat. 20.

Amphil. orat. 2.

S. Basilii opera.

Gregor. Nazian. orat. 20.

Egregia monumenta posteris Basilius reliquit, xenodochium quod incenso in pauperes studio exstruxerat. At longe majus opus exegit, dum scriptis suis Orbem illuminavit. Hæc sic laudat Gregorius Nazianzenus: Unus omnium loco studiosis ad eruditionem comparandam sufficit. Hoc tantum de eo dicam: Cum hexameron illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore conjungor, ac creationis rationes cognosco, Creatoremque magis admiror ac suspicio, quam prius solebam, cum prius solo aspectu magistro uterer. Cum libros eos, quibus hæreticorum scripta refutat, lego, sodomiticum ignem cerno, quo improbæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur. Cum ea quæ de Spiritu sancto scripsit, avolvo, Deum, quem habeo, nanciscor, veritatem libero ac fidenti animo prædico, illius videlicet Theologiæ & contemplationi insistens. Cum alias ejus enarrationes perlego, quas iis, qui hebetiores sunt ingenio, explicat, per lumen, lumen inveniens pertransco, quoad usque ad summum tandem verticem pervenero. Cum Martyrum encomia lego, corpus contemno, & cum iis, qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cum orationes, quas de moribus, ac bene vivendi ratione scripsit, in manus accipio, animo & corpore purgor, templumque Dei capax efficior, divinam gloriam & potentiam canens.

Basil. l. de vera fide.

Suam scribendi rationem sic exponit ipse Basilius. Quemadmodum non eadem instrumenta in manus sumat, & qui prælium est initurus, & qui colere agrum velit, similiter nequaquam eodem dicendi genere utatur, & qui in sana doctrina cohortatur, & qui in disputatione sibi repugnantes redarguit. Siquidem aliud est genus dicendi, quo utimur in refellendo; aliud, quo in enhortando. Itemque alia eorum simplicitas, qui in pace veram pietatem prædicant & confitentur; alii eorum sudores, qui adversus opiniones falsi nominis scientiæ fortiter dimicant. Quamobrem nos quoque sic disponentes sermones nostros in judicio, ubique sive defendenda, sive tradenda simpliciter fides fuerit, operam dabimus, ut ad subjectam materiam stylum accommodemus, modo videlicet iis, qui diabolico æstu illam conantur evertere, majore cum acrimonia & contentione refutandis; modo iis, qui in ea ædificari voluerint, simplicius, & ad illorum intelligentiam accommodatius ipsam fidem exponendo. Hic patet quam incerta sit, imo & falsa quorumdam criticorum regula, qui ex sola styli diversitate quædam opera Patribus abjudicant, præsertim cum hæc diversitas sæpe controversa sit. Ejus operum sequentem catalogum nobis exhibet Suidas. Basilius Cæsareæ Cappadocum Episcopus, vir eloquentiam præstantissimus, & in omni genere doctrinæ summus, scripsit plurima, inter quæ maxima in admiratione sunt commentarii in opificium sex dierum. Etiam contra Eunomium eximios scripsit libros tres, & opus de Spiritu sancto, & in hexameron novem homilias. Aliud opus asceticum, id est, de exercitatione virtutis & pietatis: aliud de virginitate: laudationem quadraginta Martyrum; aliam de Gordio, aliam de Barlaam, aliam de Julitta: item in diversos psalmos: sermones varios de moribus: Epistolas, quarum nullæ meliores, quas ad Libanium, & ad Gregorium Nazianzenum familiarem, & ad alios complures dedit. Helladium in Episcopatu Cæsariensi successorem habuit.

Suid.

CXLII.

Christi An. 379.

S. Ephrem mors. Pallad. Laus

CXLII. Duobus post mensibus, scilicet pridia Kaleodas Msrtii, D. Ephrem Edessæ Disconus ex hac vita discessit; id a Basilio petierat in fine orationis panegyricæ: Deprecare pro me admodum miserabili, & revoca me tuis intercessionibus. Discipulo suo moriturus astanti dixit, ut a meotis superbia eum revocaret: vida, Paoline, ne te submittas cogitationibus tuis; sed cum te ad purum comprehendissa putaveris Dominum, crede ne quidem intellexisse. Præsenserat enim ex studiis, vel sermonibus ejus, nova investigsre, & immensum intellectum tenera: unde aum frequenter Bardelanem novellum prædicabat. Quam sapienter cum monuerit, docuit eventus: Paulinos enim Presbyter homo acris valde ingenii, & in diviois Scripturis doctus vivente magistro clarus in doctoribus Ecclesiæ fuit. Post illius autem obitum amore primatus & nominis, separans se ab Ecclesia scripsit contraria fidei multa. Ephrem obitus sui præscius convocatis discipulis egregia oratione, quæ testamentum Ephrem dicitur, supremam declaravit voluntatem. Imprimis admonuit, ut bæreticos diligenter evitarent, præsertim Messalianos, & Vitalianos, oimitum qui a Vitale Antiocheno Apollinaristarum Episcopo sic vocati sont; msgnaque contestatione prohibuit, na exhiberi solita sanctis viris sumptuosa funera corpori suo impenderent, neve sub altari, sed in cæmeterio deponeretur. Hortor vos, inquit, ut, loco suavis aromatum odoris, vestri me adjuvatis orstionibus, in ipsis continue mei memoriam fscientes.... Comitemini me psalmis & orationibus vestris, & assidue pro mea parvitata offerra dignemini; & cum trigesimum diem complevero, mei memotiam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum Sanctorum viventium. Profecto S. Ephrem vir doctrioa & sanctitata msxime coospicuus credebat essa purgarorium, ubi Fidelium defunctorum animæ Sanctorum precibus, altarisque Sacrificio adjuvareotur, aaque tunc erat totius Ecclesiæ Fides, & praxis fidelium.

Gennad. de vir. illust.

Ephrem testam. tom. 3. Basil.

Preces pro mortuis.

Phot. Bibl. 196.

S. Ephrem opera.

De ejus operibus, quæ multa reliquit, notabile est Photii judicium. Legimus, inquit, D. Ephtem sermones unde quinquaginta.... In his admonitoriis sancti viri sermonibus, jure quis admiretur, quam alte penetret persuadendi vis, quantumque ab his fluat jucundiratis, qusm denique affectuum copia referti suut. Oratio tamen ejus, ac figuræ nihil mirum, si ad consuetum homiliarum usum, & inelaboratum dicendi genus vergaot. Non enim in authorem scntuum, sed in eorum ioterpretem ea conferenda culpa. Qui nsmque sunt Syriacæ linguæ bene periti, verbis adeo ac tropis axcellara noruot, ut ambiguum sit, ab bisne, an a saosu recondito tanta ejus dicendi vis atque elegantia proficiscatur. Quamobrem non tam dictionis bumilitas admiranda, qusm illud suspicieodum, quomodo per tantam verborum vilitatam, tanta salus atque utilitas in legentes effundatur. Legi, ait S. Hieronymus, ejus de Spiritu sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat, & aeumen sublimis ingenii, etism io traslatiooa cognovi. Magnus Ephrem ad tantam venit claritatem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitarentur. Colitur Kalendis Februarii.

Hier. de script. Eccl.

Synod. Antioch. Gregor. Nyss. de vit. Macr. p. 187. Theod. hist. l. 5. c. 9. & 10. Concil. tom. 1. nov. ed.

CXVIII. Meosa Octobri ejusdem anni Episcoporum Concilium indictum ast Antiochiæ, cui ioterfuit Gregorius Nyssenus: io eo Fidei regulam adversus Euoomianos, Macedonianos, & Apollinaristas fuisse constitutam indicat sequens Concilium Constantinopolitanum in sua Synodica; haoc miserunt Damslo, Timotheique Apollinaris discipuli damoationem postularunt. Quibus rescripsit Damasus: Quod debitam Apostolicæ Sedi reverentiam exhibet charitas vestra, vobis ipsis plurimum præstatis, filii honoratissimi ...... Scitote igitur, qood profanum olim Timorheum Apollinaris hæretici discipulum, una cum impio ejus dogmate damnaverimus; nec reliquias ejus deinceps ulla ratione valituras confidimus. Quod si sntiquus ille serpens semel atque iterum percussus adhuc io suum supplicium reviviscit, qui extraneus est ab Ecclesia ...... Hunc vos tanquam pestem quamdam declinate: & memores Apostolicæ Fidei, ejus potissimum, quæ Nicææ a Patribus conscripta & publicata est, firmissimo gradu stabiles in ea atque immobiles permanete: nec patiamini posthac ut Clerici & laici vestri has sermonum vanitates & quæstiones abolitas auscultent. Jam enim semel formam dedimus, ut qui sa Christianum esse profitatur, id, quod ab Apostolis traditum est, custodiat ..... Christus enim Dei Filius, Dominus noster ganeri humano plenissimam salutem passione sua contulit, ut totum hominem peccatorum nexibus implicatum ab omni peccato libersret. Hunc si qois humanitatem aut deitatem imperfectam hsbuisse dixerit, spiritu diaboli plenus, se geheonæ filium ostendit. Quid igitur depositionem Timothei a me deouo postulatis? Qui & hic judicio Sedis Apostolicæ, præsenta etiam Petro Alesandrinorum urbis Episcopo, depositus est una cum magistro ipsius Apollioare, & io die judicii debita supplicia ac tormeota patietur. Epistolam hanc nonnulli perpetam referunt post Concilium Constantinopolitanum; quandoqoidem Timothei depositionem non postulsruot Patres Constantinopolitani.

Gregor. Nyss. vit. Macr. & epist. ad Olymp.

CXLIV. Gregorius Nyssenus finita Synodo rediens invisit Macrinsm virginam charissimam sororem suam, quæ viram agens in monasterio, præerat virginibus: banc invenit gravi morbo decumbentem, quæ noo multo post vitæ curriculum absolvit. Antequam spiritum emitteret, jacens in lectulo preces ad Deum ludit, quibus ostendebat & vitæ contemptum, & spem eertam resurrectionis. Absoluta oratione, ori & cordi sigoum crucis apposuit; facto vespere profundum gemitum ducens cum precatione vitam tarminavit. Cum splendidioribus tegi vestibus corpus dasunctæ jussisset Nyssenus, sed nullas habebat præter velamen capitis detritumque psllium, quo tegebatur. Quapropter Nyssenus ad corpus esornandum pallium suum commodavit. Vestiana Senatoris filia, quæ huic officio vscabat, solvit terreum crucis signum, quod e collo defunctæ dependebat, cum annulo ejusdem materiæ. Communis, inquit Nyssenus, sir bæc possessio, ac tu quidem habeas crucis insigne, mihi autem hæreditas annuli satis erit. Cui Vestiana: in deligendo non aberrasti, etenim exeavatus est annulus sub ipsa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditsm habet. Ad funus vicini confluxera omnes. Adfuit cum Clero Araxius Episcopua, qui cum Nysseno antariorem feretri partem gestavit, duobus de Clero posteriorem ferentibus. Præcedebat non esiguus Diaconorum inferiorumque mioistrorum numerus, qui cereos manu tenebant, sed & psalmis luca proxima resonabant. Ut ad paternum sepulchrum, quod erat in Ecclesia SS. qusdraginta Martyrum, corpus defunctæ accessit, a fratre atque Araxio juxta matris reliquias cooditum ast. Quo facto Nysseous prostratus ad tumulum pro matre & sorore oravit, & pulvarem osculstus discessit, ut injunctsm sibi legstionem obiret. Necesse ai fuit emandandæ Arabicæ Ecclesiæ gratia ad loca ista proficisci.

S. Reliquia.

Gregor. Nyssen. tom. 3. de eunt. Hierosl.

Imperator eurrum poblicum, quo veheretur, ei & sociis concesserat, ipsisque pro Ecclesia & monasterio fuit, omnibus per totam vism simul psallentibus & jejunantibus Domino. Ejusmodi peregrinationes multis, præsertim mulieribus periculosas esse sic docet. Cum itaque sint aliqui ex iis, qui solitariam & privatam vitam sibi delegerunt, qui in parta pietatis pooant Hiarosolymitana loes vidisse, in quibus indicia Dominici Adventus per carnem conspiciuntur: præclare sa res habebit, si ad regulam ipsam respiciamus .... sin prætet Domini præcepta id apparear introductum, haud scio quid sit, quod præcipiat valle quid aliquem facere, qui seipsum sibi legem boni fecerit ...... atqoi licet id opus utilitatis quid haberet, ne sic quidem honeste a perfectis studio dignum videri deberet. Quoniam id factum diligeoter examinstum, animi detrimentum conciliat iis, qui vitæ accurate degendæ incumbunt, msxime cavendum, ut nihil ab eo lædatur is, qui secundum Deum vitam instituit agendsm. Quid igitur est io bis quod lædat? Sancta & grsvis vitæ institutio eadem omnibus & viris & fœminis proposita est. Peculiaris est vitæ Philosophicæ honestas & castitas..... at vero itineris cooficieodi necessitas numquam non diligentem in his observandis indifferentiam adducit. Nam tantam viam fœmina, nisi qui eam conservet, habeat, percurrere nequit: tum quia propter naturalem imbecillitatem jumento imponenda est, illincque deponenda: tum quia in difficultatibus tuenda ac servanda. Quidquid autem supponere possimus, sive notum habet, qui ei præstet obsequium, sive mercenarium qui famuletur, ex utraque

CHRISTI AN. 379. parte quod fiet, reprehensionem non effugiet . . . . Cum autem in locis illis Orientalibus diversoria & hospitia, urbesque in multis licentiam, & ad malum indifferentiam habeant, qui fieri poterit, ut qui per fumum ambulet, non exasperetur oculis? Ubi inquinatur auris, inquinatur oculus, inquinatur & cor per oculos & auditum nefanda excipiens. Qui fieri poterit, ut non afficiatur, qui affecta loca transgreditur? Quid vero etiam est plus habiturus qui loca illa adit? Quasi vero etiamnum Dominus corporaliter in illis locis degat, atque a nobis abierit: aut veluti Spiritus sanctus apud Hierosolymitanos abundet, ad nos autem transire non possit . . . . . Certe si in locis Hierosolymitanis plus gratiæ inesset, illic viventium peccatum non tam frequens & consuetum esset; jam vero nullum est immunditiæ ac malitiæ genus, quod apud eos non perpetretur . . . . . unde vos qui timetis Dominum, in quibus locis estis, eum laudate. Localis enim mutatio, ut Deus propior sit, non efficit. His male abutuntur novatores, ut reprehendant sacras peregrinationes, quas neque ut malas, neque ut superstitiosas damnat Gregorius Nyssenus: sed tantum dicit eas non esse necessarias, & mulieribus præsertim junioribus esse periculosas; & nonnisi monachis, qui sub eo prætextu pietatis extra monasterium vagantur. S. Hieronymus qui peregrinationem ad sacra loca suscepit, & Desiderium suum amicum hortatus est, ut ea inviseret, & laudavit Melaniam, quæ cuncta lustrarat; postea Paulinum Nolanum iisdem rationibus ab eadem peregrinatione deterruit. CHRISTI AN. 379. Hieron. epist. 49. alias 13.

TEXTUS GRÆCI
LIBRI XV.

NUm. XXII. S. Athan. de Incarn. Verbi Dei pag. 53. Εἰ δὲ ἅπαξ προλαβούσης τῆς παραβάσεως, εἰς τὴν κατὰ φύσιν φθορὰν ἐκρατοῦντο οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὴν τοῦ κατ' εἰκόνα χάριν ἀφῃρημένοι ἦσαν, τί ἄλλο ἔδει γενέσθαι; ἢ τίνος ἦν χρεία πρὸς τὴν τοιαύτην χάριν καὶ ἀνάκλησιν, ἢ τοῦ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποιηκότος τὰ ὅλα τοῦ Θεοῦ Λόγου; αὐτοῦ γὰρ ἦν πάλιν καὶ τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τὸ ὑπὲρ πάντων εὔλογον ἀποσῶσαι πρὸς τὸν Πατέρα. Λόγος γὰρ ὢν τοῦ Πατρὸς καὶ ὑπὲρ πάντας ὢν, ἀκολούθως καὶ ἀνακτίσαι τὰ ὅλα μόνος ἦν δυνατὸς καὶ ὑπὲρ πάντων παθεῖν, καὶ πρεσβεῦσαι περὶ πάντων ἱκανὸς πρὸς τὸν Πατέρα.

Num. XXIII. S. Athan. de Incarn. Verbi Dei pag. 68. Εἰ γὰρ τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην κατάραν ἦλθεν αὐτὸς βαστάσαι, πῶς ἂν ἄλλως ἐγεγόνει κατάρα, εἰ μὴ τὸν ἐπὶ κατάρᾳ γενόμενον θάνατον ἐδέξατο; ἔστι δὲ οὗτος ὁ σταυρός· οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται· ἐπικατάρατος ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.

Num. XXIV. S. Athan. de Incarn. Verbi Dei pag. 87. Πότε τὴν τῶν εἰδώλων θρησκείαν ἤρξαντο καταλιμπάνειν οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ ἀφ' οὗ γέγονεν ὁ ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ἐν ἀνθρώποις; πότε δὲ τὰ παρ' Ἕλλησι καὶ πανταχοῦ μαντεῖα πέπαυται καὶ κεκένωται, εἰ μὴ ὅτε μέχρις γῆς πεφανέρωκεν ἑαυτὸν ὁ Σωτήρ; πότε δὲ καταγινώσκεσθαι ἤρξαντο οἱ παρὰ ποιηταῖς λεγόμενοι θεοὶ καὶ ἥρωες, ὡς μόνον ὄντες ἄνθρωποι θνητοί, εἰ μὴ ἀφ' οὗ ὁ Κύριος τὸ κατὰ τοῦ θανάτου εἰργάσατο, καὶ ὅπερ ἔλαβε σῶμα τετήρηκεν ἄφθαρτον, ἀναστήσας αὐτὸ ἐκ τῶν νεκρῶν; πότε δὲ ἡ δαιμόνων ἀπάτη καὶ μανία κατεφρονήθη, εἰ μὴ ὅτε ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὁ Λόγος ὁ πάντων καὶ τούτων δεσπότης διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν συγκαταβὰς, ἐπὶ γῆς ἐφάνη; πότε δὲ τῆς μαγείας ἡ τέχνη καὶ τὰ διδασκαλεῖα ἤρξαντο καταπατεῖσθαι, εἰ μὴ ὅτε τὰ θεοφάνεια τοῦ Λόγου γέγονεν ἐν ἀνθρώποις; καὶ ὅλως πότε τῶν Ἑλλήνων ἡ σοφία μεμώρανται, εἰ μὴ ὅτε ἡ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ σοφία ἐπὶ γῆς ἑαυτὴν ἐφανέρωσε; πάλαι μὲν γὰρ πᾶσα ἡ οἰκουμένη καὶ πᾶς τόπος τῇ θρησκείᾳ τῶν εἰδώλων ἐπλανᾶτο, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὰ εἴδωλα θεοὺς ἐνόμιζον οἱ ἄνθρωποι· νῦν δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὴν μὲν τῶν εἰδώλων δεισιδαιμονίαν καταλιμπάνουσιν οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ δὲ τὸν Χριστὸν καταφεύγουσι, καὶ Θεὸν αὐτὸν προσκυνοῦντες δι' αὐτοῦ καὶ ὃν οὐκ ᾔδεισαν Πατέρα γινώσκουσι. καὶ τό γε θαυμαστόν, διαφόρων ὄντων καὶ μυρίων σεβασμάτων, καὶ ἑκάστου τόπου τὸ ἴδιον ἔχοντος εἴδωλον, καὶ μὴ ἰσχύοντος τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου θεοῦ τὸν πλησίον ὑπερβῆναι τόπον, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ γειτόνων πεῖσαι σέβειν αὐτόν, ἀλλὰ μόλις καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις θρησκευομένου· οὐδεὶς γὰρ ἄλλος τὸν τοῦ γείτονος ἐσέβετο θεόν, ἀλλ' ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐφύλαττεν εἴδωλον, νομίζων τὸν πάντων αὐτὸν Κύριον εἶναι· μόνος ὁ Χριστὸς παρὰ πᾶσιν εἷς καὶ πανταχοῦ ὁ αὐτὸς προσκυνεῖται· καὶ ὃ μὴ δεδύνηται τῶν εἰδώλων ἡ ἀσθένεια ποιῆσαι, ὥστε κἂν τοὺς πλησίον οἰκοῦντας πεῖσαι, τοῦτο ὁ Χριστὸς πεποίηκεν, οὐ μόνον τοὺς πλησίον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν οἰκουμένην πείσας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον σέβειν, καὶ δι' αὐτοῦ Θεὸν τὸν αὐτοῦ Πατέρα.

Num. XXVII. S. Athan. Epist. ad Afr. Episc. pag. 892. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ συνελθόντων Ἐπισκόπων περὶ τῆς πίστεως, διὰ τὴν Ἀρειανὴν ἀσέβειαν· ἵνα μηκέτι κατὰ μέρος προφάσει πίστεως γίνωνται, ἀλλὰ κἂν γίνωνται, μὴ κρατῶσι. μὴ γὰρ ἐκείνη λείπει ἵνα καινότερα ζητήσῃ τις; πλήρης ἐστὶν εὐσεβείας ἀγαπητοί· αὕτη πᾶσαν οἰκουμένην πεπλήρωκε. ταύτην ἔγνωσαν καὶ Ἰνδοί, καὶ ὅσοι παρὰ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἰσὶ Χριστιανοί. οὐκοῦν μάταιος ὁ κάματος τοῖς κατ' αὐτῆς πολλάκις ἐπιχειρήσασιν. ἤδη γὰρ οἱ τοιοῦτοι δέκα καὶ πλείους συνόδους πεποιήκασι, καθεκάστην μεταβαλλόμενοι, καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀφαιροῦντες, τὰ δὲ ταῖς μετὰ ταῦτα ἐναλλάσσοντες, καὶ προστιθέντες. καὶ ἄπιστοι οὐδὲν μέχρι νῦν γράφοντες, ἐξαλείφοντες, βιαζόμενοι, οὐκ εἰδότες ὅτι πᾶσα μὲν φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατὴρ ὁ Οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται· τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ Κυρίου τὸ διὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐν τῇ Νικαίᾳ γενόμενον μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Num. XXXXVI. Athanas. Epist. ad Epictetum pag. 909. Ἐκ δὴ τούτων σιωπησάτωσαν λοιπὸν καὶ οἱ ποτὲ εἰπόντες, τὸν ἐκ Μαρίας προελθόντα μὴ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστὸν, καὶ Κύριον καὶ Θεόν. εἰ γὰρ μὴ Θεὸς ἦν ἐν τῷ σώματι, πῶς εὐθὺς προελθὼν ἐκ Μαρίας, ἐκλήθη Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός; πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος, εἰ μὴ ὁ Λόγος ἦν ἐν σαρκί, Ῥωμαίοις ἔγραφεν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας; οὐκοῦν ὁμολογείτωσαν, καὶ οἱ πρότερον ἀρνούμενοι τὸν ἐσταυρωμένον εἶναι Θεόν, ἐσφάλθαι, πειθόμενοι ταῖς θείαις γραφαῖς· μάλιστα δὲ τῷ Θωμᾷ, ὃς μετὰ τὸ ἰδεῖν ἐν αὐτῷ τοὺς τῶν ἥλων τύπους, ἀνεβόησεν, ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου . . . . Περὶ δὲ τοῦ φαντάζεσθαί τινας καὶ λέγειν, ὅτι ὥσπερ ἐφ' ἕκαστον τῶν Προφητῶν ἐγένετο, οὕτω καὶ ἐπὶ ἕνα τινὰ ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἦλθεν ὁ Λόγος, περιττόν ἐστι γυμνάζειν, φανερὰν ἐχούσης τῆς μανίας αὐτῶν τὴν κατάγνωσιν. εἰ γὰρ οὕτως ἦλθεν . . . . . διὰ τί καθ' ἕκαστον τῶν Προφητῶν ἐπιδημοῦντος τοῦ Λόγου, λέγεται ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας, ὡς ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπιδημήσαντος . . . . . . διὰ τί λέγεται μόνος ὁ ἐκ Μαρίας Ἐμμανουήλ, ὡς σώματος πεπληρωμένου θεότητος, τεχθέντος ἐξ αὐτῆς; τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ ἑρμηνεύεται, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. ἢ διὰ τί εἴπερ οὕτως ἦλθεν, ἐσθίοντος ἑκάστου τῶν Ἁγίων, καὶ πίνοντος, καὶ κοπιῶντος, καὶ ἀποθνήσκοντος, οὐ λέγεται, ὡς αὐτὸς ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ κοπιῶν, καὶ ἀποθνήσκων, ἀλλ' ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας; ἃ γὰρ ἔπαθε τοῦτο τὸ σῶμα, ταῦτα ὡς αὐτοῦ πάσχοντος εἴρηται. καὶ τῶν ἄλλων δὲ πάντων λεγομένων μόνον, ὅτι ἐσχέθησαν καὶ ἐγεννήθησαν, ἐπὶ τοῦ ἐκ Μαρίας μόνου εἴρηται· καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἅπαντας γέγονεν ὁ Λόγος, τοῦ προφητεύειν χάριν. ἐκ δὲ Μαρίας αὐτὸς ὁ Λόγος σάρκα λαβὼν, προῆλθεν ἄνθρωπος, τῇ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ Λόγος ὢν τοῦ Θεοῦ· κατὰ δὲ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβίδ, καὶ τῆς σαρκὸς Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος, ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. τοῦτον ὁ Πατὴρ ἔδειξε καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐν τῷ ὄρει λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

Num. CC. S. Basilius Epist. 181. ad Chorepiscopos. Τοὺς ὑπηρετοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἡ πάλαι ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις ἐμπολιτευομένη συνήθεια, μετὰ πάσης ἀκριβείας δοκιμάζουσα παρεδέχετο· καὶ ἐπολυπραγμονεῖτο πᾶσα αὐτῶν ἡ ἀναστροφή, καὶ, εἰ μὴ λοίδοροί εἰσιν, εἰ μὴ πρόχειροι πρὸς τὰς μάχας, εἰ παιδαγωγοῦσιν ἑαυτῶν τὴν νεότητα, ὥστε κατορθοῦν δύνασθαι τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον· καὶ τοῦτο ἐξήταζον μὲν πρεσβύτε-

ροι

ροι καὶ διάκονοι οἱ συναινέσαντες αὐτοῖς, ἐπανέφερον δὲ τοῖς Χωρεπισκόποις, οἱ τὰς παρὰ τῶν ἀληθινῶς μαρτυρούντων δεξάμενοι ψήφους, καὶ ὑπομνήσαντες τὸν Ἐπίσκοπον, ὅπως ἐπεθῶμεν τὸν ὑπακοὸν τῷ τάγματι τῶν ἱερατικῶν.

Num. CIII. S. Basilius Epist. ad Amphilochium Epist. 2. pag. 767. Οὕτω δηλονότι καὶ ἐπὶ τὸ τῶν παρθένων ἔχοντες διατεθησόμεθα. ἐκεῖνο δὲ τοῦ προδιωμολογῆσθαι ἡμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι παρθένος ὀνομάζεται ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα· τὰς δὲ ὁμολογίας τότε ἐγκρίνομεν ἀφ' ὅτου ἂν ἡ ἡλικία τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν ἔχῃ. οὐδὲ γὰρ τὰς παιδικὰς φωνὰς πάντως κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι προσήκει, ἀλλὰ τὴν ὑπὲρ τὰ δέκα ἕξ, ἢ δέκα καὶ ἑπτὰ γενομένην ἔτη, κυρίαν οὖσαν τῶν λογισμῶν, ἀνακριθεῖσαν ἐπὶ πλεῖον, εἶτα παραμείνασαν, καὶ λιπαρήσασαν διὰ ἱκεσιῶν πρὸς τὸ παραδεχθῆναι, τότε ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κυροῦν, καὶ τὴν ἀθέτησιν αὐτῆς ἀπαραιτήτως κολάζειν .... Ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίας οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατηρίθμησαν· οἳ κατὰ τὸ σιωπώμενον, δοκοῦσι παραδεδέχθαι τὴν ἀγαμίαν· πλὴν καὶ ἐπ' ἐκείνων, ἐκεῖνο, ἡγοῦμαι, προηγεῖσθαι προσήκειν, ἐρωτᾶσθαι αὐτούς, καὶ λαμβάνεσθαι τὴν παρ' αὐτῶν ὁμολογίαν ἐναργῆ, ὥστε ὅταν μετατίθωνται πρὸς τὸν φιλόσαρκον καὶ ἡδονικὸν βίον, ὑπάγειν αὐτοὺς τῷ τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίῳ.

Num. CIII. S. Basil. Epist. ad Amphiloch. Epist. 2. pag. 771. Ἡ ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρός, καὶ ἀφανὴς οὖσα πρὸ τοῦ πεισθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἑτέρῳ συνοικήσασα, μοιχᾶται.

Num. CIV. S. Basil. Epist. ad Amphiloch. Epist. 3. pag. 779. Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. ἐὰν δὲ δυσαποσπάστως ἔχωσι τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θέλωσιν, ἢ τῷ Κυρίῳ· καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ καταδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.

Num. CIV. S. Basil. Epist. 289. ad Cæsariam Patritiam. Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ Ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν, καὶ ἐπωφελές· αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον. τίς γὰρ ἀμφιβάλλει, ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ζῆν πολλαχῶς; ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν· ἐν τῇ Κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη Μάρτυρός τινος. τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς, ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ἱερέως ἢ λειτουργοῦ τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ περιττόν ἐστιν ἀποδεικνύναι, διὰ τὸ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους μονάζοντες, ἔνθα μή ἐστιν ἱερεὺς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες ἀφ' ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσιν. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἕκαστος, καὶ τῶν ἐν λαῷ τελούντων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ἅπαξ γὰρ τὴν θυσίαν τοῦ Ἱερέως τελειώσαντος, καὶ δεδωκότος, ὁ λαβὼν αὐτὴν, ὡς ὅλην ὁμοῦ, καθ' ἑκάστην μεταλαμβάνων, παρὰ τοῦ δεδωκότος εἰκότως μεταλαμβάνειν, καὶ ὑποδέχεσθαι πιστεύειν ὀφείλει.

Num. CV. S. Basil. Lib. de Spiritu Sancto c. 13. pag. 170. Πίστις καὶ βάπτισμα, δύο τρόποι τῆς σωτηρίας συμφυεῖς ἀλλήλοις, καὶ ἀδιαίρετοι. πίστις μὲν γὰρ τελειοῦται διὰ βαπτίσματος· βάπτισμα δὲ θεμελιοῦται διὰ τῆς πίστεως. καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων, ἑκάτερα πληροῦται. ὡς γὰρ πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Ἅγιον Πνεῦμα, οὕτω καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καὶ προάγει μὲν ὁμολογία πρὸς τὴν σωτηρίαν εἰσάγουσα· ἐπακολουθεῖ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπισφραγίζον ἡμῶν τὴν συγκατάθεσιν.

Num. CV. S. Basil. libr. de Spirstu Sancto c. 27. pag. 210. Τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων, καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν· καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον· μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον (ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ) τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ Ἰησοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν Ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν, καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. εὐλογοῦμεν δὲ τό τε ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον· ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης, καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ, αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν, τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα· ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης, καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ, καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν Μυστηρίων τὸ σεμνὸν σιωπῇ διασώζεσθαι; ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν θριαμβεύειν ἐν γράμμασιν;

Num. CV. S. Basil. L. de Sp. S. cap. 39. p. 217. Ἀποστολικὸν δὲ οἶμαι καὶ τὸ ταῖς ἀγράφοις παραδόσεσι παραμένειν. ἐπαινῶ γὰρ, φησιν, ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. καὶ τὸ, κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε, εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' Ἐπιστολῆς, ὧν μία μάλιστά ἐστι, καὶ ἡ παροῦσα αὕτη. ἣν οἱ ἐξ ἀρχῆς διαταξάμενοι παραδιδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροϊούσης ἀεὶ τῷ χρόνῳ τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς τῆς συνηθείας ταῖς Ἐκκλησίαις ἐγκατερρίζωσαν.

Num. CXVIII. S. Epiph. adv. hæreses l. 3. p. 1103. Καὶ πρώτη μὲν κρηπὶς, καὶ, ὡς εἰπεῖν, βαθμοὶ ἐν αὐτῇ ἡ παρθενία, ἀσκουμένη τε καὶ φυλαττομένη παρὰ πολλοῖς, καὶ ἐνδοξαζομένη. συνίσταται δὲ τῇ αὐτῇ παρθενίᾳ ἡ μονότης παρὰ πλείοσι τῶν μοναζόντων, καὶ μοναζουσῶν· μετὰ ταύτην ἐγκράτεια ὑπὸ τὸν αὐτὸν δρόμον κατορθουμένη· εἶτα δὲ χηρεία μετὰ πάσης προσοχῆς, καὶ ἁγνείας συμπεριφορᾶς. ταύταις δὲ τὴν τάξιν ἀκόλουθος ὁ σεμνὸς γάμος ἐν μεγάλῃ τιμῇ, ὁ ἐν μονογαμίᾳ μάλιστα, καὶ παραφυλακῇ ἐντολῶν. εἰ δέ τις ἀποθανούσης τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἢ ἀνδρὸς τελευτήσαντος τῆς τινος γυναικὸς, ἐφίεται δευτέρᾳ συναφθῆναι, ἢ δευτέρῳ μετὰ θάνατον τοῦ πρώτου ἢ τῆς πρώτης· [illegible] δὲ τούτων πάντων ἡ μήτηρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ γεννήτρια ἡ Ἁγία ἱερωσύνη, ἐκ μὲν παρθένων τὸ πλεῖστον ὁρμωμένη· εἰ δὲ οὐκ ἐκ παρθένων, ἐκ μοναζόντων. εἰ δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ εἰς ὑπηρεσίαν, ἀπὸ μοναζόντων, ἐξ ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν ἢ χηρευσάντων ἀπὸ μονογαμίας. δευτερόγαμον δὲ οὐκ ἔξεστι δέχεσθαι ἐν αὐτῇ εἰς ἱερωσύνην (κἄν τε ἐγκρατευόμενος εἴη χῆρος) ἀπ' ἀρχῆς τάξεως Ἐπισκόπου καὶ Πρεσβυτέρου, καὶ Διακόνου καὶ Ὑποδιακόνου.

Num. CXIX. S. Epiph. Libr. 3. adversus hæreses pag. 1105. Τὴν δὲ τεσσαρακοστὴν τὴν πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦ Ἁγίου Πάσχα ὡσαύτως φυλάττειν εἴωθεν ἡ αὐτὴ Ἐκκλησία, ἐν νηστείαις διατελοῦσα· τὰς δὲ Κυριακὰς οὐδ' ὅλως, οὔτε ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρακοστῇ. τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί. φημὶ δὲ ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν· ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς ὑπερτίθενται, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρις ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς, τῆς Κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. ἀγρυπνίαις δὲ διατελοῦσι τὰς ἕξ. πάλιν δὲ συνάξεις ἐπιτελοῦσι τὰς αὐτὰς ἕξ· καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐννάτης ἄχρις ἑσπέρας.

Num. CXIX. S. Epiph. Lib. 3. Adversus hæreses p. 1106. Ἐπὶ δὲ τῶν τελευτησάντων, ἐξ ὀνόματος τὰς μνήμας ποιοῦνται, προσευχὰς τελοῦντες, καὶ λατρείας καὶ οἰκονομίας.

Num. CXXXIX. Concilii Laodiceni Can. XXXV. pag. 787. Ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ Ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν· ἅπερ ἀπηγόρευται. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν.

Num. CXXXIX. Theodoretus in Epist. ad Coloss. pag. 355. Οἱ τῷ νόμῳ συνηγοροῦντες, καὶ τοὺς Ἀγγέλους σέβειν αὐτοῖς εἰσηγοῦντο, διὰ τούτων λέγοντες δεδόσθαι τὸν νόμον. ἔμεινε δὲ τοῦτο τὸ πάθος ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ Πισιδίᾳ μέχρι πολλοῦ. οὗ δὴ χάριν καὶ συνελθοῦσα Σύνοδος ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας νόμῳ κεκώλυκε τὸ τοῖς Ἀγγέλοις προσεύχεσθαι. καὶ μέχρι δὲ τοῦ νῦν εὐκτήρια τοῦ Ἁγίου Μιχαὴλ παρ' ἐκείνοις καὶ τοῖς ὁμόροις ἐκείνων ἐστὶν ἰδεῖν. τοῦτο τοίνυν συνεβούλευον ἐκεῖνοι γίνεσθαι, ταπεινοφροσύνῃ δῆθεν κεχρημένοι, καὶ λέγοντες, ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ προσήκει διὰ τῶν Ἀγγέλων τὴν θείαν εὐμένειαν πραγματεύεσθαι.

Num. CXXXIX. Conc. Laodic. Can. LXIX. p. 789. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ, τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας.

LIBER

LIBER XVI.

Theodosius baptizatur, ablatas Arianis Ecclesias restitui jubet Orthodoxis. Hæreticos omnes legibus coercet, Nicænamque fidem in Oriente prius oppressam erigit atque propagat. Constantinopolitanam convocat Synodum, quæ Macedonianos aliosque hæreticos damnat, quibusdam Nicæno symbolo additis, secundumque honoris gradum decernit Episcopo Constantinopolitano. Ejus Synodi solam fidei definitionem recepit atque confirmavit Papa Damasus in Romana Synodo. Gregorius Nazianzenus Fidei instaurator in urbe Constantinopoli illius Episcopatum abdicat, quorumdam conspiratione. Flavianus contra jusjurandum suum S. Meletio mortuo suffectus, Antiochenum schisma continuat. Priscillanus infamem inducit hæresim, damnatus ubique rejicitur. Gratiano occiso Maximus tyrannus Priscillianum capite damnat. Ambrosius eloquentia & pietate celebris Arianos confutat atque damnat in Synodo Aquilejensi, & Justinæ restitit: inventasque SS. Martyrum Gervasii & Protasii reliquias transfert non sine miraculis. Cyrillus Hierosolymitanus in Fide constans, quam recte exponit in suis Catechesibus, ad Deum migrat. Hieronymus sanctitate & eruditione clarus confutat Helvidium & Luciferianos, & secedit in Palæstinam. Joannes Chrysostomus homiliis suis celebris scribit de Sacerdotio. S. Monica post Augustini filii sui baptismum pie moritur. Antiochenis parcit Theodosius.

CHRISTI AN. 379.

Gregorius reformat Ecclesiam Constantinop.

Gregor. Nazian. de vita Carm.

I. 

Eploratissimus erat Ecclesiæ Constantinopolitanæ status. Jam quadraginta annis ei dominabantur Ariani, & Catholicorum pusillus grex erat velut oves absque pastore errantes. Quo illius ruinas reparare difficilius videbatur, eo sanctior & doctior eligitur Gregorius Nazianzenus, potens opere & sermone Theologus, qui tunc a pastorali cura liber Seleuciæ in S. Theclæ monasterio vitam agebat: Episcopus erat; sed absque Ecclesia. Invitus quidem hanc provinciam suscepit: multorum autem Episcoporum precibus exoratus profectus est Constantinopolim, quo id enixe postulantibus fidelibus fuerat delegatus a Synodo Antiochena. Hic brevi tempore tantum ad emendandum populum vetustis hæreticorum venenis infectum profecit, ut tunc primum sibi Christiani fieri viderentur. Multos labores, & pericula toto triennio, quo hic commoratus est, invicta fortitudine sustinuit: quæ sic ipse describit. Ingressus urbem pluribus jactor malis. Exarsit in me tota primum civitas, perinde ac si multos inducerem deos, nec enim intelligebant, quomodo tres Personæ essent unus Deus. Plebs insuper Episcopo suo Demophilo Ariano favebat, eique fieri injuriam putabat. Hinc non tantum calumniis, sed sæpe saxeis imbribus impetitus est; Deo tamen conservante illæsus evasit. Postea veluti sicarius tractus est ad Præsides, quibus erat hæc prima lex; plebi obsequi. At Christus ei sic adsuit, ut eum patienter hæc ferentem clarum faceret: simplici atque illaborato vestitus genere utebatur: Hospitio exceptus a pio viro domi ut plurimum manebat, venientes benigne excipiens. Austera hæc ratio vivendi fuit necessaria in ea civitate, cui serium studium erat, res divinas ludo habere, dum sugillant vitam Clericorum liberiorem. Irritandos non esse animos ratus, non contendit de Ecclesiis, quas per vim occuparant Ariani, & contra edictum Imperatoris retinebant, prohibentes etiam ne Catholici conventus agerent. Conveniebant igitur in privata domo, ut audirent Gregorium & sacris interessent. Hæc domus ab eo vocata est Anastasis, eo quod extincta prope fides in ea urbe, hic excitata revixerit; postea crevit in Basilicam. Huc post octoginta annis, delatæ sunt Syrmio S. Anastasiæ Martyris reliquiæ, ipsaque Basilica in ejus memoria consecrata est.

Ruf. l. 2. cap. 9.

Gregor. Nazian. Carm. & orat. 14. 15. & 27.

Greg Naz. orat. ad 150. Episc.

II. Qua ratione hostium etiam animos alliceret, adduceretque ad rectam semitam veritatis, sic ipse describit: "Non inscite atque inerudite docemus, nec adversarios contumeliis & conviciis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus confligentes... verum nos pro Christo bellum perspicuo argumento declaramus, dum secundum illum pacificum ac clementem Christum dimicamus; ut moderationis & æquitatis famam colligamus. Ac de his quidem ita sentio, cunctisque animarum dispensatoribus, rectæque doctrinæ arbitris legem statuo, ut nec asperitate sua adversariorum animos exulcerent, nec submissione insolentiorea efficiant, sed prudenter & consulte in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas transiliant." Orthodoxos attrahebat sic solide prædicata Trinitas, quæ jam diu ab urbe exularat. Alios movebat sermonis lepos. Alii favebant ut militi firmissimo, præsertim quod ab ipsis accitus foret: tantaque erat audientium multitudo, ut cancelli sæpe comprimerentur studio sese mutuo protrudentium.

CHRISTI AN. 379.

Quomodo agendum cum hæreticis.

Idem Carm. de vit. Orat. 32. p. 528.

III. Contentio inter Orthodoxos orta nascentem hanc prope pessum dedit Ecclesiam. Antiochenum schisma Catholicis objiciebant Ariani; inferebantque ipsos non posse inter se convenire, qui vellent alios ad unitatem & concordiam reducere, nonnullosque, qui jam ab ipsis defecerant, rursus sibi sociarunt: Hisce commotus duas de pace orationes habuit Gregorius, ostenditque Catholicos de fide concordes, de sola non convenire disciplina; econtra Arianos tum a se invicem, tum a Catholicis de fide prorsus dissentire: ac proinde licet Orthodoxi alii Paulino, alii Meletio communicent, non esse perinde indifferens communicare cum Arianis, quamvis fide non mutata.

Carm. de vit. orat. 13. & 14.

"Ubi sunt igitur, inquit, qui res nostras, tam bene, quam male se habentes studiose ac diligenter observant, non ut judicent, sed ut improbent... atque ut bona calumnientur, & mala tragicis verbis exaggerent, atque ab alienis lapsibus excusationem vitiis suis quærant... Ubi sunt igitur qui divinitatem pariter & nos oderunt? Hoc enim ex omnibus quæ patimur, illustrissimum & magnificentissimum est, quod cum Deo periclitamur; ubi sunt qui suorum quidem mansueti & placidi judices sunt, alienorum autem severi censores, ut hic quoque sucum veritati faciant... Ubi sunt, ... qui maculis nostris gaudent, cum ipsi in cœno volutentur? Agite igitur arcanorum nostrorum estote participes: ad Concilium vos etiam exosi vocamus; arbitris hostibus utimur: ut pudefacti victique recedatis.... cognita nimirum, ex eo ipso, quod ægrotavimus, nostra

Gregor. Nazianz. orat. 13. p. 206.

CHRISTI An. 379. nostra sanitate. Non enim de deitate dissensimus, sed ordinis ac disciplinæ causa certavimus: nec de eo inter nos dissensio extitit, utra impietas esset potius eligenda, ea ne, quæ Deum contrahit, an illa quæ vel Spiritum sanctum duntaxat, vel Filium quoque ipsum una cum Spiritu a divina essentia distrahit: alteram ne, inquam, an utramque impietatis partem amplectemur? .... nostra autem non eadem est ratio. Nam, quod ad divinitatem attinet, non minus quam ipsa secum divinitas, inter nos consentimus atque concordamus ... unanimes atque uno ore Patrem & Filium, & Spiritum sanctum glorificamus: idque de nobis prædicetur, quod vere in nobis sit Deus, eos a quibus unitur uniens, & eos a quibus gloria afficitur, gloria afficiens; nec tantum prædicetur, sed etiam credatur. Verum de aliis rebus inter nos contentio fuit; male etiam id quidem: non enim inficiabor ... Non tamen tanta, quanta iis videtur, qui res nostras per calumniam insectantur. Nam cum fieri non posset, quin aliquid peccaremus, nostrum hoc erratum fuit, quod nimio pastoris amore affecti sumus, nec ex duobus bonis, utrum magis expetendum esset, reperire potuimus, quoad usque in hoc convenimus, ut utrumque in pari laude & admiratione poneremus. De Paulini & Meletii conventione loquitur. Hoc nomine, qui volet, nos condemnet, aut absolvat. Præter hoc nihil habetis, etsi maxime cupiatis ... Ac nos quidem dissidia nostra inter nos composuimus, ac componemus. Nec enim fieri potest, ut parentes filiis jus iniquum dicant; interveniente præsertim communi Trinitate, pro qua bello impetimur, & propter quam bellum haud geremus ... Quid vero ad vos hinc redit, o communes nostri pacificatores? Non enim vos propterea pii estis, si quid nos aliqua in re vel parva vel magna peccemus. Nos quidem ob vitium haud laudandi, si quid peccemus; vos autem nihilominus impii estis, etiam si nos peccemus, & quidem eo magis, quod labentibus nobis acerbiores estis. „ Hinc Arianorum & Macedonianorum errores coarguit atque confutat.

IV. Uberius id præstitit in orationibus quæ dicuntur Theologicæ, continentque doctrinam de natura
Gregor. Nazian. orat. 33. pag. 529. Dei, & de mysterio Trinitatis, quarum tanta est sublimitas & energia, ut solus post Joannem Apostolum apud veteres Theologi nomen obtinuerit Gregorius. Prima est veluti omnium præludium. Hæreticos in ea re reprehendit, qui omni via pietatis sublata, hoc unum sibi proponunt, ut quæstiones vel stringant, vel solvant. " Et res, inquit, huc redit, ut horum disputationibus & forum omne circumstrepat, & convivia omnia hujusmodi nugarum tædio obtundantur ... ac denique gynæcea omnia turbentur, & pudoris flos præcipiti hac contendendi libidine compiletur. Adeoque intolerenda sit vis hujus mali, ut periculum sit, ne magnum fidei nostræ mysterium exigua quædam quæstio esse videatur. „ Tum sequentes de Deo recte disserendi
Prædicationis leges. leges proponit. " Non cujuslibet est de Deo disserere, quoniam his duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactissime explorati sunt, ac contemplando longe processerunt, & corpus & animum a vitiorum sordibus purgarunt: aut, ut parcissime loquar, hoc jam agunt, ut se a vitiorum labe purgent ... Apud quos porro? nempe apud eos qui rem hujusmodi studiose ac serio amplectuntur. Quippe non ut quidpiam aliud, sic hoc quoque inepta nugacitate prosequantur ... Jam inde de quibus & quo usque disputandum? De his solum quæ ingenii nostri modulum, atque auditoris captum non excedunt. Alioqui .... auditores quæstionibus gravioribus & durioribus oppressi atque confecti, pristinas quoque vires amittunt. Neque vero hoc quisquam ita accipiat, quasi Deum perpetua memoria colendum esse negem. Nec enim tam sæpe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus; sed ne de Deo disputemus intempestive, præsertim coram hostibus religionis. Quoniam enim in suis dogmatibus nihil sibi præsidii roborisque constitutum vident, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur ..... Mystica mystice, & sancta sancte proloquantur, nec in profanas aures, quæ in vulgus proferri nefas est, projiciamus ... „ Imprimis eos objurgat qui imperitæ multitudini argumenta subministrant, ac unius diei momento Theologos creant, & multa imperite doctorum conciliabula faciunt.

V. In sequenti oratione Dei naturam explicat; CHRISTI An. 379.
in tertia Filii divinitatem probat; in quarta Arianorum argumenta solvit. In quinta de Spiritu sancto
Orat. 34. & 35. & 36. & 37. pag. 596. disputat adversus Macedonianos, quorum palmare erat illud argumentum .... Spiritus sanctus aut ingenitus est, aut genitus. Si ingenitus, ergo duo erunt principii expertes. Si genitus, vel ex Patre, & sic duo erunt Filii & Fratres: Si ex Filio, jam
Trinitatis mysterium. nobis Deus nepos extitit. Quo quid absurdius fingi potest? Respondet Gregorius, " inter ingenitum &
Joan. cap. 15. genitum esse medium, To procedit; quemadmodum Christus docet, Spiritus sanctus, qui a Patre procedit. Qui quatenus ab illo procedit, creatura non est: quatenus rursus genitus non est, Filius non est. Quatenus autem inter ingenitum & genitum medius est, Deus est. Quæ ergo est hæc processio? inquies. Dic tu, quæ Patris ingenitura sit, & ego Filii generationem, & Spiritus processionem explicare aggrediar, ut ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos injicientes: idque qui tandem? nempe qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire possumus ... nedum in Dei profunda penetrare, naturæque adeo arcanæ, atque omnem rationis facultatem usque adeo superantis rationes reddere. Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest, ad hoc ut sit Filius? Deesse nihil dicimus. Non enim Deo quidquam deest. Verum manifestationis, ut ita dicam, mutuæque eorum relationis differentia diversa quoque nomina ipsis procreavit. Neque enim Filio aliquid deest, ad hoc ut sit Pater. Nec enim defectus est Filiatio; nec propterea tamen Pater est. Alioquin eadem ratione Patri aliquid deerit, ad hoc ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed hæc defectum procul dubio non arguunt, nec essentiæ summissionem. Quin potius ex his verbis, quod genitus non sit, & quod genitus sit, & quod procedat, hoc effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur; atque ita inconfusa trium Personarum distinctio in una divinitatis natura & dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater, unus enim est Pater, sed quod Pater. Nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est, unus enim genitus, sed quod Filius: Tria hæc Unum, si divinitatem spectes, & Unum Tria, si proprietatum rationem habeas. Ut nec Unum Sabellio faveat; nec Tria pestiferæ divisioni, quæ hac tempestate viget. Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? maxime. Consubstantialis igitur? prorsus, siquidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem alterum Filium, alterum qui Filius non sit, & tamen ejusdem cum illo Substantiæ, ac Deum, & Deum admittam. Da mihi tu quoque Deum alium, Deique naturam, & tibi Trinitatem aliam cum iisdem nominibus ac rebus dabo. Cum vero Deus unus, atque una natura supremus sit, unde tandem tibi similitudinem repræsentabo? An rursus postulas ex terrenis & humanis rebus eam duci? Valde profecto turpe est, & valde stultum & inane, ex humilibus rebus superarum cœlestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura .... Sed quis, inquies, Spiritum adoravit? Quis vel veterum, vel recentium? Quis eum oravit? Quo Scripturæ loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Unde hoc hausisti? Nos hujus rei pleniorem causam postea reddemus, cum de non scriptis dogmatibus disseremus. „ En Gregorius recurrit ad traditionem.

Ibid. Et infra. Si Deus, inquiunt, & Deus, & Deus, quid causæ esse potest, quin tres sint Dei? .... Respondet: " Nobis Deus unus est, quoniam una Deitas, atque ad unum, ea quæ ex eo sunt, referuntur: etiamsi tres Personas credimus. Neque enim hoc majus, illud minus est Deus, nec hoc prius, illud posterius. Nec voluntate scinduntur, aut potentia dividuntur, aut denique quicquam eorum, quæ dividuis rebus contingunt, hic quoque reperitur. Sed individua in dividuis sive distinctis est divinitas. „ Demum Spiritus sancti divinitatem ex Scripturis probaturus id observat. Vetus testamentum Patrem aperte prædicabat, Filium obscurius: Novum autem nobis Filium perspicue ostendit, & Spiritus sancti divinitatem subobscure quodammodo indicavit. Nunc vero Spiritus ipse nobiscum versatur, seseque nobis apertius declarat. Tum Spiritus sancti divinitatem probat ex variis ejus nominibus & officiis, quæ ei Scriptura tribuit.

Hiero-

CHRISTI AN. 379. & 380. Hieron. epist. 77. ad Mart. Epist. 38. alias 61.

Hieronymus enim tres in Deo hypostases dicere timeret, Orientalium calumniis exagitatus, Bethleem secessit, paulo post Constantinopolim profectus est, ut audiret Gregorium Nazianzenum, cujus fama remotissimas provincias pervaserat. Antiochiam pertranseuntem eum Sacerdotem ordinavit Paulinus, quem sic contestatus est. Non rogavi te, ut ordinarer; si sic Presbyterum tribuis, ut monachum nobis auferas, tu videris de judicio tuo. Deinde quamprimum se contulit Constantinopolim, ibique Scripturas sacras Gregorio explanante se didicisse testatur: amicisque hortantibus brevem dictasse tractatum de visione, quæ habetur Isaiæ capite sexto; latine reddidisse chronicon Eusebii, quod amicis suis Vincentio & Galieno Presbyteris dedicavit.

De script. Eccl. in c. 6. Isa.

Theodosii baptismus. Sozom. l. 7. c. 4. ed. Vales. Socrat. l. 5. c. 6. ed. Vales.

VI. Theodosius interea debellatis Gothis, barbaros circa Istrum habitantes acceptis obsidibus in fœdus recepit; Constantinopolim posthæc contendens venit Thessalonicam: ubi cum in morbum incidisset, Christianorum more baptismum percipere concupivit; quippe qui jam a majoribus Christianus esset, & Consubstantialis fidem profiteretur. Thessalonicensem Episcopum ea de causa cum ad se accersisset, prius ab eo percontatus est, quam ille fidem sectaretur. Cumque respondisset Episcopus, opinionem Arii ad Illyrici Orientalis usque provincias minime penetrasse, sed eam fidem quæ ab initio ab Apostolis tradita, & postea in Concilio Niceno confirmata est, ab accolis constanter retineri; Imperator ab Ascholio libenter baptizatus est. Paucis post diebus morbo liberatus Constantinopolim advenit. Ascholius natione Cappadox, qui eum baptizavit, vir erat cum sermone, tum operibus eximius, & cunctis Sacerdotalis officii dotibus exornatus. Adolescentiam exegerat in monasterio Achajæ, in quo cum quæreretur a parentibus, dicebat: Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea, nisi qui audiunt verbum Dei, & faciunt? Adhuc junior, sed maturo jam probatus virtutum stipendio, ad summum electus est Sacerdotium, illiusque Ecclesiæ Metropolis Macedoniæ, quam non parum conturbarat ejus prædecessor Erennius, qui Athanasii damnationi subscripserat & communicarat cum Arianis. Victores Gothos a Macedonia suis precibus avertit, terroreque perculsos fugere compulit. Varias causas ei cognoscendas commisit Papa Damasus.

Sozom. l. 7. c. 4. Ambr. Epist. 16. alias 23. Athan. Apolog. Ambr. Epist. 15. alias 22. Bonif. ep. ad Ruf.

Sozom. l. 7. c. 4.

Imperator vero cum ex ejus narratione cognovisset, Ecclesias usque ad Macedoniam inter se consentire, & Deum Verbum & Spiritum sanctum cum Patre venerari, reliquas vero versus Orientem provincias in varias sectas dividi, ac præcipue Constantinopoli, sequentem legem promulgavit. " Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis. Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam Patris, & Filii, & Spiritus sancti Deitatem sub parili majestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes, Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos vero dementes, vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum Ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. „ Datum tertio Kalendas Martias Thessalonicæ; Gratiano Augusto quintum, & Theodosio Augusto primum consulibus, anno scilicet trecentesimo octogesimo. Hanc legem dedit ad populum urbis Constantinopolitanæ. Perpendebat enim animo, fore ut illinc, tanquam ex arce totius Imperii, rescriptum suum reliquis quoque civitatibus brevi innotesceret. In ea ut regulam certam proponit traditionem Romanæ Ecclesiæ, per Romanum Pontificem declaratam, Alexandrinique Patriarchæ judicio receptam. Kalendis Aprilis alia lege sic præcipit. Quadraginta diebus, quæ auspicio cæremoniarum Paschale tempus anticipant, cognitio inhibeatur criminalium quæstionum.

Theodosii lex pro religione Rom. l. 2. cod. Theod. lib. 16.

Sozom. ibid.

Priscillianus quis? Sulp. Sev. hist. l. 2. n. 60.

VII. Priscillianistarum hæresis circa idem tempus in Occidente grassari cœpit. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Memphi ortus. Hujus auditores fuere, Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius. Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, disserendi ac disputandi promptissimus; felix profecto, si non pravo studio corrupisset optimum ingenium; prorsus in eo multa animi & corporis bona cerneres, vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parcissimus. Sed idem vanissimus, & plus justo inflatior profanarum rerum scientia: quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditum est. Is ubi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium, pluresque populares, auctoritate persuadendi, & arte blandiendi, allexit in societatem. Adhæc mulieres novarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio, catervatim ad eum confluebant. Quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens, honorem sui & reverentiam cunctis injecerat. Jamque paulatim perfidiæ istius tabes, pleraque Hispaniæ pervaserat: quin & nonnulli Episcoporum depravati, inter quos Instantius & Salvianus, Priscillianum non solum consensione, sed sub quadam conjuratione, susceperant. Quo Iginus Episcopus Cordubensis, ex vicino agens, comperto, ad Idatium Emeritæ civitatis Sacerdotem refert. Is vero sine modo, & ultra quam oportuit, Instantium & ejus socios lacessens, facem quamdam nascenti incendio subdidit, ut exasperaverit malos, potius quam compresserit.

CHRISTI AN. 380.

N. 61.

Aug. hær. 70. *Priscil. heresis.*

Eorum errores sic exponit Augustinus. Priscillianistæ, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectantur. Quamvis & ex aliis hæresibus sordes, tanquam in sentinam quamdam horribili confusione confluxerint. Propter occultas autem contaminationes & turpitudines suas habent in suis dogmatibus & hæc verba: Jura, perjura, secretum prodere noli. Hi animas dicunt ejusdem naturæ ac substantiæ, cujus est Deus, ad agonem quemdam spontaneum per septem cœlos, & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere, a quo mundum hunc factum volunt, atque ab hoc principe per diversa carnis opera seminari. Astruunt enim fatalibus astris homines alligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum . . . Hæc & alia fabulosa, vana, sacrilega hæresis ista contexit; carnes, tanquam immundas escas, etiam ipsa devitat. Conjuges, quibus hoc malum persuadere potuit, disjungens, & viros a nolentibus fœminis, & fœminas a nolentibus viris. Opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, sed malignis Angelis tribuunt: hoc versutiores etiam Manichæis, quod nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum apocryphis legentes omnia, & in authoritate sumentes: sed in suos sensus allegorizando vertentes, quidquid in sanctis libris est, quod eorum evertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eumdem ipsum esse dicentes; non solum Filium, sed etiam Patrem & Spiritum sanctum. Natali & Dominica die jejunia celebrabant.

Leo ep. 15. alias 99. c. 4.

Priscillianus damnatur,

IX. Damnandis ejusmodi erroribus apud Cæsar-Augustam quarta nonas Octobris anno trecentesimo octogesimo Synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuere. Præfuit Phægadius. Verum hæretici committere se judicio non ausi: in absentes tum lata sententia, damnatique Instantius & Salvianus Episcopi, Helpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eamdem sententiam promendam. Atque id Ithacio Sossubensi Episcopo negotium datum, ut decretum Episcoporum in omnium notitiam deferret, maxime Iginum extra communionem faceret. Qui cum primus omnium insectari palam hæreticos cœpisset, postea turpiter depravatus in communionem eos recepit. Illius Synodi supersunt octo Canones; tertius anathema dicit iis, qui acceptam in Ecclesia Eucharistiam non sumpserint. Antiqua enim facultate eam domum deferendi abutebantur hi hæretici. Quartus sub eadem pœna prohibet, ne quis a decimo sexto Kalendas Januarii, usque in diem Epiphaniæ, se absentet ab Ecclesia. Id moris erat Priscillianistis, qui tum jejunabant, quia Christum expertem carnis humanæ fuisse credebant. Octavus sic habet; Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam Sacerdos comprobaverit. Ab universis dictum est: Placet. Haud dubie de iis loquuntur, quæ vitam agebant in paterna domo,

Synod. Cæsar-Aug. Concil. tom. 1. ed. nov.

CHRISTI AN. 380.

domo, ne multæ, ſub prætextu virgioitatis, Priſcilliani partes ſequerentur. Nam, ut ſupetius obſervevimus, D. Baſilius decimum ſextum ætatis annum eſſignet virginibus, quæ velantur in monaſterio.

Sulp. Sev. l. a. n. 62.

Inſtantius & Salvianus demnati judicio Sacerdotum, Priſcillianum etiam laicum, ſed principem malorum omnium, ad confirmandas vires ſuas, Epiſcopum in Labinenſi oppido conſtituunt: rati nimirum, ſi hominem ecrem & callidum, Sacerdotali authoritate armaſſent, tutiores fore ſeſe. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius inſtare, arbitrantes inter initie malum comprimi; ſæculares judices adeunt, ut eorum decretis etque executionibus hæretici urbibus pellerentur: igitur Idacio ſupplicante, elicitor a Gratieno tum Imperatore reſcriprum, quo univerſi hæretici non eccleſiis tantam aut urbibus, ſed extra omnes terras propelli jubebantur. Quo comperto Gnoſtici diffiſi tebus ſuis, non euſi judicio certare, ſponte ecſſere, qui Epiſcopi videbantur, Cæteros metus diſperſit. At tum Inſtantius, Salvianus, & Priſcillianus Romam profecti, ut apud Damaſum urbis Epiſcopum objecta purgarent: ſed iter îis præter interiorem Aquitaniam fuit; ubi tum eb imperitis magnifice ſuſcepti, ſparſere perfidiæ ſemina, maximeque Eluſenem plebem, ſane tum bonam, & teligioni ſtudentem, pravis prædicationibus pervertere.

Mart. R, 24. Dec.

A Burdigala per S. Delphinum repulſi, tamen io agro Euchrociæ eliquantiſper morati, infecere nonnullos ſuis erroribus. Inde iter cœptum ingreſſi, turpi ſane pudibundoque comitatu, cum uxoribus alienis, in quibus erat Euthrocia, ec filis ejus Procula: de qua fuit in ſermone hominum], Priſcilliani ſtupro gravidam, partum ſibi graminibus abegiſſe. Hi ubi Romam pervenere, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem ejus admiſſi ſunt. Regreſſi Mediolanum, æque adverſentem ſibi Ambroſium repereruot. Tum vertere conſilis, ut qui duobus Epiſcopis, quorum ee tempeſtete ſumma anthoritas erat, non illuſerant, largiendo & ambiendo ab Imperatore copita extorquerent.

Ibid.

Itaque corrupto Macedonio tum magiſtro officiorum, reſcriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta fuerant, reſtirui eccleſiis jubebantur. Hoc freti Inſtantius, & Priſcillianus repetivere Hiſpanias. Nam Salvianus Romæ obieret: ac tum ſine ullo certamine eccleſias, quibus præfuerant, recepere. Verum Ithacio ad reſiſtendum, non animus, ſed facultas defuit; quia hæretici, corrupto Volventio Proconſule, vires ſuas confirmaverant. Quin etiam Ithacius ab his quoque perturbator Eccleſiarum reus poſtulatus, juſſuſque per atrocem executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias: ibi Gregorium Præfectum adiit. Qui compertis quæ geſta erant, rapi ad ſe turbarum authores jubet, ac de omnibus ad Imperatorem refert, ut hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id fruſtra fuit, quia per libidinem &

Num. 63,

potentiam paucorum, cuncta ibi venalie erant. Igitur hæretici, ſuis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut Imperiali authoritate Præfecto erepte cognitio concederetur Hiſpaniarum Vicario; miſſique a magiſtro officiorum, qui Ithacium tum in Treviris agentem ad Hiſpenias retraherent. Quos ille callide fruſtratur: ac poſtea per Britannium Epiſcopum defenſus illuſit. Idacius vero ſcripſit quemdam librum ſub apologetici ſpecie, in quo deteſtanda Priſcillianorum dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonſtrat, oſtendens Marcum quemdam Memphiticum magicæ artis ſcientiſſimum, diſcipulum fuiſſe Manis, & Priſcilliani magiſtrum.

Aug. hær, 70.

Dicitur autem Manis diſcipulus, non quod ejus ætate vixerit, ſed quod pleraque ejus dogmata ſecutus ſit.

Gregor. Nazian. carm. p. 12. & 16.

X. Conſtantinopolitanam Eccleſiam non minus turbavit Maximus Alexandrinus, Cynicus Philoſophus, ex nobili & pie natus familia, cujus etiam aliqui majores fuere Martyres. Peragratis variis provinciis redit in Ægyptum. Hic propter quædam ſcelere virgis cæſus in Oaſim deportatus eſt. Poſt quadriennium revocatus Conſtantinopolim proficiſcitur fame compulſus & inopia. Gregorii familiaritati ſeſe inſinuat, ſe virgas & exilium pro fide ſuſtinuiſſe mentitus, palamque adverſus hæreticos invehebatur, magniſque Gregorium docentem laudibus efferebat, eaque ſimulata pietate perficit, ut menſæ,

Gregor. Nazian. orat. 23. & 24.

domuſque, & conſiliorum eum conſortem haberet; atque in publica oratione laudaret ut confeſſorem illuſtriſſimum. Hic cum Hammone aliiſque ſex claſſiariis Ægyptiacis, prima de Conſtantinopolitano throno invadendo conſilia agitavit. Venerant poſt hac, qui hos ſeptem prius miſerant, tres Epiſcopi, quos delegerat Petrus Alexandrinus, ut Maximum ordinarent; qui Presbyteri Thaſſii auro mutuato, factioſorum præſertim nautarum colluviem redemit, ut eum Epiſcopum plebis nomine poſtularent & tuerentur. Catholicorum eccleſiam de nocte invadit cum ſuis, qui eum in ſede epiſcopali collocant, abſente tunc Gregorio, qui valetudinis cauſe ruri commorabatur. Illius rei rumor mane per urbem ſpargitur; accurrunt Cleri, magiſtratuum complures, Orthodoxorum pars maxima, & ipſimet Ariani tantam temeritatem non ferentes. Maximi cohors fugit in choraulæ domum, ibique Maximus tonſus & ordinatus eſt. Excuſari non poteſt levitas Petri Alexandrini, qui poſt miſſum literis ſuis Gregorio ſuffragium, ut in epiſcopali regiæ urbis cathedra collocaretur, occultis quibuſdam cauſis Maximo favens, eum exturbare noluit.

Gregor. Nazianz. carm. pag. 17.

Gregorius hanc Maximi ordinationem ægerrime tulit, adeo ut de relinquenda Conſtantinopoli deliberarit. Sed ubi præſente Eccleſia palam dixit: Filii, beatiſſimæ Trinitatis, meique eſtote memores, intellecto ejus conſilio in gemitus erumpunt, magiſtratus, & milites, una cum Clero & virginibus frequentes eum circumſtant, exorantque epiſcopatum accipiat. Ille ſedem ſibi non recte traditam, ſcilicet abſque conſenſu Epiſcoporum admittere noluit. Illi ſummis precibus ac votis agunt, ſaltem ut maneret, gregemque truncibus lupis ne addiceret. Gregorius lacrymas non tenens, ac mutus in medio ſtabat, cum eorum voces comprimere, & quod poſtulabant, promittere non poſſet. Vergebat jam dies in veſperam, tum ſinguli jurant non prius ſibi fore quietem, etiamſi in æde ſacra moriendum ſit, quin eorum precibus annuiſſet. Aliquis etiam exclamavit: Tu Trinitatem nunc Pater tecum ejicis. Gregorius timens ne reipſa diſceſſu ſuo huic Eccleſiæ aliquid mali contingeret, jurare quidem abnuit, ſemper enim a baptiſmo juramentum omne vitaverat, ſpopondit autem ſe non exiturum, donec Epiſcopi venirent, quos propediem affore ſpes erat: certam quietem iam ſibi pollicens, ut brevi receſſurus. Plebs læta diſceſſit, quaſi paſtorem certo poſſideret. Orthodoxis propter hæc adverſa jam erat charior. Hæretici ſoli lugebant de concordie Catholicorum, quos ſchiſmate dividendos ſperaverant.

Holſten. collect. Rom.

Aſcholius Theſſalonicenſis cum aliis Macedoniæ Epiſcopis rem totam Damaſo Papæ ſignificavit, qui reſcripſit, Maximi quidem ordinationem improbans, ſed addit: " De cætero commoneo ſanctitatem veſtram, ut quia cognovi diſpoſitum eſſe Conſtantinopoli Concilium fieri debere, ſinceritas veſtra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis Epiſcopus eligatur, qui nullam habeat reprehenſionem; ut Deo propitio eum integre pax Catholicorum Sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps diſſenſiones in Eccleſia oriantur... Illud præterea commoneo dilectionem veſtram, ne patiamini aliquem contra ſtatuta majorum noſtrorum de civitate alia ad aliam tranſire."

Gregorii & Maximi promotionem improbat.

Ibid.

Aſcolio privatim ſcribit, ut daret operam ut Epiſcopus Conſtantinopoli Catholicus conſtitueretur. Quibus verbis Gregorii promotionem ratam non habet. Maximus a Theodoſio rejectus Alexandriam navigat, miniſque Petrum aggrediens, aut mihi, inquit, Conſtantinopolitanam Sedem aſſere, aut a tue non abſtinebo. Alexandriæ Præfectus ſeditionis metu (factioſos enim pecunia ſibi ſociarat Maximus) eum urbe pepulit, & aliquamdiu quieſcere coegit.

Socrat. lib. 5. Sozom. l. 7. c. 5.

XI. Theodoſius debellatis ac pacatis barbaris Conſtantinopolim advenit die octavo Kalendas Decembris anni trecenteſimi octogeſimi. Ariani adhuc eccleſiis potiebantur, quibus præerat Demophilus, cui per internuntios mandavit Imperator, ut Nicæni Concilii fidem ſequeretur, & populum ad concordiam revocaret: ſin minus, eccleſiis cederet.

Eccleſia reſtituuntur Orthodoxis.

Qui ſtatim convocata populi multitudine, præceptum Imperatoris eis expoſuit; & poſtridie extra urbem ſe collectas celebraturum pronuntiavit. Deinceps populum extra urbem collegit, & una cum illo Lucius, qui ab Arianis Alexandriæ epiſcopus fuerat conſtitutus; inde expulſus fugit Conſtantinopolim. Itaque biduo poſt Imperatoris ingreſſum Orthodoxi eccleſias obtinuerunt: annus erat, ex quo Ariani illas occupaverant, quadrageſimus.

Gregor. Nazian. carm. pag. 21.

Gregorius tam quietis amans & otii, quam expers ambitionis, viſa factione

quam

Christi An. 380.

quam Maximi ordinatio pepererat, de relinquenda Constantinopoli semper cogitabat; quem Imperator benigne amplexus, o Pater, inquit, Deus tibi tuisque sudoribus per me Ecclesiam tradit. Jam tempus aderat quo promissum exequeretur, militumque vis maxima templum primarium obtinebat. Ira frementes Ariani vicos & domus repleverant; gemitus, dolores, lacrymæ, clamores referebant speciem capti bellico insultu oppidi. Gregorius una cum Imperatore medius inter milites ibat, mente & oculis in cœlum ita defixis, ut prius in media æde sacra consisteret, quam præsensisset. Orientem solem obscurabat aer nubilus; sed vix Imperator & Gregorius cancellos introierant, ubi primum cœpit divina psalmodia, discussis nebulis sol clara luce resplenduit; quæ res cum piam plebem metu solvisset, ingeminatis vocibus Gregorium postulat Episcopum; huc, omnina excepto, vota tendebant omnium. Gregorius cum præ metu non posset loqui; omnes per vicinum Presbyterum monet, ut omissis clamoribus, gratias agant Deo propter acceptum beneficium, & de throno alias agerent, quæ verba magno plausu populus excepit, Imperatorque discedens, Gregorii laudavit modestiam. Paucos post dies eum populus vel reluctantem in Episcopali throno sedere compulit. Nolebat enim vacantem hanc sedem occupare, nisi ex decreto Concilii, quod sciret id sacris Canonibus prohibitum.

Ib. p. 22. — Concil. Antioc. c. 16.

XII. Interea casus accidit, qui devinciendis hostium animis Gregorio multum profuit. Morbo decumbebat, ægriqua cubiculum complures ingressi, post peractas Deo gratias propter salutem Imperatoris, & receptas ecclesias, excedunt. Adolescens tunc quidam relictus, manibus suis S. Præsulis pedes comprimens, cum lacrymis sceleris veniam postulabat; Gregorio sciscitanti quid sibi vellet, nihil respondet, lugens tantum veniam orabat. Tum præsentium unus ait: Hic est ille carnifex tuus, qui te occidisset, nisi Christus tibi fuisset auxilio; reipsa ipsum subornarant Ariani, ut euntem in ecclesiam, ipsum ense trajiceret. Quo audito, juvenem sic alloquitur: Tibi Servator ignoscat: hoc solum ob facinoris purgationem a te peto, ut hæresim execreris, meusque fias. Mansuetudo tanta cognita civitatem Gregorio conciliavit. Priusquam adventaret Imperator, non minus clementer se gesserat erga virgines & monachos Arianos, qui vel in ipsa ecclesia sacris operantem lapidibus incesserant. De qua sic scripsit ad Theodorum Tyanensem Episcopum..... Lenitate atque clementia uti satius est, multisque per ea quæ perpetimur lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Pleriqua enim sunt, quos non tam oratio movet, quam actio .... magnum esse censemus de iis, a quibus læsi sumus, pœnas sumpsisse; magnum, inquam, nam & hoc ad aliorum vitia corrigenda utile est. At multo hoc majus & divinius est, acceptam injuriam tolerare. Illud enim improbitatem coercet; hoc autem ad probitatem adducit; quod quidem longe præstantius, ac perfectius est, quam a vitio abstinere.

Gregor. Nazianz. epist. 81.

Imperator domum Episcopalem, opesque ac reditus Ecclesiæ ei tradiderat, sed de tot sacris vasis, immensisque proventibus, quos Imperatores, viriqua totius Orbis primarii ei dederant, nihil usquam reperit vel in literis Præsulum Arianorum, nec eorum calculum ex quæstoribus cognoscere potuit; nihil ulterius sibi inquirendum ratus, quievit: Deo & sibi vacans domi assiduus, potentes sola necessitate compulsus invisebat; sic raro prodiens, magnam sibi peperit venerationem. Petrus Alexandrinus cum annos circiter septem sedisset, vitæ concessit. Eum veræ piæque doctrinæ exemplum omnibus imitandum proposuit Theodosius Imperator, ut constat ex ejus lege mox laudata. Præter ejus epistolam de persecutione Lucii, scriptorum ejus fragmenta tantum quædam supersunt, quæ laudavit Facundus. Fratrem suum successorem in episcopatu habuit Timotheum.

Gregor. Nazianz. carm. pag. 23.

XIII. Theodosius Ecclesiæ tranquillitati consulens, suæ ditionis & fidei episcoporum Concilium convocat, quo & Nicæna fides confirmaretur, & Constantinopoli ordinaretur episcopus. Et quoniam in spem venerat Macedonianos fidei suæ posse sociari, eorum quoque Antistites evocavit. Conveniunt igitur ex iis qui fidem Consubstantialis profitebantur, centum & quinquaginta, quorum præcipui erant tres Patriarchæ, Timotheus Alexandriæ, S. Meletius Antiochiæ, S. Cyrillus Hierosolymæ, & S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius Nyssæ, ejusque frater, S. Petrus Sebastæ, S. Amphilochius Iconii, S. Pelagius Laodiceæ, S. Eulogius Edessæ. Macedonianæ vero partis triginta sex erant episcopi, quorum principes erant Eleusius Cyzicenus, & Marcianus Lampsaci Episcopus, pleriqua ex civitatibus Hellesponti. Convenerunt itaque anno scilicet trecentesimo octogesimo primo, mense Majo, vel, ut habetur in manuscripto Codice Græcæ Ecclesiæ, septimo Idus Julias. Nulli erant Occidentales & Afri: nullus qui Damasi Papæ vices ageret & locum teneret. Ac proinde Concilium illud nec convocatione, nec celebratione fuit œcumenicum, sed exitu; nempe cum Occidentales in Romano Concilio præsidente Damaso Papa, ejus fidei definitionem comprobarunt.

Concilium Constantinop. Sozom. l. 7. c. 7. — Christi An. 381. — Theod. hist. l. 5. cap. 7.

Theodosius, qui paucis diebus priusquam renuntiaretur Imperator, viderat Meletium, sibi chlamydem imperialem & capiti coronam imponentem, cum universus Episcoporum cœtus in palatium venisset, vetuit ne quis ipsi renuntiaret quisnam esset magnus Meletius, quem ut primum intuitus est, aliis relictis ad eum accurrit; ac veluti filius amantissimus, post longum temporis spatium paterno conspectu fruens, eum complexus, osculatus est.. Visionem quoque, quam in somnis viderat, ei narravit. Post hæc cum reliquos etiam omnes benigne accepisset, hortatus est, ut tanquam Patres de rebus propositis deliberarent. Synodi fuerunt Præsides tres Patriarchæ Sedis suæ prærogativam retinentes.

Theod. l. 5. c. 6. edit. Vales. — Libel. Synod. Phot. de Synod. Conc. tom. 1. nov. ed. tom. 2.

Actum est primo de constituendo Constantinopoli Episcopo. Et de Maximo Cynico placuit, cum neque episcopum esse, vel fuisse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu Clerici sunt ordinati. Cum omnia quæ ab ipso perpetrata sunt, in irritum deducta esse videantur. Maximum tamen a Damaso dejectum recte scripsit Nicolaus Papa primus; siquidem, ut constat ex dictis, ejus ordinationem ut illegitimam rejecerat Damasus. Posthæc annitente Imperatore, qui Gregorii virtutem admirabatur & eloquentiam, Patres Gregorium Theologum constituunt Constantinopolitanum Episcopum. Consensit ipse sperans fore ut dissentientes partes sic facilius conciliaret.

Lab. Nicol. 1. ep. ad Mich. Imp. — Gregor. Nazian. Carm. pag. 24. — Theod. hist. l. 5. cap. 8.

XIV. S. Meletius ad vitam doloris expertem migravit, postquam omnes ad pacem cohortatus est, omnium qui dicendi facultate pollebant, funebribus orationibus celebratus; sola superest D. Nysseni oratio, quæ triumphantem in cœlis Meletium exhibet. Ejus mores sic depingit Gregorius Nazianzenus: Vir erat admodum pius, simplex, apertis moribus, plenus Deo, placidusque vultu, fortis & prudens simul: bis exilium fidei causa sustinuerat. Hinc Orthodoxos ab ejus nomine Meletianos vocabant Ariani. Viginti annis Antiochenæ præfuit Ecclesiæ. Magna pompa urbs regia sancto Præsuli justa persolvit, accensis innumeris cereis, populisque prosequentibus dum in suam Ecclesiam deportaretur hic thesaurus ingens. Per totam viam publicam ex Imperatoris jussu, illius corpus intra urbes receptum est, præter morem institutumque Romanorum, & psalmorum cantibus per singula loca alternatim receptum, honorificeque Antiochiam usque deductum est: cum ut Sanctum veneratur universalis Ecclesia; quem honorem ejus competitori Paulino non detulit.

S. Meletii mors. — Ibid. — Facund. l. 8. c. 5. — Sozom. l. 7. c. 10.

Meletii morte finitum videbatur schisma. Ipse enim & totus Clerus cum Paulino in eas conditiones convenerant, si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum, superstite altero, fieret: ac proinde mortuo Meletio, consequens erat ut Paulinus ab omnibus pro Episcopo haberetur. Præterea Dorotheum ibidem Arianorum episcopum ejecerat Imperator. Unus igitur tantum supererat Pastor, sub quo fuisset unum ovile. Verum spreto fœdere Flavianum Orientalis Diœcesis episcopi episcopum ordinarunt. Quam ordinationem ut legitimam Synodus etiam universa suscepit. Flavianus, qui Meletium secutus, Constantinopolim venerat cum Elpidio presbytero, electioni suæ consensit contra sui jurisjurandi fidem, cumque consecrarunt Diodorus Tarsi, & Acacius Berœæ. Displicuit Gregorio perfida hæc ordinatio. Maxime cum dicebat in conditione, quæ cum Paulino facta fuerat. Quandoquidem non tantum de unius Urbis, sed Orbis totius pace ageretur; Occidentales enim Paulino favebant, quorum iram lenierat moderatio Meletii,

Sozom. l. 6. c. 3. — Ep. Syn. Concil. Constantinopol. — Sozom. l. 7. c. 11. — Gregor. Nazianz. Carm. p. 25. & 26.

qui

Christi An. 381.

qui successorem ei datum nunquam ferrent. Exspectandam proinde suadebat Paulini mortem jam senioris, ut communi utriusque partis voto successor eligeretur, paxque firma sic stabiliretur. Econtra sibi successorem dari postulat, ut vitam agere possit periculis liberam, etsi ingloriam. Optimum erat consilium, sed Flaviani fautoribus ingratum, quod & Orientalium animos exasperavit. Juniores clamabant, sibi fieri injuriam, si Occidentalibus cederent Orientales, in quorum regione natus esset Christus. Flavianus quidem tanta Sede dignus videbatur, ejusque amici omni ratione tentarunt, Gregorium in suas partes pertrahere, ut tanti viri suffragio suæ electioni pondus adderent. Immobilis ille perstitit in sententia, suamque salutem Ecclesiæ paci posthabuit. Imo non sine indignatione excessit e Synodo, episcopalique domo deserta, in aliam concessit, perfidam electionem exceratus. Ejus consilium præsentiens populus, frequens eum adit exoratque cum lacrymis ne eos relinquat, quos tanto labore in recta fide instituerit. Hæc licet ipsum permoverent, firmus tamen stabat. (Ib. p. 28.)

XV. Interea adveniunt Ægyptii & Macedones, qui ægre ferebant se absentibus Gregorii electionem peractam esse, & Paulino, cui favebant, datum esse æmulum. Hinc non tam odio Gregorii, quam ut dolorem inurerent Orientalibus, qui pariter ipsis infensi erant, eo quod communicarent cum Occidentalibus. Ægyptii igitur & Macedones Gregorii promotionem infirmare nituntur authoritate decimi quinti Canonis Nicæni, quo vetatur, ne a civitate in civitatem episcopus transeat, & si factum fuerit, infirmabitur, & Ecclesiæ restituetur, cui ordinatus fuerat. Ab ea lege procul dubio liber erat Gregorius, qui nec sponte Constantinopolim venerat: neque ulli fiebat injuria, si collatum a Synodo retineret Episcopatum, cum nullus Constantinopoli foret Antistes Catholicus; & Sasimis, cui quidem Ecclesiæ fuerat destinatus, numquam pedem posuerat prohibitus ab Anthimo, qui alium substituerat. Nazianzi vero episcopus numquam creatus fuerat, ut ipse testatur; res eo processit, ut insignes Episcopi ab Ægyptiorum communione se removerent, unaque cum Gregorio collectas celebrarent. (Ib. p. 29.)

Gregor. Naz. ep. 42. Theod. l. 5. c. 8.

Gregorius autem tempus nactus opportunum, pacis & otii amans, in medio cœtu surgens, hortatur omnes ut nulla sui habita ratione reconciliarentur; & licet excitati turbinis causa non sit, ut alium Jonam demergerent; hunc locum, inquit, invitus accepi, nunc excedo libens. Facilis ei cœtus assensit; ille discedit.

Carm. p. 30. *Gregorius Naz. episcopatum abdicat.*

Hinc adit Imperatorem, postulatque ceu maximam gratiam, ut sibi liceat cedere invidiæ, siquidem omnibus, etiam amicis, odio esset, quod nihil præter Deum spectare posset. Imperator his verbis plausum dedit, aliique pariter, & licet ægre ejus votis annuit. Haud dubie Damasi literas, quibus Gregorii electionem improbabat, Theodosio communicarat Ascholius. Plerique Episcopi, tanti viri & tam bene de Ecclesia meriti tristem exitum ægre ferebant, quos ut solaretur Gregorius, in majore Ecclesia præsentibus Synodi Patribus habuit orationem. In ea primo exponit miserum illius Ecclesiæ statum, cum missus venit Constantinopolim, ubi pauci admodum erant fideles Pastore destituti, quam florentem & numerosissimam reliquit; doctrinæque suæ rationem reddidit brevi expositione mysterii sanctissimæ Trinitatis. Tum Sabellii & Arii errores oppositos rejecit, additque: Nos vero media & regia via incedentes .... credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum ejusdem Substantiæ & gloriæ. In quibus & baptismo sua perfectio constat ..... Unum quidem quoad essentiam ac divisionis omnis expertem credentes, Tria autem quantum ad hypostases seu personas, ut nonnulli malunt. Desinant enim qui de his inter se contendunt, ineptire, perinde ac si fidei nostræ pietas in nominibus, non in rebus consistat. Ostendit utriusque vocis eumdem esse sensum apud Doctores Catholicos, nimirum tria esse differentia non naturis, sed proprietatibus. Hanc doctrinam se gratuito, & non sine magnis laboribus docuisse profitetur. Unde concludit: Laborum præmium mihi date. Quod tandem? .... Quod mihi tuto postulare licet. Diuturnis laboribus nos levate ac recreate; alium subrogate. Deinde luxum, fastum, superbiam & contentiones eis objicit, opponitque suam in persecutionibus patientiam, paupertatem, & in dignitatibus modestiam. Demum per- (Gregor. Nazianz. or. 32.)

secutionis atrocitatem sub Valente sic describit. Pridie Kalendas Januarias ejusdem anni consignatur ejus testamentum, quo hæredem Nazianzi instituit Ecclesiam. Verum & genuinum illud censent non pauci periti critici: aliis dubium merito videtur. Nam præterquam quod a Brissonio primum editum est; Gregorius post suam abdicationem, cum Nectarius jam creatus esset Episcopus, seipsum in eo Ecclesiæ Constantinopolis Episcopum nominat, Cæsarii fratris sui vestes omnes sericas linealque legat Alypianæ, quam suam vocat filiam, generumque suum dicit ejus maritum. Constat tamen apud omnes Gregorium vitam egisse cœlibem; & ipse scribit de matre Nonna: Omnes filii, id est, Cæsarii opes pro eo se in sepulcrale munus daturam recepit. Unde igitur illæ vestes sericæ, quæ legantur filiæ? Ecclesiam tamen Nazianzi hæredem habuisse minime dubium est. Id enim, ut supra diximus, ei mandarant parentes. Quod exemplum postea secuti sunt plerique Episcopi. (Christi An. 381.) (Gregor. Nazianz. or. 10.)

Sozom. l. 7. c. 7. & 8.

XVI. Imperator cohortatus est Episcopos, ut diligens fieret inquisitio optimi atque integerrimi viri, cui Regiæ civitatis Sacerdotium committeretur. Sed omnium non idem fuit studium. Eo tempore Nectarius quidam, Tarso Ciliciæ oriundus, vir senatorii ordinis, Constantinopoli degebat. Qui cum in patriam reverti jam pararet, adiit Diodorum Episcopum Tarsi, velut laturus epistolas, si quas ille Tarsum scribere vellet. Qui Nectarium conspicatus, eum Episcopatu dignum esse censuit, suumque ei destinat suffragium, canitiem viri, vultumque Sacerdotio dignum, & morum suavitatem considerans. Itaque tanquam alterius negotii causa, eum ad Flavianum Antiochenum Episcopum deduxit, multisque laudibus prosecutus, oravit ut illum suffragio adjuvaret. Ille Diodori suffragium derisit. Nihilominus evocatum ad se Nectarium aliquantulum temporis opperiri jussit. Haud multo post cum Imperator mandasset Episcopis, ut nomina eorum, quos quisque Episcopatu dignos judicaret, in charta perscriberent, unumque ex omnibus eligendi facultatem sibi ipse reservasset, Flavianus omnium postremum adjecit Nectarium in gratiam Diodori. Imperator igitur perlecto indiculo eorum qui inscripti fuerant, substitit in Nectario, & intenta mentis acie secum ipse consultabat, digito in postremum vocabulum impresso; rursusque ad caput reversus, cum cunctos ordine percurrisset, Nectarium elegit. Tum vero admiratio omnes invasit; quærebantque, quis, & unde esset Nectarius ille. Cumque didicissent ne sacro quidem lavacro eum initiatum esse; inopinatum Principis judicium eo amplius mirabantur. Verum hæc non sine Dei nutu evenere. Siquidem Imperator postquam eum baptismi expertem intellexisset, in eadem sententia permansit, multis licet Episcopis refragantibus. Postquam vero cesserunt omnes, & Imperatoris sententiam suffragio suo comprobarunt, baptizatus est, & adhuc Neophyti vestem indutus communi totius Concilii calculo Episcopus Constantinopolis renuntiatur. (*Nectarius fit Episcopus.*)

Bonifac. a. ep. ad Episcop. Maced. & Athan. apud Holstein. Sozom. l. 7. c. 10.

Theodosius missis e latere suo aulicis cum Episcopis, formatam Nectario a Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret. Nectarius vero Cyriaco Adanorum Episcopo præceptore usus, Sacerdotale officium condidicit. Diodorum enim rogaverat, ut ille aliquamdiu secum maneret. Sed & alios multos Cilicas pellexit ut secum morarentur, atque inter cæteros Martyrium, quem cum familiarem haberet & medicum, Diaconum ordinare cogitabit. Sed Martyrius nequaquam id fieri passus est, indignum se divino ministerio affirmans, ipsumque Nectarium anteactæ vitæ testem esse jubens. Cui Nectarius; an non ego, inquit, qui nunc Sacerdos sum, meam retro vitam multo quam tu negligentius traduxi, sicut tu ipse testari potes, qui intemperantiæ meæ sæpius ministrasti? Ille subjiciens, at tu, inquit, o beate, percepto recens baptismo mundatus es, & post baptismum Sacerdotium accepisti. Horum vero utrumque ad expianda peccata lege divina constitutum est. Ego vero, qui jam pridem sacrum baptismum consecutus sum, in eadem qua prius vivendi ratione perseveravi. Quapropter ordinationem detrectavit.

Sozom. l. 7. c. 9. Ib. c. 7.

XVII. Posthæc tam Nectarius, quam reliqui Episcopi in unum convenientes decreverunt, ut Nicæni Concilii fides rata permaneret, universæ autem hæreses anathemate damnarentur; postularuntque a Macedo-

CHRISTI AN. 381.

Macedoniani. heresis circa Filium & Spiritum sanctum.

nianis, ut eum ipsis consentire vellent, revocantes illis in memoriam legationem, quam ad Liberium miserant, & sponsionem, quam ei fecerant per Eustathium, Sylvanum ac Theophilum. Verum illi cum diserte affirmassent, numquam se Consubstantialem Patri Filium asserturos esse, etiamsi contraria iis quæ Liberio polliciti fuerant, dicturi essent, discesserunt; & ad eos qui in singulis urbibus opinioni ipsorum adhærebant, literas scripserunt, ne decretis Nicænæ Synodi consentirent. Patres vero confirmata fide quæ Nicææ fuerat promulgata, ejus symbolo quædam addidere; primo circa mysterium Incarnationis; hæc in Nicæno legebantur. Incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, unde venturus est judicare vivos & mortuos. In Constantinopolitano dicitur. Incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est, & tertia die resurrexit secundum Scripturas, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Nicænum omissis sequentibus articulis in hæc pauca de Spiritu sancto desinebat. Et in Spiritum sanctum credimus. Constantinopolitanum sequentia continet: "Credimus in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum, qui locutus est per sanctos Prophetas, & unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum; & vitam futuri sæculi." Symbolum Constantinopolitanum postea Neophitis, priusquam baptizarentur, tradidit Ecclesia, inseruitque Fidei professionibus, ut constat ex ea, quam emisere Romani Pontifices, priusquam consecrarentur; Nicæni tamen nomen retinuit.

Theod. hist. l. 5. cap. 8.

Fidei definitio. Concil. tom. 1. nov. ed. 10. 2. Lab.

Joan. Diac. in vit. S. Gregor. Conc. Constan. sub Menna.

Constantinopolitani Patres Deum dixere primo Creatorem cœli & terræ, visibilium & invisibilium; contra Manichæos duorum principiorum assertores. Secundo. Christum natum ex Patre ante omnia sæcula, contra Photinum, qui Christum, qua Verbum est, negabat æternum, vel beatæ Mariæ præextitisse. Tertio. Ex Maria Virgine natum, contra quosdam Apollinaris discipulos, qui Servatoris carnem e cœlo allatam finxerant. Quarto. Regni ejus non erit finis, ut Millenariorum & Marcelli hæreses refellerent. Macedonii vero hæresim damnarunt insertis de Spiritu sancto iis verbis quæ retulimus. Pullulantes vero sectas reprobavera per has voces; Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam; & per illas: Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, repressere rebaptizantes.

Ibid.

Tres etiam edidere Canones, primus sic habet: "Fidem non violandam Patrum trecentorum decem & octo, qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt, sed manere eam firmam & stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, & specialiter Eunomianorum, & Arianorum, & Macedonianorum, vel Spiritui sancto resistentium, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinariorum." Secundi Canonis tres sunt partes, in prima majorum Diœceseon terminos definiunt, prohibentque ne Patriarchæ vel Metropolitani accedant ad Ecclesias, quæ sunt ultra fines suos; Diœcesis porro tunc multas complectebatur provincias ecclesiasticas. In secunda vetant ne Episcopi non vocati ultra suam Diœcesim accedant ad faciendas ordinationes, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas, & cujusque provinciæ Synodo rerum ecclesiasticarum dispensationem attribuunt. In tertia parte jus novum sic condunt. Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primatum post Romanum Episcopum, propterea quod urbs ipsa sit junior Roma. De Canonis hujus veritate dubitare non permittit authoritas Chalcedonensis Synodi, quæ sessione decima sexta illius meminit. Tertius Canon est de abdicatione Maximi. Horum tantum trium Canonum meminere Patres in sua Synodica. Tres igitur ultimi, licet in Græcorum collectionibus reperiantur, ab alia sanciti sunt Synodo.

Ibid.

Septimo Idus Julias Imperatori significarunt decreta Concilii, quæ suis literis subjecere. Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas quoque tuæ pietatis ratum habeatur Concilii decretum; ut sicut literis quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam finem rerum, quæ decretæ sunt, obsignes. Theodosius Patrum postulatis annuens sequentem legem promulgavit. "Episcopis tradi omnes Ecclesias jubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum confitentur, Personarum assertionem & divinitatis unitatem profitentes .... Quos constabit communione Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, nec non intra Ægyptum, Timothei Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos. Quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi: in Asia Proconsulari, atque Asiana Diœcesi Amphilochio Episcopo Iconensi, & Optimo Antiochiæ Pisidiæ Episcopo: in Pontica Diœcesi, Helladio Episcopo Cæsariensi, & Otrejo Melitteno, & Gregorio Episcopo Nysseno; Terennio Episcopo Scythiæ. Marmario Episcopo Marciopolitano communicare constiterit. Hos ad obtinendas Ecclesias Catholicas, ex communione probabilium Sacerdotum oportebit admitti. Omnes autem qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fide communionis dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificium facultatemque permitti, ut veræ ac Nicænæ fidei casta Sacerdotia permaneant, nec post evidentem præcepti nostri formam malignæ locus detur astutiæ." Datum tertio Kalendas Augusti Heracleæ. Hanc legem dedit ad Auxonium Asiæ Proconsulem; in ea quippe provincia plures erant hæretici præsertim Macedoniani. Extenditur ad quinque Diœceses subjectas Præfecto Prætorii Orientis: hæ sunt Syria, Ægyptus, Asia, Pontus, & Thracia; & licet ad hanc ultimam pertineret Constantinopolis hactenus subjecta Metropoli Heracleensi, ejus Episcopum Nectarium recens ordinatum primo loco nominat Imperator, etiam ante Timotheum Alexandrinum. Quod certum est indicium ei modo collati secundi honoris gradus in Ecclesia. Flavianus Antiochiæ in Syria necdum erat ordinatus, nam actis Synodi subscripsisse non legitur: sed Meletius. Aliam quoque legem dedit adversus hæreticos. "Nullus, inquit, hæreticis mysteriorum locus, nulla exercendi animi obstinationis dementiam pateat occasio, ... Tertia lege data Kalendis Augusti Fisco addicit templa, quæ vel in agris, vel in urbibus ædificarent Eunomiani, Ariani, & Aetiani.

CHRISTI AN. 381.

Cod. Theod. lib. 3. de Fide Cathol.

Theodosii leges pro Ecclesia.

Cod. Theod. lib. 6. de hær.

XVIII. Ex Flaviani reditu ingens perturbatio Antiochensem Ecclesiam iterum occupavit, & plurimi se ab ejus communione sejunxerunt, ac seorsim sub Paulino collectas celebrarunt. Sed & Sacerdotes ipsi inter se hujus rei causa dissidebant. Et Ægyptii quidem cum Arabicis & Cypriis, Paulini tanquam injuria affecti vicem dolebant. Syri vero & Palæstini ac Phœnices, & ex Armeniis, Cappadocibus, Galatis ac Ponticis plerique Flaviani partes fovebant. Episcopus Romanus ac reliqui Occidentalium partium Sacerdotes non mediocriter indignabantur, & ad Paulinum quidem tanquam Episcopum Antiochiæ scribebant epistolas Synodicas: ad Flavianum vero nullas literas dabant. Quin & Diodorum Tarsi, & Acacium BerϾæ Episcopum, qui illum ordinaverant, in crimen vocabant, & ab eorum communione abstinebant. Paulo post Imperator eum de iis, quæ Paulo quondam Constantinopolis Episcopo acciderant, certior factus esset, illius corpus ex urbe Ancyra Constantinopolim transferendum curavit, atque in maxima Ecclesia sepelivit, quam Macedonius ejus persecutor ædificaverat, & quæ hactenus ipsius vocabulo insignita est. Quæ causa fuit ut multi veritatem rei ignorantes, ac præsertim mulieres, & quamplurimi ex plebe, Paulum Apostolum illic conditum esse postea suspicarentur.

Sozom. l. 7. c. 11.

Schisma crescit.

Ib. c. 10.

Socrat. l. 5. c. 9.

Ecclesiarum & sacrarum reliquiarum custodes jam dudum fuisse institutos, indicat lex Theodosii, qui eo anno eos a personalibus muneribus exemit: Alia lege Manichæorum testamenta & donationes irritavit, & qui mutatis nominibus huic legi derogabant. Altera eos morti addicit, qui Encratitas, Saccophoros vel Hydroparastatas se nominarent; & Prætorii Præfecto Floro præcepit, ut designaret inquisitores, qui deprehensos in jus vocarent; nec ullos agere conventus eis permitterent. Christianis etiam, qui Pagani fierent, testandi facultatem eripuit. Atque ita primus insurrexit in apostatas. Denique Paganis quibuslibet interdixit sacrificia, sed templa eis non ademit. Imo ne cele-

Cod. Theod. l. 26. de Episc.

Ib. l. 7. de hær. & l. 9.

Ib. l. r.

Ib. l. 7.

CHRISTI AN. 381.

celeberrimo templo Osdroenensi, in quo erant pretiosa simulacra, prohiberentur, constituit, lege data decimo tertio Kalendas Januarii anno trecentesimo octogesimo primo.

Synodus Aquilejensis. Ambr. tom. 2. inter primas ejus epist.

XIX. Duobus mensibus post Constantinopolitanam Synodum, scilicet tertio nonas Septembris, Aquilejæ in ecclesia contra Palladium, & Secundianum Arianos Episcopos convenere triginta tres Episcopi plerique Itali. Sed aderant Galliarum Legati quinque, quorum primus fuit Constantius Sciscienfis; aderat & D. Justus Lugdunensis Episcopus. Duo Illyrici, Occidentales tres, primus Anemius Syrmiensis, quem Episcopum constituerat Ambrosius; Africæ duo, Primus, Felix; nullus ex parte Damasi, & Hispanorum, & Orientalium venerat. S. Valerianus Aquilejensis in actis primus nominatur; Ambrosium tamen ei præsedisse totius rei gestæ series probat. Perlectis Gratiani literis, Ambrosius jubet legi epistolam, quam ad Alexandrum scripserat Arius, eamque a Palladio damnari petit. Palladius dixit: absentibus Episcopis Orientalibus nostris consortibus, nos respondere non possumus. Cumque semper tergiversaretur provocans ad generalem Synodum: Arii epistolæ singulas partes percurrens Ambrosius interrogat, an damnet Arium, qui negabat Dei Filium esse sempiternum? Cumque semper respondere detrectaret, Patres unanimi consensu dixere anathema ei, qui negaret Dei filium esse sempiternum, & Patri coæternum. Ambrosius post hæc instituit, ut Palladius Dei Filium esse Deum verum, & verum Dominum confiteretur. Palladius respondit, eum esse verum Dei Filium, unigenitum. Huic responsioni cum insilens eluderet Episcoporum interrogationes,
1.Joan.5. Ambrosius dixit: Dic quod dixit Joannes Evangelista: Hic est verus Deus. Palladius dixit: Absque Filio alius genitus non est ..... Ambrosius dixit: Anathema ei, qui non confitetur verum Dominum Filium Dei. Omnes Episcopi dixerunt: anathema habeatur. Pariter Ambrosio postulanti, ut diceret Filium Dei habere immortalitatem secundum divinitatem, cum responderet tantum eum esse incorruptibilem secundum divinitatem, omnes Episcopi dixerunt: Anathema habeatur qui negat Filium Dei habere immortalitatem secundum divinitatem .... Palladio, qui negabat Filium a se esse sapientem, cum tamen esse sapientiam fatebatur; omnes dicunt anathema.

Ibid. Palladius vicissim petiit ut ejus propositis responderent Episcopi, contestans se eis non responsurum; adquieverunt. Dixit igitur: Pater major est, an non? Ambrosius dixit: Scriptura habet: Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum
Philip.2. factus, usque ad mortem. Et addidit: Vides quia in forma Dei æqualis est? Et formam servi accepit: In quo ergo minor est? Secundum formam utique servi, non Dei: petiitque a Palladio, ut idem diceret: qui ad alia divertit, falsavitque Scripturas dicens: Qui me misit, major me est. Ideoque ei rursus dictum est anathema. Palladius voluit exire; ægre retentus dixit: Filius est subjectus Patri. Ambrosius dixit: subjectus est secundum carnis rationem.

Palladius exinde, & factionis ejus Presbyter Attalus noluerunt ulli respondere quæstioni, sed ad plenarium provocabant Concilium, cui interessent Orientales. S. Eusebius Episcopus Bononiensis dixit: superfluis immoratur. Tot impietates Arii Palladius noluit condemnare; imo potius adserendo confessus est. Hunc qui non damnat, similis illius est, & hæreticus jure dicendus. Omnes Episcopi dixerunt: A nobis anathema sit Palladio. Ambrosius dixit: Adquiescis Palladi, ut cætera legantur Arii? Ille petit auditores, & exceptores. Quos, inquit Ambrosius? Palladius dixit: Sunt hic viri honorati multi. Ambrosius dixit: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescemus tamen, ut videatur, qui Sacerdotium sibi vindicat, a laicis esse damnatus: ac per hoc quoque, & in hoc ipso damnandus est, qui laicorum exspectat sententiam; cum magis de laicis Sacerdotes debeant judicare. Juxta ea quæ hodie audivimus Palladium profitentem, & juxta ea quæ condemnare noluit, pronuntio illum Sacerdotio indignum, & privandum, ut in loco ejus Catholicus ordinetur ..... Omnes Episcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum, anathema habeatur, & singuli privatim eum Sacerdotio privatum declararunt. Secundianus posthæc Christum agnoscere Deum verum interpellatus, eadem, qua Palladius, cavillatione conatur Patres ludificari; dicens eum esse Deum; sed eum esse verum Deum nunquam voluit confiteri. Quapropter cum sessio a prima luce ad horam usque diei septimam, quæ prima est post meridiem, tenuisset, Secundianum Episcopum, & Attalum presbyterum, eadem depositionis sententia, qua Palladium comprehenderunt Patres.

Synodi epistolæ. Ambr. ib. ep. 9. alias 11. & ep. 10. alias 5.

XX. Synodus his peractis plures scripsit literas. In prima, gratias agit Episcopis Galliarum provinciæ Viennensis, & Narbonensis primæ, & secundæ, qui legatos miserant, eosque de Palladii ac Secundiani damnatione facit certiores. In secunda iisdem officiis defungitur apud Imperatores, rerum gestarum seriem eis fusius exponens, ut hæreticorum tergiversationem, & blasphemias cognoscerent. Demum implorat eorum fidem, ut eorum authoritate executioni mandentur decreta Concilii, & alii nonnulli hæretici coerceantur. Tum totius disceptationis ordinem compendiose narrant. Deinde concludunt ....." Vestram fidem deprecamur, ut reverentiam Imperii vestri deferatis authori, censeatisque impietatis adsertores, & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad judicia competentia, ab Ecclesiæ arcendos esse liminibus, & ut in damnatorum locum per nostræ parvitatis legatos sancti subrogentur Sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de prævaricatione confessum, & Palladii sacrilegiis inhærentem parilis sententia comprehendit. Nam quid de magistro ejus Valentiniano dicamus? Qui cum esset proximus, declinavit Sacerdotale Concilium; ne eversæ patriæ proditorumque civium præstare causas Sacerdotibus cogeretur ..... Moveat pietatem vestram Sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat..... Certe domum repetat suam, non contaminet florentissimæ Italiæ civitates, qui nunc illicitis ordinationibus consimiles sui sociat sibi, & seminarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ per quoscumque perditos derelinquere; qui Episcopus esse nec cœpit. Nam primo Patavione superpositus fuerat sancto viro Marco, admirabilis memoriæ Sacerdoti: sed posteaquam deformiter dejectus a plebe est;.... Mediolani post eversionem patriæ inequitavit... Petimus igitur ut legatos Concilii sanctos viros æque elementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum, quæ poscimus, maturius redire præcipiat. Photinianos quoque, quos & superiori lege censuistis nullos facere debere conventus. Petimus ut quoniam in Syrmiensi oppido adhuc conventus tentare cognovimus, interdicta etiam nunc coitione, reverentiam primum Ecclesiæ Catholicæ, deinde etiam legibus vestris deferri jubeatis; ut & vos Deo præside triumphetis, qui paci Ecclesiarum quietique consulitis."

Ambr. epist. 11. alias 4. *Ecclesia R. centrum communionis ecclesiasticæ.*

Epistola tertia etsi inscripta sit Imperatoribus, proprie data est ad Gratianum: orant ne Ursinum sibi patiatur obrepere..... "Nam si, inquiunt, aliquam viam nactus fuerit audaciæ, quid non ille confundat? ... Turbarum toties damnatus ..... Totius Orbis Romani caput Romanam Ecclesiam, atque illam sacro-sanctam Apostolorum Fidem ne turbari sineret, obsecranda fuit clementia vestra: inde enim in omnes venerandæ communionis jura dimanant. Et ideo petimus, & rogamus ut obrependi ei adimere dignemini facultatem ..... Alienus ab omni verecundia, per abscissum hominem Paschasium signiferum furoris sui mittit literas, serit turbas, Gentiles quoque ac perditos homines concitare conatur. Oramus igitur, ut jam, & populo Romano, qui post relationem Præfecti urbis pendet incertus, & nobis sacerdotibus securitatem interdictam, importunissimi hominis abjectione tribuatis." Ursinus igitur Antipapa, quem ad extinguendum seditionis incendium statim ejecerat Juventius Præfectus, anno sequenti revocatus a Prætextato, propter novas turbas in Gallias relegatur, Trevirisque mansit usque ad obitum Valentiniani; paulo post artibus suis perfecit, ut exilium ex parte laxaretur, veniret in Italiam, modo Romam non attingeret. Quo tempore falsis criminibus Damasum per quemdam Isaac Judæum appetivit, suisque seditionibus turbavit Mediolanensem Ecclesiam. Quapropter Isaac in Gallias, ipse vero in Hispaniam relegatus est: unde postea revertisse non invenitur.

Ambr. epist. 12. alias 3.

Epistola quarta Synodi Aquilejensis, quæ etiam est ad Imperatores, post actas pro restituta pace Ecclesiæ gratias, testantur Patres in Occidente unam

Christi An. 381.

esse, & intemeratam fidelium communionem, seque non sine summo gaudio audivisse in Orientalibus partibus, ejectis Arianis, sacra Dei templa per Catholicos frequentari. Tum subjiciunt. "Sed tamen quoniam invidia diaboli numquam quiescere solet, inter ipsos Catholicos audimus crebras dissensiones esse .... eosque gravari nunc, quos oportuit adjuvari, qui in nostra semper communionem durabant. Denique Alexandrinæ Ecclesiæ Timotheos Episcopus, sed & Antiochenæ Paulinus, qui semper communionis nobiscum intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus hæsitabat, feruntur urgeri. Quos quidem si fieri potest, & fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adjungi: sed ita ut vetustæ communionis sua prærogativa servetur...... oblatas pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium factum poposcimus, ut altero decedente penes superstitem Ecclesiæ jura permanerent, nec aliqua subordinatio vi attentaretur. Ideoque petimus vos, clementissimi, & Christiani Principes, ut Alexandriæ Sacerdotum Catholicorum omnium Concilium fieri censeatis, qui inter se plenius tractent atque definiant quibus impertienda communio, quibusque servanda sit„ Earum literarum inscriptionem observare juvat. Imperatoribus clementissimis, Christianisque & gloriosis beatissimisque Principibus, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio, sanctum Concilium quod convenit Aquilejæ. Hæc igitur inscriptionis formula, Domino piissimo, & serenissimo, necdum erat in usu labente quarto sæculo; nam & in aliis, quas ad Imperatores suo nomine scripsit Ambrosius, hanc non adhibet.

Gratianus Imperator acceptis his literis mandavit Episcopis ut Theodosio scriberent, Synodum, quam postularant fieri Alexandriæ, Romæ celebrari consentiret, quemadmodum convenientius ipse judicabat; itaque suo, & Episcoporum nomine Theodosio sic scripsit Ambrosius. "Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet Episcopos, Paulinum, & Meletium ... ut si quis eorum, altero superstite, decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum fieret. At nunc Meletio defuncto, superstite ..... contra fas atque ecclesiasticum ordinem in locum Meletii non tam subrogatus, quam superpositus adseritur. Atque hoc factum allegatur consensione, & consilio Nectarii, cujus ordinatio, quem ordinem habuerit, non videmus. Mendaciis quippe Maximi Philosophi, qui pulsus Alexandria ad eos confugerat, & Gratiano librum de Trinitate obtulerat, decepti hunc legitimum Constantinopolis Episcopum existimabant. Hinc Nectarii substitutionem ut illegitimam redarguit, Maximus enim Petri Alexandrini, cujus maxima erat apud Occidentales authoritas, literas communionis attulerat: Tamen, inquit, ne absentibus partibus præsumpte definisse videremur, clementiam tuam, datis literis, scilicet per Damasum, putavimus instruendam, ut ei consuleretur ex usu publicæ pacis atque concordiæ: quia revera advertebamus Gregorium, scilicet Nazianzenum, nequaquam secundum traditionem Patrum Constantinopolitanæ Ecclesiæ sibi Sacerdotium vindicare. „ Tum addit, in Aquilejensi Synodo nihil se de his statuisse, quam declinantes Orientales, Constantinopoli convenientes, ipsis inconsultis multa gesserant, cum præstolari utique suam sententiam debuissent, etiamsi indictum Concilium non fuisset, jure majorum, sicut & sanctæ memoriæ Athanasius, & dudum Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi, & Orientalium plerique fecerunt, ut ad Ecclesiæ Romanæ, Italiæ, & totius Occidentis confugisse judicium viderentur ...... non mediocris igitur hic scrupulus; nec quædam nos angit de domestico studio, & ambitione contentio, sed communio dissoluta, & dissociata perturbat, nec videmus eam posse aliter convenire ..... nisi super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque Concilium ...... Nos autem a beatissimo Principe fratre tuæ pietatis admoniti, ut suæ clementiæ scriberemus Imperio, postulamus ut ubi una communio est, commune velit esse judicium, concordantemque consensum. Occidentales dum Orientales invitant ad generale Concilium Romæ celebrandum, ut communi consensu de gestis in Synodo Constantinopolitana statueretur, hanc profecto non habebant pro œcumenica.

Ambr. epist. 13. nov. ed. deest in aliis.

XXI. Ambrosius non multo post Gratiano misit promissos tres de Spiritu Sancto libros, in quibus licet non pauca, & a Didymo, & Basilio mutuatus sit, eorum dicendi vim, & energiam & eloquentiam non adæquavit, teste Hieronymo; sed ut observat Augustinus: Cum agat rem magnam de Spiritu Sancto, ut cum Patri, & Filio demonstret æqualem, submisso tamen dicendi genere utitur: quoniam res suscepta non ad ornamenta verborum, aut ad flectendos animos, rerum documenta desiderat: sententias ejus aliquas hic annotabimus. Et primo quidem de regeneratione spirituali sic habet: in hæc Apostoli verba: "Qui unxit nos Deus, & qui signavit nos, & dedit pignus Spiritum in cordibus nostris. Signati ergo Spiritu a Deo sumus. Sicut enim in Christo morimur, ut renascamur: ita etiam Spiritu signamur, ut splendorem atque imaginem ejus, & gratiam tenere possimus; quod est utique spirituale signaculum. Nam etsi specie signamur in corpore, veritate tamen signamur in mente; ut Spiritus Sanctus exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiem. Quis igitur audeat dicere discretum a Deo Patre, & Christo esse Spiritum Sanctum: cum per ipsum ad imaginem, & similitudinem Dei esse mereamur, & per ipsum fiat, quemadmodum Petrus Apostolus dixit, ut divinæ simus consortes naturæ. Et infra, Sed quid ego unitatem nominis argumentis adstruo, cum divinæ vocis evidens testimonium sit unum nomen esse Patris, & Filii, & Spiritus Sancti? Scriptum est enim, Ite, baptizate Gentes in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. In nomine dixit, non in nominibus. Non ergo aliud nomen Patris, aliud nomen Filii, aliud nomen Spiritus Sancti, quia unus Deus: non plura nomina, quia non duo, non tres Dii ....„ In libro tertio explicans hæc verba Davidis: "Adorate scabellum ejus. Neque, inquit, adorandum quidquam præter Deum legimus; quia scriptum est; Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies ..... Non mediocris igitur quæstio, & ideo diligenter consideremus quid sit scabellum. Legimus enim alibi, cœlum mihi thronus: terra autem scabellum pedum meorum. Sed nec terra adoranda est nobis, quia creatura est Dei. Videamus tamen ne terram illam adorandam dicat Propheta, quam Dominus Jesus in Carnis adsumptione suscepit. Itaque per scabellum terra intelligitur: per terram autem Caro Christi quam hodieque in mysteriis adoramus.„ Fideles igitur prioribus sæculis Christo in Eucharistia supremam latriæ adorationem deferebant.

Christi An. 381.

Aug. l. 4. de doctr. Christ. cap. 21.

Amb. l. 1. de Spir. S. cap. 6.

C. 13.

Matth. 28.

Ibid. l. 3. cap. 11.

Psal. 98.

Deut. 6.

Isai. 66.

Christus in Eucharistia adorandus.

XXII. Sequenti æstate, scilicet anno trecentesimo octogesimo secundo, cum plerique Orientalium Constantinopolim venissent (Ecclesiastica enim negotia eos rursus illuc evocarant) Occidentalium Episcoporum Synodicam epistolam acceperunt, quæ ipsos hortabatur, ut Romam ad maximam Synodum, quæ illic parabatur, se conferrent. Verum profectionem quidem, ut quæ nihil emolumenti esset habitura, suscipere recusarunt, scripserunt autem Damaso, Ambrosio, & reliquis Episcopis Occidentalibus. Mala, quæ ab Arianis passi erant, breviter commemoratis, subjiciunt: Etsi persecutionum violentia penitus liberati videmur .... tamen molesti sunt nobis lupi, qui postquam de ovilibus depulsi sunt ...... contrarios conventus agere præsumunt, populorum concitant seditiones, & ad Ecclesiarum perniciem nihil agere detrectant. Proinde necesse nobis diutius Ecclesiarum reparationi vacare. Sed quoniam fraternam erga nos charitatem declarantes, ad Synodum, quam Dei nutu, & voluntate Romæ congregatis, nos quoque velut membra propria piissimi Imperatoris literis evocastis .... Quoniam hæc, & alia insuper plurima multos venire prohibebant. Quod secundum fuit .... id fecimus; Reverendissimos, & charissimos Fratres, & comministros nostros, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum deprecati, ut ad vos alacri animo proficiscerentur; per quos voluntatem nostram pacificam esse, nihilque aliud quam unitatem spectare ostendimus, & zelum, quem pro recta fide habemus, vobis declaramus .... Nos enim .... quamcumque tentationem ab hæreticis pertulimus, pro Evangelica Fide, quæ Nicææ in Bithynia a trecentis & octodecim Patribus confirmata est, sustinuimus. Hanc enim, & vobis, & nobis, & omnibus, qui veræ Fidei sermonem non pervertunt, probari decet; quippe quæ antiquissima sit, & baptismo consentanea, docens nos credere in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unam scilicet Deitatem,

Christi An. 382.

Theod. hist. l. 5. cap. 8.

& Po-

CHRISTI AN. 382.

& Potentiam, ac Substantiam Patris & Filii & Spiritus sancti credentes, æqualem item dignitatem, & coæternum imperium in tribus perfectis hypostasibus, seu in tribus perfectis personis . . . . Incarnationis quoque Domini nostri doctrinam incorruptam servamus: nec sine anima, nec sine mente, nec imperfectam carnem dispensationis admittentes, sed totum scientes ante sæcula quidem perfectum extitisse Dei Verbum, in novissimis autem diebus propter nostram salutem perfectum hominem factum esse. Et fides quidem quæ a nobis constanter prædicatur, in summa sic habet. Ex qua majorem adhuc voluptatem vobis capere licebit, si & libellum Antiochiæ conditum a Synodo, quæ illic celebrata est, legere dignemini, & illum qui superiore anno editus est Constantinopoli ab œcumenica Synodo. „ Demum Nectarii & Flaviani ordinationes defendunt ut Canonicas: orantque ut pariter eas comprobent.

Quales Synodos, & quid in eis reprehendat Gregorius Nazian.
Greg. Nazianz. epist. 25.

Gregorius Nazianzenus ad hanc secundam Synodum Constantinopolitanam vocatus, morbum prætendens venire noluit, quamvis ejus profectionem urgeret Olympius Cappadociæ Præfectus. Quin etiam tum in epistola ad Procopium, tum in aliis scriptis asperius in ejusmodi conventus invehitur, quos felicem exitum habuisse negat; sed loquitur de particularibus Synodis quas viderat. Constantinopolitana etenim, quam nondum receperant Occidentales nec Damasus, necdum œcumenicæ Synodi vim obtinuerat; ejus tamen Fidei definitionem recepit, nec usquam de Synodorum authoritate dubitare visus est, quamvis quoad facta personalia partium æmulationem, ambitionemque in iis dominari acerbe conquestus sit.

Roman. Synodus.
Ambr. epist. 54. nov. ed. deest in aliis.
S. Leo ep. 53.

XXIII. Eodem anno Romæ celebratam totius fere Occidentis Synodum aperte demonstrat Orientalium Synodica, quæ præcipuos Metropolitanos in ea præsentes recenset. Quid in ea gestum sit, non omnino constat; communionem & pacem cum Orientalibus redintegratam docet Ambrosius; ac proinde eorum Fidei definitio quam Constantinopoli ediderant, comprobata, quæ deinceps ubique vim legis obtinuit, ut judicium totius Ecclesiæ. Maximi ordinationem jam improbarat Damasus, sed de Nectarii Patriarchatu, qui secundum honoris locum obtinuerat, nihil dicitur. Quoniam Orientales pro more, solam Fidei formulam miserant. Ordinationem vero Flaviani ratam non habuisse, probat Damasi Synodica, quam misit ad Paulinum, qui tunc erat Thessalonicæ; unde verisimillimum fit, eam Romanæ Synodi definitiones continere.

Concil. tom. 2. Lab. edit. & tom. 1. nov.
Roman. Synodi fidei definitio.

Hæc autem sic habet. “ Quia post Concilium Nicænum error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum sanctum factum esse per Filium, anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio unius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem . . Anathematizamus Arium atque Eunomium, . . . qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium & Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutaverunt, sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresim instaurans, Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur. Anathematizamus eos, qui duos Filios asserunt, unum ante sæcula, & alterum post assumptionem Carnis ex Virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationabili & intelligibili, dicunt Dei Verbum in humana Carne versatum, cum ipse Filius & Verbum Dei, non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit; sed nostram, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque salvaverit: (eo anathemate feriunt Apollinarem.) Anathematizamus eos qui Verbum Dei extensione & collectione a Patre separatum, & insubstantivum & finem habiturum esse contendunt. Eos autem qui ab Ecclesiis ad Ecclesias migraverint, tamdiu a nostra communione alienos habemus, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quod si quis alius, alio transmigrante, in locum viventis est ordinatus, tamdiu vacet Sacerdotii dignitate, qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor ejus quiescat in Domino. „

Ibid.

Anathemata sequentia his subjiciunt. “ Si quis non dixerit, semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum esse, anathema sit. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est, de Sub-

CHRISTI AN. 382.

stantia divina ipsius, anathema sit. Si quis non dixerit verum Deum Filium Dei, sicut Deum verum Patrem ejus, & omnia posse & omnia nosse, & Patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit quod in Carne constitutus Filius Dei, cum esset in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit quod in passione Crucis dolorem sustinebat Filius Dei Deus, & non Caro cum anima, quam induerat in forma servi, quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit, Verbum Dei Carne passum, & Carne crucifixum, & Carne mortuum, factumque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est, & vitæ author tanquam Deus, anathema sit. Si quis non dixerit, quod in Carne, quam assumpsit, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, & ubique esse sicut Filium & Patrem, anathema sit. Si quis dixerit facturam esse, aut per Filium factum, anathema sit. Si quis non dixerit omnia per Filium postea Incarnatum, & Spiritum sanctum, Patrem fecisse, id est, visibilia & invisibilia, omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia salvantes, anathema sit. Si quis non dixerit, Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut Filium, & Patrem, anathema sit. Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est. Quia omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu sancto male sentientes, in Judæorum atque Gentilium perfidia inveniuntur. Quod si quis partiatur divinitatem, singillatim Deum Patrem dicens, & Deum Filium ejus, & Deum Spiritum sanctum, affirmetque Deos dici, & non Deum propter unam divinitatem, ac potentiam quam credimus & scimus, Patris & Filii & Spiritus sancti, Deum unum in tribus hypostasibus: subtrahens vero Filium & Spiritum sanctum, ita solum existimet Deum Patrem dici, aut credi unum Deum, anathema sit. Nomen enim Deorum & Angelis & Sanctis omnibus a Deo est impositum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu sancto propter unam & æqualem divinitatem, non nomen Deorum, sed Dei nobis ostenditur, atque indicatur; ut credamus, quia in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, solum baptizamur: non in Archangelorum nominibus quomodo hæretici & Judæi, aut etiam Gentiles dementes faciunt. Hæc ergo salus Christianorum, ut credentes Trinitati, id est, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & in eam baptizati, veram solamque divinitatem, potentiam, majestatem, & substantiam ejusdem sine dubio credamus. „

XXIV. Aliam Damasi epistolam ad eumdam Paulinum eodem anno datam invenimus. In ea sic præscribit conditiones, sub quibus Apollinaris discipulos ad Ecclesiam redeuntes suscipere debeat. “ Per filium meum Vitalem, inquit, ad te scripta direxeram, tuæ voluntati & tuo judicio omnia relinquens . . Sed ne tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio probanda differret, fidem nostram misimus . . . Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, voluerint tibi aggregari, primum debent in expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia Patrum voluntate firmata est. Deinde . . . confitendus est, ipsa sapientiæ sermo, Filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam, & ut expressius dicam, totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adjungimus passiones: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum humanarum subjacuisse peccato. Si quis autem dixerit Verbum pro humano sensu in Domini Carne versatum, hunc Catholica Ecclesia anathematizat: nec non & eos, qui duos in Salvatore Filios confitentur, id est, alium ante Incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex Virgine; & non eumdem Filium & ante & postea confitentur. Quicumque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen ut in ecclesiasticos Canones, quos optime nosti, & in Nicænam fidem ante subscripserit, hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. „

Theodosius Italis rescripserat, de gestis Constantinopolitanæ Synodi plenius edocens; Apollinarem aliosque hæreticos damnatos significarat, & seriem, qua Nectarii facta est ordinatio, & Maximi dolos exposuerat. Itaque omnium nomine eidem gratias egit Ambrosius, Ambr. ep. 14. nov. ed.

Christi An. 382.

quod reſtituendæ inter Orientalem atque Occidentalem Eccleſiem unitati operam dediſſet, interruptaque ſacræ communionis conſortia jam reparaſſet: exponit has eſſe cauſas cur Synodum poſtularint Occidentales, non autem ut hæreditariæ communionis jura violarent. Sed debitem, inquit, veſtro imperio beneficentiam reſervantes, ſtudioſos nos pacis & quietis oſtendimus. Haud dubie hanc miſit per Legatos Orientalium qui Synodo interfuerant, cujus acta reliqua exciderunt.

Hieron. epiſt. 96. alias 16. idem epiſt. 86. alias 27. Idem epiſt 26. alias 99. & ep. 11. alias 45.

XXV. Paulinus acceptis Synodi decretis paulo poſt Romam venit, propter aliquas res eccleſiaſticas; une cum ipſo erent Epiphanius & Hieronymus. Paula mulier illuſtris Epiphanium hoſpitem habuit. Peulinum in eliena mancntem domo, quaſi proprium humaniiete poſſedit. Quorum accenſa virtutibus, per momenta patriam deſerere cogitabat. Illi poſt hyemem navigarunt in Orientem. Hieronymus vero Romæ fere triennium remanſit Damaſo chariſſimus, quem in chartis eccleſiaſticis juvit, Orientis atque Occidentis conſultationibus reſpondentem; jam ſæpius eum de variis Scripturæ quæſtionibus conſuluerat Pontifex, eoque hortante tunc ſcripſit libellum de viſione Iſeiæ, & alium de filio prodigo; Origeniſque duas homilies in Cantica latine reddidit; pſalteriumque juxta verſionem ſeptuaginte Interpretum emendavit. Antidicomerianitarum quoque hæreſim in Occidentem graſſantem repreſſit.

Helvidii hæreſis. Genned. de vir. illuſt.

Helvidius Auxentii diſcipulus, Symmachi imitator ſcripſit librum, in quo ſanctarum Scripturarum ſenſus ad ſuam perverſitatem flectere conatus eſt, ut earum teſtimonio aſſerere voluerit, S. Mariam poſt Nativitatem Domini, quem Virgo peperit, Joſepho Sponſo ſuo junctam, & ex ejus conſortio filios ſuſcepiſſe, qui Fratres Domini appellati ſunt. Impietatem hanc Romæ docens ut propugnaret, addidit nuptias virginitati præferendes.

Hieron. adv. Helvid.

Hieronymus rogatus a Fratribus ut adverſus ejus libellum reſponderet, facere diſtulit contemnens imperiti hominis obſcuritatem; ſed veritus ſcandalum Fratrum, qui ad ejus rabiem movebantur, ejus pravitatem coarguit, & Mariam perpetuo fuiſſe Virginem, etiamſi hoc non eſt aperte ſcriptum in libris divinis, ſed Apoſtolorum & ſanctorum Patrum traditione breviter comprobavit; namque fere totus eſt in argumentis adverſarii refellendis, oſtenditque eos quos Scriptura Domini Fratres vocat, D. Joſephi non fuiſſe filios, ac proinde nec Mariæ Matris Chriſti. Jacobus enim minor in Scriptura dicitur filius Alphæi, ac proinde licet ejus mater vocetur Maria, non eſt ipſa mater

Matt. 27. Marc. 15.

Domini, ſed ejus ſoror, quæ e Joanne dicitur Maria Cleophæ. Jacobus autem major erat filius Zebedæi, ac proinde non fuit filius Mariæ D. Joſephi conjugis. Joſeph autem, qui dicitur frater Domini, erat frater Jacobi minoris. Scripturam vero eos nominare fratres, qui ſunt de eadem familia, probat

Gen. 29.

exemplis, præſertimque Labani, qui Jacob ſororis ſuæ Rebeccæ filium vocat fratrem: Dixit autem Laban ad Jacob, quoniam frater meus es tu.

Ibid. *Virginitatis prærogativa.*

In ſecunda parte hunc Helvedii errorem, ejuſdem eſſe gloriæ virgines & maritatas, ſic impugnat. " Apoſtolus hæc eloquitur . . . Quæ non eſt nupta, cogitat quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quia nihil prodeſt carnem habere virginem, ſi mente quis nupſerit. Quæ vero nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Idem tu putas eſſe diebus & noctibus vacare orationi, vacare jejuniis; & ad adventum mariti expolire faciem, greſſum frangere, ſimulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior appareat, & naturæ bonum infuſcet injuria. Hæc ad ſpeculum pingitur, & in contumeliam artificis conatur pulchrior eſſe, quam nata ſit. Deinde deſcribit curas dumeſticas, & tentationes, quibus nuptæ propter ſæcularis vitæ commercium ſunt expoſitæ, quæ ſunt multorum peccatorum occaſiones, & ſaltem mentem e Dei cogitatione avocant. Non negamus viduas, inquit, non negamus maritatas ſanctas mulieres inveniri; ſed quæ uxores eſſe deſierint, quæ in ipſa neceſſitate conjugii, virginum imitentur caſtitatem. Hoc eſt quod Apoſtolus breviter Chriſto in ſe loquente teſtatus eſt: Innupta cogitat quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo. Nupta vero cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. "

XXVI. Multorum eſt etiam opinio Hieronymum Romæ ſcripſiſſe dialogum adverſus Luciferianos, qui ſuum ſchiſma, ut ſemper fit, errore novo tuebantur. Luciferianus enim in eo contendit Arianos Epiſcopos non debere recipi etiam pœnitentes, eorumdem pariter baptiſmum, nec legitimum eſſe concedit.

Christi An. 382. Hieron. adv. Lucif.

Hunc errorem renovarat Hilarius Romanæ Eccleſiæ diaconus, qui libellum de hæreticis rebaptizandis edidit. Diſputationem hanc ſic concludit Hieronymus: " Poteram omnes propoſitionum rivulos uno Eccleſiæ ſole ſiccare. Verum quia jam multum ſermocinati ſumus . . . . brevem tibi apertamque animi mei ſententiam proferam. In illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, uſque ad diem hanc durat. Sic ubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non a Domino Jeſu Chriſto, ſed a quoquam alio nuncupari: ut puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes, ſive Campitas: ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Anti-chriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus pronunciavit. Nec ſibi blandiantur ſi de Scripturarum capitulis videntur affirmare quod dicunt: quum & diabolus de Scripturis aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo. Alioquin ſi literam ſequimur, poſſumus & nos quoque novum nobis dogma componere: ut aſſeramus in Eccleſiam non recipiendos, qui calceati ſint, & duas tunicas habeant. "

Eccleſiæ veræ character.

Hieron. epiſt. 69. alias 16. *S. Marcella monialium parens in Occidente.*

Illuſtres ac ſanctæ matronæ & Virgines Hieronymum de Scripturis diſſerentem frequenter audiebant & interrogabant. Harum primariæ ſunt Albina, ejuſque filia D. Aſella & D. Marcella. Hæc orbata patris morte, viro quoque poſt nuptias ſeptimo menſe orbata eſt. Cumque eam Cerealis, cujus clarum inter Conſules nomen erat, propter ætatem & antiquitatem familiæ multis Conſulibus & Præfectis illuſtris, & propter inſignem decorem corporis, ac morum temperantiam ambitioſius peteret, ſuaſque longævus polliceretur divitias, & non quaſi in uxorem, ſed quaſi in filiam vellet divitias transfundere, æternæ ſe pudicitiæ dicavit. Deinceps talibus uſa veſtibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret, aurum uſque ad annuli ſignaculum repudians, & magis in ventribus egenorum, quam in marſupiis recondens. Nuſquam ſine matre, nullum virorum vidit abſque arbitris. Semper in comitatu ſuo virgines ac viduas, & ipſas graves fœminas habuit. Divinarum Scripturarum ardor erat incredibilis, eas in opere intelligens. Hæc dudum a S. Athanaſio, qui Romam confugerat, vitam beati Antonii, monaſteriorumque in Thebaide Pachomii, & virginum ac viduarum didicerat diſciplinam. Nec erubuit profiteri quod Chriſto placere cognoverat. Opibuſque & nobilitate contempta, facta eſt paupertate & humilitate nobilior. Idem vitæ genus amplexa eſt ejus filia, virgo Principia. Suburbanus ager illi pro monaſterio fuit, & rus electum pro ſolitudine. Multoque ita vixere tempore, ut ex earum imitatione crebra virginum monaſteria, monachorumque innumerabilis multitudo ſuis virtutibus illuſtrarent Occidentem, Monaſticæque vitæ profeſſio, quæ prius ignominiæ fuerat, jam eſſet gloriæ.

Hieron. epiſt. 56. alias 27. *S. Paula.*

XXVII. Hieronymo pariter Scripturarum ſcientia & virtutibus ſe informandam tradidit Paula Romana, genere nobilis, ſed multo nobilior ſanctitate. Patre Rogato, matre Bleſilla nobiliſſimis, nupta Toxotio e Juliorum familia; cui quinque liberos edidit, Bleſillam ſcilicet, Paulinam, Euſtochium, quæ & Julia dicta eſt, & Rufinam, & filium nomine Toxotium. Bleſilla annis viginti nata poſt ſeptem matrimonii menſes amiſſo conjuge vidua manſit, orationi & Scripturarum meditationi ſemper inſiſtens, utriuſque linguæ latinæ & græcæ peritiſſima; Hebrææ etiam linguæ in paucis diebus ſic vicerat difficultates, ut in diſcendis canendiſque pſalmis cum matre contenderet. Paulo poſt febrium ardore extincta eſt. Ejus matrem literis conſolatus eſt Hieronymus.

Idem epiſt. 54. alias 26.

Paulina ſecunda Paulæ filia poſt aliquot annos abſque liberis decedens virum ſuum Pammachium rerum ſuarum reliquit hæredem. Ille monachi propoſitum ſuſcepit, opes ſuas in pauperum ſubſidium elargiens, xenodochium in portu fecit Romano, ubi peregrinos & infirmos ſuſcipiens eis miniſtrabat. Hieronymus condiſcipulum & amicum literis adhortatus eſt, ut in ſancto propoſito pergeret. " Noſtris temporibus, inquit, Roma poſſidet quod mundus ante neſcivit. Tunc rari ſapientes, potentes, nobiles, Chriſtiani; nunc multi monachi ſapientes, potentes, nobiles. Quibus cunctis

CHRISTI AN. 382.

ctis Pammachius meus sapientior, potentior, nobilior ..... fores quæ prius salutantium turmas vomebant, nunc a miseris obsidentur .... Quis enim hoc crederet, ut Consulum Princeps, & Furiani germinis decus, inter purpuras senatorum furva tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, ut deridentes se ipse derideret? .... sed quanto humilior, tanto sublimior es ..... Quod tamen patricii generis primus inter primos monachos esse cœpisti, non sit tibi tumoris, sed humilitatis occasio, scienti Filium Dei filium hominis factum. Quantumcumque te dejeceris, humilior Christo non eris. „ Toxotius Paulæ filius nupsit Lætæ filiæ Albini gentilium Pontificis; quem senem adduxit ad fidem.

Virginis Christianæ institutio. Hieron. epist. ad Lætam.

Hieronymus Læte scripsit de institutione Paulæ ejus filiæ. " A cunabulis eam instituat ad pietatem Christianam: nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciva puerorum: ipsæ puellæ, & pedissequæ a sæcularibus consortiis arceantur, ne quod male didicerint, pejus doceant ..... Magister probæ ætatis, & vitæ, eruditionisque eligendus, qui eam legere, & scribere doceat quasi per lusum; & quibus illa ætas delectari potest munusculis invitetur. Habeat & in discendo socias, quibus invideat, quarum laudibus mordeatur. Non est objurganda, si tardior sit, sed laudibus excitandum ingenium, ut & vicisse gaudeat, & victa doleat .... Providendum etiam, ne ineptis blanditiis fœminarum, dimidiata dicere verba filia consuescat, & in auro atque purpura ludere; quorum alterum linguæ, alterum moribus officit. Habeat modestam gerulam ...... Cave ne aures ejus perfores; ne cerussa, & purpurisso consecrata Christo ora depingas: ne collum auro, & margaritis premas, ne caput gemmis oneres, ne capillum irrufes. „

Ibid.

Prætextata nobilissima fœmina, jubente viro Hymetio, qui patruus Eustochii fuit, habitum ejusdem virginis cultumque mutavit, & neglectum crinem mundano more texuit, vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce sibi eadem nocte cernit in somnis venisse Angelum terribili facie minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tune ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus, quæ jam nunc arescent, ut sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferos ducaris. Sin autem perseveraveris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam velox signavit interitus. Sic ulciscitur Christus violatores templi sui; sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit ..... Postquam grandiuscula esse cœperit... addit Hieronymus: " Discat vinum non bibere, in quo est luxuria. Ante annos robustæ ætatis, periculosa est teneris, & gravis abstinentia: usque ad id tempus, si necessitas postulaverit, & balneas adeat, & vino utatur modico propter stomachum, & carnium edulio sustentetur ..... Surda sit ad organa; tibia, lyra, cithara cur facta sit, nesciat. Reddat tibi pensum quotidie de Scripturarum floribus carptum ..... Te habeat magistram, te rudis imitetur infantia, nihil in te, & patre suo videat, quod si fecerit, peccet. Mementote vos parentes virginis, & magis eam exemplis doceri posse, quam voce .... Numquam absque te procedat in publicum. Basilicas Martyrum, & Ecclesias sine matre non adeat. Nullus ei juvenis, nullus cincinnatus arrideat ..... Placeat ei comes non compta atque formosa, quæ liquido gutture carmen moduletur, sed gravis ...., atque subtristis. Præponatur ei probæ fidei, ac morum, & pudicitiæ virgo veterana, quæ illam assuescat, & doceat exemplo ad orationes, & psalmos, nocte consurgere, mane hymnos canere, Tertia, Sexta, Nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensaque lucernula reddere sacrificium vespertinum. Sic dies transeat, sic nox inveniat laborantem ...... Discat & lanam facere, tenere colum, stamina pollice ducere, spernat bombycum telas, & aurum in fila lentescens. Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur ..... „ Demum sacrarum Scripturarum ei lectionem consulit; ejusque magistrum se fore spondet, si eam aviæ suæ Paulæ mittat ut nutriatur in monasterio. Virginem Christianam sic instituendam docet Hieronymus.

CHRISTI AN. 382.

Hieron. epist. 21. alias 15. *S. Asella*

XXVIII. Asellam virginem Romanam, eadem ætate florentem virtutibus, sic etiam laudat Hieronymus. Asella vix annum decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis consecratur .... Post annum duodecimum .... aurum colli sui absque parentibus vendidit, & tunicam fusciorem, quam a matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auspicio se repente Domino consecravit, ut intelligeret universa cognatio, non posse ei aliquid extorqueri, quæ jam sæculum damnasset in vestibus. Unius cellulæ clausa angustiis, latitudine paradisi fruebatur .... Jejunium pro ludo habuit, inediam pro refectione ... pane, & sale, & aqua frigida concitabat magis esuriem, quam restinguebat ... Ita se semper intra cubiculi sui secreta custodivit, ut numquam pedem proferret in publicum, numquam viri nosset alloquium, sororemque virginem amaret potius, quam videret. Operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad Martyrum limina prope invisa properabat. ... Cumque per omnem annum jugi jejunio pasceretur, biduo triduoque sic permanens; tum vero in quadragesima ..... omnes pene hebdomadas vultu lætante conjungebat .... Et ita ad quinquagenariam pervenit ætatem .... sana corpore, animo sanior. Solitudinem putabat esse delicias, & in urbe turbida invenit eremum monachorum. Octavo Idus Decembris sic illius meminit Romanum Martyrologium: Romæ, sanctæ Asellæ virginis ab utero matris benedictæ. Vitam in jejuniis, & orationibus usque ad senectam produxit.

2. ad Thess. 2.

Martyr. Rom.

S. Læa Hieron. epist. 20. alias 24.

Circa idem tempus ad cœlestem beatitudinem transiit Læa vidua Romana, cujus virtutes sic celebrat Hieronymus. Læa sic tota ad Dominum conversa est, ut monasterii princeps, mater virginum fieret: post mollitiem vestium sacco membra trivit, insomnes orationibus duxit noctes, & comites suas plus exemplo docuit, quam verbis. Humilitatis fuit tantæ tamque subjectæ, ut quondam domina plurimorum, ancilla omnium putaretur .... Inculta vestis, vilis cibus, neglectum caput: ita tamen, ut quum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsenti sæculo mercedem suam. Undecimo Kalendas Aprilis illius memoriam recolit Romanum Martyrologium.

Hieron. epist. 84. alias 30.

Fabiola matrona Romana nobilissima, etiam illustris fuit virtute pœnitentiæ. Tanta prior ejus maritus vitia habuisse narratur, ut ne scortum quidem, & vile mancipium ea sustinere posset .... Dimisit ergo virum vitiosum adhuc adolescentula ..... & quia putabat a se virum jure dimissum, nec Evangelii vigorem noverat, in quo nubendi universa causatio, viventibus viris, fœminis amputatur, dum multa diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit, viduitatemque non ferens, nupsit alteri viro; id quippe Romanis legibus erat licitum. Post mortem secundi viri in semet reversa... saccum induit, ut errorem publice fateretur, & tota urbe spectante Romana, ante diem Paschæ in Basilica Lateranensi staret in ordine pœnitentium, Episcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymanti sparsum crinem, ora lurida ... & sordida colla submitteret ... Non est confusa Dominum in terris, & ille eam non confundetur in cœlo. Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorem in corpore cicatricem flens Roma conspexit ... Non est ingressa Ecclesiam Domini; ... ut quam Sacerdos ejecerat, ipse revocaret ... Recepta sub oculis omnis Ecclesiæ communione, ... omnem censum quem habere poterat, erat autem amplissimus, vendidit, & in pecuniam congregatum, usibus pauperum præparavit, & prima omnium nosocomium instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta laboribus atque inedia miserorum membra foveret .... Quoties morbo regio, & pedore confectos humeris suis ipsa portavit? Quoties lavit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat ... Illa simili liberalitate fuit erga Clericos, & Monachos ac Virgines ..... Angusta misericordiæ ejus Roma fuit. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum mare, Vulscorumque provinciam .... in quibus monachorum consistunt chori. Illustrium tot fœminarum eleemosynis allecti pauperes ex vicinis pro-

Fabiola publica pœnitentia.

vinciis

Christi An. 382.

vinciis Romam affluebant. Quapropter Valentinianus junior legem promulgavit de mendicantibus, jussitque ut ætate & viribus valentes, si servilis essent conditionis, illi servirent, qui eos denunciarent; si liberi, agris colendis addicerentur: infirmis vero subveniretur.

L. un. cod. de mend.

Hieronymi labor circa Scripturas.

XXIX. Vetus, & novum Testamentum a primis Ecclesiæ sæculis latine fuisse redditum certo constat. Versionem hanc Italam vocat Augustinus, Veterem Gregorius Magnus. Sed sacri codices dum sæpe describuntur, librariorum incuria, & inscitia, non parum a prima puritate desciverant. Eorum emendationem, & in integrum restitutionem Hieronymo commisit Damasus Papa. Ille in præfatione sic sui rationem operis exponit. " Novum opus facere me cogis ex veteri: ut post exemplaria Scripturarum toto Orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sunt illa, quæ cum græca consentiunt veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio . . . . Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manu volumen assumpserit, & a saliva, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in hanc vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam in veteribus libris aliquid addere, mutare, corrigere? Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur: quod & tu, qui summus Sacerdos, fieri jubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus: tot enim sunt exemplaria, pene quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad græcam originem revertentes, ea, quæ vel a vitiosis interpretibus male edita, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? . . . De novo nunc loquor Testamento, quod græcum esse non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa, Evangelicum Christi Hebraicis literis edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, & diversos rivulorum tramites ducit: uno de fonte quærendum est . . . . Igitur hæc præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia . . . . Codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum. Quæ ne multum a lectionis latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoque quos Eusebius Cæsariensis Episcopus Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, sicut in græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse quæ in Evangeliis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt. Vel dum eumdem sensum, alius aliter expressit; ille qui unum e quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque æstimaverit emendandos. Unde accidit, ut apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi, rursus in Matthæo plura Joannis, & Marci, & in cæteris reliquorum, quæ aliis propria sunt, inveniantur. „ En necessitas, & modus emendationis.

Hieron. præfat. in quat. Evang.

Psalterium jam Romæ positus, ut ipse testatur, dederat emendatissimum juxta septuaginta Interpretes: cujus operis occasione ei jussit Damasus, ut vulgatam Testamenti novi versionem pariter emendaret; eique morem gerens quatuor Evangelia præmisit. Quo vero tempore epistolas, Actus Apostolorum, & Apocalypsin ediderit, incertum est. Illud opus grataoter excepere Ecclesiæ. Non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, inquit Augustinus, quod Evangelium ex Græco interpretatus es: quia prope in omnibus nulla offensio est, cum scripturam græcam contulerimus. Unde si quispiam veteri falsitati contentiosus faverit, prolatis collatisque codicibus, vel docetur facillime, vel refellitur. Et si quædam rarissima merito movent, quis tam durus est, qui labori tam utili non facile ignoscat, cui vicem laudis reddere non sufficit? His adde, nævos, quos neglexit Hieronymus, nihil præjudicare vel Fidei, vel morum integritati.

Hieron. Apolog. 2. adv. Rufin. & præf. in psalm. Aug. ep. 71. alias 10.

XXX. D. Ascholius Thessalonicensis Episcopus, anno trecentesimo octogesimo tertio, transit ad vitam feliciorem. Ejus mortem priusquam ejus Cleri literas acciperet, non sine miraculo cognovit Ambrosius, qui rescribens ejus virtutes mirifice prædicat, eosque laudat, quod Anysium ei dederint successorem, quem ipse eis indicaverat. In sequenti epistola gratulatur Anysio, quod tanti viri honoris, & gratiæ factus sit hæres; hortaturque ut illius virtutum imitatorem se probet. Circa idem tempus tractatum de Incarnatione scripsit. Induxerunt eum in hanc disputationem Ariani duo Gratiani Imperatoris cubicularii, qui quæstionem de Incarnatione ei proposuerunt, ad quam audiendam altero die ad Basilicam Portianam se adfuturos promiserant. Sed alio die miserandi homines superbiæ tumore completi, adscendentes in rhedam civitatem egressi sunt; exspectante Sacerdote, & plebe in Ecclesia constituta. Sed hujus contumaciæ quis finis fuerit, horresco referens; subito enim præcipitati de rheda, animas emiserunt, atque corpora illorum sepulturæ sunt tradita. Sanctus vero Ambrosius cum ignoraret quid factum esset, nec diutius posset plebem tenere, adscendens pro tribunali, de eadem quæstione, quæ fuerat proposita, sermonem adorsus est. Verbi divinitatem, & æternitatem probat ex his Joannis verbis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Veniensque ad propositum, Catholicam de Incarnatione fidem sic exponit: " Adversus omnes hæreticos generalis est ista fides: quia Christus est Dei Filius, & sempiternus ex Patre, & natus ex Maria Virgine . . . . qui cum Deus semper esset æternus, Incarnationis sacramenta suscepit, non divisus, sed unus, quia utrumque unus, & unus in utroque, hoc est, vel divinitate, vel corpore; non enim alter ex Patre, alter ex Virgine; sed idem aliter ex Patre, aliter ex Virgine. Generatio generationi non præjudicat, nec caro divinitati; quia nec pignus Patri, nec voluntas passioni, nec passio voluntati. Idem enim patiebatur, & non patiebatur: moriebatur, & non moriebatur: sepeliebatur, & non sepeliebatur: resurgebat, & non resurgebat, quia corpus proprium suscitabat . . . . Ergo, & moriebatur secundum nostræ susceptionem naturæ, & non moriebatur secundum æternæ substantiam vitæ; & patiebatur secundum corporis susceptionem, ut suscepti corporis veritas crederetur; & non patiebatur secundum Verbi impassibilem divinitatem, quod totius exsors doloris est. „ Nestorii, & Eutychetis hæreses hic jugulat, longe priusquam nascerentur.

Ambr. epist. 15. alias 22.

Christi An. 383.

Idem epist. 6.

Idem de Incarnat.

Paul. in vit. Amb.

Joan. 1.

Personæ unitas in Christo.

Ibid. c. 5.

Aliquos tamen fuisse hæreticos, qui Christi carnem cum ejus divinitate confunderent, vel unam utriusque naturam, vel operationem, vel naturam Verbi mutatam dicerent, aperte indicat Ambrosius, eosque sic refellit. " Didicistis quia sacrificium de nostro obtulit. Nam quæ erat causa Incarnationis, nisi ut caro, quæ peccaverat, per se redimeretur? Quod peccaverat igitur, redemptum est. Non ergo immolata divinitas Verbi: & iden non est Verbi natura conversa in carnis naturam; quia immunis peccati divinitas pro peccato, quod non fecerat, se non debebat offerre . . . . . Ergo si caro omnium, & in Christo subjacuit injuriæ, quomodo unius illam cum divinitate dicitis esse substantiæ? Si enim unius est substantiæ Verbum, & caro, quæ de terra habet naturam; cur unius substantiæ asseratur, Verbum atque anima, quam perfectam naturæ suscepit humanæ? Unius autem substantiæ est Verbum cum Deo, secundum paternam professionem, & ipsius Domini assertionem, qui ait: Ego & Pater unum sumus. Unius ergo Substantiæ Pater cum terreno corpore prædicatur . . . . Quid autem aliud agitis ista dicendo, nisi ut aut limum Adæ, terramque nostram divinæ Substantiæ comparetis, aut certe divinitatem in terrenæ corruptelæ injuriam transferatis? „ In sequenti capite refellit errorem Apollinaris, qui rationalem animam putabat a Christo non esse susceptam, ne forte sensu laberetur humano . . . . " Qui ergo, inquit, alios a carnis lubrico vindicat, numquid formidare poterat, ne etiam ipse dominatu quodam carnis istius vinceretur? . . . Præterea Evangelicum hoc refutare non possunt de animæ proprietate dictum, cum de morte Domini, & resurrectione sit dictum: Animam meam pono pro ovibus meis. Nemo tollit eam a me, sed ego pono animam a me ipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Eandem igitur ponit quam suscepit . . . . Illud ergo pro nobis suscepit, quod amplius periclitabatur. Quid autem mihi prodest, si totum me non redemit:

Eutychis & Apollinaris confutatio.

C. 6.

Joan. 10.

C. 7.

Joan. 1.

sed to-

Christi An. 383.

sed totum me redemit, quia in virum perfectum fidelis non ee parte, sed totus resurgit . . . Sed verendum est, inquis, ne si duos pricipalm sensus, aut gemioam sapientiam Christo tribuimus, Christum dividsmus. Numquid cum divinitatem ejus adoramus, & carnem, Christum dividimus? . . . . Numquid etiem, cum dicimus qoia animam retionalem, & intellectue nostri suscepit capacem, dividimus eum? „

Gregor. Naziam. vit. p. 32. idem orat. 51,

XXXI. Apollinaristas etiam insectatus est Gregorius Nazianzenus. In villam paternam nomine Arianzum in Cappadocia secesserat: ibique vitam in silentio agebat laboribue quidem pœnireotiæ asperam, sed aoimi & corporis solitudine suavem. Sed ubi comperit Nazianzenam Ecclesiam, se absente non, modo ueglectam; sed etiam Apollinarie erroribus infectam, quorum fautores ejue silentium sui errorie approbationem interpretabantur, eumque idem cum ipsie sentire divulgabant, eos sibi coerguendm putavit. Quapropter adversus eos scripsit ad Cledooium presbyterum; coi principalem ejus Ecclesiæ curam discedeus commiserat. Et quoniam ab Occidentali Synodo dicebant se esse susceptos: “ Si suscepti sunt, inquit, id ostendant vel per Synodalem libellum, vel per epistolas communionis indices. Nam hic Syuodorum mos est. Si autem hoc est figmentum ab ipsis excogitatum, quiescere ipsos doce & coargue. Tuæ quippe vitæ rationi ac rectæ Fidei hoc convenire existimamus, ne homines isti alios decipient, Dominum oostrum & Deum meutis expertem esse asserentes. Neque eoim homioem a divinitate separamus, sed unum & eumdem profitemur; . . carne passibilem, divinitate impassibilem, corpore circumscriptum, spiritu incircumscriptum, terreuum autem & cœlestem . . . ut per eumdem totum hominem simul ac Deum, totus homo in peccatum lapsus refingatur. Si quis sanctam Mariam Deiparam non eredit, extra divinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem flueisse; non aurem in ea divino modo, quis absque viri opera; humano, quia juxta pariendi consuetudinem, formatum esse dixerit, æque aibeue est. Si quis formatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse dicat, damnationi obnoxiue est. Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, nou autem unum atque eumdem induxerit; ie ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ recte credentibus promissa est. Quanquam enim Deus & homo duæ naturæ sunt, quemadmodum anima & corpus; non tameu duo filii; quemadmodum nec hic duo homines. Atque ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Salvator . . non tamen alius atque aliue. Ambo enim connexione unum sunt, Deo nimirum humanitatem, atque hominem divinitate suscipiente . . . Si quie Crucifixom non adorat, anathema sit. Si quis eam ex operibus perfectum fuisse, aut post baptismum vel resurrectiouem a mortuis io filium adoptatum dixerie, anathema sit. „ Infra astruit communicationem idiomaram; tum subjicit. Si qois in hominem meote carentem sperat, amens profectu est, uec diguus, cui ex omni parte salus afferatur. Nam quod assumptum non est, curationis est expers: quod autem Deo unitum est, hoc quoque salutem consequitue. Demum respondet argumentis Apollioaris, qui multis acceptus erat ob carminum multitudinem & elegantiam. Quapropter multa se quoque versibus complexurum spondet Gregoriue.

Incarnationis mysterium.

Idem orat. 2.

In altera ad eumdem epistola sequentem misit Fidei regulam. Nos fidei Nicææ . . esse ac semper fore, Deo adjuvante, scias. Deinde velut recipiene definitionem Synodi Constantinopolitanæ: “ Illud, inquit, insuper explicarunt, quod ab illis (Nicænis) minus pleue de Spiritu sancto dictum est; propterea quod illa quæstio nondum agitata fuerat, nempe unam eamdemque Patris & Filii & Spiritus sancti divinitatem agnoscendam esse; Deum quoque videlicet Spiritum confitendo. Eos igitur qui ita sentiunt, ac docent, pro sociis habe, quemadmodum & nos habemus. Eos autem qui secus sentiunt, aversare, atque a Deo & Ecclesia Catholica alienos existima . . . . Hoc quoque de nobis omnibus affirma; nos Dei Filium, qui ex Patre primum, ac deinde ex sancta Maria Virgine genitue est, in unum jungere, nec duos filios nominare, sed unum & eumdem in invisibili Deitate & honore adorare . . . . Ne autem hoc nomine nos accusent, quod Vitalis viri nobis charissimi fidem, quam, ita postulante beato Damaso Romæ Episcopo, literis consignatam edidit, prius quidem probaverimus, nunc vero repudiemus; de hae quoque re pauca differemus. Isti apud suos discipulos totum morbum detegunt. Cum autem Scripturæ sententiie convinci ac premi se vident, pias quidem dictiones confitentue; verum circa mentem dolos struunt, negantes scilicet Christum esse hominem imperfectum, animæ & mentis expertem; quippe pro hic inducunt & subintelligunt divinitatem. Quid mirum, si Vitalis verba nos quidem, ita suadente voluntate, in pium sensum accepimus? . . . Damasus autem cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinie eos expositionibus perstare audiisset, eos ab Ecclesiæ cœtu abdicarit? . . . Istarum itaque recum cum manifeste convicti sunt . . . pudore suffundantur, & non mendaciis nos iocessant . . . „

Hereticorum fraudes.

Christi An. 383.

Gregor. vit. p. 34. & ep. 54.

Antistitem Nazianzo præficiendum ratus, qoi omnes in officio contineret; Hellsdium Cæsarieusem euixe roget, ut aliquem constituat. Helladius ei de sacro Paschetis die rescripsit, eo modo quo majores Præsulee literis episcopos suos de eo festo monereut; solerter sic subindicans quod eum verum agnosceret Episcopum. Gregorius respoodit optare se, ut Helladius incolumis sæpius eam festivitatem perageret; & addit. Si mihi datis senectutem commode clandere, huic Ecclesiæ Episcopum coostituite, quem Spiritus sanctue designavit. Ejus precibus annuens Helladius Nszianzo Eulalium præfecit, quem antea Chorepiscopum ordinaverat Gregorius; laudatque ejus senctitatem in vita monastica diu probatam. Quo consecrato, spargitur rumor, Gregorium vel iuvitum paterna sede ejectum fuisse, quem refellit in epistola ad Gregoriom Nyssenum. Quin potiue, inquit, multum diuque obtestatue propter effœtum & emortuum corpus, simul etiam quod neglectæ Ecclesiæ onus prætermiserim, hanc ab iis gratiam postulavi. Tertiam Synodum Constsotinopoli brevi celebrandam cum audiisset, Saturninum Consulem, & Posthumium Præfectum literis adhortatus est, ut omni studio pacem Ecclesiæ procurareot, ipse semper pro ea sollicitue.

Idem ep. 41.

Socrat. l. 5. c. 10. Sozom. l. 7. c. 12.

XXXII. Tumultaa gravee multis in locis contigerant cum Catholici Ecclesias occupareot, obsistentibus Arianis. Theodosius huic malo occurrens, sectarum, quæ tum temporis maxime vigebant, principes iterom coovocavit, ut de iis, quorum causa dissidebant, retionem redderent, aut acciperent. Sperabat enim perfecturum se, ut omoes inter se consentireot, si communem ipsis disputationem de controversiis Fidei proposuisset. Qui cum convenissent mense Junio anni trecentesimi octogesimi tertii, Imperator, accito Nectario Episcopo, sollicita deliberatione eum eo tractavit, quomodo ad unitatem revocari possent. Nectarius domum revarsus, cum variis curis angeretur, Agelio Novatianorum episcopo consilium Imperatoris aperuit. Ille disputandi imperitus, Sisinnium Lectorem suum proposuit, qui & dispicere quid agendum esset, & disputsre si opus foret, egregie calleret. Sacrorum enim librorum expositioaes accurate didicerat, & multiplicem habebat notitiam eorum, quæ tum ab ethnicis, tum ab ecclesiasticis authoribus scripta erant. Sisinnius ei author fuit ut fugeret disputationes cum hæreticis, tanquam contentionis & dissidii fomitea: interrogaretque potius illos, num admitterent eos Doctores atque interpretes sacrarum Scripturarum, qui ante dissidium in Ecclesia floruissent; an vero taoquam a Christiana religione alienos eos rejicerent? Nam si illos rejiciunt, audeant igitue eos etiam anathemate damnare. Id vero si facere ausi fuerint, a multitudine vulgi protinus extrudentur. Atque hoc facto manifesta erit veritatis victoria. Quod si priscos Doctoree minime repudiabunt, nostrum erit libros veterum proferre, quorum testimonio sententia nostra confirmetur. Compertum enim habebat veteres studiose cavisse, ne principium existentiæ Filio tribuerent, quippe qui censereot illum Patri coæternum esse.

Nectariue hæc a Sisinnio cum audiisset, statim in palatium contendit, & quid sibi suggestum sit consiliu, Imperatori significat. Ille consilium avide amplexus, rem ipsam prudenter exequitur. Occultans enim quod iu animo habebat, id unum ex illis sciscitatus est, num rationem aliquam ducerent eorum, qui ante ortam dissensionem Doctores Ecclesiæ extitissent, & utrum eos admitterent. Illis minime inficiantibus, seque eos tanquam magistros impense colere affirmantibus: iterum

Heretici confunduntur. Ibid.

CHRISTI AN. 383.

rum quæsivit Imperator, utrum illis tanquam idoneis ac fide dignis Christianæ doctrinæ testibus acquiescant? Quæ cum audissent sectarum Episcopi, eorumque dialectica, quid acturi essent, ambigebant. Etenim singuli in varias distrahebantur sententias, dum alii rectum esse dicerent id quod ab Imperatore proponeretur; alii suis rationibus id nequaquam conducere existimarent. Quippe alii aliter affecti erant erga Priscorum libros. Exinda ergo male inter ipsos convenit, diffidebantque non solum ab aliis sectis, verum etiam inter semetipsos ii, qui ejusdem sectæ esse videbantur. Postquam Imperator multiplicem eorum dispersionem animadvertit, eosque sola disputatione, non autem veterum Patrum expositione fretos esse, jussit ut singulæ sectæ fidei suæ formulam scripto comprehensam ipsi offerrent. Tunc ex unaquaque secta hi, qui disertissimi habebantur, singula verbis accuratissime perpendentes, dogma suum comprehenderunt. Cumque dies adesset, quæ ad id præstituta fuerat, singularum sectarum Episcopi ad palatium vocati accurrerunt. Aderant igitur, Nectarius Consubstantialis fidei propugnator; Arianorum vero Demophilus; Eunomianorum Eunomius ipse; Macedonianorum Eleusius Cyzicenus. Postquam convenissent, Imperator eos benigne excepit: & libello fidei a singulis accepto, eam solam fidei formulam Imperator probavit, quæ Trinitatem Consubstantialem assereret; reliquas vero tanquam huic adversantes discerpsit. Aliarum vero sectarum Antistites ob mutuam inter se dissensionem in reprehensionem suorum venerunt. Multi etiam damnatis illis, ad eam fidem, quæ probata fuerat, se transtulerunt. Illi mœrore confusi domum discesserunt: scriptisque ad suos literis eos consolati sunt, monentes ne ob id molestia afficerentur, quod multi ab ipsorum partibus deficientes ad Consubstantialis fidem accederent. Quippe multos quidem vocatos esse, paucos autem electos. Quod quidem ipsi minime dicebant, tunc cum per vim ac metum omnes fere ab eorum partibus starent.

Sozom. l. 7. c. 6. Theod. hist. l. 5. cap. 16.

XXXIII. Ariani tamen, cum adhuc multitudine abundarent, liberius in unum convenientes, de Deo deque ejus substantia disserebant, & fidei suæ fautoribus, quos in palatio habebant, suaserunt ut Imperatoris animum tentarent. Sperabant enim perfecturos se id quod conabantur, cum ea, quæ principatu Constantii acciderant, considerarent. Idipsum quoque metum ac sollicitudinem incutiebat Catholicis. Quibus etiam non levis terror ex eo accesserat, quod perpendebant quanta vis esset Eunomii in disputando, cui omnino impar esset Nectarius. Privatus tunc in Bithynia agebat ex adverso Constantinopolis; multique ad eum transfretabant. Nonnulli etiam aliunde confluebant, partim ut periculum ejus facerent, partim ut ea quæ dicebat, audirent. Cujus rei fama cum ad Imperatorem pervenisset, ipse quoque cum eo colloqui jam parabat. Verum Imperatrix Flacilla, impense eum obsecrans, repressit. Quæ cum Nicænæ Synodi doctrinam fidelissime conservaret, non sine causa verebatur, ne maritus in eo congressu seductus ab Eunomio, in sententiam ejus deflecteret. Dum hæc utrimque ingenti studio agitarentur; Episcopi, qui Constantinopoli morabantur, palatium ingressi sunt, Imperatorem, ut solet, salutaturi. Amphilochius Iconiensis Episcopus cum cæteris Imperatorem reverenter salutavit. Arcadium autem ejus filium, sexennem, quem tamen ante sex menses Augustum renuntiarat, haudquaquam simili honore prosecutus est: sed propius accedens velut ad puerum: Salve, inquit, fili, eumque digito demulcere cœpit. Tum vero Imperator commotus, & tanquam ob injuriam filio factam indignatus, eum contumeliose expelli jussit. Qui dum exturbaretur, conversus dixit: pari igitur modo cœlestem Patrem succensere iis existima, qui Filium suum dispari cultu venerantur, & Genitore suo minorem appellare non dubitant. Quod dictum miratus Imperator eum revocavit, veniamque ab eo petiit, veraque illum dixisse confessus est. Atque exinde cautior factus, eos qui aliter sentirent, non admisit. Contentiones quoque & cœtus in foro fieri vetuit; atque de natura & substantia Dei solito more disputare haud quaquam tutum esset, effecit lata lege, & pœna constituta: aliam quoque legem dedit, qua hæreticorum conventicula vetabantur. Ejusmodi conventus pluribus legibus prohibuisse Theodosium reperimus. Hæreticos metu coercere, & ad fidem adducere potius, quam pœnis afficere malebat Imperator, qui alia lege in apostatas animadverti jussit, eisque testamentorum jus ademit.

CHRISTI AN. 383.

XXXIV. Eodem anno Athanarico Rege defuncto, quem honorificentissime Constantinopolim venientem exceperat, & mortuum Regio funere extulerat Theodosius, Gothorum gens ei se dedit; opportunum auxilium adversus hostem novum, scilicet Maximum tyrannum; qui in Britannia ab exercitu invitus Imperator creatus, in Galliam transiit. Gratianus enim dum exercitum negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, veteri ac Romano militi anteferret, odio militum contra se excitavit. Maximus igitur ab infestis Gratiano militibus exceptus, Gratianum in Italiam fugere cupientem, proditione Mallobaudis magistri militum dolis circumventum Lugduni interemit, octavo Kalendas Septembris, anno trecentesimo octogesimo tertio, ejus vitæ vigesimo quinto, quatuor mensibus inchoato; Imperii octavo a morte patris. Insepultum ejus corpus abjectum est. Dignus erat meliori sorte Princeps egregie moratus. Literis fuit haud mediocriter institutus; parcus cibi somnique & vini, & libidinis victor, cunctisque plenus esset bonis, si ad cognoscendam Reipublicæ gerendæ scientiam animum intendisset, a qua prope alienus, non modo voluntate, sed etiam exercitio fuit; sed fuit fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde: fuit etiam castus in corpore, qui præter conjugium nescierit fœminæ alterius consuetudinem, ut testatur Ambrosius, quem in paucis charum habuit, & cujus nomen moriens pronuntiavit.

Paul. Diac lib. 12. Gratiani mors.

XXXV. Magnus Clemens Maximus Galliis, Hispaniis, & Britannia eo scelere potitus, Victorem filium suum, & Flavium & Augustum nuncupavit; ipse vero statim baptizari voluit; sed plures viros nobiles Gratiano fidos interfecit; quos inter Macedonius magister officiorum divinam expertus est ultionem, uti ei prædixerat Ambrosius, qui temporibus Gratiani, cum ad Prætorium Macedonii pro quodam intercessurus perrexisset, atque ex ejus præcepto fores invenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad Ecclesiam, nec clausis januis invenies qua ingrediaris. Quod tunc factum est; confugiens enim ad Ecclesiam, patentibus januis, aditum reperire non potuit. Paucis post diebus quam Treviris Maximus consedit, ad eum venit Ambrosius, ut de salute Valentiniani junioris, & de pace ageret, Gratianique corpus postularet. Justina licet Ariana hanc ei necessariam legationem commiserat, quam licet periculosam hyeme suscepit, totamque in aula Maximi exegit, nec tamen cum eo communicavit; ubi vero Victor comes rediit, quem Maximus delegarat ad Valentinianum, ut pacem rogaret, hanc uterque Imperator amplexus est, sed Gratiani corpus denegavit Maximus.

Pacat. Paneg. Paulin. vit. Amb. cap. 37.

Amb. de obit. Valent. & epist. 24. alias 50.

Itbacius autem Episcopus ei ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios ejus criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Præfectum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum literis, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad Synodum Burdegalensem jubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus; quorum Instantius prior jussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu judicatus est. Priscillianus vero, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem provocavit, permissumque id nostrorum inconstantia, qui sententiam in refragantem ferre debuerant, aut si ipsi suspecti habebantur, aliis episcopis audientiam reservare. Præsertim cum Valentinianus senior legibus suis sanxerit: in causa Fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis, eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis; hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judicare. Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hæc voluit ad episcopale judicium pertinere. Omnes igitur, quos causa involverat, ad Maximum deducti, sicuti etiam accusatores, Idacius & Ithacius Episcopi, quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plusquam oportuit, certassent. Certe Ithacius fuit audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic stultitiæ eousque processerat, ut omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat sanctæ lectionis, aut propositum erat certare jejuniis, tanquam Priscilliani socios aut discipulos in crimen arcesseret. Ausus

Sulp. Sev. l. 2. num. 63.

Ambros. epist. 26. alias 13.

Sev. ibid. Sulp.

etiam

CHRISTI An. 383.

etiam miser, ea tempestate. Martino Episcopo, viro plane Apostolis conferendo, palam objectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treviros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret. Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret, satis superque sufficere, ut episcopali sententia hæretici judicati, Ecclesiis pellerentur; novum esse & inauditum nefas, ut causam Ecclesiæ Judex sæculi judicaret. Denique quoad usque Martinus Treviris fuit, dilata cognitio est, & mox discessurus, egregia authoritate a Maximo elicuit sponsionem, nihil cruentum in reos constituendum.

Priscillianistæ damnati. Ibid.

Imperator postea per Magnum & Rufum Episcopos depravatus, & a mitioribus consiliis deflexus, causam Præfecto Evodio permisit, viro acri & Severo, qui Priscillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obscœnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium fœminarum egisse conventus, nudumque orare solitum, nocentem pronuntiavit, redegitque in custodiam, donec ad Principem referret. Gestis ad palatium delatis, censuit Imperator, Priscillianum sociosque ejus capitis damnari oportere. Ithacius videns quam invidiosum sibi apud Episcopos foret, si accusato etiam postremis rerum capitalium judiciis astitisset, etenim iterari judicium necesse erat, subtrahit se cognitioni frustra, jam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam Fisci patronus. Maximus enim in bona eorum inhiabat. Ita eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo Felicissimus & Armenius, qui nuper a Catholicis, Clerici Priscillianum secuti, desciverant. Latronianus quoque laicus eruditus, & Eutrochia Delphidii Rhetoris conjux, gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ ultra Britanniam sita est, deportatus. Itum deinde in reliquos ejusdem factionis sectatores sequentibus judiciis, damnatique Asarinus, & Aurelius gladio; Tiberianus ademptis bonis, in Sylinam insulam datus. Tertullus, Potamius, & Joannes, tanquam viliores personæ, & digni misericordia, quia ante quæstionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati. Burdegalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

Pacat. Paneg

Hieron. de script. Eccles. Prosper in Chro.

Leo epist. 16. alias 93.

Priscillianistas a Maximo juste punitos S. Leo Papa sic fatetur. " Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut authorem ejus ac discipulos plerosque legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. „ Sacerdotes vero eorum accusatores reprehenderunt, & ab eorum communione abstinuerunt illius ætatis sancti Episcopi. Ecclesia enim cruentas refugit ultiones. Ithacius solus omnium Episcopatu detrusus est. Ursacius, licet minus nocens, sponte se Episcopatu abdicavit; sapienter quidem & verecunde, nisi postea amissum locum reparare tentasset, sed prohibitus est. Cæterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis, quæ illo authore proruperat, sed confirmata & latius propagata est. Namque sectatores ejus, qui eum prius ut sanctum honoraverant, postea ut martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequiis celebrata eorum funera. Quin & jurare per Priscillianum summa religio putabatur, habuitque defensores, qui eum excusarent non sensisse cum Gnosticis. Sed illius ætatis Patrum & scriptorum Ecclesiasticorum authoritate refelluntur. Tiberianus etiam cum Priscilliano accusatus hæreseos, scripsit Apologeticum tumenti carmine. Paulo post suorum cædem, tædio victus exilii mutavit propositum, & canis reversus ad vomitum suum, filiam devotam Christo virginem matrimonio sibi copulavit.

Sulp. Sev. ibid.

Sulp. Sev. l. 2. num. 65.

Hier. de script. Eccl.

Gentiles idololatriam instaurare tentant.

XXXVI. Gentiles etiam contempta Valentiniani junioris adolescentia idololatriam instaurare tentarunt. Nonnulli senatores gentiles ferme ante biennium legatione supplicarant Imperatori, aræ Victoriæ restitutionem, quasi communi senatus nomine postulantes. His auditis, Christiani senatores, quorum maximus erat numerus, Damaso Papæ dedere libellum, quo testabantur nihil se tale mandasse, nec congruere gentilium istiusmodi postulationibus se præbere consensum: questi etiam publice privatimque se non conventuros ad curiam, si tale aliquid decerneretur. Damasus libellum hunc per Ambrosium direxit ad Gratianum, qui postulata gentilium rejecit, imo eorum legatos nequidem in conspectum suum admisit. Symmachus primæ legationis princeps, tuncque Præfectus urbis, ratus utendum opportunitate temporis, quo Valentinianus junior Maximum timens, nollet offendere gentiles, senatus nomine rursus Imperatoribus, reipsa libellum supplicem soli Valentiniano obtulit, ut veteres religiones instaurentur, ac reparetur ara Victoriæ, ut ad eam jusjurandum exigeretur more antiquo, & ne bona sibi legata sacrifici adire prohibeantur. Romam in sua relatione inducit ista postulantem, quæ sine damno ærarii concedi possunt, & quæ negata, immissa anno superiori famedeos ultos esse dicit. Urget imprimis ejusmodi cæremoniarum antiquitatem, & utilitatem Victoriæ.

CHRISTI An. 383.

Relatio Symmachi apud Ambr.

Ambr. epist. 17. alias 11.

Fidei causam agit Ambros. & obtinet.

Ne petitioni, quæ nomine senatus ornabatur, Valentinianus annueret, Ambrosius intercessit: eumque admonet Imperatoris esse tueri religionem: " Deo vero, inquit, quisquis militat .... consensum saltem aliquem non debet colendis idolis, & profanis ceremoniarum cultibus exhibere ..... Ergo cum a te, Imperator Christianissime, fides Deo vero sit exhibenda, miror quomodo aliquibus in spem venerit, quod debeas aras diis gentium tuo instaurare præcepto, ad usus quoque profanorum sacrificiorum præbere sumptum. Quod enim jam dudum Fisco est vendicatum, de tuo magis conferre videbere, quam de suo reddere ..... Hæc si jam sublata non essent, auferenda tuo imperio comprobarem: at cum per totum fere Orbem a pluribus retro Principibus inhibita interdictaque sint; Romæ autem a fratre Clementiæ tuæ Gratiano, fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis, ne, quæso, vel fideliter statuta convellas, vel fraterna præcepta rescindas. „ Ibidem reprehendit gentiles de dispendiis conquerentes, cum ipsi nuper sub Juliano tot malis affecerint Christianos. Tum subdit .... " Totus hic Christianorum periclitatur senatus, propterea enim interpretantur aram locatam, ut ejus sacramento, ut ipsi putant, unusquisque conventus consuleret in medium, cum majore jam curia Christianorum numero sit referta; persecutionem esse crederet Christianus, qui cogeretur tali optione ad senatum venire ..... sed absit ut hoc senatus petiisse dicatur: pauci gentiles communi utuntur nomine, ut ante biennium ,..... Certe refer ad parentem pietatis tuæ Theodosium, quem super omnibus fere majoribus causis consulere consuesti; nihil majus est religione .... Certe si aliud statuitur, Episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare non possumus; licebit tibi ad Ecclesiam convenire: sed illic non invenies Sacerdotem, aut invenies resistentem. „ Denique Valentinianum ejus Patrem excusat, si aram illam amoveri non jusserit, quia nemo ad eum detulerat, illam esse in Romana curia, gentilesque in ea sacrificare præsentibus Catholicis senatoribus.

Ambr. epist. 18. alias 12.

Relationi Symmachi sibi traditæ respondit Ambrosius. Et primo quidem Victoriæ ara stante Imperatores multos misere periisse, multasque calamitates & fames Reipublicæ Romanæ contigisse demonstravit: ac proinde nihil conducere publicæ saluti, præsertim cum a Deo solo victoriam sperare debeant Christiani Principes. Secundo de privilegiis Vestalium restituendis hæc habet: " Vix septem Vestales capiuntur puellæ. En totus numerus quem infulæ vittati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiæ tempora coegerunt. Attollant mentis & corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integritatis, concilium virginitatis. Non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen usui, nobile castitati: non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarum insignia, non luxus deliciarum; sed usus jejuniorum, non privilegia, non lucra: omnia postremo talia, ut revocari a studio putes, dum exercentur officia: „ Hinc patet Vestalibus quantum præstent virgines Christianæ. Tertio. De Sacerdotum publicis alimentis, quæ ipsis denegari querebantur Gentiles, hæc ait: Nobis etiam privatæ successionis emolumenta denegantur, & nemo conqueritur; Valentinianus enim factas Clericis donationes irritaverat; Constantinus vero divites Clericos publicis oneribus subjecerat; quamvis in alimenta pauperum & subsidia miserorum conferantur bona Ecclesiastica, quod non faciunt gentiles, quorum ministris legata

Vestales.

reci-

CHRISTI AN. 383. & 384.

Ambr. ep. 57. alias 15.

recipere licet .... Lecti sunt hi duo libelli in consistorio Imperatoris, aderat amplissimus honore magisterii militaris Bauto comes, & Rumoridus, & ipse ejusdem dignitatis gentilium nationum cultui inserviens a primis pueritiæ suæ annis. Valentinianus tamen audivit suggestionem Ambrosii, nec fecit aliud, nisi quod Fidei ratio poscebat. Gentiles ipsi adquieverunt Comiti suo Rumorido. Christiani iis, qui oderant eos, benefacientes, Symmachum accusatum, quod innocentes Christianos tormentis applicuisset, atque in carcerem misisset Episcopos, purgarunt apud Imperatorem.

Symmach. ep. 14.

Siricius fit Papa.

Hier. de v. 1. Illustr.

XXXVII. Tertio Idus Decembris anni trecentesimi octogesimi quarti S. Damasus Papa prope octogenarius mortuus est, cum sedisset annos octodecim; domos & prædia multaque ærea & argentea donaria legavit Ecclesiæ D. Laurentii, quam suis sumptibus reparatam picturis exornarat. Elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque & brevia opuscula heroico metro edidit. Chronici seu Catalogi Romanorum Pontificum, & libri Pontificalis, quos ei tribuunt recentiores, non meminit qui ejus opera recenset, Hieronymus ejus coætaneus, nec ullus alius scriptor quatuor sequentium sæculorum; hinc merito utrumque ei abjudicant periti critici, qui utriusque errata diligenter annotaverunt, præsertim Schelstrates vir magnæ eruditionis. Epistolæ pariter huic Pontificali præfixæ Damaso & Hieronymo sunt eximendæ, ut fatentur omnes. Post paucos dies ei successit Siricius natione Romanus, tituli pastoris Presbyter. Ejus electionem, cui Ursini fautores obstreperant, Valentinianus Imperator comprobavit rescripto, quod septimo Kalendas Martii anni sequentis ea de re dedit ad Pinianum urbis Præfectum, & maritum Melaniæ junioris.

Siricii 1. decretalis.

Concil. tom. 2. ed. Lab. & to. 3. nov.

Siricius initio sui Pontificatus rescripsit Himerio Episcopo Tarraconensi, qui Damasum de variis quæstionibus consuluerat. Bassianus ejus Presbyter Damaso jam mortuo Romam pervenerat, ejus relationem secum afferens: sic ad singula respondet Siricius: primo improbat quosdam Hispaniæ Episcopos, qui Arianos ad Ecclesiam redeuntes baptizabant. Cum hoc, inquit, & Apostolus vetet, & Canones contradicant; .... quos nos per invocationem solam septiformis Spiritus, Episcopalis manus impositione, Catholicorum conventui sociamus. Secundo. Vetat ne præterquam in Pascha & Pentecoste, nisi in necessitate & periculo, baptismus celebretur. „ Quæ ibidem dicit de parvulis, confundunt Anabaptistas. " Sicut, inquit, sacram Paschalem reverentiam in nullo dicimus minuendam; ita infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, sacri unda baptismatis omni volumus celeritate succurri. „ Tertio. Jubet ut apostatæ separentur ab Ecclesia, & si resipiscant, quamdiu vivunt, agant pœnitentiam; hisque tantum in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda est. Quarto. Inhibet ne desponsatam alii puellam alter in matrimonium accipiat. Quia, inquit, illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Quinto. De relapsis post pœnitentiam publicam sic statuit: " Qui jam suffugium non habent pœnitendi, (pœnitentia enim publica semel tantum concedebatur) ut sola intra Ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint: a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur. „ Quos tamen in mortis articulo per communionis gratiam vult sublevari. Sexto. Monachos & monachas, qui, abjecto proposito, sacrilega se contagione miscuerint, & filios procrearint, quod, inquit, & publicæ leges & Ecclesiastica jura condemnant, mandat a monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque conventibus eliminandos esse, & recludendos in ergastulis, ut tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere; ut eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu per communicationis gratiam, possit indulgentia subvenire.

Infantium baptismus.

Ibid.

Clericorum continentia.

Septimo. Sic coercet Sacerdotum & Levitarum incontinentiam. " Plurimos Sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Respondet: Sacerdotes in veteri Testamento ab uxoribus abstinuisse iis diebus quibus in templo ministrabant: & quia ex sola tribu fieri poterant sacerdotes, successionis causa expleto ministerio eis fuisse permissum usum matrimonii ... sed quoniam Dominus Jesus voluit Ecclesiam suam, cujus est sponsus, castitatis splendore rutilare. Quarum sanctionum Sacerdotes omnes & Levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ, sobrietati ac pudicitiæ, & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo nostro, in his quæ quotidie offerimus sacrificiis placeamus ...... „ His præmissis sic statuit: " Et quia aliquanti ...... ignoratione lapsos esse se desent, his, hac conditione, misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent; si tamen posthæc continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti privilegii excusatione nituntur; ut sibi asserant veteri lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, Apostolicæ Sedis authoritate dejectos, nec unquam veneranda posse attrectare mysteria, quibus seipsi, dum obscœnis voluptatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia me monent cavere in futurum: Si quilibet Episcopus, aut Presbyter, & Diaconus deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum.

CHRISTI AN. 384

Ibid.

Ætas & interstitia pro sacris Ordinibus.

Nono. De admittendis in Clerum hæc statuit: " Quicumque se Ecclesiæ vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per Sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debebit: post quæ ad diaconii gradum, si seipse primitus continentia præeunte dignum probarit, accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue Presbyterium consequatur. Exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata. Qui vero jam ætate grandævus ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim Lectorum aut Exorcistarum numero societur: si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat: & sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, provehatur. Exinde jam accessu temporum, Presbyterium, vel Episcopatum, si eum Cleri ac plebis evocarit electio, sortietur. Quisquis sane Clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa ...... fœminas vero non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas cum iisdem Nicæna Synodus habitare permittit. „ Hic ordinandorum ætas, & requisita continentia, & servanda tunc interstitia exacte declarantur.

Ibid.

Clerici non agebant publicam pœnitentiam.

Decimo tertio. Monachi ad Clerum ordine graduum servato promovebantur. Decimo quarto. " Illud quoque, inquit, nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere, scilicet publicam, cuiquam non conceditur Clericorum; ita & post pœnitentiam & reconciliationem, nulli unquam laico liceat honorem Clericatus adipisci. Et quia nonnulli contra has regulas peccarant per ignorantiam, hoc eis indulget: Quicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam .... ut adempta omni spe promotionis, in hoc, quo invenitur ordine, perpetua stabilitate permaneat. Scituri posthac omnium provinciarum summi Antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum; & de suo, & de eorum statu, quos contra Canones & interdicta nostra provexerint, congruam ab Apostolica Sede promendam esse sententiam. „ Himerium hortatur epistolam suam transmittat ad omnes vicinarum provinciarum Episcopos. Hæc prima Decretalium Romanorum Pontificum in antiquis Ecclesiæ Latinæ collectionibus legitur.

XXXVIII.

Christi An. 384. & 385. — Hieron. epist. 18. alias 22. — Idem epist. 98. alias 8. — Idem epist. 28. alias 99.

XXXVIII. Hieronymus defuncto Damaso, cujus præsidio tegebatur, Roma exire coactus odio Clericorum, qui luxum suum, & avaritiam ab eo reprehendi non ferebant. Imprimis eos offendit in libello de custodia virginitatis, quem scripsit ad virginem Eustochium; quam monet ut fugiat Clericos, qui mundano cultu, & adulationibus in domos divitum mulierum se insinuant, ut munera, vel hæreditates extorqueant. Tum enim unusquisque in se intelligens quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audivit, sed quasi criminatorem sui operis aversatus est. Quid autem passus sit ea occasione, sic scribit ad Asellam: " Me licet sceleratum quidam putent, & omnibus flagitiis obrutum: & pro peccatis meis etiam hæc parva sint .... Ego probrosus, ego versipellis, & lubricus, ego mendax, & satanæ arte decipiens .... osculabantur mihi manus quidem, & ore vipereo detrahebant: & dolebant labiis, corde gaudebant .... Pene triennium cum iis vixi. Multa me virginum crebro turba circumdedit. Divinos libros, ut potui, nonnullis sæpe disserui .... Dicant, quid in me aliter unquam senserint, quam Christianum decebat ..... Antequam domum sanctæ Paulæ nossem, totius in me urbis studia consonabant. Omnium pene judicio dignus summo Sacerdotio decernebar .... Dicebar sanctus, dicebar humilis, & disertus .... Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atque jejunans, squallens sordibus, fletibus pene cæcata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem sol sæpe deprehendit? Cujus canticum psalmi, sermo Evangelium, deliciæ continentia, vita jejunium. Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem nunquam vidi? Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suscipere cœpi, omnes me ilico deseruere virtutes. Unum miser locutus, quod virgines sæpius deberent cum mulieribus esse, quam cum masculis, totius urbis oculos offendi, cunctorum digitis notor. " Romanis odio fuisse monachos passim insinuat.

Idem epist. 25. alias 102. & ep. 22. alias 25.

Hieron. Apolog. 3. adv. Ruf. c. 7.

Itaque ut se subtraheret invidiæ, & calumniis, mense Augusto cum Sancto Vincentio Presbytero, & adolescente fratre, & aliis monachis, navem in Romano portu securus ascendit maxima eum sanctorum frequentia prosequente; & ad Cyprum appulit; ubi susceptus est ab Epiphanio: Inde profectus Antiochiam communicavit cum Paulino, qui eum deduxit Hierosolymam, quo media hyeme pervenit. Paulo post profectus est Alexandriam. Theophilus jam successerat Timotheo, qui mense Julio anni trecentesimi octogesimi quinti obierat; cum circiter quinquennium hanc Ecclesiam administrasset. Monachorum illustrium, qui Ægyptum incolebant, vitam literis prodidit. Extant in maxima Patrum bibliotheca octodecim illius responsa de casibus conscientiæ, quæ Balsamon commentariis illustravit. Canone octavo puerperam a jejunio quadragesimali absolvit. Canone decimo Antepaschalis jejunii diebus vini, & olei usum concedit ægrotis. Decimo sexto. Qui aquam biberit nolens, huic permittit ut accedat ad sacram communionem. Jejunium cum tantum lege ecclesiastica præceptum sit communicantibus, id eis tunc indulgebat Ecclesia saltem Alexandrina. Hieronymus, qui licet jam senex, discendi cupiditate huc venerat, differentem de Scripturis audivit Didymum, cujus nomen apud omnes magnum erat; atque in multis ei gratias agens, quod nescivit, ab eo didicit: eo rogante tres libros in Oseam, & quinque alios in Zachariam dictavit Didymus, ut ea suppleret quæ in Origene desiderabantur. Perlustratis in reditu Ægypti monasteriis, Palæstinam repetens, secessit Bethlehem. Hic linguam hebraicam, cujus prima rudimenta jam noverat, perfecte didicit. Judæum quemdam nomine Baraninan magno pretio nocturnum habuit præceptorem: timebat enim Judæos, tuncque scripsit commentarios in Pauli epistolas ad Philemonem, Galatas, & Ephesios.

Sozom. l. 6. c. 15. — Hieron. epist. 41. alias 65. — Idem Apolog. cap. 7.

Christi An. 388. — Hier. de script. — Theod. l. 5. hist.

XXXIX. Anno trecentesimo octogesimo octavo. Cyrillus Jerosolymæ Episcopus sanctissime obiit. Eum sic laudant Patres secundæ Synodi generalis: " Hierosolymitanæ Ecclesiæ, quæ mater est omnium Ecclesiarum, Reverendissimum, & religiosissimum Cyrillum Episcopum esse judicamus, qui canonice ab Episcopis provinciæ olim fuit ordinatus, & plurima variis in locis contra Arianos certamina subiit. Manuum quidem impositionem ab Acacio recepit, non quod eum eo sentiret, sed jure Metropolitani. Extant ejus catecheses octodecim ad Neophytos: nonnulla ex his recitabimus. In præfatione de Catechesibus ait: Non existimes institutiones istas esse similes homiliis; quamvis & illæ bonæ sint, & fide dignæ: verum si quid hodie in illis neglexerimus, cras discere poterimus. Hæc vero quæ de lavacro regenerationis per ordinem tradimus documenta si hodie neglexeris, quando tandem corrigentur? .... Cum autem Catechesis recitatur, si Catechumenus ex te quæsierit: quid dicebant Doctores? nihil dicas extra, seu externo; mysteria enim tibi, & spem futuri sæculi tradimus. Custodi hoc mysterium retributori, nec unquam dicentem aliquem audi: quid obest, si & ego didicero? ..... non quod digna non sint narratione ea quæ ibi dicuntur, sed quod indignus est ille audire, cui referes. Fueras & tu aliquando Catechumenus, neque tamen proposita mysteria tibi enarrabantur. Quando autem sublimitatem eorum, quæ nunc traduntur, experientia didiceris, tunc plane intelliges dignos non esse Catechumenos qui ea audiant. " Ex his duo certo colligimus. Primum. Etsi mysteria, quæ initiandis clare exponebantur in catechesibus, nonnisi subobscure, & breviter attigisse Patres in homiliis. Hinc non audiendi hæretici, qui, rejectis catechesibus, ad homilias provocant. Secundum. Etiam quarto sæculo exeunte Patres mysteriis in silentio suam servasse dignitatem, nec permisisse ut extraneis evulgarentur.

Christi An. 388. — Cyril. Catech. præf.

S. Cyrilli Catech. 1. — Catech. 2. — Satisfactio pro peccatis condonatis.

In prima gratiæ œconomiam sic explicat. " Ipsius quidem est, qui lucem omnibus adfert, plantare, & rigare, tuum vero fructum facere: Dei est gratiam conferre, tuum vero acceptare, & custodire; non ideo spernas gratiam, quod gratis datur, sed religiose potius, cum eam acceperis, custodito. " In secunda sic commendat satisfactionem pro peccatis etiam remissis. " David quamvis audiverit Dominum transtulisse peccatum ipsius, non abstinuit tamen a pœnitentia. Verum loco purpureæ sacco utebatur; & loco aurei throni, in terra cinereque Rex sedebat ...... & cinere vescebatur: quemadmodum ipse dicit: cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Vindicabat oculis concupiscentem oculum. "

Catech. 3.

In tertia sic describit baptismi efficaciam: " Non tanquam aquæ simplici studeas huic lavacro, sed ut spirituali gratiæ, quæ cum aqua datur .... Qui itaque in aquam descensurus es, non aquæ simplicitati mentem adhibe, sed Spiritus Sancti virtute salutem suscipe: nam sine utrisque ad perfectionem deduci non poteris. Non ego sum qui dico, sed Dominus Jesus Christus, ille qui ejus rei potestatem habet: Nisi quis, inquit, renascatur desuper ex aqua, & Spiritu Sancto, non poterit intrare in regnum Dei. Neque si quis aqua baptizetur absque spiritu, perfectam habet gratiam: neque si quis etiam bene compositis probisque sit moribus, non recipiat autem signaculum per aquam, intrabit in regnum cœlorum. " Id confirmat exemplo Cornelii, qui licet vir justus esset, Petrus tamen jussit ut baptizaretur. Et infra: " Si quis non baptizatus, salutem non habet, præter solos martyres .... qui in propriis sanguinibus baptizabantur. " Inde concludit. Descendis quidem in aquam ferens peccata, sed gratiæ invocatio signans animam non permittit deinceps ab horrendo illo submergi dracone. Mortuus in peccatis descendisti, & ascendis vivificatus in justitia.

Catech. 4. Christi divinitas.

In quarta de Christo sic habet: " Crede in Filium Dei, unum, & solum Dominum nostrum Jesum Christum, Deum ex Deo genitum, ὅμοιον, hoc est, similem per omnia generanti. Qui non in temporibus esse cœpit, sed ante sæcula sempiternus, incomprehensibiliter ex Patre genitus .... Qui in dextra Patris ante omnia sæcula sedet. Neque enim, ut aliqui putabant, post passionem coronatus, & tanquam a Deo propter patientiam accepisset a dextera thronum: sed ex quo est, est autem semper, habet regiam dignitatem assidens Patri, Deus existens. Cum Patre simul regnans .... non deficiens in Deitatis dignitate. " Non minus Orthodoxe Christi Incarnationem, Passionem, Resurrectionem, & Ascensionem exponit. Sed quæ de ejus Cruce dicit, observanda sunt. " Ligno Crucis, inquit, universus terrarum Orbis per partes repletus est .... Multi quidem alias quoque crucifixi sunt; sed cujus crucifixi invocatio dæmones expulit? Non pudeat itaque nos Crucis Christi. Quod si aliquis id occultet,

Catech. 4. Crucis signum.

CHRISTI AN. 385. & 388.

tu manifeste signa te Cruce in fronte, ut dæmones signum Regis videntes, trementes procul fugiant. Fac autem hoc signum, & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans, in summa, in omni tuo negotio. „ Idem docet Tertullianus. De Spiritu Sancto non minus Orthodoxa scripsit Cyrillus. " Crede, inquit, & in Spiritum Sanctum, ... cui cum Patre, & Filio æqualis dignitas, & honor exhibetur .... Hic semper a Deo procedens ..... immutabilis, inconvertibilis, unum existens cum Patre, & Filio. „ In Catechesi decima septima affirmat eamdem esse fidem in unum Deum Patrem, & in Jesum Christum Filium Dei unigenitum, & Spiritum Sanctum Consubstantialem, & Paracletum. Socrates tamen eum accenset Arianis. Sozomenus vero eum dicit adhæsisse dogmati Macedonii, a quo resipuerit tempore Synodi Constantinopolitanæ, haud dubie quia communicavit cum Semiarianis, qui eum ab Acacio expulsum restituerant. Agnita vero eorum nequitia in secunda Synodo generali, cui subscribere noluerunt, ab eorum communione recessit. Theodoretus vero eum vocat Apostolicæ doctrinæ virum. Et Hieronymus, qui eum inter Arianos numeras in chronico, quod scripsit adolescentior, de eodem postea sic scripsit: sancto Cyrillo dedi conscriptam fidem. Qui sic non credit, alienus a Christo est. Illius Catecheses, quas scripsit ante episcopatum, alienum ab utroque errore demonstrant. Idemque confirmat epistola, quam initio sui episcopatus scripsit ad Constantium. In ea enim Filium Patri Consubstantialem profitetur. Denique subscripsit symbolo Constantinopolitano. Frustra igitur eum hæreseos infamant novatores, ut eludant ejus authoritatem.

Spiritus Sancti divinitas. Catech. 4.

Hieron. epist. 15. alias 77.

Catech. 11.

In undecima D. Petri primatum agnoscit; exponens hæc verba Christi: Quem dicunt esse Filium hominis? ... " Dicentibus autem illis quod alii quidem Eliam, alii vero Jeremiam; dicit ad illos ... vos autem Apostoli, qui in nomine meo leprosus mundatis, & dæmonia ejicitis, & mortuos excitatis, non debetis eum ignorare, per quem facitis miracula. Omnibus autem reticentibus, Petrus Princeps Apostolorum, & supremus Ecclesiæ præco ... a Patre Deo in mente illuminatus, dicit ad ipsum, Tu es Christus Filius Dei viventis .... Et infra de generatione divina: Filius ergo Dei, non adoptione, sed natura genitus ex Patre .... Credamus igitur in Filium Dei unigenitum, qui ex Patre natus est, Deum verum de Deo vero. Verus enim Deus non generat falsum. Neque deliberans deinceps genuit, sed perpetuo genuit .... Et sicut sæpe dictum est, non produxit Filium ex non esse ad esse, neque eum qui non erat, in adoptionem adduxit; sed æternus Pater æternum Filium ineffabiliter genuit .... Neque duo sunt principia, sed Pater Christi unum principium: Pater enim Filium genuit .... Et vis nosse quod Deus est ille, qui ex Patre genitus, & deinde Incarnatus est? audi Prophetam dicentem: Iste Deus noster, non reputabitur alius ad illum. Invenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israeli dilecto suo: posthæc in terra apparebit, & cum hominibus conversabitur. Cernis Deum post legislationem Moysis Incarnatum ... sed Pater generans Filium mansit Pater, & non alteratur ..... neque genitus aliquem defectum habet. Perfectus genitor, perfectus genitus. „

S. Petri primatus.

Catech. 12.

In duodecima Salvatorem venisse probat ex Prophetiis præsertim Jacobi, & Danielis. In decima tertia Christum eos liberasse, quos Adam perdiderat, sic probat: " Crucis autem corona, & cæcos in ignorantia illuminavit, & vinctos a peccatis solvit, & universum genus humanum in mundo redemit. Neque mireris totum esse per illum mundum liberatum, non enim simplex homo fuerat, sed Filius Dei unigenitus pro illo moriens; quandoquidem unius etiam viri Adam peccatum potuit mortem adferre mundo. Si ergo transgressione unius, mors regnavit in mundo; cur non multo magis justitia unius vita regnat? & si tunc per cibum illius ligni ejecti sunt ex paradiso; numquid per lignum Jesu nunc non multo facilius credentes in paradisum inducentur? Si protoplastus de terra universalem mortem attulit; qui creavit illum de terra, numquid vitam non adferet æternam, cum ipse sit vita? „ In decima quinta, quamdam suæ ætatis hæresim sic refert, & refellit. " Quod si forte aliquem audieris dicentem, quod finem habet Christi regnum: odens

Catech. 13. *Christi mors pro omnibus, & peccatum originale.*

Catech. 15.

hanc draconis hæresim. Est autem, & aliud caput, quod nuper in Galatia succrevit. Ausus est quidam dicere, quod post finem mundi hujus non regnabit Christus: & ausus est dicere, quod Verbum exiens, ipsa rursus in Patrem resolvetur. Estne adhuc qui ausit talia blasphemare de illo? Non enim audivit Dominum dicentem: Filius meus in sæculum. Non audivit Gabrielem dicentem: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis... Accipe testimonium aliud Danielis, qui dicit: videbam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli sicut Filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum coram illo: & datus est ipsi honor, & principatus, & regnum, & omnes tribus, & linguæ servient ipsi; potestas ejus potestas æterna, quæ non pertransibit; & regnum ejus non corrumpetur. His potius crede, quam hæresibus.

CHRISTI AN. 385. & 388.

Christi regnum est æternum.

Luc. 1. Dan. 7.

In decima octava de resurrectione mortuorum agens, Sanctorum reliquias honorandas sic docet: " Ut autem non solum anima Sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus, seu potentia: jacens in sepulchro Elisæi mortuus, mortuumque corpus Prophetæ attingens, vivificatus est, atque ita mortuum corpus Prophetæ perfecit opus animæ;.... neque vero diffidamus, ut rerum ignari, fieri istud. Si enim sudaria, & semicinctia, extra corpus existentia, contacta ab ægrotis, liberabant illos ab infirmitate; quanto magis corpus ipsum Prophetæ mortuum excitavit? „

S. Reliquiarum cultus.

XL. Cyrilli Catecheses laudant Hieronymus, Theodoretus, Joannes Damascenus, & septima Synodus generalis, testimoniaque ex illis proferunt. Quinque sequentes Catecheses mystagogicas ei abjudicant quidam Heterodoxi. Sed unde eis constat veteres sub nomine Catecheseon illas non comprehendisse? numquid idem earum stylus est, & docendi ratio ac priorum? Præterea Cyrillus in Catechesi decima octava sic eas repromittit. " Post sanctum, & salutarem Paschatis diem, in reliquis hebdomadæ diebus, post synaxim ad sanctum resurrectionis locum congregati, Deo volente, alias Catecheses audietis, in quibus rursus de unoquoque eorum quæ fiunt causas discetis, atque tam ex novo quam ex veteri Testamento demonstrationes accipietis. Primum quidem de his, quæ ante baptismum proxime fiunt. Deinde quomodo mundati estis a peccatis per Dominum lavacro aquæ, in verbo, & quomodo sacerdotalis appellationis Christi participes facti estis, & quomodo signaculum vobis datum est Spiritus Sancti, & de iis, quæ fiunt in altari, sanctis novi Testamenti mysteriis: Quæ hinc capiunt initium. Quod divinæ Scripturæ tradiderunt. Quæ istorum virtus; & quomodo ad hæc accedendum sit, & quando, & quomodo ea habere oporteat. Ultimo autem omnium, quomodo vos progressu temporis, & factis, & dictis digne ad percipiendam gratiam converti oporteat; ut possitis omnes vita perfrui sempiterna. „ Hæc tractantur in quinque mystagogicis catechesibus.

Hier. de script. Eccl. Theod. dial. 2. Damasc. orat. 3. de imag. Catech. 18.

In quarta Sacramenti Eucharistiæ veritatem sic exponit: " Cum igitur Christus ipse sic affirmet, atque dicat de pane: Hoc est Corpus meum: quis deinceps audeat dubitare; ac eodem quoque confirmante, & dicente: Hic est Sanguis meus; quis unquam dubitet, & dicat non esse illius Sanguinem? Aquam aliquando mutavit in vinum, quod est Sanguini propinquum, in Cana Galilææ sola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quod vinum in Sanguinem transmutasset? Si enim ad nuptias corporeas invitatus stupendum miraculum operatus est, & non multo magis Corpus, & Sanguinem suum filiis Sponsi dedisse illum confitebimur? Quare omni cum certitudine Corpus, & Sanguinem Christi sumamus: nam sub specie panis datur tibi Corpus, & sub specie vini datur Sanguis; ut sumpto Corpore, & Sanguine Christi, efficiaris ei comparticeps Corporis, & Sanguinis; sic Christophori erimus, hoc est Christum ferentes; cum ejus Corpus, & Sanguinem in membra nostra receperimus ... Ne ergo consideres tanquam panem nudum, & vinum nudum. Corpus enim est, & Sanguis Christi, secundum ipsius Domini verba. Quamvis enim sensus hoc tibi suggerit, tamen fides te confirmet, ne ex gustu rem judices; quin potius habeas ex fide pro certissimo, ita ut nulla subeat dubitatio, esse tibi donata Corpus, & Sanguinem .... Hoc sciens, & pro certissimo habens, panem hunc, qui videtur a nobis, non esse panem, etiamsi gustus panem esse sentiat, sed esse Corpus Christi. Et

Eucharistiæ veritas. Cyril. Catech. myst. 4.

vinum,

CHRISTI AN. 385. & 388.

vinum quod a nobis conspicitur, tametsi sensui gustus vinum esse videatur, non tamen vinum, sed Sanguinem esse Christi. „

Catech. myst. 5. Eucharistia est sacrificium, prodest vivis atque defunctis.

Eucharistiam esse quoque sacrificium sic docet in sequenti Catechesi. " Deinde vero postquam confectum est illud spirituale sacrificium, & ille cultus incruentus, super ipsa propitiationis hostia obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis & afflictis ...... Cum hoc sacrificium offerimus, postea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt; primum Patriarcharum, & Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis; denique pro omnibus oramus, maximum credentes esse animarum juvamen, pro quibus offertur obsecratio sancti & tremendi, quod in altari positum, est sacrificii .... sic pro defunctis precationes adhibentes, quamvis sint peccatores, ... Christum pro peccatis nostris mactatum offerimus, ut & nobis & illis, eum, qui est benignissimus, propitium reddamus. Postea dicitis illam orationem, quam Salvator suis discipulis tradidit .... Sacerdos autem postea dicit: Sancta Sanctis .... vos deinde respondetis: Unus Sanctus, unus Dominus Jesus Christus .... Audistis deinceps divina quadam melodia psallentem, atque ad sacrorum mysteriorum communionem vos adhortantem: Gustate & videte, quod suavis est Dominus. Num hoc corporeo palato ut istud dijudiceris, vobis præcipitur? Nequaquam, sed potius fide certa, & omnis dubitationis experti. Accedens autem ad communionem, non expansis manuum volis accede, neque enim disjunctis digitis, sed sinistram veluti sedem quamdam subjiciens dextræ, quæ tantum Regem susceptura est, & concava manu suscipe Corpus Christi dicens: Amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis, tum sancti Corporis contactu communica. Cave autem ne quid excidat tibi: quod enim amittas, hoc tanquam ex proprio membro amiseris .... Tum vero post communionem Corporis Christi, accede & ad calicem Sanguinis illius, non extendens manus, sed pronus adorationis in modum, & venerationis, dicens: Amen. Sanctificeris eo Sanguine Christi, quem assumis: & cum adhuc est humiditas in labiis tuis, manibus attingens, & oculos, & frontem & reliqua sensuum organa consecra. Postremo .... Deo gratias age, qui te tantis mysteriis dignum reddidit. „ Eo communes illius ætatis sacræ communionis ritus, & fidelium circa Eucharistiam fidem.

August. serm. 32. vet. edit. Defunctorum commemoratio.

XLI. Fidelium defunctorum commemorationem habent omnes Liturgiæ, institutumque esse Apostolicum sic docet Augustinus: „ Hoc a Patribus traditum universa observat Ecclesia, ut pro iis, qui in Corporis & Sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium suo loco commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoratur. „ Difficultatem vero habet id quod supra ait laudatus Cyrillus .... Defunctis sanctis Patribus & Episcopis, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi sacrificii. Sancti Confessores profecto non egent hoc levamine, cum perfruantur cœlesti gloria. Difficultatem auget Missale Mosarabicum. In eo post Apostolorum & Martyrum commemorationem, ait Sacerdos: Item pro spiritibus pausantium, & recitat nomina Hilarii, Athanasii, Martini, qui catalogo Sanctorum adscripti sunt. Quibus recitatis, cantat Chorus: & omnium pausantium. Cardinalis Bona observat eas commemorationes tum fuisse in usu pro sanctis Confessoribus, iis temporibus, quibus solis Martyribus cultum publicum concedebat Ecclesia; reliquorum vero, præsertim Episcoporum, qui in pace Ecclesiæ, etiam cum opinione sanctitatis decedebant, nomina sacris defunctorum tabulis inscripta promiscue legi consueverant. Sic etiam nunc preces & sacrificia offerimus pro iis omnibus fidelibus defunctis, qui etiam cum opinione sanctitatis decesserunt, quamdiu nihil circa eorum sanctitatem & beatitudinem declaravit Ecclesia; quia fieri potest ut indigeant. Si vero non indigent, aliis applicantur. Præterea cum sacrificium Eucharistiæ sit eucharisticum & propitiatorium, pro Sanctis offerebatur quatenus est eucharisticum, scilicet in gratiarum actionem pro collatis ipsis divinitus beneficiis, & ad quemdam honorem ex cultu fidelium; pro aliis vero offertur ut

Cabasil. cap. 3.

est propitiatorium. Sic Nicolaus Cabasilas Græcam Liturgiam explicat. Sic Innocentius tertius expo-

nit secretam orationem S. Leonis, prout legitur in antiquis codicibus, videlicet: Annue nobis Domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio, nempe ad honorem. Expositionis illius veritas constat ex Liturgia D. Chrysostomi. In ea enim sic fit commemoratio Sanctorum: Item offerimus tibi rationale hoc obsequium pro his, qui in Christo requiescunt, pro majoribus, pro Patribus, Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, Prædicatoribus & Evangelistis, Martyribus, Confessoribus, Continentibus, & quovis spiritu in fide consummato ... Præsertim pro sanctissima, illibata, super omnes benedicta, gloriosa Regina nostra Deipara, & semper Virgine Maria ..... Sancti Joannis Prophetæ, Præcursoris ac Baptistæ, sanctorum ac percelebrium Apostolorum, Sancti, N. cujus memoriam celebramus, & omnium Sanctorum tuorum supplicationibus respice nos Deus. Cæterorum autem fidelium defunctorum ibidem sic fit memoria. Memento omnium, qui predormierunt in spe resurrectionis æternæ vitæ, & requiescere eos facito, ubi præsidet lumen vultus tui. Idem confirmat Missale Mosarabicum. Nam in Missa sancti Martini, qui primus inter Confessores cultu publico cœpit honorari in Occidente, hæc verba leguntur in oratione post nomina: Hunc virum, quem ætatis nostræ tempora protulerunt, jubeas auxilium nostris ferre temporibus.

CHRISTI AN. 385. & 388. Innoc. 3. de celebration. Missar. D. Chrysostomi Liturgia.

XLII. D. Paula, vidua Romana nobilissima, post aliquot menses, cum filia sua Eustochio virgine Hieronymum subsecuta est, vela faciens in Palæstinam: filiis suis, antequam proficisceretur, cuncta largita est. Sequentibus antiquitatis monumentis ejus iter signat

Hieron. epist. 86. alias 27. Loca sacra Palæstinæ.

Hieronymus. Delata est ad insulam Pontiam, quam sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani, Flaviæ Domitillæ nobilitavit exilium, viditque cellulas, in quibus illa longum duxerat martyrium .... Postea venit Cyprum, ubi sancti Epiphanii pedibus provoluta, decem ab eo diebus retenta est .... quibus omnia illius regionis lustrans monasteria, prout potuit, refrigeria sumptibus Fratrum dereliquit, quos amor sancti viri de toto illuc Orbe conduxerat. Inde brevi cursu transfretavit Seleuciam, de qua ascendens Antiochiam, Paulini modicum charitate detenta, media hyeme, fœmina nobilis, quæ prius Eunuchorum manibus portabatur, asello sedens profecta est. Peragrata Syria, Sidonem venit, eaque derelicta, in Sareptæ littore Eliæ est ingressa turriculam .... Cæsareæ domum Cornelii vidit Christi ecclesiam, & Philippi ædiculas, & cubicula quatuor virginum Prophetarum; deinde Lyddam versam in Diospolim, Dorcadis atque Æneæ resurrectione atque sanitate inclytam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Joseph, qui Dominum sepelivit. Joppen quoque fugientis portum Jonæ .... Repetitoque itinere Nicopolim, quæ prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in Ecclesiam dedicavis.

Ibid.

Post aliquot dies, ad lævam mausolæo Helenæ derelicto, quæ Adiabenorum Regina in fame populum frumento juverat, ingressa est Jerusolymam. Cumque Proconsul Palæstinæ, qui familiam ejus optime noverat, præmissis apparitoribus jussisset parari Prætorium, elegit humilem cellulam: & cuncta loca summo ardore ac studio circumivit. Prostrataque ante Crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat. Ingressa sepulchrum resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amoverat Angelus, & ipsum corporis locum, in quo Dominus jacuerat, fideli ore lambebat. Ascendit Sion ..... hic ostendebatur illi columna Ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur flagellatus. Monstrabatur locus, ubi super centum viginti credentium animas Spiritus sanctus descendisset. Deinde pro facultate sua, pauperibus atque conservis pecunia distributa, perrexit ad Bethleem, & in dextra parte itineris stetit ad sepulchrum Rachel; atque in Bethleem ingressa, & in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium, & stabulum, in quo jacuit Christus, quem vagientem in præsepi, & Magos & pastores adorantes oculis fidei cernere putabat .... Descendit ad turrim Ader, id est gregis, juxta quam Jacob pavit greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & invenerunt Agnum Dei. Perlustratis aliis locis, quæ in veteri Testamento celebrantur, reversa est Jerusolymam, conscenditque

CHRISTI AN. 388. montem Oliveti, de quo Salvator ascendit ad Patrem. Post ingressa sepulchrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethphage villam, ubi asellus Domino terga præbuit ad sedendum. Rectoque itinere descendit Jericho, & vidit arborem sichomorum Zachæi, & juxta viam cæcorum loca, quos Christus sanavit: & duodecim lapides, qui de Jordanis illuc translati alveo, duodecim Apostolorum fundamenta firmaverant, & fontem amarissimum, quem in dulcorem convertit Elisæus; perrexitque ad Jordanem quem suo Dominus mundavit baptismate ..... Sepulchra quoque in monte Ephraim Jesu filii Nave, & Eleazari filii Aaron sacerdotis e regione venerata est.

Ibid. Transiens Sichem, quæ nunc Neapolis appellatur, exstructam circa puteum Jacob intravit ecclesiam, ubi Samaritana reperit Salvatorem. Atque inde divertens vidit duodecim Patriarcharum sepulchra; & Samariam, ubi siti sunt Elisæus & Abdias Prophetæ, & Joannes Baptista; ubi multis intremuit consternata mirabilibus, namque cernebat dæmones variis rugire cruciatibus, cum energumeni ad sepulchra Sanctorum adducerentur. Inde cito itinere percurrit Nazareth nutriculum Domini; Cana & Capharnaum signorum ejus familiares; lacum Tyberiadis navigante Domino sanctificatum, & solitudinem, in qua multa populorum millia paucis saturata sunt panibus. Ascendit montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Transiens in Sochos vidit Morasthim, sepulchrum quondam Michææ Prophetæ, nunc ecclesiam. Recentiorem relationes cum hoc sacro D. Hieronymi itinerario quisquis conferret, multæ ei occurrent dubitandi rationes. Quid enim celebre & sacrum in Palæstina Paulam latuit & Hieronymum?

Perlustratis sacris Palæstinæ locis, Paula, comite filia Eustochio, & deducente Hieronymo, pertransiit in Ægyptum, multa monasteria lustravit, & quidquid illis contulerat, in Dominum contulisse lætabatur. Reversa est in Palæstinam, nec multo post in sancta Bethleem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitio, donec exstrueret cellulas ac monasteria, & diversorum peregrinorum juxta viam conderet mansiones. Ætatem reliquam hic egit in jugi corporis mortificatione, jejuniis, orationibus, Scripturæ sacræ lectionibus ac meditationibus, atque in variis pietatis, præsertim hospitalitatis operibus. Hieronymi consiliis regebatur, qui ibidem ad mortem usque perseveravit, multaque pereruditè scripsit. Italam novi Testamenti versionem fidei græcæ reddidit, & novam veteris translationem juxta textum Hebræum adornavit, qua jam a multis sæculis utitur latina Ecclesia.

Theod. hist. l. 5. cap. 21. *S. Marcellus martyr.* XLIII. Theodosius Imperator tunc adversus Gentilium superstitionem studium suum convertit, legesque scripsit, quibus idolorum fana destrui jubebat. Primus inter alios Episcopos S. Marcellus, legis illius præsidio munitus, Apamiæ fana destruxit. Joanni Apamensium Episcopo, qui secundæ Synodo generali subscripserat, successerat, vir plane divinus, & spiritu fervens, qui & martyrii coronam obtinuit. Venerat autem Apamiam Cynegius Præfectus prætorio Orientis, duos secum Tribunos habens, cum militibus se continuit. Præfectus igitur templum Jovis, quod amplissimum erat, destruere aggressus est. Sed cum operis structuram admodum firmam ac solidam esse deprehendisset; nulla vi humana dissolvi posse lapidum compagem judicavit. Hanc Præfecti trepidationem cum vidisset divinus Marcellus, eum quidem ad alias urbes interim misit; ipse vero Deum precatus est, ut quomodo destruendum esset ædificium, indicaret. Mane igitur quidam ad eum ultro accessit, qui lapides tantum & ligna humeris bajulare consueverat, eique facile destructurum se templum spopondit. Duorum tantum opificum mercedem postulavit, quam Marcellus daturum se promisit. Ille sic illud subruit. Templum erat in vertice positum, porticum ex quatuor lateribus ipsi cohærentem habebat, columnæ vero maximæ erant, templique altitudinem æquabant. Singularum ambitus sexdecim erat cubitorum. Lapidis vero natura erat firmissima, & quæ lapidicidarum instrumentis haud facile cederet. Harum igitur singulas cum in orbem suffodisset, & suppositis oleaginis lignis eas fulsisset, ab una ad aliam transibat. Hac ratione cum tres jam columnas suffodisset, ignem lignis subjecit. Sed dæmon quidam atri coloris apparens, & flammæ vim cohibens, materiam ab igne consumi non sinebat. Cum igitur id sæpius moliti inutilem esse conatum suum perspicerent; Episcopo eam rem indicarunt. Is confestim ad ecclesiam progressus, aquam in vasculo sub altari posuit: ipse vero frontem solo affixam habens, clementem Dominum orabat, ne dæmonis tyrannidem ulterius pateretur. Cumque Crucis signo aquam signasset, Equitio diacono præcepit ut aquam acciperet, & ocius ad locum properans eam cum fide spargeret, ignemque admoveret. Quo ita facto, dæmon aquæ vim non ferens aufugit. Ignis vero aqua, non secus atque oleo excitatus, & materiam apprehendit, & momento temporis eam consumpsit. Ita columnæ, combustis quibus suffulciebantur, lignis, corruerunt, & duodecim alias eadem ruina secum traxerunt. Sed & templi latus, quod columnis cohærebat, illarum vi simul tractum concidit. Ex quo ingens secutus fragor cum universam urbem pervasisset, cunctos ad rei spectaculum excivit, qui cum dæmonis quoque fugam didicissent, hymnos in supremi omnium moderatoris laudem canere cœperunt.

Sozom. l. 7. c. 15. Marcellus cum intelligeret Paganos non aliter a priori superstitione facile converti posse, fana reliqua, quæ in urbe & in pagis erant, subvertit. Cumque audiisset maximum templum esse Aulone, qui tractus est regionis Apamenorum, assumptis secum militibus & gladiatoribus eo perrexit. Gentiles enim ad tutelam templorum suorum sæpius utebantur præsidio Galilæorum, & rusticanorum hominum ex vicis, qui sunt circa Libanum. Marcellus cum propius accessisset, ipse quidem extra telorum jactum remansit, erat enim pedibus æger. Militibus vero & gladiatoribus in expugnatione templi occupatis, quidam ex Paganis cum illic solum relictum esse cum cognovissent, qua parte locus pugna vacabat, egressi sunt, & ex improviso supervenientes, eum corripiunt, injectumque in rogum interficiunt. Progressu temporis postquam detecti sunt cædis authores, filii quidem Marcelli mortem patris ulcisci cupiebant; verum provinciæ Synodus id prohibuit, æquum non esse censens eam ulcisci mortem, ob quam Deo gratias agere oporteret, quippe qui dignus habitus esset qui pro Deo moreretur. Decimo nono Kalendas Septembris, Marcellum veneratur Ecclesia. Idac. Fast. Cynegius autem Præfectus Prætorio, cum pervenisset Alexandriam, in tota Ægypto templa claudi jussit, & interdixit sacrificia, idolorumque cultum; plura non ausus tentare, ne moveret seditionem. Theodosiique jussu imaginem Maximi conspiciendam Alexandrinis palam exposuit, consortemque Imperii factum habita ad populum oratione declaravit. Id quippe missa legatione postularat Maximus, cujus sceleris ultionem in aliud tempus distulit Theodosius. Marcell. in Chron. Legati quoque Persarum Constantinopolim advenerunt, pacem a Theodosio postulantes, quæ sancita diu perseveravit.

Justinæ resistit. Ambros. Ambr. epist. 20. alias 14. XLIV. Dum in Oriente religio floret, Justina Augusta, Arianæ hæreseos alumna, impietatis suæ venena, quæ vivente viro suppresserat, filio facile decepto fidenter aperuit. Primum sibi aditum debellandæ rimabatur Ecclesiæ, omni oppugnationis genere fatigando Ambrosium, qui turbulentum Mediolanensis Ecclesiæ statum sic ipse describit. Appropinquante festo die Paschatis anni trecentesimi octogesimi quinti, Valentiniani filii sui nomine petiit Portianam ecclesiam, quæ extra muros erant, quo convenirent Ariani: deinde basilicam novam intra muros, quæ major est. Ambrosium convenerunt primo Comites consistoriani, ut eam traderet, & procuraret ne quid populus turbarum moveret. Respondit, templum Dei a Sacerdote tradi non posse. Sequenti die in ecclesiam Præfectus venit, & cœpit suadere, ut basilica Portiana cederent. Populus reclamavit. Ita nunc discessum est, ut intimaturum se Imperatori diceret. Sequenti die, erat autem Dominica palmarum, post lectiones Scripturarum, atque tractatum, seu homiliam, dimissis Catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterio Ecclesiæ tradebat Ambrosius; nuntiatum est ei, quod ad Portianam basilicam de palatio decanos seu lictores misissent, & vela suspenderent in signum possessionis, populi partem eo pergere. Ille mansit in munere, & Missam facere cœpit, nempe dimisit competentes, ut fidelium Missam inchoaret. Dum offert, raptum cognovit a populo Castulum quemdam, quem Presbyterum dicerent

Ariani.

CHRISTI An. 385.

Ariani. Hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere, & orare in ipsa oblatione Deum cœpit, ut subveniret, ne cujusquam sanguis in causa Ecclesiæ flueret, sed ut ipsius pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impiis effunderetur. Missis igitur presbyteris & diaconibus, eripuit injuriæ virum.

Ibid. Condemnationes illico gravissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercatorum. Itaque sanctis diebus hebdomadis ultimæ ante Pascha, quibus solebant debitorum laxari vincula, stridunt catenæ, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri infra totum triduum. Respondent, aliud tantum, aut duplum si peteretur, daturos, dummodo servarent fidem. Erant pleni carceres negotiatoribus ...... honoratis mulcta minabantur gravissima, nisi basilicam traderent: fervebat persecutio. Ambrosium conveniunt Comites & tribuni, ut basilicæ fieret matura traditio: dicebant Imperatorem jure suo uti, eo quod in potestate ejus essent omnia. Respondit, si peteret ipsius fundum vel argentum, se non refragaturum, quanquam omnia, quæ ipsius sunt, essent pauperum: verum ea quæ sunt divina, Imperatoriæ potestati non esse subjecta. Si patrimonium petitur, inquit, invadite: si corpus, occurram: vultis in mortem? voluptati est mihi ...... non ego vallabor circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor. Ista dicebat, armatos enim ad basilicam occupandam missos cognoverat; horrebatque ne aliqua strages fieret, quæ in perniciem vergeret totius civitatis. Exigebatur ab ipso, ut compesceret populum. Respondebat, in suo jure esse ut non excitaret: in Dei manu uti mitigaret. Postremo si eum putarent incentorem, abducerent in quas vellent terrarum solitudines. His dictis, illi abierunt. Ille in basilica veteri totum exegit diem: Inde domum cubitum se recipit.

Ibid. Ante lucem circumfuso milite occupatur basilica. Idque a militibus mandatum Imperatori dicitur; ut si prodire vellet, haberet copiam, se prælio futuros, si viderent eum cum Catholicis convenire: alioquin se ad eum cœtum, quem Ambrosius cogeret, transituros. Prodire de Arianis nullus audebat, quia nec quisquam de civibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexit Ambrosius. Sed dum leguntur lectiones, intimatur ei plenam populi esse basilicam etiam novam; Lectorem efflagitari. Milites ipsi, cognito quod præcepisset, ut populus abstineret ab eorum communionis consortio, ad conventum fidelium venire cœperunt. Quibus visis, turbantur mulierum animi, proripit se una. Ipsi tamen milites se ad orationem, non ad prælium, venisse loquebantur.

Ibid. Ambrosius tunc adorsus est sermonem suum in librum Job, quem pro more legi populus audierat. Illiusque tentationis circumstantias præsenti tribulationi sic accommodavit, ut populi fidem & constantiam laudaret, nec parcere Justinæ, quam cum Eva, Jezabele, & Herodiade comparavit. Dum hæc tractat, suggestum est ipsi cortinas regias esse collectas, refertam autem populo basilicam ipsius præsentiam poscere. Remansit tamen missis ad eam Presbyteris. Sermonemque prosequens, Deo gratias egit ob mutatum Imperatoris animum. Interea nuntiatur ei missum notarium, qui hæc mandata deferret: Cur Presbyteros ad basilicam destinasti? Si tyrannus es, scire volo, ut sciam quemadmodum me adversum te præparem. Retulit Ambrosius se nihil in præjudicium fecisse Ecclesiæ: eo tempore quo audierat occupatam esse a militibus basilicam, gemitum tantummodo liberiorem habuisse; multisque adhortantibus ut eo pergeret, dixisse: basilicam tradere non possum, sed pugnare non debeo. Postea vero quam cognoverit cortinas regias inde esse sublatas, cum se populus eo ire deposceret, direxisse Presbyteros, tamen noluisse ire, sed dixisse: Credo in Christo, quod nobiscum faciet Imperator. Si hæc tyrannidis videntur, habeo arma, sed in Christi nomine: habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire, si tyrannum putaret. Non (inquit) hoc Maximus dicet, quod tyrannus sim Valentiniani, qui se meæ legationis objectu queritur ad Italiam non potuisse transire. Addidit, quia numquam Sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore fidelium: scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ. Ipse domum redire non potuit, quia circumfusi milites basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in Ecclesiæ basilica minore dixit. Sequenti die, quo ultima Domini Cœna recolitur, lectus est de more liber Jonæ: quo completo, cum tractaret de pœnitentia, nuntiatur Imperatorem jussisse, ut recederent milites de basilica: negotiatoribus quoque, quod exacti de negotiatione fuerant, redderetur. Populi lætitia gratiarum actionibus se tradidit. Erat autem dies, quo in Ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nuntiare milites, irruentes in altaria; osculis significare pacis insigne. Hæc gesta sunt, (inquit Ambrosius scribens sorori suæ Marcellinæ, quæ tum Romæ commorabatur) atque utinam jam finita. Sed graviores motus jam futuros plena commotionis imperialia verba indicant. Ego tyrannus appellor. Nam cum Imperatorem Comites obsecrarent, uti prodiret ad Ecclesiam, idque petitu militum se facere dicerent, respondit: Si vobis jusserit Ambrosius, vinctum me tradetis. Quam vocem omnes cohorruerunt. Denique Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est: Me vivo, tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi ut impleas quod minaris, ego enim patiar quod Episcopi, tu facies quod spadones facere solent. Calligonus non multo post sceleris infamis convictus, capite damnatus est.

Sozom. l. 7. c. 13. *Benivolo pro fide fortitudo.* Justina graviori ira exarsit, & conatus suos legis authoritate munire constituit. Accito igitur Benivolo, qui tum scriniis memoriæ præsidebat, præcepit ut confestim legem dictaret, qua fides olim in Ariminensi Concilio recitata confirmaretur. Quod cum ille facere recusaret, (erat enim Catholicæ communionis) eum Justina altioris gradus pollicitatione demulcens cœpit hortari. Nec tamen ei persuadere potuit. Nam Benivolus detractum sibi cingulum ante pedes ejus abjecit; nec præsentem dignitatem, nec ullam aliam majorem pro mercede impietatis se velle suscipere affirmans. Substitutus est alter in ejus locum, qui sequentem legem dictavit: Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus divinæ memoriæ Constantii, Sacerdotibus convocatis ex omni Orbe Romano, expositaque fide, in Ariminensi Concilio, Constantinopoli etiam confirmata, in æternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam quibus jussimus patescat arbitrium. Datum decimo Kalendas Februarii. Benivolus vero magis eligens vivere privatus, quam fidei proditor fulgere in aula, secessit Brixiam patriam suam, susceptoque baptismo, erat enim tantum Catechumenus, pietate floruit, imprimis charus D. Philastrio illius urbis Episcopo, ejusque successori Gaudentio.

Cod. Theod. de fide Cath l. 4.

D. Gaud. præf.

Ambr. orat. 5. *Ambrosius in causa ecclesiastica declinat judicium Imperatoris.* Ambros. epist. 21. alias 13.

XLV. Valentiniani lege promulgata, cujus præcipuus author fuerat Auxentius junior, Arianorum Mediolani Episcopus, natione Scytha, qui cum Mercurinus vocaretur, mutavit nomen ad plebem decipiendam, quam tenuerat senior Auxentius, & ne cognosceretur quis esset, se vocavit Auxentium. Hic fretus authoritate Justinæ, Mediolanensem Ecclesiam sibi vindicare tentavit, diemque dixit Ambrosio, ut utriusque jus coram Imperatoris consistorio examinaretur, ubi certo sciebat se fore superiorem. Dalmatius igitur Tribunus & Notarius mandato Imperatoris convenit Ambrosium, postulans ut & ipse judices legeret, sicut elegisset Auxentius, ut in eo consistorio fieret concertatio, arbitro Imperatoris judicio; sin minus, abiret quo vellet. Ille consultis Episcopis qui aderant, eorum consilio declinavit illud judicium, libellumque supplicem scripsit Imperatori, rationes exponens, quæ, ne vocatus in consistorium veniret, prohiberent. "Nec quisquam, inquit, contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoriæ Pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa Fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis; hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judicare. Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hæc voluit ad Episcopale judicium pertinere... Quando audisti, clementissime Imperator, in causa Fidei laicos de Episcopo judicasse? ... At certe, si vel Scripturarum seriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat, in causa fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare? " ... Et infra de Ariminensi Synodo

CHRISTI An. 385.

" merito Concilium illud cahorreo, fequens tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors, nec gladius poterit feparare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodofius beatiffimus Imperator & fequitur, & probavit: Hanc fidem Galliæ tencat, hanc Hifpaniæ, & cum pia divini Spiritus confeffione coflodiunt. Si tractandom eft, tractare in Ecclefia didici, quod majores fecerunt mei. Si conferendum de Fide, Sacerdotum debet effe illa collatio, ficut factum eft fub Conftantino Auguftæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmifit, fed liberum dedit judicium Sacerdotibus. Factum eft etiam fub Cooftantio. Sed quod bene cœpit, aliter confummatum eft. Nam Epifcopi primo fincetam fcripferant fidem: fed dom volont quidam de fide intra palatium judicare, id egerunt, ut circumfcriptioolbus illa Epifcoporum judicia mutarentur. Qui tamen inflexam ftatim revocavere fententiam. Et certe major numerus Arimini Nicæni Concilii fidem pmbavit, Atiana decreta damnavit, fcilicet in primo fuo decreto. Si ad Synodum provocat Auaentius, ut de fide difputet .... Cum audiero Synodum congregari, & ipfe non deero. Veniffem, Imperator, ad confiftorium elementiæ tuæ, ut hæc coram fuggererem, fi me vel Epifcopi, vel populus permififfent.

Paol. vit, Ambr. num. 13, Ambr. ferm. contra Auxent.

Ambrofius pofthæc fe recepit in Ecclefiam: diu noctuque eacubias agebat populus, ne per vim abduceretur. Imperator milites miferat; fed Deus eorum corda convertit, ut averfis fcutis Ecclefiæ fores fervarent, nec egredi dimitterent, fed ingredi Ecclefiam plebem Catholicam minime prohiberent. Sollicitum populum variis fermonibus levabat Ambrofius; unus fupereft adverfus Auxentium, quem Dominica Palmarum poft multas noctes pervigiles fe pronuntiaffe indicat: ac proinde poft annum contigit hæc fecunda perfecutio, fed iifdem ac præcedens diebus. Primo pollicetur quod eos numquam deferturus fit, nec ceffurus minis & terroribus boftium, ut tradat Ecclefiam, fed paratum effe mori pro caufa Ecclefiæ, quam tamen folis lacrymis & ad Deum precibus defendere conftituit: hortaturque ut fint tantum fpectatores fui certaminis, cum fecurus fit quia quidquid pafsurus fuerit, fe pro Chrifto pafsurum .... Auaentius, inquit, gladium volantem per omnes urbes dircait. Et Satanas transfigurat fe in Angelum lucis, & in malum imitatur ejus potentiam. Hinc conftat eam perfecutionem per omnem Italiam fuiffe graffatam.

Paul. vit, Ambr. num. 12. *Ambrofius variis appetitus infidiis divinitus fervatur.* Pfal. 7.

Quæ de percuffore breviter in eo fermone attigit Ambrofius, Paulinus in ejus vita fic narrat diftinctius: unus infelicior cæteris, nomine Euthymius, in tantum furorem eacitatus eft, ut juxta Ecclefiam fibi domum pararet, atque in eadem carrum conftitueret, quo facilius raptum Ambrofium, fuperpofitum carpento ad exilium perduceret. Sed iniquitas ejus in verticem ipfius defcendit; poft annum etenim eo die, quo illum rapere fe arbitrabatur, in eodem carpento impofitus, de eadem domo ipfe ad exilium deftinatus eft. Cui non minimum folatii præbuit Ambrofius, dando fumptus vel alia quæ erant neceffaria. Alius etiam gladium ferens ad cubiculum ufque pervenit, ut interficeret Ambrofium; fed cum elevaffet manum, diftricto gladio, dextera exferta in aera obrigente, remanfit. Tunc fe miffum a Juftina poftquam confeffus eft, brachium, quod inique cum extenderetur, obriguerat, fanatum eft confeffione. Demum harufpex Innocentius nomine, quem Juftina miferat ad excitanda odia populorum in Ambrofium, cacumen tecti Ecclefiæ confcendens, medio noctis facrificavit. Sed quanto inftantius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa Fidem Catholicam, & Domini Sacerdotem convalefcebat. Mififfe fe etiam & dæmones, qui illum internecarent, faffus eft: fed & dæmones renuntiaffe fe non folum ad ipfum appropinquare minime poffe, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Epifcopus: quia ignis infuperabilis omne illud ædificium communiret, ut etiam longe pofiti urerentur: atque ita ceffaffe artes fuas, quibus adverfus Domini Sacerdotem fe aliquid poffe arbitrabatur. Hæc, inquam, mortua Juftina, cum ob alia crimina comprehenfus torqueretur, ille confeffus eft.

Ambr. ferm. contra Auxent.

Ambrofium læfæ majeftatis accufabant adverfarii; illud crimen fic a fe depellit. " Quid igitur a m refponfum eft contumaciter? Dixi enim conventus: Abfit a me ut tradam Chrifti hæreditatem .... & addit: Abfit ut tradam hæreditatem Patrum, hoc eft, hæreditatem Dionyfii, qui in exilio in caufa Fidei defunctus eft, hæreditatem Euftorgii confefforis, hæreditatem Miroclis, atque omnium fidelium retro Epifcoporum Mediolanenfium. Refpondi ergo quod Sacerdotis eft; quod Imperatoris eft, faciat Imperator. Prius eft ut animam mihi, quam Fidem auferat .... Quid igitur non humiliter refponfum eft a nobis? Si tributum petit, non negamus. Agri Ecclefiæ folvunt tributum: fi agros defiderat Imperator, poteftatem habet vindicandorum, nemo noftrum intervenit .... non dono, fed non nego .... folvimus quæ funt Cæfaris, Cæfari, & quæ funt Dei, Deo. Tributum Cæfaris eft, non negamus. Ecclefia Dei eft, Cæfari utique non debet addici, quia jus Cæfaris effe non poteft Dei templum. Quod cum honorificentia Imperatoris dictum nemo poteft negare. Quid enim honorificentius, quam ut Imperator Ecclefiæ filius dicatur? „ Hoc tempore primum antiphonæ, hymni, & vigiliæ in Ecclefia Mediolanenfi celebrari cœperunt. Cujus celebritatis devotio ufque in hodiernum diem non folum in eadem Ecclefia, verum per omnes pene Occidentis provincias manet. Davidicos pfalmos in Ecclefia femper decantaffe fideles, certa eft traditio; fed ut alternis cantarentur, in Occidente inftituit Ambrofius, qui etiam hymnos compofuit, in quorum fine laudatur fanctiffima Trinitas, quos officiis fuis inferuit Ecclefia. Nocturnis autem pervigiliis fucceffit jejunium; nocturnum tamen officium cum Laudibus etiam nunc præmitti debet celebrationi facrificii. Sacerdotes, inquit Innocentius Papa quartus, Miffam celebrare priufquam officium matutinale compleverint, non præfumant. Quod decretum etiam Miffas privatas fpectat.

CHRISTI An. 385.

Vigiliæ & hymni in Ecclefia. Paulin. in vit. Ambr. num. 13. Innoc. 4. epift. 10. ad Otton.

Dum hæc in longum diverfis machinis & oppugnationibus Juftina moliretur, Maximus, qui fe exuere tyranni infamia, & legitimum Principem geftiret oftendere, datis literis hanc Ecclefiæ impugnationem fic reprehendit .... Audivi novis clementiæ tuæ edictis Ecclefiis Catholicis vim illatam effe, obfideri in bafilicis Sacerdotes, mulctam effe propofitam, pœnam capitis adjectam, & legem fanctiffimam fub nomine nefcio cujus legis everti. Hoc quam grave fit, poteris intueri, fi Dei magnitudinem volueris cogitare .... Italia omnis atque Africa hoc Sacramento credunt; hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hifpania, Roma ipfa venerabilis, cujus etiam in hac parte principatus eft, quod Deum ficut fequi voluit, agnovit .... Venerabilis memoriæ Valentinianus, pater clementiæ tuæ, hac fide fideliter imperavit .... Quæ tanta mutatio, ut qui antea Sacerdotes, nunc facrilegi judicentur? oftendit quod inde feditiones oboriantur. Denique concludit: nullo certe majori genere curam meam circa clementiam tuam probare tibi poffem, quam fi horter ut definas. Puto enim recognofces, quod nemo hoc fuaderet inimicus.

SS. Gervafii & Protafii inventio. Ambr. epift. 22. alias 54.

XLVI. Perfecutionem fic fopitam metu Maximi novis prodigiis penitus compreffit Deus. Per idem enim tempus fancti martyres Protafius & Gervafius fe Ambrofio revelaverunt. Rem totam fic ipfe narrat. " Cum ego bafilicam dedicaffem, fcilicet Ambrofianam, multi clamarunt, ficut Romanam dedices. Refpondi, faciam, fi Martyrum reliquias invenem .... Dominus gratiam dedit; noctu Martyres per vifum fepulturæ fuæ locum indicarunt. Tunc ego formidantibus etiam Clericis juffi eruderari terram eo loci, qui eft ante cancellos fanctorum Felicis atque Naboris. Inveni figna convenientia ..... Invenimus miræ magnitudinis viros duos, ut prifca ætas ferebat, offa omnia integra, fanguinis plurimum, avulfum humeris caput .... condivimus integra ad ordinem: tranftulimus vefpere jam incumbente ad bafilicam Fauftæ: ibi vigiliæ tota nocte, manus impofitio. Tunc fenes repetunt audiffe fe aliquando horum Martyrum nomina, titulumque legiffe. Sequenti die tranftulimus ea in bafilicam, quam appellant Ambrofianam; cæcus fanatus eft; vocabatur Severus; hic ubi veftem Martyrum attigit, lumen recepit: qui poftea quamdiu vixit, in eadem bafilica fervivit. Cognoviftis, imo vidiftis ipfi multos a dæmoniis purgatos, plurimos etiam, ubi veftem Sanctorum manibus contigerunt, iis, quibus laborabant, debilitatibus abfolutos ...... Quanta oraria jactitantur? quanta indumenta fuper reliquias facratiffimas, & tactu ipfo medicabilia repofcuntur? gaudent omnes extrema linea contingere, & qui contigerit, falvus erit .... Tales ego ambio defenfores ... Etfi hoc munus Dei eft, tamen gratiam, quam temporibus Sacerdotii mei Dominus Jefus tribuit,

CHRISTI AN. 385.

buit, negare non possum .... Succedant victimæ triumphales in locum ubi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redempti sunt passione .... Condamus ergo reliquias sacrosanctas .... Acclamavit populus ut in Dominicum differretur diem Martyrum depositio: sed tandem obtentum ut sequenti fieret die. „

Ibid.

Hæc coram innumera populi multitudine locutus est Ambrosius, qui sequenti die Arianorum confusionem & calumnias in alio sermone retulit, atque confutavit. " Ariani dicunt: Non sunt isti Martyres, nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare. Cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia Martyrum remediis sanatorum, & absolutorum indiciis declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dixit, video, qui non videbam .... notus homo est, publicis, cum valeret, mancipatus obsequiis, Severus nomine, lanius ministerio. Deposuerat officium, postquam inciderat impedimentum; vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis: eos vindices suæ visitationis accersit, quos habebat testes & arbitros cæcitatis. Si Martyribus invident, ostendant alterius fidei fuisse Martyres, quam ipsi credunt. „ Deus non passus est diu a perfidis insultari sanctis suis. Unus itaque ex ipsa multitudine subito arreptus a spiritu immundo, ita torqueri eos clamavit, ut ipse torquebatur, qui negarent Martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitatem, quam docet Ambrosius. At illi hac voce confusi qui converti debuerant ..... in piscinam demersum hominem necaverunt. Per idem tempus Arianus acerrimus disputator, & durus atque inconvertibilis ad Fidem Catholicam, constitutus in Ecclesia, tractante Episcopo, vidit, ut ipse postmodum loquebatur, Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem: ut verba Angeli populo Episcopus renuntiare videretur. Quo viso conversus, fidem, quam expugnabat, cœpit ipse defendere .... Ex hoc tempore sedata est persecutio. Eorumdem Martyrum inventionis, celebritatis & mirabilium meminit S. Gaudentius tunc Presbyter, & Augustinus qui præsens aderat; quatuor igitur testes omni exceptione majores habemus, Ambrosium scilicet, Augustinum, Gaudentium, atque Paulinum Ambrosii diaconum, qui referunt ea quæ viderunt; nempe miracula, quæ per Sanctorum reliquias operatus est Deus, fideliumque devotionem erga easdem & venerationem sacram.

Paul. vit. Ambr. num. 56.

Num. 57.

Gaudent. tract. 17. Aug. l. 9. conf. c. 7.

Augustini initia. Possid. vit. Aug.

XLVII. Jam a duobus annis Mediolani commorabatur Augustinus, cujus vitam compendiose scripsit Possidius Calamensis Episcopus ejus discipulus; illius partes insigniores referemus; quæ vero vel omisit, vel brevius exposuit, ea ex S. Doctoris libris exscribemus. Augustinus ex urbe Africana Tagaste parentibus honestis & Christianis progenitus est, Idibus Novembris anno Domini trecentesimo quinquagesimo quarto. Puer gravi morbo correptus factus est Catechumenus: Grammaticæ in sua civitate operam dedit, inde Madauros missus, humanioribus literis animum imbuit. Domum reversus est anno decimo sexto ætatis ex necessitate domestica: feriatus ab omni schola vesaniæ libidinis se dedit; cum interea non satageret pater ejus, quam castus esset, dummodo esset disertus; correptus a matre contempsit. Sumptibus paratis anno sequenti ad studia Rhetoricæ mittitur Carthaginem; sed studentem rapiebant spectacula theatrica, quæ penitus depravarunt ejus animum, ac præceps ruit in flagitiosos amores; sed & in foro versabatur inter causidicos, instigante superbia, ut excelleret in eis. Quo tempore Patricius pater ejus, baptismate suscepto, e vivis abiit. Hortensius Ciceronis mutavit ejus affectum. Viluit ei repente omnis vana spes, & surgere jam cœperat ut ad Deum rediret; tunc agebat annum ætatis undevigesimum. Itaque instituit animum intendere in Scripturam sanctam, ut videret qualis esset: sed propter stylum humilem, visa est ei indigna, quam Tullianæ dignitati compararet. Incidit in Manichæos homines superbe delirantes. Et dicebant veritas, veritas, & nusquam erat in eis. Et tamen quasi acutule movebatur, ut suffragaretur stultis deceptoribus, cum ab ipso quærerent: unde malum, & utrum forma corporea Deus finiretur? quia non noverat malum esse privationem boni, & Deum esse spiritum. Sanctos quoque veteris Testamenti pariter irridebat, eo quod plures simul habuissent uxores, & animalia sacrificassent; sicque sensim per novem annos Manichæis addictus, alios quoque decepit.

August. conf. l. 1. cap. 11. conf. l. 2. c. 2. & 3. Conf. l. 3. c. 2.

Ib. c. 4.

Ib. c. 5.

Ib. c. 6.

Tagastem reversus docuit Grammaticam, deinde Rhetoricam. Illius mater fidelis pro eo flebat ad Deum, qui non despexit ejus lacrymas, eamque consolatus est in somnio: vidit enim stantem in quadam regula lignea, & advenientem ad se juvenem splendidum atque arridentem sibi, qui cum causas quæsiisset ab ea mœstitiæ suæ, atque illa respondisset perditionem filii se plangere, jussit secura esset, atque admonuit ut attenderet, ubi esset illa, ibi esse & Augustinum. Illa vero vidit eum juxta se in eadem regula stantem. Quod cum illa narraret, & responderet Augustinus, ut illa se potius non desperaret futuram esse, quod erat, continuo sine hæsitatione, non, inquit, non enim mihi dictum est, ubi ille, ibi & tu; sed ubi tu, ibi & ille. Postea ei concessit, ut haberet secum eamdem mensam in domo, quod antea noluerat detestans blasphemias illius erroris. Exoravit etiam Episcopum quemdam, ut dignaretur cum Augustino colloqui, & refellere ejus errores, & docere bona; noluit ille, prudenter sane. Respondit enim adhuc eum esse indocilem, eo quod inflatus esset novitate hæresis illius. Sed tantum, inquit, roga pro eo Dominum: ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas; ut sibi ipsi contigisset. Sed cum illa instaret magis deprecando, & ubertim flendo, ut cum eo dissereret, ille jam subindignans; vade, inquit, a me; ita vivas, fieri non potest, ut filius istarum lacrymarum pereat.

CHRISTI AN. 385. Ib. c. 11.

August. conf. l. 4. cap. 2. Ibid.

Augustinus semper in deteriora prolapsus, tunc secum concubinam habebat, ei servans thori fidem; rejecit tamen haruspicem, qui ei in quodam carminum certamine promittebat victoriam, noluitque pro se sacrificari dæmonibus. Astrologiæ tamen addictus judiciariæ illius artis magistros & libros consulebat. Vendicius autem nobilissimus medicus ab ea stulta vanitate, cujus fallacias erat expertus, eum revocavit. Annos natus viginti quinque profectus Carthaginem, Rhetoricam docuit. Huc post quatuor annos venit Faustus Manichæorum Episcopus. Fama de illo præcesserat, quod esset honestarum omnium doctrinarum peritissimus. Augustinus jam multa Philosophorum legerat, memoriæque mandata retinebat, eaque comparans cum Manichæorum fabulis, ei probabiliora illa videbantur, præsertim circa motus syderum & lunæ & solis eclypses, de quibus Manes scripserat multa delirans. Manichæi cæteri talium rerum quæstionibus satisfacere cum non possent, Faustum Augustino promittebant, qui hæc & forte majora enodatissime expediret. Ergo ubi venit, expertus est hominem gratum, & jucundum verbis, & ea ipsa, quæ illi solent dicere, multo suavius garrientem, nec ideo quæ dicebat, meliora videbantur. Moleste habebat Augustinus, quod non sineret conferre familiariter accipiendo & reddendo sermonem. Quod ubi potuit, & protulit quædam, quæ ipsum movebant: expertus est hominem expertem liberalium disciplinarum, nisi Grammaticæ. Et quia aderat quotidiana sermocinandi exercitatio, inde suppetebat eloquium. Postquam ille ei imperitus earum artium, quibus eum excellere putaverat, satis apparuit, desperare cœpit posse cum illa, quæ ipsum movebant, aperire atque dissolvere, ista se non nosse, non eum puduit confiteri. Tunc conatus ejus omnis, quo proficere in illa secta statuerat, illo cognito homine, prorsus intercidit; non tamen ita, ut ab iis omnino separaretur, sed exspectabat ut aliquid, quod magis eligendum esset, eluceret. Ita ille Faustus, qui multis laqueus mortis extiterat, eum quo captus erat Augustinus, relaxare cœpit, nec sciens, nec volens.

August. conf. l. 5. cap. 3.

Ib. c. 7.

Carthagine cum fœda esset, & intemperans licentia scholasticorum, Romam pergere statuit, quod audierat ibi quietius studere adolescentes; tunc annum agebat vigesimum nonum. Precibus & lacrymis contendebat Monica proficiscentem vel retinere, vel sequi; quam ut falleret, finxit se amicum nolle deserere, donec vento facto navigaret. Romam ut venit, Manichæi domo usus est; delectabat enim ejus superbiam hæc falsa persuasio, non esse nos qui peccamus, sed nescio quam aliam in nobis peccare naturam. Desperabat tamen in eorum doctrina se posse proficere. Jam enim Helpidii cujusdam adversus Manichæos coram loquentis & disserentis sermones, etiam apud Carthaginem eum movere cœperant, cum talia de Scripturis proferret, quibus resisti facile non posset, & imbecilla illi videba-

Ib. c. 8.

Ib. c. 9. & 10.

Ib. c. 11.

Christi An. 385. debatur responsio istorum; cum dicerent, Scripturas novi Testamenti falsatas fuisse a nescio quibus, qui Judæorum legem inserere Christianæ Fidei voluerunt, atque ipsi incorrupta exemplaria nulla proferrent.

Ib. c. 12. & 13. Interea Romæ sedulo docebat Rhetoricam; & ecce novit plerisque Romanorum ad moris esse, ne mercedem magistro reddant, ut transferant se ad alium. Itaque postquam missum est a Mediolano Romam ad Præfectum urbis, ut illi civitati magister Rhetoricæ provideretur, ambivit per eosdem Manichæos, ut mitteretur. Dictione proposita probatum ipsum Præfectus tunc Symmachus misit, Mediolanum venit annum agens trigesimum, anno Domini trecentesimo octogesimo quarto. Suscepit eum paterne Ambrosius Episcopus, quem vicissim amare cœpit Augustinus, studioseque audiebat eum disputantem in populo, quasi explorans ejus facundiam, utrum conveniret famæ suæ, rerum autem incuriosus & contemptor astabat. Propinquabat tamen sen- Ib. c. 14. sim veritati & nesciens. Dum enim cor aperiret ad excipiendum, quam diserte diceret, pariter intrabat & quam vere diceret. Et Fidem Catholicam, pro qua nihil posse dici adversus oppugnantes Manichæos putaverat, jam non imprudenter asseri existimabat: tamen nondum ei victrix apparebat. Statuit ergo tamdiu esse Catechumenus in Catholica Ecclesia, a parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo cursum dirigeret.

August. conf. l. 6. cap. 1. XLVIII. Jam venerat ad eum mater Monicha pietate fortis; cui eum indicasset, non se quidem jam esse Manichæum, sed neque Catholicum Christianum, exsilivit lætitia, cum jam secura foret ea parte ejus miseriæ, in qua tanquam mortuum fleverat: eique placidissime respondit, credere se in Chri- S. Monicæ pietas. sto, quod priusquam de vita migraret, eum visura esset fidelem Christianum. Deo autem densiores lacrymas offerebat, ut filii tenebras illuminaret. Frequens erat in Ecclesia, ut audiret Ambrosium, quem diligebat sicut Angelum Dei; noverat enim per illum ex parte resipuisse filium. Cum ad me- Ib. c. 2. morias Sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes & panem & vinum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, ubi hoc Episcopum vetuisse cognovit, id pie & obedienter amplexa est. Hinc constat Agapes seu convivia charitatis tum in Africa adhuc celebrata, quæ propter quosdam abusus & excessus prohibuerat Ambrosius; qui eam diligebat propter religiosam ejus conversationem, qua in bonis operibus tam fervens spiritu frequentabat Ecclesiam: ita ut Ib. c. 3. sæpe erumperet, cum videret Augustinum, in ejus prædicationem, gratulans ei quod talem matrem haberet. Ille jam ad quærendum intus movebatur, sed ab Ambrosio facile quærere non poterat quod volebat, secludentibus eum ab ejus aure catervis negotiosorum hominum, quorum infirmitatibus serviebat. Eum quidem in populo verbum veritatis recte tractantem omni die Dominico audiebat, & magis magisque ei confirmabatur omnes versutarum calumniarum nodos, quos Manichæi adversus divinos libros Ib. c. 5. innectebant, posse dissolvi. Ex hoc quoque jam præponens doctrinam Catholicam, modestius ibi minimeque fallaciter sentiebat juberi ut crederetur, quod non demonstratur.

Ib. c. 6. & 7. Inhiabat honoribus, lucris, & conjugio, patiebaturque in eis cupiditatibus amarissimas difficultates; congemiscens cum iis, qui simul amice vivebant, & maxime cum Alypio & Nebridio. Alypius Tagaste ortus primariis parentibus, studuerat apud Augustinum, qui eum diligebat propter magnam virtutis indolem, quæ in non magna ætate satis eminebat, licet superstitione Manichæorum esset involu- Ib. c. 10. tus. Post studia juris fuerat assessor comitis largitionum Italicianarum, cui nescio quid illicitum tentanti restitit Alypius, nec promissis, vel minis flexus est ut consentiret iniquitati. Mediolani postea idem officium gessit apud alios magistratus. Jamque prope erat ut uxorem duceret Augustinus. Instabat mater, & puella ei petebatur in uxorem necdum nubilis, & quia ea placebat, biennium exspectare constituit. Interea ejus peccata multiplicabantur. Ejus concubina jam in Africam redierat, vovens Deo se alium virum nescituram, ex eo filium nomine Adeodatum susceperat. Ille dilationis impa- Conf. l. 7. c. 1. & 3. tiens, & libidinis servus, aliam sibi procuravit. Tunc primum anno ætatis trigesimo novit Deum incorporeum esse & incorruptibilem, & fecisse animas, & corpora, & omnia, sed necdum tenebat Christi An. 385. caussam explicitam mali sive peccati, quæ est liberum voluntatis arbitrium, Deo permittente. Igno- Ib. c. 18. & 19. rabat pariter mediatorem Dei & hominum hominem Christum Jesum, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, tantumque sentiebat de eo, quantum de excellentis sapientiæ viro, cui nullus posset æquari; præsertim quia mirabiliter natus ex Virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiscenda immortalitate, divina pro nobis cura tantam authoritatem magisterii meruisse videbatur. Quid autem sacramenti haberet Verbum Caro factum, ne suspicari quidem poterat. Itaque avidis- Ib. c. 21. sime arripuit libros sacros, & præ cæteris Apostolum Paulum, & perierunt illæ quæstiones, in quibus ei aliquando visus est adversari sibi, & non congruere testimoniis Legis & Prophetarum textus sermonis ejus. Immisit Deus in mentem ejus pergere ad Sim- Conf l. 8. c. 1. & 2. plicianum Presbyterum, virum bonum, & doctissimum senem. Narravit ei circuitus erroris sui, & quomodo legisset libros Platonicorum, quos Victorinus Rhetor Christianus latine reddiderat. Simplicianus ei gratulatus, quod non in aliorum Philosophorum scripta incidisset, plena fallaciarum, cum hortatur ad humilitatem Christi, sapientibus absconditam, & revelatam parvulis, Victorinique conversionem enarravit. Augustinus exarsit ad imitandum; Ib. c. 5. sed perversa sua voluntate ligatus tenebatur. Nec tamen erat quod responderet veritate convictus, nisi verba lenta & somnolenta; modo, sine paululum. Ejus concupiscentiæ vincula sic dissolvit Deus.

XLIX. Quodam die domum venit ad eum & A- Ib. c. 6. lypium Pontianus Afer, præclare in palatio mili- Augustini conversio. tans. Consedere ut colloquerentur, & forte supra mensam lusoriam attendit Codicem, aperuit, invenit Apostolum Paulum. Tum vero arridens, Augustinumque intuens gratulatorie miratus est, quod eas, & solas præ oculis ejus literas comperisset. Christianus quippe & fidelis erat, & frequens orabat in Ecclesia. Cui cum Augustinus indicasset illis se Scripturis curam maximam impendere; ortus est sermo ipso narrante de Antonio Ægyptio monacho, quem ignorabant Augustinus & Alypius. Quod ille ubi comperit, immoratus est in eo sermone, insinuans tantum virum ignorantibus. Stupebant audientes tam recenti memoria testatissima mirabilia Dei in Fide recta & Catholica Ecclesia. Inde sermo ejus devolutus est ad monasteriorum greges & mores divinæ suaveolentiæ, & ubera eremi deserta, quorum illi nihil sciebant. Et erat monasterium Mediolani plenum bonis Fratribus extra urbis mœnia sub Ambrosio nutritore, & non noverant; hinc intenti tacebant. Deinde ille narravit de duobus suis contubernalibus, qui apud Treviros dum exeunt deambulatum, incidere in casam, ubi habitant servi Dei, inventamque vitam Antonii, quam legere cœpit unus eorum. Tunc subito repletus amore sancto dixit amico: Dic, quæso te, omnibus istis laboribus nostris quo ambimus pervenire? quid quærimus? majorne poterit esse spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus! Et ibi quid non fragile, & plenum periculis? amicus autem Dei si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & legebat, & mutabatur intus; jamque Dei totus ait amico: Ego jam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo servire statui, & hoc ex hora hac in hoc loco aggredior. Te, si piget imitari, noli adversari. Respondit ille; adhærere se socium tantæ mercedis, tantæque militiæ. Tum Pontianus, & qui cum eo deambulabat, devenerunt in eumdem locum, admonueruntque ut redirent, quoniam inclinasset dies. At illi narrato proposito suo, petiverunt, ne sibi molesti essent, si adjungi recusarent. Illi eis pie congratulati commendaverunt se orationibus eorum, & abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor cœlo manserunt in casa, & ambo habebant sponsas; quæ posteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipsæ virginitatem Deo.

Narrabat hæc Pontianus; qui postquam abiit, Ib. c. 7. & 8. Augustinus vultu & mente turbatus invadit Alypium exclamans. Quid patimur? Quid audisti? Surgunt indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt, pudet sequi, & non pudet non saltem sequi? Plusque loquebantur frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quam verba quæ promebat. Abscessit in adjacentem hortulum,

CHRISTI tulum, ubi nemo impediret ardentem litem, quam
AN. 385. secum aggressus erat. Sequebatur eum Alypius. Se-
derunt remoti ab ædibus. Augustinus fremebat spiri-
tu indignans turbulentissima indignatione, quod non
iret in placitum & pactum cum Deo. Nam non
solum ire, verum etiam illuc pervenire, nihil erat
aliud, quam velle ire, sed velle fortiter & integre;
non semisauciam hac atque hac versare & jactare
voluntatem, parte assurgente cum alia parte caden-
te luctantem. Instabat in occultis ejus Deus, seve-
Ib. c. 11. ra misericordia, flagella ingeminans timoris ac pu-
doris, ne rursus teoue quod remanserat vinculum re-
valesceret, & ipsum robustius alligaret. Ubi vero
Ib. c. 12. alta consideratio contraxit & congessit totam ejus
miseriam in conspectum cordis ejus, oborta est pro-
cella ingens ferens ingentem imbrem lacrymarum.
Tunc surrexit ab Alypio, & secessit remotius, ut
fleret, & ille sensit; mansit ergo stupens. Augusti-
nus vero sub fici arbore stratus dimisit habenas la-
crymis, atque in hac sententia multa dixit Deo:
Usquequo Domine irasceris in finem; ne memor
fueris iniquitatum nostrarum antiquarum. Jactabat-
que voces miserabiles. Quamdiu? Quamdiu? Cras, &
cras? Quare non modo? Quare non in hac hora fi-
nis turpitudinis meæ? Dicebat hæc flens amarissima
contritione cordis sui. Et ecce audit vocem de vi-
cina domo cum cantu dicentis & crebro repetentis:
Tolle, lege: Tolle, lege. Statimque mutato vultu
intentissimus cogitare cœpit, utrumnam solerent pue-
ri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid:
nec occurrebat animo audivisse uspiam. Repressoque
impetu lacrymarum surrexit, nihil aliud interpretans,
nisi divinitus juberi, ut aperiret codicem, & lege-
ret quod primum caput invenisset. Audierat enim
Antonium ex fortuita Evangelii lectione fuisse con-
versum. Itaque concitus rediit ad Alypium, ibi
Ad Rom. 13. enim reliquerat codicem Apostoli. Arripuit, aperuit
& legit in silentio capitulum, quo primum conjecti
sunt ejus oculi: non in commessationibus & ebrie-
tatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in
contentione & æmulatione: sed induite Dominum
Jesum Christum, & carnis providentiam ne feceritis
in concupiscentiis. Non ultra voluit legere, nec opus
erat. Statim quippe in fine hujusce sententiæ quasi
luce securitatis infusa, omnes dubitationis tenebræ
effugerunt. Tum tranquillo jam vultu indicavit Aly-
pio. At ille quid in se ageretur, quod ego nesciebam,
sic indicavit: petiit videre quid legissem: ostendi; &
Ad Rom. 14. attendens ultra legit: Infirmum autem in fide reci-
pite. Quod ille ad se retulit, mihique aperuit. In-
de ingressi domum narrant Monicæ quemadmodum
gestum sit; exultat & triumphat, & benedicebat Deo;
quia tanto amplius sibi ab eo concessum de filio vi-
debat, quam petere solebat; sic enim conversum vi-
debat Augustinum, ut nec uxorem quæreret, nec
aliquam spem sæculi hujus, stans in ea regula fidei,
in qua eum ante tot annos Deus ei revelaverat.

August. conf. l. 9. cap. 2. *Prima Augustini opera.* L. Augustinus constituit deserere Rhetoricæ pro-
fessionem. Et opportune jam paucissimi dies supere-
rant ad vindemiales ferias; statuit tolerare illos, ut
solemniter abscederet; & suberat legitima ratio,
nam ipsa æstate literario labori nimio pulmo ejus
cedere cœperat, doloribusque pectoris testari se sau-
Ib. c. 3. cium. Ubi primum solutus est a professione Rheto-
rica, cum suis omnibus, nempe matre & filio, &
Alypio, profectus est in villam Cassiacam, quam ei
obtulerat Verecundus civis Mediolanensis. Hic mul-
ta scripsit, & primo quidem ad Nebridium episto-
lam de psalmis, quos frequenter legebat, & de do-
Cap. 4. lore dentium. Secundo, libros tres adversus Acade-
micos, qui nihil ab homine sciri posse contendunt;
quos qui voluerit legere, nihil eum profecto, quæ
ab eis contra perceptionem veritatis argumenta mul-
ta inventa sunt, permovebunt. Alypius in libro se-
August. lib. 15. de Trinit. c. 12. & retract. l. 1. c. 1. Idem retract. l. 1. c. 2. Ib. c. 3. cundo veterem inter novamque Academiam discri-
mina prosequitur. Tertium librum de beata vita
ex occasione diei natalis sui composuit, & tridui
disputatione completus est. In eo probat, non esse
beatam vitam, nisi perfectam cognitionem Dei.
Quarto, libros duos de ordine dictavit, in quibus
magna quæstio versatur, utrum omnia bona & ma-
la divinæ providentiæ ordo contineat. Sed cum rem
videret ad intelligendum difficilem, satis ægre ad
eorum perceptionem, cum quibus agebat, disputan-
do posse perduci, de ordine studendi loqui maluit,
quo a corporalibus ad incorporalia potest proficisci.
Ultimum ejus opus in eo secessu sunt duo libri So-
liloquiorum: quorum argumentum sic exponit. In- CHRISTI
ter hæc scripsi etiam duo volumina secundum stu- AN. 385.
dium meum & amorem, de ratione indagandæ ve- & 387.
ritatis de his rebus, quas maxime scire cupiebam, Ib. c. 4.
me interrogans, mihique respondens tanquam duo
essemus, ratio & ego, cum solus essem: unde hoc
opus Soliloquia nominavi, sed imperfectum reman-
sit, ita tamen ut in primo libro quæreretur, &
utcumque appareret, qualis esse debeat qui vult
percipere sapientiam, quæ utique non sensu corpo-
ris, sed mente percipitur; & quadam ratiocinatione
in fine libri colligitur, ea quæ vere sunt, immor-
talia esse; in secundo autem de immortalitate ani-
mæ diu res agitur, & non peragitur. Eorum libro-
rum stylus cultus est & elegans: hinc Augustinus
ait, quod adhuc superbiæ scholam redoleant.

Peractis vindemialibus renuntiavit ut scholasticis Aug. l. 9.
suis Mediolanenses Rhetorem alium providerent, conf. c. 5.
quod & Deo servire ipse delegisset, & illi professio-
ni præ difficultate spirandi ac dolore pectoris non
sufficeret. Et insinuavit per literas D. Ambrosio
pristinos errores suos, & præsens votum suum, ut
moneret quid potissimum ei de libris sacris legen-
dum esset, quo percipiendæ tantæ gratiæ paratior
aptiorque fieret. At ille jussit Isaiam Prophetam:
Credo quod præ cæteris Evangelii vocationisque Gen-
tium sit prænuntiator apertior; verumtamen pri-
mam ejus lectionem non intelligens, totumque ta-
lem arbitrans, distulit repetendum exercitatior in
Dominico eloquio. Forte ex electorum numero non
erat Augustinus, qui Scripturam alioquin vel impe-
ritæ plebeculæ claram, ut aliqui volunt, minus in-
telligebat? Inde ubi tempus advenit, quo eum no- Ib. c. 6.
men dare oporteret, relicto rure, Mediolanum cum
suis remeavit, instante scilicet quadragesima anni
trecentesimi octogesimi septimi. Tunc scripsit li- 1. Re-
brum de immortalitate animæ, quod sibi quasi com- tract. c. 3.
monitorium esse voluerat propter soliloquia termi- & c. 5.
nanda, quæ imperfecta remanserant: sed ipso invi-
to exiit in manus hominum. Qui ratiocinationum
contorsione atque brevitate sic obscurus est, ut fa-
tiget, cum legitur, etiam, inquit Augustinus, in-
tentionem meam, vixque intelligatur a meipso.
Ibidem scripsit de artibus liberalibus; sed ex iis ope-
ribus supersunt tantum sex libri de musica; quo- Ib. c. 10.
rum ipse sextus, inquit, maxime innotuit, quo-
niam res in eo digna cognitione versatur, quomo-
do a spiritualibus & corporalibus, sed mutabilibus
numeris, perveniatur ad immutabiles numeros,
qui jam sunt in ipsa immutabili veritate, & sic
invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta
conspiciuntur. Quod qui non possunt, & tamen
ex Christi fide vivunt, ad illa certius atque feli-
cius conspicienda post hanc vitam veniant. Qui
autem possunt, si desit eis Fides Christi, qui unus
Dei mediator est & hominum, cum tota sapientia
sua pereunt.

LI. Augustinus eodem anno, ætatis suæ tricesimo August.
tertio, una cum Alypio, & filio Adeodato, Sabba- conf. l. 9.
to sancto, baptismum suscepit de manu Ambrosii, cap. 6.
qui tunc habuit suas ad initiatos catecheses, quas *Augustini*
libro de mysteriis sic complexus est. "Nunc de myste- *baptis-*
riis tempus admonet, atque ipsam Sacramentorum *mus.*
rationem edocere: quam ante baptismum, si putas- Ambr.
semus insinuandam nondum initiatis, prodidisse po- l. de my-
tius, quam edidisse æstimaremur. „ Ex his patet my- ster. c. 1.
steriorum arcanum tunc diligenter observatum. De- C. 4.
inde baptismi ritus eosdem explicat, quos supra Cy-
rillus: & addit hæc verba quæ Baptismi necessita-
tem demonstrant & efficaciam. " Credit etiam Ca-
techumenus in Crucem Domini Jesu, qua & ipse
signatur: sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, remissionem non potest
accipere peccatorum, nec spiritualis gratiæ munus
haurire. „ Infra de Confirmationis Sacramento, quod
renatis conferebatur, hæc subjicit: " Unde repete
quia accepisti signaculum spirituale, Spiritum sapien-
tiæ & intellectus, Spiritum consilii atque virtutis,
Spiritum cognitionis atque pietatis, Spiritum sancti
timoris: & serva quod accepisti. Signavit te Deus
Pater, confirmavit te Christus Dominus, & dedit 2. ad
pignus Spiritus in cordibus tuis, sicut Apostolica le- Cor. 5.
ctione didicisti. „

Denique transit ad Sacramentum Eucharistiæ, cu- *Euchari-*
jus participes fiebant recens baptizati statim post *stiæ veri-*
Confirmationem; probat illud Sacramentum Synago- *tas.*
gæ Sacramentis esse antiquius; siquidem Melchisedech
figura

CHRISTI AN. 387.

figura Christi illud adumbravit? Tum addit: " Probatum est antiquiora esse Ecclesiæ Sacramenta, nunc cognosce potiora. Revera mirabile est, quod manna Deus pluerit Patribus ..... sed tamen panem illum qui manducaverunt, omnes in deserto mortui sunt: ista autem esca quam accipis, iste panis vivus qui descendit de cœlo, vitæ æternæ substantiam subministrat, & quicumque hunc manducaverit, non morietur in æternum: & est Corpus Christi. Considera nunc utrum præstantior sit panis Angelorum, an Caro Christi, quæ utique corpus est vitæ. Manna illud e cœlo, hoc supra cœlum: illud cœli, hoc Domini cœlorum ..... Illis aqua de petra fluxit, tibi

C. 9. sanguis e Christo: illos ad horam satiavit aqua, te Sanguis diluit in æternum ..... & illud in umbra, hoc in veritate .... Cognovisti præstantiora: potior enim est lux, quam umbra; veritas, quam figura; Corpus auctoris, quam manna de cœlo. Forte dicas: aliud video, quomodo tu mihi asseris quod Christi Corpus accipiam? & hoc nobis adhuc superest ut probemus: quantis igitur utimur exemplis? probemus non hoc esse quod natura formavit, sed

C. 9. Exod. 4. quod benedictio consecravit, majoremque esse vim benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur: virgam tenebat Moyses, projecit eam, & facta est serpens: rursus prehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam revertit:

Exod. 20. vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu; subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere, & non erat potus in fluviis ..... Advertimus igitur majoris esse virtutis gratiam, quam naturam; & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret; quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? nam Sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Eliæ, ut ignem de cœlo deponeret; non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? .... Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? .... ipse clamat Dominus Jesus: Hoc est Corpus meum, ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem Corpus significatur. Ipse dicit Sanguinem suum: ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem Sanguis nuncupatur; & tu dicis: Amen, hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur. His igitur Sacramentis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animæ firmatur substantia. „ Hæc si conferantur cum iis, quæ superius e Cyrilli & Gregorii Nysseni Catechesibus excerpsimus, eamdem esse Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ traditionem de Sacramentis Baptismi, Confirmationis & Eucharistiæ, evidenter apparebit, eamque cum doctrina Concilii Tridentini prorsus esse

Ambr. l. de Sacram. Aug. l. 2. contra Jul. c. 5. & seq. conformem. Eadem omnino doctrina de Sacramentis Baptismi, Confirmationis & Eucharistiæ, fusius explicata reperitur in sex libris de Sacramentis, quos manuscripti & editi codices, & veteres authores cum Augustino tribuunt S. Ambrosio Mediolanensi. Paschasius Ratbertus, & Ratramnus in libris suis de Corpore & Sanguine Domini, ineunte nono sæculo, librum de mysteriis, seu de iis qui mysteriis initiantur, sub Ambrosii nomine laudarunt, ut primum ejus, librum de Sacramentis, atque de eo testimonia proferunt. Demum Ambrosius, qui in posterioribus libris nonnumquam priores revocat, in primo de Sacramentis sic remittit ad librum de mysteriis: Et ecce quasi columba Spiritus sanctus descendit, non columba descendit .... memento quid dixerim: Christus carnem suscepit, non sicut carnem, sed carnis veritatem, veramque carnem suscepit. Spiritus autem sanctus in specie columbæ, non in veritate columbæ, sed in specie columbæ descendit de cœlo. Laudata hæc verba, de quibus dicitur, memento quod dixerim, non nisi in libro de mysteriis prius dicta reperiuntur. Hæc autem omnia, secundum prudentem æstimationem, unum utriusque operis authorem, scilicet Ambrosium, esse demonstrant. Si quis tamen acrius contendat, libros de Sacramentis esse alterius authoris, hinc etiam confirmabitur veritas Catholica. Ea enim ratione nobis erunt testes traditionis duo episcopi Occidentales, quorum alter, ut vis, Ambrosio quidem posterior; sed sæculo septimo tamen anterior; Hieronymi quippe versione non utitur, sed veteri Italica.

CHRISTI AN. 387.

LII. Augustinus post baptismum sibi consociavit Evodium juvenem Tagastensem, qui prior ipso conversus est & baptizatus, Deoque soli servire decrevit; & simul remearunt in Africam. Cum ad ostia Tiberina pervenissent, contigit ut Augustinus & mater ejus Monica incumbentes ad quamdam fenestram, colloquerentur soli valde dulciter, quærebantque qualis futura esset vita æterna Sanctorum. Cumque sermo produceretur, tunc ait Monica: " Fili, quantum ad me attinet, nulla jam re delectabor in hac vita; unum erat propter quod in hac vita aliquando immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, ut te etiam contempta felicitate terrena, servum ejus videam; quid hic facio? Post quinque dies decubuit febribus: & cum ægrotaret, quodam die defectum animæ passa est: sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes Augustinum ejusque fratrem Navigium, & ait ipsis: ponetis hic matrem vestram: tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei ubicumque fueritis: ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ anima illa religiosa corpore soluta est. Ubi exhalavit extremum spiritum, ejus oculos pressit Augustinus violento animi imperio resorbens fontem lacrymarum. „ Psalterium arripuit Evodius, & cantare cœpit psalmum, cui respondebant omnes: misericordiam & judicium cantabo tibi Domine. Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres, ac religiosæ fœminæ. Corpus elatum est sine lacrymis; & cum pro ea offerretur sacrificium pretii nostri, & juxta sepulchrum posito cadavere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, in eis precibus non flevit Augustinus, sed sequenti nocte dimisit lacrymas, quas continuerat, ut effluerent quantum vellent. Postea apud Deum flevit uberius, pro peccatis matris suæ eum deprecans. Hortaturque ut quotquot hæc legerint, meminerint ad Altare Dei Monicæ famulæ ejus cum Patricio quondam ejus conjuge. En oratio & sacrificium de more oblata pro defunctis, ut a peccatis solvantur, atque apud Deum misericordiam inveniant.

Aug. conf. l. 9. c. 8.

S. Monicæ mors.

Ib. c. 10.

Ib. c. 11.

Ib. c. 12.

Ib. c. 13.

Oratio pro mortuis.

Sanctissimæ matris suæ vitam sic paucis describit Augustinus: " Educata pudice & sobrie, subditaque parentibus, opera cujusdam famulæ decrepitæ, ubi plenis annis nubilis facta est, tradita viro servivit velut Domino, sategit eum lucrari Deo, imprimis loquens ei moribus suis, quibus Deus eam pulchram fecerat, & reverenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autem toleravit cubilis injurias, ut nullam de hac re cum marito haberet unquam simultatem; exspectabat enim misericordiam divinam super eum, ut in Deum credens castificaretur. Erat vero ille sicut benevolentia præcipuus, ita ira fervidus; sed noverat hæc non resistere irato viro, non tantum facto, sed ne verbo quidem; jam vero refracto & quieto, cum opportunum videret, rationem facti sui reddebat. Denique cum matronæ multæ, quarum viri mitiores erant, plagarum vestigia, etiam dehonestata facie, gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam; hæc earum linguam veluti per jocum graviter admonens, dicebat, ex qua illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuisse; proinde memores conditionis, superbire adversus Dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ, scientes quam ferocem conjugem sustineret, numquam fuisse auditum, quod Patricius ceciderit uxorem, aut quod a se invicem vel unum diem domestica lite dissenserint, & causam familiariter quærerent, docebat illa institutum suum; quæ illud observabant, expertæ gratulabantur. Socrum etiam suam primo susurris malarum ancillarum adversus se irritatam sic vicit obsequiis, perseverans tolerantia & mansuetudine, ut illa ultro filio suo medias linguas famularum proderet, exspectaretque vindictam; quas ille verberibus coercuit: & deinceps socrus & nurus memorabili inter se benevolentiæ suavitate vixerunt. Hoc quoque grande munus illi donaverat Deus, quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, ubi poterat, tam se præbebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem audiret amarissima, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi

Ib. c. 9.

S. Monicæ mores.

quod

CHRISTI AN. 387.

quod ad eas reconciliandas valeret. Denique virum suum jam in extrema vita temporali lucrata est Deo, nec in eo jam fideli planxit, quod in nondum fideli toleraverat. Erat etiam serva servorum Dei: quisquis eorum noverat eam, multum in ea laudabat; honorabat, & diligebat Deum, quia sentiebat ejus prudentiam in corde, sanctæ ejus conversationis fructibus testibus. Fuerat enim unius viri uxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractaverat, in operibus bonis testimonium habebat, nutrierat filios toties eos parturiens, quoties a Deo deviare cernebat; eorumque etiam post baptismum curam gessit, nec non aliorum, qui cum iis consociati vivebant, omnibusque servivit. Quarto nonas Maji sanctæ Monicæ natalem in cœlo diem annua commemoratione celebrat Ecclesia.

Martyr. Roman. 4. Maji.

LIII. Maximum pœnitebat, quod Valentinianum fraterna nece consternatum non fuisset adortus, inhiabatque toti Italiæ; prætextus ambitioso non deerat, præter religionis defensionem, quam affectabat adversus Valentiniani persecutionem, querebatur etiam Bautonem Comitem, qui sibi regnum sub specie pueri vindicare volebat, in se barbaros immisisse. Justina bellum timens, se convertit ad Ambrosium, ut secunda legatione suscepta Maximum placaret. Oblitus injuriarum, munus suscepit injunctum. Cum pervenisset Treviros, postridie processit ad palatium; sed nonnisi in consistorio eum audire voluit Maximus, qui ingredienti assurrexit, ut osculum daret. Cui dixit Ambrosius: quid oscularis eum, quem non agnoveris? si enim me agnovisses, non in hoc loco videres. Episcopi enim privatim alloquebantur Imperatorem. Ambrosius vero sic suam tuitus dignitatem, ut non deesset officio, ejusque querelis responderet, ostendens eum nullius fraude fuisse delusum ne Italiam invaderet; quandoquidem & ipse prior pacem postulasset: Valentinianusque Gratiani fratris sui necem non fuerit ultus, cum posset; sed ei Marcellinum ejus fratrem etiam honoratum remiserit, suoque suo pacem redemerit. Ita tum discessit Ambrosius, ut se tracturum diceret Maximus; postea cum videret eum abstinere ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant, commotus jussit eum sine mora regredi. Ingressus iter hoc solo dolore percitus, quod Hyginum Episcopum senem in exilium duci comperit, cui nihil jam nisi extremus superesset spiritus. Cum de eo convenisset comites ejus, ne sine veste, sine plumario paterentur extrudi senem, ipse extrusus est. Ne falsis relationibus deciperetur Valentinianus, legationis suæ expositionem ei literis insinuavit, eumque præmonens adversus Maximi insidias, sic eas claudit: vale Imperator, & esto tutior adversus hominem pacis involucro bellum gerentem.

Ambros. epist. 24. alias 56.

LIV. Circa idem tempus, cum ad Maximum plures ex diversis partibus Episcopi convenissent, & fœda circa Principem omnium adulatio notaretur, in solo Martino Apostolica authoritas permansit: nam & si pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperavit potius, quam rogavit, & a convivio ejus frequenter rogatus abstinuit, dicens, se mensæ ejus participem esse non posse, qui Imperatorem vita expulisset. Postremo cum Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi a militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse; tandem victus vel ratione, vel precibus, ad convivium venit, mirum in modum gaudente Imperatore, quod id impetrasset. Convivæ autem aderant velut ad diem festum evocati summi atque illustres viri; Præfectus idemque Consul Evodius, vir quo nihil unquam justius fuit, Comites duo summa potestate prædit, frater Regis & Patruus; medius inter hos Martini Presbyter accubuerat; ipse autem sellula juxte Regem posita consederat. Ad medium vero convivium pateram Regi minister obtulit: ille sancto Episcopo potius dari jubet, exspectans atque ambiens ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus ubi ebibit pateram, Presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet: quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret. Maximo prædixit futurum, ut si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, sciret se quidem primo impetu futurum esse victorem; sed parvo post tempore esse periturum. Hic eum sæpius evocatum venerabiliter honorabat. Totus illi cum eo sermo de futuris, de fidelium gloria, de æternitate Sanctorum.

Sulp. Sev. de vit. B. Martin. num. 23. *S. Martini constantia.*

Interim diebus ac noctibus de ore Martini Regina pendebat, deinde Martinum uterque compellunt, ut ei remotis omnibus ministris præberet sola convivium; non potuit vir beatus obstinatius reluctari. Componitur castus Reginæ manibus apparatus, sellulam ipsa consternit, mensam admovet, aquam manibus subministrat, cibum, quem ipsa coxerat, apponit, stansque per omnia famulæ vices modeste & humiliter adimplevit. Finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micasque collegit satis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens.

Idem dialog. 2. n. 7.

Ithacium Priscilliani accusatorem, ejusque socios Maximus tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujuscumque modi hominem fuisse damnatum. Martinus multis gravibusque laborantium causis ad comitatum iterum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treviros Episcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio, communem sibi causam fecerant. Hi ubi sibi nuntiatum est adesse Martinum, trepidare cœperunt; timebant ne ab eorum communione abstineret; ineunt cum Imperatore consilium, ut missis obviam magisterii officialibus, urbem illum propius vetaret accedere, nisi se cum pace Episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. Quos ille callide frustratus, profitetur se cum pace Christi esse venturum. Ingressusque nocturno tempore adiit Ecclesiam tantum orationis gratia . . . postridie palatium petit intercessurus pro Narsete Comite, & Leucadio Præside, qui Gratiani partium fuerant: neve Tribuni cum jure gladiorum ad Hispanias mitterentur. Primo die atque altero eum suspensum reliquit callidus Imperator. Episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad Regem concurrunt, prædamnatos se conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnaverat, Martini armaret authoritas. Nec multum aberat quin cogeretur Imperator Martinum cum hæreticorum sorte miscere. Sed ille licet Episcopis nimio favore esset obnoxius, non erat nescius, Martinum fide, sanctitate & virtute cunctis præstare mortalibus . . . . Alia longe via sanctum vincere parat: ac primo secreto accersitum blande appellat, hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum potius, quam insectationibus sacerdotum: quin etiam ante paucos dies habita Synodus Ithacium pronuntiaverat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moveretur, Rex ira accenditur, ac se de conspectu ejus abripuit, & mox percussores his, pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur: quod ubi Martino compertum jam noctis tempore est, palatium irrupit, spondet se communicaturum, dummodo Tribuni jam in excidium Ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur; nec mora intercessit, Maximus indulget omnia. Postridie Felicis Episcopi ordinatio parabatur, hujus communionem Martinus iniit, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat. Veruntamen summa vi Episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit.

Sulp Sev. dialog. 3. num. 15.

Postero die se inde proripiens, cum revertens in via mœstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, haud longe a vico, cui nomen Andethenna, prætergressis paululum comitibus, in sylva ille subsedit, causam doloris & facti accusante ac defendente invicem cogitatione pervolvens. Astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine compungeris, sed aliter exire nequisti; repara virtutem, resume constantiam, ne jam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithacianæ partis communione misceri. Cæterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde familiaribus cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate, non spiritu, miscuisset, detrimentum sentire virtutis.

Ibid.

LIV. Theodosius in Oriente debellatis barbaris domesticam passus seditionem, novum tributi genus civitatibus indixerat, compulsus bellorum frequentia, ob decennalia, ac proinde anno trecentesimo octogesimo septimo, quo tempore solent Imperatores

Theod. hist. l. 5. cap. 20. Liban. orat. ad Ellebic.

CHRISTI AN. 387. *Antiochensium scelus & pœna.* Ib. c. 19.

res aurum militibus largiri. Hanc exactionem civitas Antiochensium ferre non potuit, plebs enim cum eos, a quibus exigebatur, suspendi in eculeo videret, seditione mota statuas Flaccillæ Imperatricis dejecit, & per vicos traxit. Hæc ante annum obierat, laudatissima tum propter fidei integritatem & humilitatem, tum ob eximiam erga pauperes charitatem, quibus non tantum maximis eleemosynis subveniebat, sed & suis manibus ministrabat. His auditis, Imperator graviter commotus, & privilegia urbi ademit, & Laodiceæ vicinæ civitati primatum attribuit, magistratus enim vim plebis metuentes, seditiosos non coercuerant; incensurum se quoque ac destructurum urbem minatus est. Elibichium magistrum militum, & Cæsarium palatii Præpositum mittit, qui tristem sententiam exequerentur. Quorum adventus ut rumor dispersus est, plebs in stuporem conjicitur. Jam sedato furore, omnes sui facti pœnitebat, multique fuga se subtrahere periculo nitebantur. Jam enim magistratus, ut leniret Imperatorem, quosdam reos necaverat. Afflictæ urbi solatio & incolumitati fuere soli Orthodoxi.

Sozom. l. 7. c. 23. Chrys. hom. 1.

Joannes Chrysostomus Antiochiæ presbyter tunc eas habuit viginti homilias eloquentissimas, quas statuas Græci appellavere. In prima describit luctuosum tantæ urbis statum, quem civium sceleribus, imprimis blasphemiis imputat: in quarta, & sequentibus cum jam incœpisset quadragesimale jejunium, eos hortatur ad pœnitentiam,

4.

cujus aliquos fructus edere cœperant timore concussi, quandoquidem desertis spectaculis jam frequentes convenirent in Ecclesiis, etiam qui ex infirmitate corporis non jejunarent. Cum enim toto quadragesimæ tempora circa vesperam haberetur concio, diemque clauderet Altaris sacrificium; qui etiam ea necessitate cœnam jam sumpserant, his antea interesse verebantur, quem errorem emendavit Chrysostomus. Innumeri susceperant baptismum, quos divina mysteria juvenis quidam diaconus edocuit.

Homil. 15. & 18.

Chrys. homil. 13. & 14.

Interea judices sceleris vindices Antiochiam perveniunt; indictoque justitio, præsertim adversus Senatores & Magistratus, qui seditionem non represserant: & primo quidem translato Syriæ metropolis jura in Laodicenam civitatem, omni honore spoliant Antiochiam: theatra, balnea, & fora claudunt: exercebantur atrocissimæ quæstiones; nobilium complures onusti vinculis captivi trahebantur, ut tormentis subjicerentur, eorumque bonis Fisco addictis carceri mancipabantur; omnia luctu & lacrymis complebantur; cumque quisque sibi timeret, nobilissimæque fœminæ a maritorum domibus ejectæ, vix invenirent quo se reciperent: civitatis major pars præ timore ad deserta confugit; ex quibus miserabilem urbis faciem cum cognovissent monachi plurimi, qui ad radices montis habitabant, Antiochiam advolant, veluti Angeli quidam de cœlo profecti. Ubique tunc vidisses Sanctos illos dolore pressis esse consolatores. Principibus ipsis cum fiducia loquebantur pro reis, & dixerunt se non prius recessuros, quam judices parcerent populo, vel se communiter cum reis legatos ad Imperatorem mitterent. Si vero hoc non feratis, & nos cum ipsis moriemur.

Monachi reorum causam agunt. Idem hom. 17.

Theod. hist. l. 5. cap. 20.

Macedonii fortitudo præ cæteris enituit: rerum quidem hujus sæculi & sacrarum literarum erat penitus expers, sed in montium verticibus degens, noctu atque interdiu Deo purissimas preces offerebat: nec Imperatoris metu exterritus, nec eorum qui missi fuerant potestatem considerans, media in urbe chlamydem alterius apprehendens, utrumque ab equo jubet descendere: principio quidem indignati sunt: sed cum quidam de eximia hominis virtute eos admonuisset, equis desilierunt, & genua ejus amplexi veniam postularunt. Tum ille, viri amici, nuntiate hæc Imperatori; homo es, ejusdem naturæ consortibus imperas. Porro hominum natura ad imaginem & similitudinem Dei condita est; ne igitur imaginem Dei adeo crudeliter jugulari præcipias. Considera enim nobis quidem facile esse pro una ex ære statua plures alias fabricari: ipsum vero ne unum quidem interfectorum capillum creare posse. Illius sermonem admirati, promiserunt se relaturos ad Imperatorem. Quo impetrato ad suas solitudines remearunt monachi. Sed & in ipsa civitate inopinata est exorta lætitia: perinde ac si civitas in tuto collocata esset. Chrysostomus ipse pro gratiarum ad Deum actione habuit homiliam, hortatur ut Deo gratias agant. Sacerdotes eamdem præstiterunt animi fortitudinem; eademque cum monachis exhibentes, propriis manibus judices continentes, non permittebant abire, priusquam de judicii fine promitterent, se haud ulterius ad necem sontium progressuros, atque adversus renuentes fiducia multa ipsi vicissim utebantur: annuentium vero pedes & genua complexi, & manus exosculati, utramque virtutem superabundanter exhibuere, libertatem, & mansuetudinem modestam.

CHRISTI AN. 387. Chrys. hom. 17.

Inquisitionibus peractis, placuit ut rei in vinculis detinerentur, dum Imperatoris responsum referret Cæsarius, qui magna celeritate contendit Constantinopolim, de omnibus relaturus ad Theodosium; quem maxime placavit Flavianus Episcopus Antiochensis. Ille, quamvis annis gravis, statim post seditionem pro civibus legatione suscepta, celerrime properat ad Imperatorem. Admissus, procul ab eo stetit mutus, lacrymans, vultuque demisso, tanquam ipse solus esset reus. Imperator ad eum accedens leniter commemorat beneficia, quæ contulerat Antiochensibus, & ad singula repetebat.. Hæc me pro illis pati oportuit? nec me solum, sed & defunctos contumeliis affecerunt. Flavianus hic amare de profundo gemens: Confitemur, inquit, o Imperator, amorem, quem erga patriam nostram demonstrasti, & propterea maxime lugemus; obrue, incende, occide, nondum dignam de nobis pœnam exiges; quæ fecimus, quavis morte nobis graviora sunt: quid enim amarius, quam ut benefactorem diligentem exacerbasse injuste videamur, & totus Orbis nos ut ingratos condemnet? Si barbari igne ferroque urbem nostram evertissent, illius reparandæ spes esset in tua benevolentia: te vero patre nostro graviter offenso, nihil perfugii, nihil auxilii miseris relinquitur. Sed si velis, o Imperator, est tantis malis remedium. Intolerabiles offensiones sunt magnæ charitatis materia: benevolentiam tuam nobis inviderunt dæmones: si pœnas exigas, efficies quod ipsi voluerunt. Si placatus ignoscas, dæmones hæc operatos ulcisceris, & diademate tuo clariorem tibi efficies coronam. Hæc quippe solius tuæ clementiæ & sapientiæ erit præmium. Destruxerunt illi statuas; sed clariores restituere tibi licet in mente omnium hominum, qui semper & ubique admirabuntur & amabunt tuam misericordiam. Constantini exemplum in simili causa proponit, & eorum quæ ipse perhumaniter gesserat, memoriam revocat: tum addit: cogita quod non tantum de civitate nostra, vel de tua gloria, sed etiam de Christiana religione tibi consultandum sit. Judæi & gentiles expectant qualem feres sententiam: si humanam protuleris, Deum glorificabunt atque dicent: quanta Christianæ religionis potentia! omnium Dominum, qui parem in terra non habet, cohibuit, & docuit sapientiam, quam nec homo privatus exhiberat. Vere magnus est Christianorum Deus, qui ex hominibus facit Angelos, & omni necessitate naturali superiores constituit... Cogita, quale futurum posteritatis judicium, cum audiet, quod erga tantam civitatem pœnæ & ultioni obnoxiam, omnibus timore perculsis, Ducibus, Præfectis, & Judicibus etiam supplicare timentibus; unus senex Dei Sacerdos ad clementiam te movit, leges Dei reveritum. Nec enim ab illis tantum nunc venio, sed a communi Domino Angelorum missus sum, ut hæc dicam benignissimæ animæ tuæ: si hominibus peccata dimittas, & Pater cœlestis tibi tua dimittet. Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus; si quod habes peccatum, illud per indulgentiam abluere potes absque laboribus. Alii legati aurum vel alia dona afferunt; ego pro donis omnibus Dei leges prætendo, & te Dominum tuum imitari supplico, qui quotidie a nobis contumelias patiens, non cessat bona sua omnibus ministrare. Ne confundat spem meam. Etenim scias, quod si velis civitati meæ reconciliari, & hanc remittere justam indignationem, cum multa revertar fiducia. Si vero eam asperneris, ne ipsam quidem videbo, atque in aliam urbem me transferam.

Flavianus placat Theodosium. Liban. in Cæsar. Chrys. hom. 20.

Theodosius his permotus, vixque tenens lacrymas, hanc Christiano Principe dignissimam protulit sententiam: Quid mirum, si hominibus, qui nos contumeliis affecerunt, iram remittimus, cum & ipsi homines simus: Cum mundi Dominus in terram descendens, & propter nos servus factus, ab iisque crucifixus, quos innumeris affecerat beneficiis, pro suis etiam crucifixoribus Patrem oraverit? Flavianus

Theodosius parcit Antiochenis.

Sozom. l. 7. c. 23.

timens

CHRISTI AN. 387.

timens ne qua in Imperatoris enimo resideret indignatio, persuasit adolescentibus, qui ed ejus mensam canera solebant, ut cantica, quibus Aotiocheni io supplicationibus suis utebantur, cantarent. Quo facto, Theodosius perfuso lacrymis poculo, quod tum forte in manibus habebat, se cum Antiochensibus in gretiem rediisse declaravit. Flevianumque Peschæ solemnitetem cum eo celebrare volentem hortatus est, ut quamprimum proficisceretur. Novi, inquit, quod nunc ipsorum animi sint consternati, & multæ supersint celemitatis raliquiæ; abi, consolere: monachisque quasi seipsum excusans rescripsit. His expeditis, Flavienus cursorem præmisit, qui tam læte civiteti nuntiaret, ne ex reditus sui tarditate tristitia publica prolongaretur. Antiochenses, acceptis Theodosii literis, forum coronant, lucernas accendunt, & lectos ente officinas componentes, tanquam civitete nuper nata festum sgunt. Flavianus adveniens cum suis Pescha magno geudio celebravit. Applaudentibusque de se modeste loquens, adeo felicem eventum, Deo, in cujus manu cor Regis, tribuendum monebat. Philosophi & Sophistæ, qui primi civitatem afflictam deseruerant, in cavernis latentes, ut audierunt impetratum e judicibus ut relationem mitterent ad Theodosium, redeunt, & primus inter eos Libanius sponte sua Constaotinopolim proficiscitur, eoque perveniens cum jam Imperatoris ira deferbuisset, quatuor recitavit orationes, duas priores coram Imperatore, cui in prima pro civitate supplicat, in secunda gratias agit: in aliis Cæsarium & Hellibicum laudat, quos de seditione cognitores miserat Theodosius.

Chryſ. Ibid. — Liban. orat. 2.

LV. Joannes cognomento Chrysostomus propter eloquentiam, qui civitatem Antiochensem afflictam continuis prope orationibus sustentarat ac erexerat; Antiochia fuit oriundus ex nobili & Christiana familia, patre Secundo, matra Anthusa, quæ annos viginti nata maritum emisit, & licet ætate florens in viduitate perseveravit. Virtutem tantam admirans Libanius, non potuit temperare, quin esclamaret: eo quales mulieres epud Christianos sunt! in Rhetorica Libaoium, in Philosophia vero magistrum habuit Andragatium: ee studiis eloquentiaque tantum profecit, ut omnium ætatis suæ oratorum præstantissimus evaserit, judice vel Libanio. Nam cum moriturus esset, percontentibus amicis, quis in ejus locum succederat, Joannes, inquit, nisi Christiani subripuissent. Cumque causas egcra jam pataret annos natus octodecim, considerans quam laboriosum, quamque iniquum esset vivendi genus eorum, qui versentur in foro, lectioni sacrarum literarum animum epplicuit, & fraquenter ed Ecclesiam orationis ceusa properabat.

Socrat. l. 6. c. 3. Pallad. vita Chryſ. *Joannis Chryſoſt. initia.* Iſidor. Peluſ. 2. epiſt.

Maletius Episcopus cognito felici juvenis ingenio permittebat ei secum assidue versari. Cum vero tres annos epud eum mansisset, sacro lavacro ab eodem initiatus Lector ordinetur. Deliberanti de genera vitæ, Basilius quidam, inter amicos ejus charissimus, persuasit, ut domo uterque sua relicta, une habitarent, monasticemque vitam profiterentur. Sed assiduæ matris illecebræ obstiterunt: quæ in lacrymarum fontes prorumpens, enumeratis, quas illius causa pertulerat, ærumnis, adjecit: Ubi corpus hoc a te sepultum cum patris tui ossibus conjunxeris, tum demum fili longas profectiones suscipito. Cæterum tantisper dum spiramus, contubernium convictumque hunc nostium tolerato, neve committes, ut matrem nihil commeritam multis involvas incommodis. Hæc cum amico retulisset, urgebat ille secessum: ecce novus rumor repente exoritur, utrumque postulari ad Sacerdotium. Basilius ipsum adit, obsecratque ut ambo eorumdem consiliorum retionem hac io ra sequerentur. Joannes, arbitratus se magnum Ecclesiæ detrimentum allaturum, si Christianum gregem juvene tante probitate prædito, regendisque aliis maxime idoneo spoliaret; non judicavit detegendum illi, quid animi super ea ra haberet, respondítque esse deliberandum. Quumque jam dies advenisset, quo ordinandi uterque essent, Joannes seipsum occultavit. Basilius ejus rei ignarus apprehensus, ordinetur est Episcopus Raphanensis, sed postquam intellexit subterfugisse Chrysostomum, tristis admodum apud ipsum expostulat.

Chryſoſt. de Sacerd. l. 1. cap. 1.

LVI. Eorum colloquium continent libri sex de Sacerdotio, in quibus multas de Sacerdotis dignitate, scientia, virtutibus, officiis, & periculis leguntur. Quanta sit Sacerdotum potestas, sic declarat

Sacerdotii dignitas.

Chrysostomus: "Sacerdotium quidem ipsum in terris peragitur, sed in rerum cœlestium classem, ordinemque referendum est.... ipse quidem Paracletus ordinem hujusmodi disposuit.... Terribilia atque honorifice fuisse ferunt quæ gratiæ tempus præcesserunt ... at vero si quis ea, quæ gratiæ tempus advexit, examinet, terribilia hæc judicabit levia, ac quod de Lege Paulus dixit, hic demum verum esse comperiet: quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte propter supereminentem illius gloriam. Nam dum conspicis Dominum immolatum, & illic situm Sacerdotum sacrificio incumbentem, ac preces fundentem: tum vero turbam circumfusam pretioso illo Sanguine intingi ac rubefieri.... o miraculum! o Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractetur, ee se ipse tradit volentibus eum excipere ac complecti... Hoc ergo mysterium omnium maximum horrendum verendumque quis taodem, qui non admodum sit insanus, fastidira ac despicere poterit? ... Nam si quis consideret, quantum id sit mysterium, ut is scilicet, qui homo ipse sit, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tum probe intelliget, quanto Sacerdotes honore, quante dignitate Spiritus sancti gratia digneta fuerit. Operantibus enim illis, tum secra hæc, quæ dico, initiantur perficiunturque, tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipse ad dignitatis salutisque nostræ rationem spectant. Etenim qui terram incolunt, iis commissum est, ut ea, quæ in cœlis sunt, dispensent; iis datum est ut potestatem habeaot, quam Deus Optimus neque Angelis, neque Archangelis datam esse voluit: neque enim ad illos dictum est: quæcumque alligaveritis in terra, erunt alligata & in cœlo; & quæcumque solveritis in terra, erunt solute & in cœlo. Habent quidem & terrestres Principes vinculi potestatem, verum corporum solum. Id autem quod dico Sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atque ad cœlos usque pervadit: usque adeo ut quæcumque inferne Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus superne rata habeat, ac servorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnium rerum cœlestium potestatem illis a Deo concessam? Quorumcumque etenim, ait, peccata remiseritis, remittuntur eis: & quorumcumque retinueritis, retente sunt. Quænam, obsecro, potestas hac una major esse queat? Pater omne judicium Filio dedit: cæterum ipsum omne judicium a Filio illis traditum." Chrysostomi nomine suppresso, si ista laudassem, quis non putasset recentioris esse cujusdam Theologi? adeo consone sunt iis, quæ de Eucharistia, & de Sacerdotum potestate tradit Tridentine Synodus.

CHRISTI AN. 387. Chryſ. de Sacerdot. l. 3. c. 3. & ſeq. — *Euchariſtia eſt ſacrificium.* — *Ligandi & ſolvendi poteſtas* Matt. 16 Joan. 10

Isidorus Pelusiota hoc opus sic laudet.... Sapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Joannes, Byzantinæ Ecclesiæ, atque adeo omnium Ecclesiarum oculus, librum eum ita solemniter & prudenter atque accurate condidit, ut omnes, tam qui ut Deo gratum est, Sacerdotio funguntur, quam qui negligenter & ignave Sacerdotalem dignitatem administrant, hic & virtutes suas, & vitia reperiant. Suidas aliis sic illud anteponit: Excellunt sermones de Sacerdotio, tum sublimitate & elocutione, tum lenitate & elegantia verborum.

Iſid. ep. l. 1. c. 156

LVII. Anthuse matre defuncte, ut verisimile est, ut corpus edomaret, secessit in vicinos Antiochiæ montes; persuasitque Theodoro & Maximo condiscipulis suis, ut relicta professione, quæ nihil præter quæstum præstaret, simplicem potius ac tenuem vitam emplecterentur. Theodorus postea Mopluestiæ in Cilicia fuit Episcopus; Maximus vero Seleuciæ in Isauria. Tunc temporis vero summo studio ad virtutis apicem contendentes, monasticam vitam sub Diodoro & Carterio didicerunt, qui tunc quidem monasteriis præerant. Diodorus postea ad Episcopatum Tersi promotus, multos conscripsit libros, simplicem duntaxat atque obvium Scripturarum sensum inquirens. Chrysostomus autem cum incidisset in quemdam severissimæ continentiæ senem, cujus duriora vitæ instituta quadriennio imitatus, eo relicto, secessit in speluncam, solus delitescere cupiens. Illic annos moratus est duos, quibus insomnis ut plurimum perstitit, Christi testamentum, quo ignorantiam expelleret, addiscens; cum toto illo biennio nec interdiu, nec noctu decubuisset, proxime

Socrat. l. 5. c. 3 — Pallad. vit. Chryſ. cap. 5.

CHRISTI AN. 387.

ventri ei sunt emortua, lumborumque vires præ frigore profligatæ.

In eo secessu scripsit tres libros de vitæ monasticæ laudibus adversus ejus oppugnatores. Plerique etiam Christiani monachos verbis & factis durius exagitabant; non sine scandalo gentilium, & filios suos ab eo vitæ genere retrahebant, ne eorum familia vel civitas damnum pateretur, si tot insignes juvenes secederent. Chrysostomus, ut eos corrigeret, in primo libro probat, quod mundus semper odio habuerit Sanctos, quibus ejusmodi contumeliæ & vexationes sunt materia laudis ac mercedis: ac proinde eas adeo non refugiunt, sed potius expetunt, cum a Christo didicerint; Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis: gaudete in illa die & exultate: Ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis. Demum monasticam vitam utilem & multis necessariam ex mundi periculis, & corruptione demonstrat. In secundo libro gentili probat in divitiarum & honorem contemptu positam esse veram Philosophiam, quam monachi profitentur; eos clariores esse vel ex iis rebus, quibus eos mundani viles & ignobiles existimant, quam fuissent domi: eosdemque tranquillius vivere, & mori securius ac felicius.

Chrys. adv. Vitup. vitæ monast. l. 1. c. 2.

Luc. 6.

Liber tertius patri Fideli inscribitur, atque in vitæ monasticæ laudes uberius excurrit. Et primo quidem ostendit, quam facile ex prava parentum educatione & perversis aliorum exemplis & doctrinis corrumpantur adolescentes. Unde concludit necesse esse, ut Philosophiæ Christianæ præceptis imbuantur, eaque arte ad virtutis viam revocentur. " Illius vero doctrinæ cœlestis schola tutissima adversus omnes mundi seductiones est monasterium, inde enim id quod omnia pervertit & perturbat, meum & tuum, penitus eliminatum est; cuncta quippe illis communia sunt, mensa, domus, indumentum, & quod sane mirabilius, unus idemque animus omnibus est. Omnes sunt eadem nobilitate nobiles, omnes eadem servitute servi, eadem libertate liberi: unæ illic omnibus divitiæ, quæ vere divitiæ sunt: una gloria, quæ vere gloria est, ... ibi veluti quadam regula & libra cuncta diligentissime sunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas, cæterum ordo summus, & moderatio & convenientia, & ineffabilis concordiæ servandæ diligentia, jugis ac perpetuæ lætitiæ materia . . . , illicque præsentia omnia contemnunt, omnemque a se rixæ & discordiæ & pugnæ materiam abscindunt, clarissimaque honorum cœlestium spe beati sunt. "

Chrys. adv. Vitup. vit. monast. l. 3. c. 10.

Ib. c. 11.

Cum multi mallent domi filios suos institui in studiis eloquentiæ & Philosophiæ, timerentque ne in professione religiosa non perseverarent, sic eos coarguit Chrysostomus: " Unde tibi constat quod non persistet? multi enim sunt, qui perseveraverunt, & quidem longe plures, quam qui exciderunt. Itaque istorum gratia magis confitendum est, quam illorum levitate metuendum. Cur autem in ipsis liberalibus studiis hoc non metuis, ubi maxime timendum est? Namque apud monachos quidem ex ingenti multitudine vix pauci lapsi sunt: in schola vero liberalium disciplinarum ex plurimis vix pauci ad summam peritiam provecti. " Infra sibi objicit. Is qui urbem habitat, salvari potest: & respondet.... " Si is, qui urbem habitat, sic indubie salvari potest, multo magis poterit, si se ad solitudines contulerit. Quid ergo est cur ibi salutem desperes, ubi minime debueras; ibique non metuas, ubi maxime timere debuisti? . . . Sed hoc plane est, quod evertit Orbem universum, quod summa vitæ bene agendæ diligentia monachis opus esse arbitramur, cæteris negligenter vivere licere . . Non ita sane, non ita est, sed eadem ab omnibus Philosophiæ ratio requiritur; siquidem Christus jura & leges omnibus constituit. " Denique sic concludit: " Igitur cum tanta summorum virorum teneamus exempla, paremus Domino ministros idoneos, & probatissimos famulos. Nam si is, qui vel athletas civitatibus nutrit, vel exercet ad Regis obsequium milites, maximis honoribus fruitur; quanta nos munera, quot coronas accepturi sumus, qui tam magnos & eximios viros, dicam verius, Angelos, Deo educamus? Omnia ergo faciamus, cunctaque moliamur, ut eis insignes pietatis opes relinquamus, quæ solæ permanent nobiscum, excedentesque e vita comitantur, neque in hac vita solum, sed in illa etiam maximo usui nobis erunt, summaque conferent emolumenta. "

C. 19.

CHRISTI AN. 387.

Theodorus, qui authore Chrysostomo monasticæ vitæ leges didicerat, in proposito non perseveravit, sed in urbem reversus est: rectius esse judicans id assequi quod cupiebat. Joannes vero cum eum negotiis vacare intellexisset, & de uxore ducenda cogitare, duas ad eum scripsit epistolas. In secunda sic eum alloquitur: " Honorabile quidem connubium, & cubile immaculatum; fornicatores autem & adulteros judicabit Deus. Sed tibi jam non est integrum jura connubii servare: cœlesti enim sponso semel junctum illum relinquere, & uxoris laqueis implicari, adulterii crimen incurrere est: quamvis millies hoc ipsum nuptias voces; ego tamen & adulterio tanto pejus affirmo, quanto major ac melior est mortalibus Deus. Neque ullus te forte decipiat, dicens: nihil de non accipienda uxore Dominus præcepit. Id nec me ignorare confiteor.... verum tu adulterii crimen incurres, si volueris unquam, quod absit, nuptias cogitare. Et quid mirum, si nuptiæ tales, quibus offenditur Deus, adulterio comparantur . . . Si militiæ vincula non tenerent, quis tibi desertionis crimen objiceret? nunc autem nihil in te penitus tui juris est, quippe qui tanto Imperatori militari cœpisti. Nam si mulier proprii corporis non habet potestatem, sed vir; multo magis qui Christo potius, quam sibi vivunt, ditionem corporis sui habere non possunt. " Epistolam hanc cum accepisset Theodorus, pœnitentia tactus est: rursusque relictis facultatibus, & nuptiis renuntians, Joannis consilio servatus, & ad monasticam vitam regressus est. Ex his liquet monachos jam tunc fuisse inhabiles ad nuptias contrahendas.

Sozom. l. 8. c. 2.

Chrys. tom. 4. ad Theodor. lapf. paræn. 2.

Monachi non possunt nubere.

LVIII. Chrysostomus tamen ipse in summa corporis infirmitate constitutus, cum sibi opem ferre non posset, rursus ecclesiasticum portum apprehendit, Antiochiamque reversus in Clero ministravit, servato continentiæ & paupertatis proposito; neque enim patrimonium repetiisse legimus. Atque id divinæ providentiæ opus fuit, quæ ad utilitatem Ecclesiæ eum per infirmitatem a monasticæ vitæ laboribus retraxit. Inde postquam altari annos quinque militasset, a Meletio diaconus ordinatur. Quo tempore de providentia tres libros scripsit ad amicum suum Stagirium, qui post conversionem a dæmone malo arreptus, licet per plures annos jejuniis & orationibus & reliqua vitæ austeritate se contriverit, nullum ærumnarum finem invenit: imo sanctus quidam vir, qui magnam in reliquis adversus dæmones potentiam exercuerat, nihil ejusmodi in eo proficere potuerat. Hinc tanto mœrore conficiebatur, ut sæpius ad laqueum fere, fluviumque, & præcipitium proveheretur. Ejus animum ad meliorem spem erigit, & consolatur Chrysostomus, his duobus principiis: Deo cura est de omnibus, & de his maxime qui sibi fide juncti sunt; divina autem providentia solet variis servos suos exercere tribulationibus, quæ per ejus gratiam ad eorum salutem cooperantur, iis quippe purgatos dignos se probat & efficit: occasiones justis suppeditans, quibus ad virtutem se exerceant voluntatemque ostendant suam. Idque multis Scripturæ authoritatibus exemplisque confirmat. Unde concludit, ex parte Dei permissionem hanc non esse odii, sed potius amoris, quippe qui id ejus probationi, & utilitati vehementer expedire cognoverit.

Pallad. vit. Chrys.

Chrys. de provid. l. 1. cap. 1.

Tribulationum utilitas.

In secundo libro eumdem hortatur, ut mœrorem ex animo suo penitus eliminet; quippe qui ipsa dæmonis infestatione sit periculosior: mœror enim dæmoni vires administrat, cogitationesque malas suscitat; eoque depulso, nulla vis dæmoni restabit, non solum ad persuadendum mala, verum ne ad suggerendum quidem. Ostenditque mœrorem hunc præsumptæ solum esse opinionis: cum potius re diligenter perpensa gaudere deberet; præsertim, cum sic a dæmone vexatus, multum in virtute profecerit: præsensque tempus sit laborum & colluctationum, præmiorum vero & coronarum futurum sæculum, quod ei frequenter cogitandum sit. Suis enim dixit Christus: in mundo pressuram habebitis. In tertio libro eumdem monet, ut læta præsentis sæculi & tristia pari mentis altitudine contemnat, & totam ad sola cœlestia transferat cogitationem, & omne desiderium. In utroque libro ei multa Sanctorum exempla proponit, qui variis & maximis probati sunt tribulationibus, quas quia fortiter pertulere, salutem

Ibid.

Joan. 16.

consecu-

CHRISTI AN. 387. Pallad. vit. Chryf. consecuti sunt. Cæterum, cum ejus ad docendum facultas inclaresceret, & populus ex sæculi amaritudine dulcesceret ejus conversatione, a Flaviano Episcopo Presbyter ordinatur, & plebis instructioni præficitur. In primo sermone quædam de se modeste, sed in Flaviani laudem multa dixit. Non multo post S. Meletii panegyrim pronuntiavit, quem mortuum ante annos quinque dicit: ac proinde anno trecentesimo octogesimo sexto jam Presbyter designatus erat Chrysostomus. Postea multas orationes habuit adversus Anomœos, qui Deum sibi non melius, quam ipsis notum esse gloriabantur. Hinc totus est, ut Dei naturam creaturæ prorsus incomprehensibilem esse demonstret. Antiochiæ tunc erant duo Episcopi Orthodoxi, sed communione separati, Flavianus & Paulinus; utriusque partis fideles sese vicissim hæreseos accusantes, sibi mutuum inclamabant anathema. Chrysostomus (Chryf. tom. I. *Excommunicandi potestas penes solos Sacerdotes.*) ipsos ad pacem & charitatem hortatus est in oratione de anathemate, docuitque Christum, solis Apostolis eorumque successoribus commisisse anathematis ferendi potestatem. Unde in ipso pene sermonis exordio sic in eos invehitur: " En specto viros, qui nullum ex sacris literis germanum sensum, imo nihil omnino sacrarum literarum tenent, furibundos, nugaces, contentiosos, qui neque sciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant, in hoc uno tantum audaces, quod dogmata statuunt, & anathema declarant ea, quæ maxime ignorant . . . . Heus tu, qui tantæ authoritatis! cur dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis qui illorum sunt idonei successores, vere pleni gratia & virtute? jam Apostoli diligenter id mandati servarunt: sic enim hæreticos ejiciebant ex ecclesiis, quasi effodiendus esset dexter oculus: qua membri defectione, magnum sui compassionis, & doloris indicium præ se ferebant . . . . . Quapropter vos oro, ne vobis hæc verba mente excidant: dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum. „ Chrysostomus ejusque auditores Flaviano communicantes, a Paulini communione ejusque sequacium abstinebant. Hæc igitur duo, separatio communionis, & excommunicatio, seu anathema, multum inter se differunt.

Chryf. tom. 5. Phot. in Bibliot. p. 1550. Ad Coloss. 1. 1. ad Cor. 5. In natali Christi, cujus diem festum, jam dudum in Occidente celebrem, nuper agebant Antiocheni, verba fecit. Hæc in ejus homilia observat Photius: cum dicat B. Paulus: Primogenitus omnis creaturæ; hæretici, non intelligentes de qua creatura loquatur, ad creaturam Filium ipsi insipientes referunt. Duplex est enim creatura, una quidem facta, alia renovata. Paulus namque iterum clamat: Si quis in Christo nova creatura; utque manifeste ostendat, se dicere Christum esse primogenitum creaturæ renovatæ, addit, primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus primus. Primus renovatorum, ad incorruptionem vocatorum, ex mortuis resuscitatorum & suscitandorum. Primus non secundum Deitatem; appage: contumelia enim est in Deum vocari illum primum creaturarum, qui ineffabili verbo & incomprehensibili excellentia super omnes creaturas ascendit, sedetque . . . . Sed primus est secundum humanitatem, Princeps factus resurrectionis nostræ, & mutationis ex corruptione in incorruptionem. Etsi Elias filium viduæ excitavit, & Elisæus filium Sunamitidis, (Ad Rom. 6.) & Salvator quatriduanum Lazarum, nemo tamen eorum ad incorruptionem, & immortalitatem excitatus est, iterum enim eos mors postea oppressit. Christus vero surgens ex mortuis, non amplius moritur, nec mors amplius illi dominatur; sed neque illis, quos in secundo suo adventu excitabit. O malam & dementem vestram opinionem! . . . . . Christus accepit nostrum figmentum, & constituit in dextera Patris. Accepimus ab illo Spiritum, & injuriam facimus, in creaturarum & servorum ordinem illum redigentes.

Chryf. tom. 1. Photius cod. 172. Eodem anno viginti septem priores in Genesim homilias habuit; sæpe quotidie, interdum alternis, usque ad feriam quintam majoris hebdomadæ concionatus est. Deinceps de sancta Cruce & de proditione Judæ. Alias vero triginta quatuor dixit annis sequentibus. Post Pascha quinquaginta homilias in Acta Apostolorum, sed quinto tantum, aut septimo die, & aliquando rarius etiam recitavit. Dictio hic illius de more perspicua & pura, splendida insuper ac fluens apparet, multam interim cum sensuum varietatem, tum gratissimam exemplorum copiam exhibet. In humile tamen hic dicendi genus dictio pronior tanto est ea, qua in homiliis in Acta Apostolorum utitur, inferior, quanto hæc a commentariis in Apostolum & Psalmos superatur: cum enim ubique orationem puram, illustrem ac bene dispositam non sine voluptate artificiose contexat; in his maxime scriptis virtutibus illis, exemplorumque ubertate, atque enthymematum copia, & cum ita opus est, etiam gravitate excellit. Quin, ut semel dicam, verbis hæc monumenta compositione, methodo, sensibus, præstantissime exornata edidit . . . . . . Quod sicubi sententiarum aliquæ, seu interpretationis, seu profundioris indagationis indigebant, neque tamen diligenter satis eas explanavit, mirum id minime videri debet; quæcumque enim auditorum captui accomodata essent, atque ad eorum salutem & utilitatem pertinerent, ea neutiquam ille prætermittebat. Quamobrem neque admirari sanctissimum virum satis unquam possum, quod perpetuo in omnibus suis scriptis auditorum ita utilitatem, tanquam scopum sibi præfixisse videatur, ut cætera vel omnino neglexerit, vel levissime attigerit. Hæc fuit Joannis Chrysostomi eloquentia.

TEXTUS GRÆCI
LIBRI XVI.

NUm. I. Greg. Naz. Carm. de vita sua.

Τὰ δ' ἡμέτερα τῶν τίν' ὄντα τὸν τρόπον;
Πολλοῖς συνεσχέθημεν ἐλθόντες κακοῖς.
Πρῶτον μὲν ἐξέζεσε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις
Ὡς εἰσαγόντων ἀνθ' ἑνὸς πλείους Θεούς,
Θαυμαστὸν οὐδέν· ὅταν ὅπως ἠγμένοι,
Ὡς ἀγνοεῖν τὰ πάντα τῆς εὐσεβοῦς λόγον,
Πῶς ἡ μονὰς τριάζετ', ἡ τριὰς πάλιν
Ἑνίζετ', ἀμφοῖν ἰδίως νοουμένων.

Ibidem Num. II. Idem Oratione habita in præsentia 150. Episcoporum. Οὐ γὰρ ἀπαιδεύτως παιδευόμεθα, οὐδὲ ταῖς ὕβρεσι βαλλόμεθα, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, μὴ τῷ λόγῳ μαχόμενοι, τοῖς δὲ λόγοις, καὶ τὸ ἀδίκημα ἔστιν ὅτε τῶν λογισμῶν ταῖς ὕβρεσι συγκαλύπτοντες . . . . ἀλλὰ τὸ περὶ Χριστοῦ πολεμεῖν δεδοίκαμεν ἐν τῷ μάχεσθαι, κατὰ Χριστὸν τὸν εἰρηνικόν τε καὶ πρᾷον, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσαντα. ὅτε γὰρ εἰρηνεύομεν κακῶς τῷ Λόγῳ τῆς ἀληθείας ὑφίστασθαι διὰ δόξαν ἐπιεικείας· οὐ γὰρ κακῶς τὸ καλὸν θηρεύομεν, καὶ εἰρηνεύομεν ἐννόμως μαχόμενοι, καὶ εἴσω τῶν ἡμετέρων ὅρων καὶ κανόνων τοῦ πνεύματος. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω γινώσκω, καὶ νόμον τίθημι πᾶσι τοῖς ψυχῶν οἰκονόμοις, καὶ τοῦ λόγου ταμίαις· μήτε τῷ σκληρῷ τραχύνειν, μήτε τῷ ὑπεκαλμέ-

τῷ καταπαίειν, ἀλλ' ἀλόγως εἶναι περὶ τὸν λόγον, μηδ' ἔξω τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντας.

Num. III. Idem Orat. 13. Πῶ ποιμένες οἱ μισοῦντες εἰρήνην καὶ Θεότητα καὶ οἰκείους; ἀπὸ γὰρ ἂν πάθοιμεν τὸ μεγαλοπρεπέστερον, ὅτι μετὰ Θεοῦ κινδυνεύομεν..... ποῦ ποτε ἡμῖν οἱ τὰ βαλάντια ἔχοντες, καὶ τὰς μελέτας ὀνειδίζοντες; .... δεῦρο μετάσχετε τῶν ἀπορρήτων τῶν ἡμετέρων. καλοῦμεν ὑμᾶς εἰς τὸ συνήθειον καὶ μισούμενοι. Χαίρειν ἐᾶτε τοὺς ἐχθρούς· εἰ τοὺς αἰδεσθέντας, ἢ τῆς παρρησίας. ἵν' ἀπέλθητε ἐλεημένοι. τί τοῦτο παραδοξότερον μαθόντες ἡμῶν τὴν ὑγίειαν, ἐξ ἧς ἐρρώσθημεν. οὐ γὰρ περὶ Θεότητος διηνέχθημεν, ἀλλ' ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισάμεθα, ὁ δ' ὁποτέρων δεῖ τῶν ἀσεβῶν ἐλέσθαι μᾶλλον ἀμφισβητήσομεν, εἴτε τὸν συναιρεῖσθαι Θεόν, ἢ τὸν τέμνουσι· εἴτε τὸ Πνεῦμα μόνον ἀπὸ τῆς Θεικῆς οὐσίας, εἴτε τὸν Υἱὸν πρὸς τῷ Πνεύματι, τὴν μίαν μοῖραν, ἢ τὰς δύο τῆς ἀσεβείας. ποῖον γὰρ .... τὰ τῶν ἀρρωστημάτων .... ἡμεῖς δ' οὐχ οὕτως .... ἀλλ' ὑπὲρ μὲν Θεότητος, συμφρονοῦμέν τε, καὶ συμβαίνομεν, οὐχ ἧττον ὁ πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεότης· (εἰ μέγα τοῦτο εἰπεῖν) καὶ γεγόναμεν, χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία, ... ἐν ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζομεν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ τοῦτο λέγηται περὶ ἡμῶν, ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἢ τοὺς ἐνάντους αὐτὸν εἶναι, καὶ δοξάζει τοὺς δοξάζοντας· καὶ μὴ λέγηται μόνον, ἀλλὰ καὶ πιστεύηται. ἀληθές ἐστιν ὑπὲρ οὗ διηνέχθημεν. κακῶς μὲν καὶ περὶ αὐτῶν, οὐ γὰρ ἀρνήσομαι· τὴν γὰρ μηδεμίαν διδάσκαλον τὰ τοῦ ἐμοῦ παραδοῦναι λαβεῖν, μηδὲ ταῖς πονηραῖς γλώσσαις ἐλαθῆναι· πλὴν ὁ ποσότον, ὅσον δοκεῖ τοῖς τὰ ἡμέτερα διαβάλλουσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἔδει τι καὶ ἁμαρτάνειν ὄντας ἀνθρώπους, τοῦτό ἐστιν ὃ ἐπταίσαμεν, λίαν φιλοποιμένες γεγόναμεν. καὶ οὐκ ἔχομεν ἑκατέρων ἀγαθῶν δύο τὸ αἱρετώτερον, ὅσα συμβαίνομεν ἀμφότερα ὁπίσω διαμάχεσθαι. τοῦτο ἡμῶν τὸ ἔγκλημα ...... τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἡ ἀσφάλεια ... τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα ἡμεῖς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς καὶ διαλελύμεθα, καὶ διαλυσόμεθα. ἡ γὰρ εἶδον τι παῖδα παθεῖσι δικάσαι κακῶς, καὶ ἅμα τῆς κοινῆς Τριάδος μαστιγώσεις, ὑπὲρ ἧς πολεμούμεθα, καὶ δι' ὃν ὁ πολεμοῦμεν ..... ὑμῖν δὲ τί τοῦτο τοῖς κοινοῖς ἡμῶν διαλλακταῖς; διαλλακταὶ γὰρ ἔστε, καὶ ἀκουσίως τοῦτο χαρίζεσθε. ὁ γὰρ ὑμεῖς ἀσεβεῖς, εἰ κακοί περί τι μικρὸν ἢ μεῖζον ἡμεῖς. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐπαινοῦμεν τὰς κακίας, εἴπερ τι πταίομεν· ὑμεῖς δ' οὐδὲ ἴστε τὴν εὐσεβῆ, κἂν ἡμεῖς ἁμαρτάνωμεν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὅσῳ καὶ πταίοντες ἐστὲ βαρύτεροι.

Num. IV. Idem Orat. 33. quæ prima est de Theologia. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν ἀσεβείας ὁδὸν κατελύσαντες, πρὸς ἓν τοῦτο βλέπουσι μόνον, ὅτι δήσουσιν ἢ λύσουσι τῶν προβαλλομένων, καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες, καὶ τῶν παλαισμάτων οὐχ ὅσα πρὸς νίκην φέρει κατὰ νόμους ἀθλήσεως, ἀλλ' ὅσα τὴν ὄψιν κλέπτει τῶν ἀμαθῶν, τὸ ποιεῖν καὶ συναρπάζει τὸν ἔπαινον, καὶ δεῖ πᾶσαν μὲν ἀγορὰν περιβομβεῖσθαι τοῖς τούτων λόγοις. πᾶν δὲ συμπόσιον ἀποκναίεσθαι φλυαρίᾳ, καὶ ἀηδίᾳ, πᾶσαν δὲ ἑορτὴν καὶ πένθος ἅπαν, τὴν μὲν ἀπένθητον εἶναι καὶ μεστὴν κατηφείας, τὸ δὲ παραμυθεῖσθαι συμφορᾷ μείζονι, τοῖς ζητήμασι· πᾶσαν δὲ διοχλεῖσθαι γυναικωνῖτιν ἁπλότητι σύντροφον, καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς ἄνθος ἀποσυλᾶσθαι τῷ περὶ λόγον ταχύτητι, ἐπειδὴ τοῦτο οὕτω, καὶ τὸ κακὸν ἄσχετον, καὶ ἀφόρητον, καὶ κινδυνεύει τεχνύδιον εἶναι τὸ μέγα ἡμῶν μυστήριον.

Num. V. Idem Orat. 37. quæ est quinta de Theologia. Τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρός, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος, καὶ παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. καὶ ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι δυνάμενοι, μηδὲ ψάμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος ἐξαριθμεῖσθαι, μὴ ὅτι γε Θεοῦ βάθεσιν ἐμβατεύειν, καὶ λόγον ὑπέχειν τῆς οὕτως ἀρρήτου, καὶ ὑπὲρ λόγον φύσεως. τί οὖν ἐστι, φησίν, ὃ λείπει τῷ Πνεύματι, πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν; εἰ γὰρ μὴ λεῖπόν τι ἦν, Υἱὸς ἂν ἦν. οὐ λείπειν φαμέν· οὐδὲ γὰρ ἐλλιπὴς Θεός· τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε. οὐδὲ γὰρ τῷ Υἱῷ λείπει πρὸς τὸ εἶναι Πατέρα. οὐδὲ γὰρ ἔλλειψις ἡ Υἱότης. ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο Πατήρ, ὃ οὕτω γε καὶ τῷ Πατρὶ λείψει τι πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν. οὐ γὰρ Υἱὸς ὁ Πατήρ. ἀλλ' οὐκ ἐλλείψεως ταῦτα. ὅθεν οὐδὲ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ὑφέσεως, αὐτὸ δὲ τὸ μὴ γεγεννῆσθαι, καὶ τὸ γεγεννῆσθαι, καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι· τὸν μὲν Πατέρα, τὸν δὲ Υἱόν, τὸ δὲ τοῦθ' ὅπερ λέγεται Πνεῦμα Ἅγιον προσηγόρευσεν· ἵνα τὸ ἀσύγχυτον σώζηται τῶν τριῶν Ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ φύσει τε, καὶ ἀξίᾳ τῆς Θεότητος. οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς Πατήρ, εἷς γὰρ Πατήρ, ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατήρ. οὔτε τὸ Πνεῦμα Υἱός, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ. εἷς γὰρ ὁ Μονογενής, ἀλλ' ὅπερ Υἱός. ἓν τὰ τρία τῇ Θεότητι, καὶ τὸ ἓν τρία ταῖς ἰδιότησιν, ἵνα μήτε τὸ ἓν Σαβέλλιον ᾖ, μήτε τὰ τρία τῆς πονηρᾶς νῦν διαιρέσεως. τί οὖν; Θεὸς τὸ Πνεῦμα; πάνυ γε. τί οὖν; ὁμοούσιον; εἴπερ Θεός. δεῖ ὅρμοι, φησίν, ἓν ἐκ ταὐτοῦ, τὸ μὲν Υἱόν, τὸ δὲ οὐχ Υἱόν. εἶτα ὁμοούσια, καὶ δέχομαι Θεόν. δός μοι καὶ σὺ ἄλλον Θεόν, καὶ φύσιν Θεοῦ, καὶ δώσω σοι τὴν αὐτὴν Τριάδα μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τε, καὶ πραγμάτων. εἰ δὲ εἷς ὁ Θεός ἐστι, καὶ μία φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν; ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω, καὶ τῶν περὶ σέ, λίαν μὲν αἰσχρόν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ματαιότατον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τὴν ἄνω τῶν εἰκασίαν λαμβάνειν καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥεούσης φύσεως, καὶ ὅ, φησὶν Ἡσαΐας, ἐκζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς............ ἀλλὰ τίς προσκύνησε τῷ Πνεύματι, φησί; τίς ἢ τῶν παλαιῶν, ἢ τῶν νέων; τίς δὲ προσηύξατο; ποῦ τὸ δεῖν προσκυνεῖν, ἢ προσεύχεσθαι γέγραπται, καὶ πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχεις; τὴν μὲν τελεωτέραν αἰτίαν ἀποδώσομεν ὕστερον, ἡνίκα ἂν περὶ τῆς ἀγράφου διαλεγώμεθα, &c....... ἡμῖν εἷς Θεός, ὅτι μία Θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον Θεός. οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον. οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς μεριστοῖς ὑπάρχει, κἀντεῦθεν λαβεῖν ἐστιν. ἀλλ' ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ Θεότης.

Num. XVII. Expositio fidei 150. Patrum. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν.

Ibidem Can. 1. Μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν Πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ, τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων· ἀλλὰ μένειν κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν· καὶ ἰδικῶς τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτουν Ἀνομοίων, καὶ τὴν τῶν Ἀρειανῶν, εἴτουν Εὐδοξιανῶν· καὶ τὴν τῶν Ἡμιαρειανῶν, εἴγουν Πνευματομάχων· καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν Ἀπολλιναριστῶν.

Ibidem Can. 3. Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης Ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

Num. XXXI. Greg. Naz. Orat. 51. Ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὸ τῆς Δυτικῆς Συνόδου δεδέχθαι φασὶν ὡς πυνθάνομαι, ὑφ' ἧς τὸ πρότερον ἦσαν καταχθέντες, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. εἰ μὲν οὖν ἐδέχθησαν ὁ νῦν, ἢ πρότερον οἱ τὰ Ἀπολιναρίου φρονοῦντες, τοῦτο δειξάτωσαν, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν. δῆλον γάρ, ὅτι τῷ ὀρθῷ Λόγῳ συνθέμενοι. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται ἄλλως, εἰ τούτου τετυχήκασι. δείξουσι δὲ πάντως, ὃ διὰ τόμου Συνοδικοῦ, ὃ δὲ ἐπιστολῶν κοινωνικῶν· οὗτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος. εἰ δὲ λόγος τοῦτο ἐστι, καὶ ἀναπλασμός, ἀπρεπείας ἕνεκεν αὐτοῖς, καὶ πιθανότητος τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐρημμένος διὰ τὸ τῶν προσώπων ἀξιόπιστον, δίδαξον αὐτοὺς ἠρεμεῖν, καὶ διέλεγχε. τῇ γὰρ σῇ πολιτείᾳ, καὶ ὀρθοδοξίᾳ τοῦτο πρέπειν ὑπολαμβάνομεν· μὴ ἀπατάτωσαν οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἀπατάσθωσαν ἄνθρωπον εἶναι δεχόμενοι τὸν Κυριακόν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι· μᾶλλον δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον χωρίζομεν τῆς Θεότητος, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δογματίζομεν. πρότερον μὲν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεόν, καὶ Υἱὸν μονογενῆ προαιώνιον, ἀμιγῆ σώματος, καὶ τῶν ὅσα σώματος. ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἄνθρωπον, προσληφθέντα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· παθητὸν σαρκί, ἀπαθῆ Θεότητι, περιγραπτὸν σώματι, ἀπερίγραπτον πνεύματι, τὸν αὐτὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ὁρώμενον καὶ νοούμενον, χωρητὸν καὶ ἀχώρητον, ἵν' ὅλῳ ἀνθρώπῳ τῷ αὐτῷ καὶ Θεῷ ὅλος ἄνθρωπος ἀναπλασθῇ πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. εἴ τις οὐ Θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρίς ἐστι τῆς Θεότητος. εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου δραμεῖν· ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς μέν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δέ, ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος. εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι λέγοι Θεόν, κατάκριτος. οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως. εἴ τις εἰσάγει δύο Υἱούς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρός, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρός, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτόν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. φύσεις μὲν γὰρ δύο Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα. Υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ Θεοί. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μέν, καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτήρ. εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον. οὐκ ἄλλος δέ, καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο. τὰ γὰρ ἀμφότερα ἓν τῇ συγκράσει, Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἔμπαλιν, ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταὐτὸν τῇ Θεότητι. εἴ τις ὡς ἐν Προφήτῃ λέγει κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι,

ἀλλ'

ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαί τε, καὶ συνάπτεσθαι. ἔστω κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας· μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας, εἴ τις μὴ προσκυνεῖ τὸν Ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω . . . . . ὅστις ἐξ ἔργων τετελειωμένον, ἢ μετὰ τὸ Βάπτισμα, ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν Υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγει, καθάπερ οἱ Ἕλληνες παρεγγράπτους εἰσάγουσιν, ἀνάθεμα ἔστω.

Ibidem. Idem Gregor. Orat. 42. Ὅτι ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν Ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως, οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμέν ποτε, οὔτε προτιμῆσαι δυνάμεθα, ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἐσόμεθα προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον ἐκείνοις περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸ μηδὲ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, ὅτι μιᾶς Θεότητος ἀξιοῦν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα γινώσκοντες· τοὺς δὲ οὕτω φρονοῦντας, καὶ διδάσκοντας, ὡς κοινωνικοὺς, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, τοὺς δὲ ἑτέρως ἔχοντας ἀποστρεφόμενοι, καὶ ἀλλοτρίους ἡγούμενοι καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, εἴτουν σαρκώσεως κινεῖταί τι ζήτημα, καὶ τοῦτο διασαφῶ πᾶσι περὶ ἡμῶν, ὅτι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦτο ἐκ τῆς Ἁγίας Παρθένου Μαρίας εἰς ἕνα ἄγομεν, καὶ οὐ δύο Υἱοὺς ὀνομάζομεν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐν ἀδιαιρέτῳ Θεότητι, καὶ τιμῇ προσκυνοῦμεν . . . . . . Ἵνα δὲ μὴ κατηγορήσειεν ἡμῶν ὡς τὴν τοῦ Ἀγαπητοῦ Οὐϊταλίου πίστιν, ἣν ἀπαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαμάσου τοῦ τῆς Ῥώμης Ἐπισκόπου, ἔγγραφον ἐπιδέδωκε, πρότερον μὲν ἀποδεχομένων, νῦν δὲ ἀπωθουμένων, καὶ περὶ τούτου βραχέα διαλύσομεν· οὗτοι γὰρ, ἡνίκα μὲν ὡς τοῖς γνησίοις αὐτῶν μαθηταῖς, καὶ μύσταις τῶν ἀπορρήτων διαλέγονται, ὥσπερ οἱ Μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις, ὅλην τὴν νόσον αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες, μόλις καὶ τὴν σάρκα τῷ Σωτῆρι διδόασιν· ὅταν δὲ ταῖς κοιναῖς ὑπολήψεσι περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἃς ἡ γραφὴ παρέχεται, ἐλεγχόμενοι, καὶ πιεζόμενοι, τὰς μὲν εὐσεβεῖς λέξεις ὁμολογοῦσι, περὶ δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦσιν, οὐκ ἄψυχον μὲν οὐδὲ ἄλογον, οὐδὲ ἄνουν, οὐδὲ ἀτελῆ ὁμολογοῦντες τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν δὲ, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, αὐτὴν εἰσάγοντες τὴν Θεότητα . . . . τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ τοὺς Οὐϊταλίου λόγους, ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον ἐδεξάμεθα, ὑπὸ τοῦ θέλειν πεπεῖσθαι; . . . . ὅ μοι δοκεῖ καὶ Δάμασος αὐτὸς μεταδιδαχθεὶς, καὶ ἅμα πυθόμενος ἐπὶ τῶν προτέρων μένειν αὐτοὺς ἐξηγήσεων, ἀποκηρύκτως πεποιῆσθαι, ... τοῦτ' ἐν ἐληλεγμένον σαφῶς, μὴ χαλεπαινέτωσαν, ἀλλ' ἐρυθριάτωσαν, μηδὲ καταψευδέσθωσαν.

Num. XXXIX. Epist. Synod. Ad Damasum &c. in actis Conc. Const. 1. τῆς δέ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον Ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ὑπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα.

Num. XXXIX. Cyril. Hæres. Catech. 1. Αὐτοῦ μὲν γάρ ἐστι τὸ καταφυτεῦσαι, σὸν δὲ τὸ καρποφορῆσαι, Θεοῦ τὸ χαρίσασθαι, σὸν δὲ τὸ λαβεῖν καὶ διατηρῆσαι· μὴ διὰ τὸ δωρεὰν δίδοσθαι τὴν χάριν, καταφρόνει, ἀλλὰ λαβὼν συντήρησον εὐλαβῶς.

Idem Catech. 2. Ὁ δὲ μακάριος Δαβὶδ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἤκουσεν, ὅτι Κύριος παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά σου, οὐκ ἀπέστη τῆς μετανοίας ὁ Βασιλεὺς, ἀλλὰ περιεβάλλετο μὲν σάκκον ἀντὶ πορφύρας· ἀντὶ δὲ χρυσοκολλήτου θρόνου ἐπὶ σποδοῦ, καὶ γῆς ὁ Βασιλεὺς ἐκαθέζετο . . . . ἀλλὰ καὶ σποδὸν εἶχε τὴν βρῶσιν, καθὼς καὶ αὐτός φησιν, ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον· ἐξέτηξε δάκρυσι τὸν ἐπιθυμητικὸν ὀφθαλμόν.

Idem Catech. 3. Μὴ ὡς ὕδατι λιτῷ πρόσελθε τῷ λουτρῷ· ἀλλὰ τῇ μετὰ τοῦ ὕδατος διδομένῃ πνευματικῇ χάριτι . . . . μέλλων εἰς τὸ ὕδωρ καταβαίνειν, μὴ τῇ ψιλότητι τοῦ ὕδατος πρόσεχε, ἀλλὰ τῇ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείᾳ τὴν σωτηρίαν ἐκδέχου· ἄνευ γὰρ ἀμφοτέρων ἀδύνατόν σε τελειωθῆναι· οὐκ ἐγώ εἰμι ὁ τοῦτο λέγων, ἀλλ' ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ πράγματος τὴν ἐξουσίαν ἔχων, φησί· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν· καὶ ἐπιφέρει λέγων· ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. οὔτε ὁ ὕδατι βαπτιζόμενος, μὴ καταξιωθεὶς δὲ τοῦ Πνεύματος, τελείαν ἔχει τὴν χάριν· οὔτε κἂν ἐνάρετός τις γένηται τοῖς ἔργοις, μὴ λάβῃ δὲ τὴν δι' ὕδατος σφραγῖδα, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν Οὐρανῶν . . . . εἴ τις μὴ λάβῃ τὸ βάπτισμα, σωτηρίαν οὐκ ἔχει, πλὴν μόνων Μαρτύρων, οἳ καὶ χωρὶς τοῦ ὕδατος λαμβάνουσι τὴν βασιλείαν . . . . . ἐκ . . . . . οἱ . . . . . ἐν καιροῖς διωγμῶν ἐν οἰκείοις αἵμασι βαπτισθῶσι . . . .

κατέρχῃ μὲν γὰρ εἰς τὸ ὕδωρ, φορῶν τὰς ἁμαρτίας· ἀλλ' ἡ τῆς χάριτος ἐπίκλησις σφραγίσασα τὴν ψυχὴν, οὐ συγχωρεῖ λοιπὸν ὑπὸ τοῦ φοβεροῦ καταποθῆναι δράκοντος. νεκρὸς ἐν ἁμαρτίαις καταβὰς, ἀναβαίνεις ζωοποιηθεὶς ἐν δικαιοσύνῃ.

Idem Catech. 4. de Christo. Πίστευε δὲ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἕνα, καὶ μόνον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν γεννηθέντα . . . . . τὸν ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι, τὸν οὐκ ἐν χρόνοις τὸ εἶναι κτησάμενον, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀϊδίως, καὶ ἀκαταλήπτως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον . . . τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καθεζόμενον. οὐ γὰρ, ὥς τινες ἐνόμισαν, μετὰ τὸ πάθος στεφανωθεὶς, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔλαβε τὸν ἐν δεξιᾷ θρόνον, ἀλλ' ἀφ' ὅτου ἐστίν. ἔστι δὲ γεννηθεὶς, καὶ ἀεὶ ἔχει τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα, συγκαθεζόμενος τῷ Πατρὶ, Θεὸς ὢν . . . . τῷ Πατρὶ συμβασιλεύων . . . . ἀνελλιπὴς εἰς Θεότητος ἀξίαν.

Ibidem de Cruce. Καὶ τοῦ ξύλου τοῦ Σταυροῦ πᾶσα λοιπὸν ἡ οἰκουμένη κατὰ μέρος ἐπληρώθη. Item de Ascensione. Πολλοὶ κατὰ χρόνους ἐσταυρώθησαν· ἀλλὰ ποίου σταυρωθέντος ἐπίκλησις ἑτέρου ποτὲ τοὺς δαίμονας ἀπήλασε; μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῶμεν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. ἀλλὰ κἂν ἄλλος ἀποκρύπτῃ, σὺ φανερῶς ἐπὶ μετώπου σφράγιζε, ἵνα οἱ δαίμονες τὸ σημεῖον ἰδόντες τὸ βασιλικὸν, μακρὰν φύγωσι τρέμοντες. ποίει δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πράγματι.

Idem de Spiritu Sancto. Πίστευε καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχε περὶ αὐτοῦ δόξαν, ἣν περιλαβὼν ἔχεις περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ μὴ κατὰ τοὺς τὰ δύσφημα περὶ αὐτοῦ διδάσκοντας . . . . ὅπερ σὺν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ τῇ τῆς Θεότητος δόξῃ τετίμηται.

Idem Catech. 11. Εἰπόντων δὲ ἐκείνων, ὅτι οἱ μὲν Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἔφη πρὸς αὐτούς· ἐκεῖνοι μὲν μὴ εἰδότες, συγγνωστοί· ὑμεῖς δὲ οἱ Ἀπόστολοι, οἱ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λεπροὺς καθαρίζοντες, καὶ δαιμόνια ἐκβάλλοντες, καὶ νεκροὺς ἐγείροντες, οὐκ ὀφείλετε τοῦτον ἀγνοεῖν, δι' ὃν ποιεῖτε τὰ θαυμάσια· πάντων δὲ ἀποσιωπησάντων· ὑπὲρ ἄνθρωπον γὰρ ἦν τὸ μάθημα· Πέτρος ὁ πρωτοστάτης τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῆς ἐκκλησίας κορυφαῖος κήρυξ . . . . . πατρόθεν φωτισθεὶς τὴν διάνοιαν, φησὶ πρὸς αὐτόν· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος . . . . . . Υἱὸς τοίνυν τοῦ Θεοῦ ἐστι φύσει, καὶ οὐ θέσει γεννηθεὶς ἐκ Πατρὸς . . . . . πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἀληθινόν. ὁ γὰρ ἀληθινὸς Θεὸς οὐ γεννᾷ ψευδῆ καθὼς εἴρηται. οὐδὲ σκεψάμενος, ὕστερον ἐγέννησεν, ἀλλ' ἀϊδίως ἐγέννησεν . . . . . καὶ καθὼς εἴρηται πολλάκις, οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὸν Υἱὸν παρήγαγεν, οὐδὲ τὸν μὴ ὄντα εἰς Υἱοθεσίαν ἤγαγεν. ἀλλ' ἀΐδιος ὢν ὁ Πατὴρ, ἀϊδίως ἐγέννησε, καὶ ἀνεκφράστως Υἱὸν ἕνα μόνον ἀδελφὸν οὐκ ἔχοντα. οὔτε δύο εἰσὶν ἀρχαὶ, ἀλλὰ κεφαλὴ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, μία ἡ ἀρχή· Πατὴρ γὰρ Υἱὸν ἐγέννησε Θεὸν ἀληθινὸν . . . . . καὶ θέλεις γνῶναι ὅτι Θεός ἐστιν ὁ ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ ὕστερον ἐνανθρωπήσας, ἄκουε τοῦ Προφήτου λέγοντος, οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. &c. . . . μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. βλέπεις Θεὸν μετὰ τὴν Μωσέως νομοθεσίαν ἐνανθρωπήσαντα . . . . . . ὁ Πατὴρ γεννήσας τὸν Υἱὸν, ἔμεινε Πατὴρ, καὶ οὐκ ἠλλοίωται . . . . . οὔτε ὁ γεννηθεὶς ἔχει τι λεῖπον. τέλειος ὁ γεννήσας· τέλειον τὸ γεννηθέν.

Idem 13. Catech. Ὁ δὲ Σταυροῦ στέφανος ἐφωταγώγησε μὲν τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ τυφλούς· ἔλυσε δὲ πάντας τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατεχομένους, καὶ Κόσμον ὅλον ἀνθρώπων ἐλυτρώσατο· καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ Κόσμος ὅλος ἐλυτρώθη. οὐ γὰρ ἦν ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλὰ Υἱὸς Θεοῦ μονογενὴς, ὁ ὑπεραποθνήσκων· καίτοιγε ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Ἀδὰμ ἡ ἁμαρτία θάνατον ἴσχυσεν ἐνεγκεῖν τῷ Κόσμῳ· εἰ δὲ τῷ παραπτώματι τοῦ ἑνὸς ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν εἰς τὸν Κόσμον, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ ἑνὸς ἡ ζωὴ βασιλεύσει; καὶ εἰ τότε διὰ τὸ ξύλον τῆς βρώσεως ἐξεβλήθησαν ἐκ παραδείσου· ἆρα, διὰ τὸ ξύλον Ἰησοῦ νῦν εὐκοπώτερον οἱ πιστεύοντες, εἰς παράδεισον οὐκ εἰσελεύσονται; εἰ ὁ πρωτόπλαστος ἀπὸ γῆς ἤνεγκεν οἰκουμενικὸν θάνατον, ὁ πλάσας αὐτὸν ἀπὸ γῆς, ἆρα οὐ φέρει ζωὴν αἰώνιον, αὐτὸς ὢν ἡ ζωή;

Idem Catech. 15. sub finem. Κἂν ποτέ τινος ἀκούσῃς λέγοντος, ὅτι τέλος ἔχει ἡ Χριστοῦ βασιλεία, μίσησον τὴν αἵρεσιν, τὸ δρακόντειόν ἐστιν· ἄλλη κεφαλὴ προσφάτως περὶ τὴν Γαλατίαν ἀνεφύη, ἐτόλμησε λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ Κόσμου ὁ Χριστὸς οὐ βασιλεύει· καὶ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι ὁ Λόγος ἐκ Πατρὸς ἐξελθὼν, ὅτε εἰς Πατέρα πάλιν ἀναλυθεὶς οὐκέτι ἐστί· βλασφημῶν

τῷ σταυρῷ καθ' ἑαυτοῦ. οὐ γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου λέγοντος· ὁ Υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· οὐκ ἤκουσε τοῦ Γαβριὴλ λέγοντος, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος . . . . . τὸν μαρτυρήσαντα τὴν παροῦσαν τοῦ Δανιὴλ ἄκουσον· ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμή, καὶ ἡ ἀρχή, καὶ ἡ βασιλεία . . . . ἡ ἐξουσία αἰώνιος. ἥτις οὐ παρελεύσεται· καὶ ἡ βασιλεία οὐ διαφθαρήσεται. ταῦτα κράτει μόνον· ταῦτα πίστευε· τὰ δὲ τῆς αἱρέσεως ἀποτρέπου.

Idem Catech. 18. Ἵνα δὲ μὴ μόνον τιμηθῶσι τῶν δικαίων αἱ ψυχαί· πιστευθῇ δέ, ὅτι καὶ ἔγκειται ἐν τοῖς τῶν δικαίων σώμασι δύναμις, ὁ ῥιφεὶς ἐν τῷ μνημείῳ τοῦ Ἐλισσαίου νεκρός, τοῦ νεκροῦ σώματος τοῦ προφήτου ἐφαψάμενος, ἐζωοποιήθη· καὶ τὸ σῶμα τοῦ προφήτου τὸ νεκρὸν ἀπετέλεσε ψυχῆς ἔργον . . . . καὶ μὴ ἀπιστῶμεν τοῦτο, ὡς μὴ γεγενημένον τοῦτο. εἰ γὰρ σουδάρια καὶ σιμικίνθια τὰ ἔξωθεν ὄντα τῶν σωμάτων ἁπτόμενα, τῶν νοσούντων ἤγειρε τὰς ἀσθενείας, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ προφήτου ἤγειρε τὸν νεκρόν;

Num. XL. Idem Catech. 18. Μετὰ δὲ τὴν ἁγίαν, καὶ σωτήριον τοῦ Πάσχα ἡμέραν, ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν σαββάτων ἀρξάμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς ἑξῆς τῆς ἑβδομάδος ἡμέραις μετὰ σύναξιν εἰς τὸν ἅγιον τῆς Ἀναστάσεως τόπον εἰσερχόμενοι, κατηχήσεων ἄλλων ἀκούσεσθε Θεοῦ θέλοντος· ἐν αἷς πάλιν περὶ ἑκάστου τῶν γεγενημένων διδαχθήσεσθε τὰς αἰτίας· ἐκ παλαιᾶς δὲ καὶ καινῆς διαθήκης λήψεσθε τὰς ἀποδείξεις· πρῶτον μέν, περὶ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος εὐθὺς γενομένων· ἔπειτα δέ, ὅπως ἐκαθαρίσθητε τῶν ἁμαρτιῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, καὶ ὅπως ἱερατικῶς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας γεγόνατε κοινωνοί· καὶ ὅπως ἡ σφραγὶς ὑμῖν ἐδόθη ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· καὶ περὶ τῶν ἐν θυσιαστηρίῳ τῆς καινῆς διαθήκης μυστηρίων, ἃ τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν εἴληφε· τίνα μὲν αἱ θεῖαι γραφαὶ παραδεδώκασι· τίς δὲ ἡ τούτων δύναμις, καὶ ὅπως προσιέναι τούτοις, καὶ πότε, καὶ πῶς ἔχειν χρή· ἐπὶ τέλει δὲ πάντων, ὅπως ὑμᾶς εἰς τὸ ἐπίλοιπον ἀξίως ἔργοις τε καὶ λόγοις ἐπαξίως τῆς χάριτος ἀναστρέφειν δεῖ πρὸς τὸ δυνηθῆναι πάντας ὑμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς αἰωνίου ζωῆς· καὶ ταῦτα μέν, εἰ Θεὸς θέλει, λεχθήσεται.

Ibidem Catech. myſtag. 4. Αὐτοῦ οὖν ἀποφηναμένου, καὶ εἰπόντος περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τίς τολμήσει ἀμφιβάλλειν λοιπόν; καὶ αὐτοῦ βεβαιωσαμένου καὶ εἰρηκότος, τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα, τίς ἐνδοιάσει ποτέ, λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ αἷμα; τὸ ὕδωρ ποτὲ εἰς οἶνον μεταβέβληκεν, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, οἰκείῳ νεύματι. καὶ οὐκ ἀξιόπιστός ἐστιν οἶνον μεταβαλὼν εἰς αἷμα; εἰς γάμον σωματικὸν κληθείς, ταύτην ἐθαυματούργησε τὴν παραδοξοποιΐαν, καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ νυμφῶνος οὐ πολλῷ μᾶλλον τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος δωρησάμενος ὁμολογηθήσεται; ὥστε μετὰ πάσης πληροφορίας, ὡς σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνομεν Χριστοῦ· ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου, δίδοταί σοι τὸ σῶμα. καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ μεταλαβὼν σώματος, καὶ αἵματος Χριστοῦ, σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ· οὕτω γὰρ καὶ Χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου μέλη· οὕτω κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον, θείας κοινωνοὶ φύσεως γινόμεθα - - - - - - - μὴ πρόσεχε οὖν ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν· εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω· μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνενδοιάστως, σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς. - - - - - - - ταῦτα μαθών, καὶ πληροφορηθείς, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστίν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ.

Ibidem Catech. myſtag. 5. Εἶτα μετὰ τὸ ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ, παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν ὑπὲρ κοινῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς τοῦ Κόσμου εὐσταθείας, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ στρατιωτῶν, καὶ συμμάχων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις, ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὑπὲρ πάντων βοηθείας δεομένων· δεόμεθα πάντες ἡμεῖς, καὶ ταύτην προσφέρομέν σοι τὴν θυσίαν, ἵνα μνημονεύωμεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον Πατριαρχῶν, Προφητῶν, Ἀποστόλων, Μαρτύρων, ὅπως ὁ Θεὸς εὐχαῖς αὐτῶν καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν. εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων Ἁγίων Πατέρων, καὶ Ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων, μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται τῆς Ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης Θυσίας . . . . καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσιν, οὐ στέφανον πλέκομεν, ἀλλὰ Χριστὸν ἐσφαγιασμένον, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον . . . . μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν Ἁγίων Μυστηρίων, καὶ λέγοντος, γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος, μὴ τῷ λάρυγγι τῷ σωματικῷ ἐπιτρέπετε τὸ κριτήριον· οὐχί, ἀλλὰ τῇ ἀνενδοιάστῳ πίστει . . . . προσιὼν οὖν, μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χειρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις· ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τό, ἀμήν· μετ' ἀσφαλείας οὖν ἁγιάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἐπαφῇ τοῦ Ἁγίου Σώματος, μεταλάμβανε, προσέχων μὴ παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου αὐτοῦ. ὅπερ γὰρ ἐὰν ἀπολέσῃς, τούτῳ ὡς ἀπὸ οἰκείου δηλονότι ἐζημιώθης μέλους . . . . εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαί σε τοῦ σώματος Χριστοῦ. προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος, μὴ ἀνατείνων τὰς χεῖρας, ἀλλὰ κύπτων, καὶ τρόπῳ προσκυνήσεως καὶ σεβάσματος λέγων τό, ἀμήν· ἁγιάζου καὶ ἐκ τοῦ αἵματος μεταλαμβάνων Χριστοῦ. ἔτι δὲ τῆς νοτίδος ἐνούσης τοῖς χείλεσί σου, χερσὶν ἐπαφώμενος, καὶ ὀφθαλμούς, καὶ μέτωπον, καὶ τὰ λοιπὰ ἁγίαζε αἰσθητήρια.

Num. XLI. Chryſ. in Liturgia. Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων Προπατόρων, Πατέρων, Πατριαρχῶν, Προφητῶν, Ἀποστόλων, Κηρύκων, Εὐαγγελιστῶν, Μαρτύρων, Ὁμολογητῶν, ἐγκρατευτῶν, καὶ παντὸς Πνεύματος δικαίου ἐν πίστει τετελειωμένου :- ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου, δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου Προφήτου προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ, τῶν Ἁγίων ἐνδόξων, καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τοῦ Ἁγίου τοῦ (δεῖνος) οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων, ὧν ταῖς ἱκεσίαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ Θεός. καὶ μνήσθητι πάντων τῶν κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου· καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς, ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου.

Num. LVI. Chryſ. Lib. 3. de Sacerd. Ἡ γὰρ ἱερωσύνη τελεῖται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἐπουρανίων ἔχει πραγμάτων, ... οὐ γὰρ ἄνθρωπος . . . . . . ἀλλ' αὐτὸς ὁ Παράκλητος ταύτην διετάξατο τὴν ἀκολουθίαν . . . . φοβερὰ μὲν γὰρ καὶ φρικωδέστατα καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος . . . . . ἀλλ' εἴ τις τὰ τῆς χάριτος ἐξετάσειε, μικρὰ ὄντα εὑρήσει τὰ φοβερὰ καὶ φρικωδέστατα ἐκεῖνα, καὶ τὸ περὶ τοῦ νόμου λεχθὲν κἀνταῦθα ἀληθὲς ὄν. ὅτι οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον (ἐν τούτῳ τῷ μέρει) ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν Κύριον τεθυμένον, καὶ κείμενον, καὶ τὸν Ἱερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι, καὶ ἐπευχόμενον, καὶ πάντας ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισσομένους αἵματι, ἆρα ἔτι μετὰ ἀνθρώπων εἶναι νομίζεις; . . . . ὢ τοῦ θαύματος, ὢ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. ὁ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἄνω καθήμενος, κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ταῖς ἁπάντων κατέχεται χερσί, καὶ δίδωσιν αὐτὸν τοῖς βουλομένοις περιπτύξασθαι καὶ περιλαβεῖν . . . . . ταῦτα οὖν τῆς φρικωδεστάτης τελετῆς, τίς μὴ σφόδρα μαινόμενος μηδὲ ἐξεστηκώς, ὑπερφρονῆσαι δυνήσεται; . . . . εἰ γάρ τις ἐννοήσειεν, ὅσον ἐστίν, ἄνθρωπον ὄντα, καὶ ἔτι σαρκί, καὶ αἵματι περιπεπλεγμένον, τῆς μακαρίας, καὶ ἀκηράτου φύσεως ἐκείνης ἐγγὺς δυνηθῆναι γενέσθαι· τότε ὄψεται καλῶς, ὅσης τοὺς Ἱερέας τιμῆς ἡ τοῦ Πνεύματος ἠξίωσε χάρις. διὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ταῦτα τελεῖται, καὶ ἕτερα τούτων οὐδὲν ἀποδέοντα, καὶ εἰς ἀξιώματος, καὶ εἰς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας λόγον. οἱ γὰρ τὴν γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἐν ταύτῃ ποιούμενοι τὴν διατριβήν, τὰ ἐν οὐρανοῖς διοικεῖν ἐπετράπησαν· καὶ ἐξουσίαν ἔλαβον, ἣν οὔτε Ἀγγέλοις, οὔτε Ἀρχαγγέλοις ἔδωκεν ὁ Θεός. οὐ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἴρηται· ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ . . . . ἔχουσι μὲν γὰρ καὶ οἱ κρατοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ δεσμοῦ ἐξουσίαν, ἀλλὰ σωμάτων μόνον· οὗτος δὲ ὁ δεσμὸς αὐτῆς ἅπτεται τῆς ψυχῆς, καὶ διαβαίνει τοὺς οὐρανούς· καὶ ἅπερ ἂν ἐργάσωνται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ Θεὸς ἄνω κυροῖ, καὶ τῶν δούλων γνώμην ὁ δεσπότης βεβαιοῖ. καὶ τί γάρ, ἀλλ' ἢ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐράνιον ἔδωκεν ἐξουσίαν; ὧν γὰρ ἄν, φησίν, ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται· καὶ ὧν ἂν κρατῆτε, κεκράτηνται. τίς ἂν γένοιτο ταύτης ἐξουσία μείζων; πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ· ὁρῶ δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτοις ἐγχειρισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ.

Num. LVII. Chryſ. Libro 3. contra Vituper. Monaſticæ vitæ. Ἐν τοῖς Μοναστηρίοις τούτων οὐδέν ἐστιν ἰδεῖν· ἀλλὰ καθάπερ χειμῶνος ἠρεμίαν ταῦτα, μόνοι κάθηνται ἐν λιμένι . . . . . . καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκοποῦντες ναυάγια. καὶ γὰρ πολιτείαν οὐρανῷ πρέπουσαν εἵλοντο, καὶ Ἀγγέλων οὐδὲν χεῖρον διάκεινται.

ὥσπερ

Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνοις οὐκ ἔστιν ἀνωμαλία τις, οὐδὲ οἱ μὲν ἐν ἀτιμίᾳ, οἱ δὲ ἐν ἐσχάτοις κακοῖς, ἀλλὰ πάντες ἐν εἰρήνῃ μιᾷ καὶ χαρᾷ καὶ δόξῃ, οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα, οὐδεὶς ὀνειδίζει πενίαν, οὐδεὶς ἐπὶ πλούτῳ σεμνύνεται· τὸ σὸν καὶ τὸ ἐμὸν, τοῦτο δὲ τὸ πάντα ἀνατρέπον καὶ θορυβοῦν, ἐξώρισται, καὶ πάντα αὐτοῖς κοινὰ, καὶ τράπεζα, καὶ οἴκησις, καὶ ἱμάτια· καὶ τί θαυμαστὸν, ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ ψυχὴ μία πᾶσι καὶ αὐτή. πάντες τῆς αὐτῆς εὐγενείας εἰσὶν εὐγενεῖς, τὴν αὐτὴν δουλείαν δοῦλοι, τὴν αὐτὴν ἐλευθερίαν ἐλεύθεροι. εἷς ἐκεῖ πλοῦτος πᾶσιν, ὁ ὄντως πλοῦτος, μία δόξα, ἡ ὄντως δόξα. οὐ γὰρ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' ἐν πράγμασιν αὐτοῖς τὰ ἀγαθά· μία ἡδονὴ, μία ἐπιθυμία, μία ἐλπὶς πᾶσι, καὶ καθάπερ ἀπὸ κανόνος τινὸς καὶ στάθμης, ἅπαντα διακεκρότηται· καὶ ἀνωμαλία μὲν οὐδεμία, τάξις δὲ, καὶ ῥυθμὸς, καὶ ἁρμονία, καὶ πολλὴ τῆς συμφωνίας ἡ ἀκρίβεια, καὶ διηνεκοῦς εὐθυμίας ὑπόθεσις . . . . . ἐκεῖ γὰρ μόνον (τὸ χαίρειν) καθαρῶς συμβαῖνόν ἐστιν ἰδεῖν, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ, οὐ μόνον τῷ τῶν παρόντων ὑπερορᾷν, καὶ πᾶσαν ἐκκεκόφθαι στάσεως καὶ μάχης ὑπόθεσιν, καὶ λαμπρὰς αὐτοῖς εἶναι περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ συμβαίνοντα ἑκάστῳ λυπηρὰ καὶ χρηστὰ κοινὰ πάντων εἶναι νομίζειν &c. . . . . εἰ γὰρ πόλιν οἰκῶν ἠδύνατο σώζεσθαι, ὡς ἔφης, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐρημίαν καταλαβών. πῶς οὖν τὸ ἀδύνατον ἐνταῦθα δέδοικας, ἐκεῖ μὴ φοβηθεὶς, ἔνθα μᾶλλον ἐχρῆν; . . . . τὸ πάντα ἀνατρέψαν τὴν οἰκουμένην τοῦτό ἐστιν, ὅτι μείζονος οἰόμεθα δεῖν ἀκριβείας τῷ μονάζοντι μόνῳ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξεῖναι ῥᾳθύμως ζῆν. ὃ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἀπαιτούμεθα, φησι, πάντες φιλοσοφίας. καὶ σφόδρα φαίην ἂν ἔγωγε, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ μέλλων κρίνειν ἡμᾶς . . . . . . παύσωμεν οὖν ὄχνους ὑποδείγματα, κατασκευάζωμεν τοῦ Θεοῦ διακόνους καὶ λειτουργοὺς δοκίμους. εἰ γὰρ ἀθλητάς τις πόλεσι τρέφων, ἢ στρατιώτας βασιλεῦσιν ἀσκῶν, μεγάλης τιμηθήσεται τιμῆς· πόσης ἡμᾶς εἰκὸς λαβεῖν δωρεᾶς, ὑπὸ γενναίους καὶ μεγάλους ἄνδρας, μᾶλλον δὲ ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ τρέφοντας; πάντα οὖν πράττωμεν, ὥστε αὐτοὺς ἀφεῖναι τὸν τῆς ἀσεβείας πλοῦτον, τοὺς μένοντας καὶ συμπεποδισμένους, καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ μέγιστα ὀνῆσαι δυνάμενοι.

Idem Chryf. Orat. 1. ad Theod. Lafp. Τίμιος, φησι, γὰρ ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. σοὶ δὲ οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸ δίκαιον φυλάξαι τοῦ γάμου. τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ, τοῦτον μὲν ἐᾶσαι, γυναικὶ δὲ ἑαυτὸν θωπεῦσαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμά ἐστι κἂν μυριάκις αὐτὸ γάμον καλῇς. μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας τοσούτῳ δεινότερον, ὅσῳ κρείττων ἀνθρώπων Θεός. μηδείς σε ἀπατάτω λέγων, γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν ὁ Θεός. οἶδα τοῦτο κἀγώ· οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ μοιχεύειν ἐκώλυσεν, ὃ σὺ ποιεῖν ἐθέλεις, ὃ μὴ γένοιτό σε ὁμιλῆσαι γάμῳ ποτέ. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ γάμος ὡς μοιχεία κρίνεται, ὅταν ἀθετῆται Θεός; . . τί θαυμαστὸν, εἰ γάμος μοιχείας καταδικάζει μᾶλλον διὰ τὸ ἀθετηθῆναι τὸν Χριστόν· ὅπερ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφην, εἰ μὲν ἰδιώτης ἦς, οὐδεὶς ἄν σε ἀκρατείας ἐγκρατείᾳ ἐγράψατο· νυνὶ δὲ οὐκέτι κύριος εἶ σαυτοῦ, βασιλικῇ πολιτείᾳ στρατευόμενος. εἰ γὰρ ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν Χριστῷ ζῶντες οὐκ ἂν εἶεν τοῦ σώματος ἑαυτῶν κύριοι.

Num. LVIII. Chryf. hom. 76. de anath. Θεωρῶ γὰρ ἄνδρας προϊόντας, μήτε λογισμὸν πεπαιδευμένον ἐκ τῆς θείας γραφῆς κεκτημένους, μήτε δὲ αὐτοὺς ὅλως τι τῆς γραφῆς ἐπισταμένους, καὶ τὰ πολλὰ θορυβοῦντας, μεμηνότας καὶ ἐρεσχελοῦντας, μὴ εἰδότας μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, αὐτὸ τοῦτο δογματίζειν ἀμαθῶς μόνον τολμῶντας, καὶ ἀναθεματίζειν ἅπερ οὐκ ἴσασιν, ... καὶ τίς εἶ σὺ ταύτης τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς μεγάλης δυνάμεως; ὅτε γὰρ καθίσῃ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ τάξει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. τί οὖν τῆς τοσαύτης ἐπιβάλλῃ ἀξίας, ἧς τὸ κοινὸν μόνον τῶν Ἀποστόλων ἠξίωται, καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν αὐτῶν ὡς ἀληθῶς γνησιώτατοι διάδοχοι, πλήρεις χάριτος καὶ δυνάμεως; καὶ μὴν ἐκεῖνοι τὴν ἐντολὴν ἀκριβῶς φυλάξαντες, ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν ἐξορύττοντες, οὕτω τοὺς αἱρετικοὺς ἔξω τῆς Ἐκκλησίας ἀπέβαλλε· ὅπερ ἔνδειξιν ἔχει τῆς μεγάλης αὐτῶν συμπαθείας καὶ ἀλγηδόνος, ὡς ἐπικαιρίου μέλους γενομένης ἀποκοπῆς..... διὸ δέομαι ὑμῶν, μὴ παρέργως τῶν τοιούτων λόγων ἀκούσητε. τὰ γὰρ αἱρετικὰ δόγματα τὰ παρ' ἃ παρελάβομεν ἀναθεματίζειν χρή, καὶ τὰ ἀσεβῆ δόγματα ἐλέγχειν, πᾶσαν δὲ φειδὼ ἀνθρώπων ποιεῖσθαι, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας.

LIBER XVII.

Theodosius Magnus Tyrannos divinitus debellat. Gentiles, Judæos & hæreticos edictis coercet; religionemque amplificat. Sed se ipso major pœnitentiæ publicæ se subjicit, & pie moritur, diviso inter filios Imperio. Apollinaris, Bonosus, Jovianus novas hæreses invehunt, atque damnantur. Monachis Origenistis favet Joannes Hierosolymitanus: quem ideo impugnant Epiphanius & Hieronymus. Iste vetus Testamentum ex hebræo latine transtulit, & novum emendatum reddidit fidei textui originalis: & scripsit adversus hæreticos. Ambrosius scriptis & gestis pro fidei & disciplinæ propagatione nobilis piissime moritur. Augustinus baptizatus virtutibus & scriptis inclarescit: factus Presbyter fideles docet, Manichæos vero & Donatistas expugnat, atque in Africa erigit partes Catholicorum. Eadem ætate floruere Gregorius Nazianzenus, & Nyssenus, Pacianus, Gaudentius, quorum opera præcipua summatim exposuimus. Monachorum & monialium institutum illustrat Ecclesiam.

Christi An. 387. Zozim. lib. 4.

1. MAximus collectis viribus Italiæ imminens Dominum Valentiniani Legatum sic decepit spe pacis, ut etiam partem exercitus sui eum eo mitteret, quæ Valentiniano contra barbaros Pannoniis imminentes auxilio esset. Sicque facile superatis Alpibus, cum copiis universis priores sequitur, Aquilejamque occupat. Valentinianus navem conscendit, atque cum matre Justina, & Galla sorore Thessalonicam aufugit anno 387. exeunte. Missa ad Theodosium legatione rogat, ut illatam familiæ Valentiniani ulciscatur injuriam. Theodosius ei rescripsit mirandum non esse, si Imperatori quidem terror, tyranno vero robur accrescet: quippe cum Imperator pietati bellum intulisset, tyrannus autem tulisset auxilium: pietati enim semper conjunctus est legislator pietatis. Non multo post Thessalonicam venit ad opem ei ferendam. Primum quidem animo illius curationem adhibuit, & extrinsecus invectum impietatis expulit morbum, errorem scilicet Arianum, & adolescentem ad paternam pietatem revocavit; deinde eum bono animo esse jussit, Gratianique cædem ulcisci, Imperiumque Valentiniano restituere sibi proposuit; quantumvis rebus

Christi An. 387. Theod. hist. l. 5. cap. 15.

Christi An. 387. & 388.

bus suis foret conducibilius, inita cum Maximo jam potentissimo pace, Illyricum totum & Pannonias adjicere suo imperio. Atque ut Deum sibi redderet propitium, Thessalonicæ sequentem adversus hæreticos legem dedit, sexto Idus Martii, anno trecentesimo octogesimo octavo. " Apollinarianos, cæterosque diversarum hæresum sectatores ab omnibus locis jubemus inhiberi, a mœnibus urbium, a congressu honestorum, a communione Sanctorum; instituendorumque Clericorum potestatem non habeant; colligendarum congregationum vel in publicis, vel in privatis ecclesiis careant facultate: nulla iis faciendorum Episcoporum præbeatur authoritas: ipsi quoque Episcopi nomine destituti, appellationem hujus dignitatis amittant. His etiam illud nectimus, ut supramemoratis omnibus adeundi atque interpellandi Serenitatem nostram aditus denegetur. "

Aug. l. 5. de civit. Dei c. 26. L. 14. de hær. cod. Theod.

II. Imperator hanc legem scripsit hortante Nectario, cui de hæreticis sic scripserat Gregorius Nazianzenus, Ecclesiarum utilitati semper intentus: " Intestinum malum Eunomius, non jam satis habet, quomodocumque vivere: sed nisi cunctos in eamdem secum perniciem traxerit, damnum se pati existimat. Et hæc quidem utcumque toleranda. Sed Apollinaristarum licentia inter Ecclesiæ calamitates omnium est acerbissima. Quos quidem collectas perinde ac nos celebrandi facultatem sibi comparasse, nescio quomodo sanctitas tua passa sit. Ac tu quidem licet singulari Dei beneficio divina mysteria apprime edoctus sis, non tamen intempestivum fuerit, ut gravitas tua ex nostra tenuitate discat incidisse in manus meas libellum Apollinaris, in quo ea, quæ astruuntur, omnem hæreticorum improbitatem excedunt. Affirmat enim carnem illam, quæ ab Unigenito Dei Filio per dispensationem assumpta est ad naturæ nostræ instaurationem; adscititiam non esse, sed carnalem illam naturam ab initio fuisse in Filio. Et quædam verba ex Evangelio male accipiens, ad hujus absurdæ opinionis confirmationem adducit, ita dicens: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis: adeo ut priusquam descenderet, Filius hominis fuerit, descenderitque propriam afferens carnem, eam scilicet quam jam in cœlo habebat, æternam, & substantiæ ipsius consitam. Profert etiam rursus quemdam Apostoli locum, in quo legitur, secundus homo de cœlo. Deinde asserit hominem illum, qui de cœlo descendit, mentem non habere; sed Unigeniti Deitatem, quæ mentis locum suppleverit, tertiam fuisse partem humani compositi; cum anima quidem & corpus juxta hominum naturam in eo essent, mens autem non esset, sed Deus Verbum ejus locum impleret. Nec hoc adhuc grave piaculum. Sed quod omnium longe gravissimum est, ipsum Unigenitum Deum, qui omnium Judex, qui author vitæ, qui mortis destructor est, mortalem esse contendit, & in propria divinitate passum esse, & in triduana illa corporis morte, divinitatem quoque ei commortuam fuisse, atque ita demum Patris beneficio ex morte ad vitam esse revocatam. " Cæterum quod dogmata ista non prævaluerint, nec ad multos permanarint, monachis potissimum adscribendum est. Nam quotquot in Syria & Cappadocia & circumsitis provinciis monasticam Philosophiam sectabantur, Nicænæ Synodi decretis mordicus adhærebant. Populus autem cum eos propter virtutem atque opera valde admiraretur, recte illos sentire existimabat: eos vero qui aliter sentirent, tanquam adulterinis opinionibus inquinatos aversabatur, quemadmodum olim Ægyptii monachorum suorum doctrinam secuti, Arianis fortiter restiterant.

Sozom. l. 6. c. 27.

Apollinaris errores.

Philost. l. 10. n. 6.

Theodosius cum quosdam cubicularios suos Eunomii doctrinam sequi deprehendisset, eos quidem palatio ejecit; ipsum vero Eunomium statim ex Chalcedonensi urbe abripiendum curavit, & Halmyridem in Mœsia relegari jussit. Halmyris hyeme sequente a barbaris vi capta est. Et Eunomius inde Cæsaream Cappadociæ relegatur. Sed cum invisus esset Cæsariensibus, eo quod adversus Basilium libros olim conscripserat, permissum est ei, ut in agris suis degeret, qui Dacoroeni vocabantur.

S. Gregorii Naz. vitæ austeritas. Gregor. Nazian. carm. 4. & 38.

III. Gregorius jam ab aliquot annis in villa Arianzo vitam agebat solitariam in jejuniis & orationibus; & quamvis senio & gravissimis morbis, vitæque austeritate fractus & debilitatus, graves carnis & dæmonum tentationes experiebatur: quas ut edomaret, asperrimo indutus sacco, nudos pede, ignem nusquam accendens, vix paucas horas in maria dormiens, continuis vacabat orationibus cum lacrymis & jejuniis, utilique labore importunis phantasiis aditum præcludens: multa de vita sua, de tentationibus, de moribus, & de aliis pietatis argumentis scripsit optimis versibus. Mulierum aspectum ne quidem sustinebat. Aliquando contigit, ut dum ruri degeret, ejus propinquus Valentinianus in villa propinqua comitibus quibusdam fœminis commoraretur. Ipse sibi timens, loco cessit; quintum tamen & octogesimum agebat annum, recedensque Valentiniano scripsit; multo melius erat tabula publice proposita nobis secessionem indicere, quam per mulieres, quas e regione nostri collocasti, vitæ gravitatem & sanctitatem interdicere ... ac nisi hoc dictum audax sit, nos quoque per Evam e Paradiso expulisti. In carminibus, ad virtutis exercitium docet necessariam esse Dei gratiam, qua nos præveniat & subsequatur, & voluntatis nostræ cooperationem; sic enim virtus est Dei donum, ut propriæ sit voluntatis, quæ divinæ motionis impulsum libere subsequatur: sic enim, inquit, in stadio curro, ut Christus vis mea gressus meos dirigat. Quemadmodum volucres non nisi aere suffulti volitant, sic nec homo potest movere pedem in via virtutis absque Christi adjutorio: unde concludit, in nobis non esse gloriandum.

Christi An. 388.

Gregor. Nazian. ep. 196.

Carm. 58. p. 136.

IV. Mense Junio ejusdem anni ambo Imperatores, Valentinianus & Theodosius hanc ad Tripholium prætorii Præfectum in Italia dedere legem adversus hæreticos. Omnes diversarum perfidarumque sectarum, quos in Deum miseræ vesania conspirationis exercet, nullum usquam sinantur habere conventum, non inire tractatus, non cœtus agere secretos, non nefariæ prævaricationis altaria, manus impias officiis impudenter attollere, & mysteriorum simulationem ad injuriam veræ religionis aptare. Quod ut congruum sortiatur effectum, sublimitas tua fidelissimos quosque constituat, qui & cohibere hos possint, & deprehensos offerre judiciis, severissimum, secundum præteritas sanctiones, & Deo supplicium daturos & legibus. Datum 18. Kalendas Julii. Sic antiquata est lex, qua conventus agere Arianis Justina permiserat. Theodosius cum hoste potentissimo de Imperio sibi dimicandum intelligens, ad Joannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei servum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente, didicerat, misit, atque ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit.

Aug. de civ. Dei, l. 5. c. 26.

V. Joannes, cum esset circiter viginti quinque annos natus, venit in monasterium, ibique per quinque in obedientia se exercuit, etiam arido ligno infundens aquam jussu superioris; deinde secessit solus in montem Lyco. Cum complesset triginta annos inclusus, & ab eo qui ei ministrabat per fenestram accipiens quæ erant ad usum necessaria, dignus est habitus gratia futurorum prædictionis, illudque prophetiæ donum planum factum ex operibus. Cum gens Æthiopum circa Cyenem incursaret, prædamque duxisset, venienti ad se Romano duci, & metuenti confligere cum eis, quod exiguus ei erat militum numerus, & hostis contra se innumera multitudo, Joannes statutum designans diem: Perge, inquit, securus, die tali, & hostem prostrabis, & spolia capies, prædamque revocabis; quod impletum est. Advenientibus per fenestram se videndum præbebat, & inde eis, vel verbum Dei ad ædificationem, vel si qua fuisset consolatio, responsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla, nec ad conspectum quidem ejus, accessit, sed & viri raro, & certis quibusque temporibus. Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri permisit, in qua adventantes e longinquis regionibus paululum requiescerent, ipse vero intrinsecus solus, soli Deo vacans, non diebus, non noctibus a colloquiis Dei & orationibus cessabat. Quanto autem se ab humanis curis & colloquiis sequestrabat, tanto illi vicinior, & propinquior Deus erat. Et si forte ex offensa hominum plaga aliqua & correptio a Domino immineret, præmonebat. Sanitates quoque, & curas corporum ita deposcentibus conferebat, ut omnem ex hac jactantiam fugeret. Non enim permittebat ad se ægros deferri, sed benedicens oleum dabat, ex quo peruncti sani fierent, a quacunque infirmitate tenerentur. Theodosio præterea prædixit, quot irruptiones passurus esset gentium barbararum, & victoriam de Eugenio tyranno, naturalemque ejus mortem subsecuturam.

Pallad. Laus. cap. 43. *S. Joannis vita.*

Ruf. l. 2. de vit. Patr.

VI. Theo-

CHRISTI VI. Theodosius, eum nihil ad proficiscendum dees-
AN.388. se videretur, per Panooniam contendit adversus Ma-
Zozim. ximum, commissaque apud Sciffiam pugna, Mar-
lib. 4. cellinum tyranoi fratrem vincit, eumdemque secun-
Pacati do prælio prope Patavionem fugavit. Maaimus in
Paneg. oppidum semet Aquileense præcipitat. Ac pars quæ-
Theodo- dam exercitus ad hujus urbis muros accedens, vi si-
sius vin- bi per portas aditum fecit. Tum Maaimus habitu
cit & oc- Imperatorio exutus ad Theodosium vinctus deduci-
cidit Ma- tur, qui paucis quæcumque in Rempublicam deliquis-
ximum. set, velut exprobrationis loco recensitis, permisit eum
militibus, qui abductum capite truncarunt, sexto
Kalendas Septembris, ejus Imperii anno quinto,
Christi trecentesimo octogesimo octavo. Sed & filius
Socrat. ejus Victor occiditur post paucos dies. Andragatius
l.5.c.14. vero, qui Gratianum Augustum occiderat, cognita
Orof.l.7. Maaimi nece, ut erat armatus, præcipitem sese e
cap. 35. navi in undas dedit, & suffocatus est. Clementer
Ambr. Theodosius victoria usus est sua, Maaimi filias re-
epist. 40. vocavit, nutriendasque apud affinem dedit; ejus ve-
alias 57. ro matri concessit sumptus necessarios, paternumque
Suid. omne Imperium Valentiniano reddidit; Justina au-
Sozom. tem, quæ Ecclesias veaaverat, ne regnum eum fi-
l.7.c.14. lio reciperet, morte præventa est. Interea Constan-
tinopoli varii rumores de bello increbuere; Impera-
ratorem propediem in tiranni manus ac potestatem
venturum esse. Ariani resumpta fiducia in apertam
erumpentes insaniam domum Episcopi Nectarii con-
jectis facibus incenderunt. Debitam seditiosis pœnam
Socrat. Theodosius condonavit precibus Arcadii, quem Con-
l.5.c.12. stantinopoli reliquerat. Dorotheum, cum Antiochia
venisset, Episcopum sibi constituerunt Ariani, ut
magis idoneum, Marino rejecto. Hinc paulo post
eorum secta duas in partes divisa est.

Ambr. Restituta pace, Theodosius Mediolanum venit. Ad
epist. 40. eum retulit Comes Orientis in Callinico castro Os-
alias 17. dronæ incensam esse synagogam, idque authore fa-
Num.10. ctum Episcopo. Imperator jussit vindicari in cæteros,
Num.16. synagogam ab ipso ædificari Episcopo. Præcepit
etiam ut in monachos vindicaretur, qui, prohi-
bentibus iter Valentinianis, (hæreticis) quo psalmos
canentes ea consuetudine usoque veteri pergebant
ad celebritatem Machabæorum Martyrum, moti eo-
rum insolentia sublatis donariis fanum eorum incen-
S. Ambro- derant. Ambrosius Aquilejæ audito Imperatoris utro-
sii forti- que rescripto, direait ad eum epistolam, adhortans
tudo. ut illud revocaret. Nam, inquit, si primum exe-
Num. 7. quatur, Comes, necesse erit igitur ut aut prævari-
Num. 9. catorem, aut martyrem faciat: utrumque alienum
temporibus tuis. Ambrosius igitur Christianis aliquid
cultui prophano conferre putabat illicitum: & in-
fra. Constantinopoli domus Episcopi incensa est; &
filius clementiæ tuæ intercessit apud patrem, ut
Num.13. suam, hoc est, filii Imperatoris injuriam, & domus
sacerdotalis incendium non vindicares .... hinc nihil
est quod filio reserves, & vide ne quid Deo dero-
Num.18. ges .... Omittam alia: incensæ sunt a Judæis ec-
clesiarum basilicæ, & nihil redditum est. Denique
sic concludit: hæc ego, Imperator, amore & studio
tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim benefi-
ciis tuis, quibus me petente, liberasti plurimos de
exiliis, de carceribus, de ultimæ necis pœnis, ut
malle debeam pro salute tua etiam offensionem tui
animi non timere. Tibi integrum est emendare,
mihi non est integrum dissimulare.

Ambr. Illius precibus non adquievit Imperator. Itaque
epist. 41. redna Ambrosius processit ad ecclesiam, præsentem-
alias 58. que Imperatorem allocutus est in sermone suo, quem
habuerat de divina misericordia, quæ a nobis exigit
imitationem: concludens sic eum compellat. "Ergo
Imperator, ut jam non solum de te, sed etiam ad
te verba convertam, quoniam advertis, quam gravi-
ter Dominus convenire soleat, quo gloriosior factus
es, eo amplius authori tuo deferendum noveris: &
ideo corpus ejus, hoc est, Ecclesiam diligendo, aquam
da pedibus ejus, osculare pedes ejus, ut non solum
absolvas eos qui in peccatis deprehensi sunt, verum
etiam pace tua dones concordiæ, & quieti relaaes
.... & quia omnes necessarii sunt, tuere omne Cor-
pus Domini Jesu, ut ipse quoque regnum tuum cœ-
lesti sua dignatione custodiat."

Quid postea gestum sit, sorori suæ ibidem scribit
Num.27. Ambrosius. "Ubi descendi, ait mihi Theodosius:
de nobis proposuisti. Respondi: hoc tractavi quod
ad utilitatem tuam pertineret. Tunc ait: Revera
de synagoga reparanda ab Episcopo durius statueram,
sed emendatum est. Monachi multa scelera faciunt.
Tunc Timasius magister equitum & peditum cœpit CHRISTI
adversum monachos esse vehementior. Respondi: E- AN. 388.
go eum Imperatore ago ut oportet, quia novi quod
habeat Domini timorem: tecum autem aliter agen-
dum, qui tam dura loqueris. Deinde cum aliquam-
diu starem, dico Imperatori: Fac me securum pro
te offerre, absolve animum meum. Cum assideret,
annueretque, non tamen aperte polliceretur, atque
ego starem; diait se emendaturum rescriptum. Sta-
tim dicere cœpi ut omnem tolleret cognitionem,
ne occasione cognitionis Comes aliqua Christianos
attereret injuria. Promisit futurum. Ajo illi: Ago
fide tua; & repetit: Age, inquit, fide mea; &
ita ad altare accessi, non aliter accessurus, nisi
mihi plene promisisset; & vera tanta oblationis fuit
gratia, ut sentirem etiam ipse eam Deo nostro com-
mendationem fuisse gratiam, & divinam præsen-
tiam non defuisse. Omnia itaque ex sententia ge-
sta sunt."

Mediolani dum commoratur Theodosius, quadam Theod.
Dominica venit in Ecclesiam. Cum autem tempus hist. l.5.
advenisset, quo dona sacræ mensæ erant offerenda, cap. 18.
progressus est ad altare, cumque obtulisset, intus
ad cancellos substitit sicut consueverat. Ambrosius
interrogat eum, numquid vellet? & cum Impera-
tor respondisset, præstolari se sacrorum mysteriorum
perceptionem; hæc per Archi-diaconum ei significa-
vit. Interiora loca, Imperator, solis Sacerdotibus
patent, reliquis omnibus inaccessa sunt. Abscede igi-
tur, & una cum aliis consiste. Nam purpura Im-
peratores facit, non Sacerdotes. Quam admonitio-
nem æquo animo suscipiens fidelissimus Imperator,
renunciari jussit Ambrosius: Se nequaquam arro-
gantia elatum intra cancellos substitisse, sed quia
Constantinopoli eum morem esse didicisset; cæte-
rum pro hac etiam curatione gratiam se habere.
Utriusque virtus profecto est admirabilis, illius qui-
dem ardens zelus, & loquendi libertas; hujus obe-
dientia & sincera fides. Ambrosius Imperatori lo- Sozom.
cum in ecclesia assignavit, ante cancellos altaris; l.7.c.23.
ita ut Imperator quidem plebem, ipsum vero Im-
peratorem Sacerdotes in ecclesia præcederent. Hanc
ordinationem comprobavit Theodosius, ejusque suc- Theod.
cessores observaverunt. Porro pietatis regulas, quas ibid.
a magno Antistite acceperat, reversus postea Con-
stantinopolim, illic quoque servavit. Nam cum fe-
stus quidam dies, ipsum denuo ad ecclesiam addu-
xisset, oblatis ad sacram mensam muneribus suis,
statim abscessit. Cumque Nectarius rogaret, qua-
mobrem intus non remansisset, suspirans respondit:
Vix tandem edoctus sum, quid esset discriminis in-
ter Sacerdotem ac Principem: veritatis magistrum
vix tandem inveni. Unum enim Ambrosium no-
vi, qui Episcopus dici mereatur. Tantam utilitatem
habet reprehensio quæ fit a viro excellenti virtute
prædito.

VII. Theodosii bonitas eum hypocritarum fraudi-
bus fecit obnoaium. Cellinus & Faustinus presbyteri
schismatis Luciferiani, Ursinique fautores, ei libel-
lum supplicem obtulere, postulantes ut in Fide Ca-
tholica sine molestia sibi vivere liceret. In eo Da-
masum Papam Hilariumque Pictaviensem aliosque *Libellus*
culpabant, quasi male consuluerint Ecclesiæ, quod *Marcel.*
Episcopos, qui Ariminensi formulæ subscripserant, *& Faust.*
Arianisque communicaverant, pacis recuperandæ gra- Syrmod.
tia recepissent. Quod Lucifero Sardicensi, aliisque tom. 5.
ita displicuit, quomodo Novatianis non placet reci-
pere apostatas pœnitentes. Huic primæ parti multa
falsa adversus adversarios suos, & Ursino, inse-
runt. Se vero Orthodoaos esse duplici ratione pro-
bant.

Primo. Negabant Luciferum, cui consentiebant,
instituisse sectam, siquidem nullam docuerit hære-
sim. Secundo. Affirmabant se communione conjun-
ctos eum Orthodoais Episcopis, præsertim eum Gre-
gorio Eliberitano Episcopo, quem miraculis claruis-
se dicunt, & Heraclidæ Ægypti Episcopo :... cujus
passionem pro fide prædicant. Schismaticos autem se
satis aperte profitentur, dum fatentur se communio-
ne ab omnibus fere Episcopis separatos, habere pro-
prium suæ communionis Episcopum Romæ Ephe-
sium, seu Euresium. Theodosius audiens eos Fidei Theod.
Catholicæ in omnibus consentientes, eorum postu- cod.l.28.
latis annuit, eaque de re rescriptum dedit ad Cy- de Hær.
nagium Præfectum Orientis & Consulem Constanti- Fast.
nopoli. Hic jussu Theodosii aditus templorum gen- Idac.
tilium per Orientem & universam Ægyptum, &
ipsam

Christi An. 388. ipsam Alexandriam occlusit, sacrificiaque ostitata cum omni prophano cultu prohibuit, universasque provincias longi temporis tabe deceptas in statum pristinum revocavit. Luciferianum schisma paucis post illud rescriptum annis extinctum est.

Ambr. epist. 57. num. 4. alias 15. *Theodosii pietas.*

VIII. Romanus Senatus Theodosio Mediolani hyemanti misit legationem, cujus Princeps fuit Symmachus: hic præconio laudum in consistorio recitato, subtili arte qua valuit, aram Victoriæ in Senatu restitui Principi intimavit quasi nomine Senatus, licet non totus poposcerit. Ambrosius intercessit apud Imperatorem, aliquibusque ad ipsum non accessit diebus, donec responsum daret; nec moleste tulit Imperator, quia non pro suis commodis faciebat, sed quod utriusque saluti proderat in ejus conspectu loqui non confundebatur. Ejus intercessioni tandem adsensionem detulit, Symmachumque perduellionis reum, quia de Maximi laudibus orationem eo præsente recitaverat, a suis conspectibus pulsum, in centesimo lapide manere præcepit. Diuturnum non fuit ejus exilium; revocatum honoravit Imperator, & post biennium Consulem creavit. Anno sequenti 389., ambo Imperatores Romam victores ingressi sunt Idibus Junii. Idololatriæ vulnus tunc illatum est gravissimum. Nobilissimi Senatores, Anicii, Probi, Paulini, Gracchi, Christianam amplexi sunt religionem; populusque frequens ad sacrum baptismum confluebat. Auratum squallebat Capitolium, fuligine & aranearum telis omnia Romæ templa cooperiebantur; urbs mota sedibus suis, & inundans populus currebat ad Martyrum tumulos. Antiquas statuas optimorum opificum manibus elaboratas ad ornatum reservari concessit Theodosius.

Christi An. 389.

Socrat. l. 5. c. 14. Prud. 1. contra Symm. Hieron. epist. 37. ad Læt. alias 7.

Erroes etiam omnes ut extingueret, maleficis ultimum denunciavit periculum, multasque adversus sectarios leges dedit: & primo quidem adversus Manichæos: Quicumque, inquit, sub nomine Manichæorum mundum sollicitant, ex omni quidem Orbe terrarum, sed quam maxime de hac urbe pellantur sub interminatione judicii. Voluntates autem eorumdem, quin imo ipsæ etiam facultates publicatæ, nec vim testamentorum teneant, nec derelinqui per eos, aut iisdem fas sit: nihil ad summum his sit commune cum mundo. Datum decimo quinto Kalendas Julii, Romæ.

Aug. de morib. Man. l. 2. cap. ult.

Manichæorum mores erant corruptissimi, ut refert Augustinus, confirmatque ex facto sequente, quod a viro probo, qui præsens aderat, se accepisse testatur. Quidam eorum auditor electis non cedens, molestissime ferebat, quod ei electorum mores perditissimi sæpe disputanti objiciebantur. Cupiebat itaque, si fieri posset, omnes congregare in domum suam, & suis sumptibus sustinere: erat enim dives, pecuniæque contemptor. Querebatur autem impediri tantos conatus suos episcoporum dissolutione, quibus adjuvantibus implere debebat. Interea quidam eorum episcopus plane rusticanus, sed ipsa duritia severior in custodiendis bonis moribus videbatur. Hunc diutissime desideratum, & aliquando præsentem arripit iste, exponit homini voluntatem suam: laudat ille atque consentit. Placet ut in domo ejus prior ipse incipiat habitare. Quod ubi factum est, eo congregati sunt electi omnes, qui Romæ esse potuerunt. Proposita est vivendi regula de Manichæi epistola: multis intolerabile visum est; abscesserunt: remanserunt tamen pudore non pauci. Cœpit ita vivi ut placuerat. Cum interim auditor ille vehementer omnes ad omnia cogeret, neminem tamen ad id quod prior ipse non susciperet. Interea rixæ inter electos oriebantur creberrimæ, objiciebantur ab invicem crimina, quæ ille omnia gemens audiebat, dabatque operam ne se ipsos in jurgando incautissime proderent: prodebant enim nefanda & immania. Quid plura? coacti aliquando murmuraverunt sustineri illa mandata non posse: inde in seditionem. Constantius instabat, aut illa omnia esse servanda, aut illum, qui talia sub tali conditione præcepisset, quæ nullus posset implere, stultissimum existimandum. Vicit tamen unius sententiam effrenatissimus plurium strepitus. Postea etiam ipse cessit episcopus, & cum magno dedecore aufugit; cujus fane cibi præter regulam clanculo accepti & sæpe inventi ferebantur. Cæteri dispersi sunt; ad Fidem Catholicam transiit Constantius.

August. contra

IX. Augustinus post matris obitum duobus annis Romæ commoratus est. Cum ferre tacitus non posset Manichæorum jactantiam de falsa & fallaci continentia vel abstinentia, qua se ad imperitos decipiendos, veris Christianis, quibus comparandi non erant, insuper præferebant, scripsit duos libros, unum de moribus Ecclesiæ, alterum de moribus Manichæorum. Hanc in eis cautionem observavit, ut ea de Scripturis assumeret testimonia, quibus eos necesse esset credere, de novo scilicet Testamento, de quo tamen nihil protulit eorum, quæ solebant immista esse dicere; sed ea dixit, quæ approbare & laudare cogebantur: nec omnino ullam reliquit sententiam productam de Apostolica disciplina, cui non de veteri Testamento similem compararet, ut sic (inquit) possent animadvertere, & quam non sit Christiana vita, quam ostentant; & quam sit Christi scriptura, quam lacerant. Deinde quoniam Manichæi volebant ratione prius agendum esse, ratione quærit quemadmodum sit homini vivendum. Beati certe, inquit, omnes vivere volumus .... sed neque quisquam beatus est, qui non fruitur eo quod est homini optimum; nec quisquam, qui eo fruitur, non est beatus. Præsto ergo esse debet optimum nostrum, si beate vivere cogitamus. Hominis autem optimum tale esse debet, ut nihil eo melius sit, quodque homo non amittat invitus. Atque ex his probatis concludit, Deum esse summum bonum, quem proinde ex tota anima, ex tota mente diligere debemus; finis enim legis dilectio. In eo Testamentum utrumque consentit, docens unum eumdemque Deum.

Christi An. 389.

Faustum l. 5. c. 5. August. retract. l. 1. c. 7.

Lib. 1. de morib. Eccl. n. 2.

N. 4. & 5.

Cap. 18.

Intra ostendit, neque apud Manichæos esse Christianam fidem, quæ ad summum apicem sapientiæ veritatisque perducit; neque esse uspiam, nisi in Catholica disciplina, quæ per virtutum exercitium conservat, & perficit charitatem. Unde concludit: " Quid amplius de moribus disputem? si enim Deus est summum hominis bonum, quod negare non potestis, sequitur profecto, quoniam summum bonum appetere, est bene vivere, ut nihil aliud sit bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, a quo existit, ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur, quod est temperantiæ; & nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli alii serviat, quod est justitiæ; vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusve subrepat, quod est prudentiæ. Hæc est hominis perfectio, quæ sola impetrat ut veritatis sinceritate perfruatur; hæc nobis Testamento utroque concinitur .... Quid? inter ipsos homines nullumne esse amoris vinculum debet? imo vero ita debet, ut nullus certior gradus ad amorem Dei fieri posse credatur, quam hominis erga hominem charitas .... Dicit ergo Christus secundum præceptum esse, diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Te autem salubriter diligis, si, plusquam te, diligis Deum. Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo est, hoc est, ut ipse etiam perfecto amore diligat Deum. Ex hoc præcepto nascuntur officia societatis humanæ .... Quorum primum est, ut nulla malitia, nullo dolo malo adversus hominem utamur. Cum Paulus dicat, dilectio proximi malum non operatur. Secundum autem beneficentia tum in corpus, tum in animam proximi .... In his duobus præceptis tota Lex pendet atque Prophetæ. „ Hæc autem negabant Manichæi, quorum falsæ abstinentiæ opponit veram Anachoretarum & Cœnobitarum continentiam.

Cap. 25.

Cap. 26.

Matt. 22.

ad Rom. 13.

Matt. 22.

Ibid. Cap. 13. *Monachos laudat August.*

Eorum vitæ rationem sic describit: " Quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque desertis hujus mundi illecebris, in communem vitam castissimam sanctissimamque congregati, simul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla pervicacia turbulenti, nulla invidentia lividi: sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam & intentissimam in Deum, gratissimum munus ipsi offerunt, a quo ista posse meruerunt. Nemo quidquam possidet proprium, nemo cuiquam onerosus est. Operantur manibus ea quibus & corpus pasci possit, & a Deo mens impediri non possit: opus autem suum tradunt eis, quos Decanos vocant, ut neminem illorum cura sui corporis tangat, neque in cibo, neque in vestimento, neque si quid aliud opus est, vel quotidianæ necessitati, vel mutatæ, ut adsolet, valetudini. Illi autem Decani cum magna sollicitudine omnia disponentes, & præsto facientes quidquid illa vita propter imbecillitatem corporis postulat, rationem tamen reddunt uni, quem

Christi An. 389. quem Patrem appellant. Hi vero Patres non solum sanctissimi moribus, sed etiam divina doctrina excellentissimi, omnibus rebus excelsi, nulla superbia consulunt iis, quos filios vocant, magna sua in jubendo authoritate, magna illorum in obtemperando voluntate. Conveniunt autem diei tempore extremo de suis quisque habitaculis, dum adhuc jejuni sunt, ad audiendum illum patrem, & conveniunt ad singulos patres terna, ut minimum, hominum millia, nam etiam multo numerosiores sub uno agunt. Audiunt autem incredibili studio, summo silentio, affectionem animorum suorum, prout eos pepulerit disserentis oratio, vel gemitu, vel fletu, vel modesto gaudio significantes. Corpus deinde reficitur, quantum saluti, & salubritati satis est, coercente unoquoque concupiscentiam, ne se profundat vel in ipsa, quæ præsto sunt parca, & vilissima. Ita non solum a carnibus, & vino abstinent pro sufficientia domandarum libidinum, sed ab iis etiam, quæ tanto concitatius ventris, & gutturis concitant appetitum, quanto quasi mundiora Manichæis videntur. Quidquid necessario victui redundat, tanta cura egentibus distribuitur, quanta non ab ipsis qui distribuunt, comparatum est. Nullo modo namque satagunt, ut hæc sibi abundent, sed omni modo agunt, ut non apud se remaneat quod abundaverit, usque adeo ut oneratas etiam naves in ea loca mittant, quæ inopes incolunt. „

Ibid. " Hæc est etiam vita fœminarum Deo sollicite casteque servientium, quæ habitaculis segregatæ ac remotæ a viris quam longissime decet, pia tantum illis charitate junguntur, & imitatione virtutis .....

C. 13. Quam etiam multos Episcopos optimos viros sanctissimosque cognovi; quam multos presbyteros, quam multos diaconos, & cujusce modi ministros Sacramentorum, quorum virtus eo mihi mirabilior, & majore prædicatione dignior videtur, quo difficilius eam in multiplici hominum genere, & in ista vita turbulentiore servare. Sæcularium communitates deinde laudat: Vidi ego, inquit, diversorium sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus unus Presbyter præerat vir optimus, & doctissimus. Romæ etiam plura cognovi, in quibus singuli gravitate atque prudentia, & divina scientia præpollentes, cæteris secum habitantibus præsunt, Christiana charitate, sanctitate, atque libertate viventibus; ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli authoritate manibus suis se transigunt. Jejunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est usquequaque usitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere. Neque hoc viris tantum, sed etiam in fœminis, quibus item multis viduis, & virginibus simul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus, præsunt singulæ gravissimæ probatissimæque, non tantum in instituendis componendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritæ ac paratæ. Atque hæc inter nemo urgetur ad aspera, quæ ferre non potest, nulli quod recusat imponitur; nec ideo condemnatur a cæteris, quod in ais se imitandis fatetur invalidum. „

Fatetur infra multos esse Christianos, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi, vel ita libidinibus dediti, ut obliti sint quid promiserint Deo. " Novi multos esse sepulchrorum, & picturarum adoratores, novi multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant, & epulas cadaveribus exhibentes super sepultos se ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque deputent religioni. „ Hic Sanctorum, & sacrarum reliquiarum cultum imaginumque venerationem non reprehendit Augustinus, qui multis in locis ea laudat, præsertim dum de S. Stephano reliquiis agit; sed coarguit quosdam malos Christianos, quorum tota religio erat in quodam cultu exteriora prophano, atque erga Sanctos, & imagines superstitioso, quibus etiam per crapulam se honorem exhibere putabant. Ejusmodi homines semper reprehendit Ecclesia; nec ideo damnavit cultum, quo abutebantur.

Aug. l. 2. de morib. Manich. In secundo libro, qui est de moribus Manichæorum, eorum doctrinam de origine, & natura mali diligenter refellit, eorumque mores corruptissimos manifestat.

Aug. de quant. anim. & retract. l. 1. c. 8. X. In eadem urbe scripsit dialogum, in quo de anima multa differuntur, id est unde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus venerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. Sed quoniam quanta sit, diligentissime ac subtilissime disputatum est, ut eam ostenderet quantitatis corporalis capacem non esse, & tamen magnum aliquid esse, ex hac inquisitione totus liber nomen accepit, ut appellaretur de animæ quantitate. Christi An. 389.

Ibidem dum demoraretur, inchoavit tres libros de libero arbitrio, quorum secundum, & tertium in Africa, jam Presbyter terminavit. De his sic loquitur in primo libro retractationum: " Propter eos illa disputatio suscepta est, qui negant, ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci, & Deum Creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt: eo modo volentes secundum suæ impietatis errorem (Manichæi enim sunt) immutabilem quamdam, & Deo coæternam introducere mali naturam. De gratia vero Dei, qua suos electos sic prædestinavit, ut eorum, qui jam in eis libero utuntur arbitrio, ipse etiam præparet voluntates, nihil in illis libris disputatum est, propter hoc proposita quæstione. Ut autem incidit, locus, ut hujus gratiæ fieret commemoratio, transeunter commemorata est, non quasi inde ageretur, operosa ratiocinatione defensa. Aliud enim est quærere, unde sit malum; & aliud est quærere, unde redeatur ad pristinum, vel ad majus perveniatur bonum. In his verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani, suam nos tenuisse sententiam; sed frustra putant. Voluntas quippe est, & qua peccatur, & recte vivitur. Voluntas ergo ipsa, nisi Dei gratia liberetur a servitute, qua facta est serva peccati, & ut vitia superet adjuvetur, recte pieque erui a mortalibus non potest. In his tamen libris adversus Manichæos non omni modo de ista Dei gratia reticuimus. Cum enim in eis omnia bona dicantur ex Deo, id est, magna, & media, & minima: in mediis quidem bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium, quia, & male illo uti possumus, sed tamen tale est, ut sine illo recte vivere nequeamus: L. 2. c. 19. bonus autem usus ejus jam virtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Et quia omnia bona, sicut dictum est, & magna, & media, & minima ex Deo sunt; sequitur ut ex Deo sit etiam bonus usus liberæ voluntatis: quæ virtus est. Deinde dictum est, ex qua miseria peccantibus justissime inflicta liberet Dei gratia, quia sponte homo, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere: ad quam miseriam justæ damnationis pertinet ignorantia, & difficultas, quam patitur omnis L. 2. c. 20. homo ab exordio nativitatis suæ, nec ab isto malo nisi gratia Dei quisquam liberatur: quam miseriam Pelagiani nolunt ex justa damnatione descendere, negantes originale peccatum: quamvis ignorantia, & difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset. „ Augustinus profecto nullo modo retractat quæ in iis libris dixit de natura, & proprietatibus liberi arbitrii, quod etiam ut recte vivatur necessarium prædicat, sed tantum monet in iis sæpe se nihil dixisse de gratia præveniente, & gratis data, quam ostendit se præsupposuisse. Eorum librorum igitur authoritas, ubi de libero arbitrio agitur, male rejicitur.

Primi libri summam sic exponit Augustinus. " Quoniam, & quid valeat æterna lex .... & quantum lex temporalis in vindicando progredi possit, inventum est: & rerum duo genera, æternarum, & temporalium, duoque rursus hominum, aliorum æternas, Aug. de lib. arb. L. 1. c. ult. aliorum temporales sequentium, & diligentium, satis aperteque distincta sunt: quid autem quisque sectandum, & amplectendum eligat, in voluntate esse positum constitit, nullaque re de arce dominandi, rectoque ordine mentem deponi, nisi voluntate est manifestum, non rem ullam, cum ea quisque male utitur, sed ipsum male utentem esse arguendum.... quocirca licet nunc animadvertere, & considerare, utrum sit aliud male facere, quam neglectis rebus æternis, quibus per se ipsam mens fruitur, & per se ipsam percipit, & quas amans amittere non potest, temporalia, & quæ per corpus hominis partem vilissimam sentiuntur, & nunquam esse certa possunt, quasi magna, & miranda sectari. „

In secundo libro inquirit utrum libertas, qua peccatur, sit bonum, & utrum sit a Deo, sicque quæstionem resolvit: " Si homo aliquod bonum est, & non posset, nisi cum vellet, recte facere, debuit habere liberam voluntatem, sine qua recte facere non L. 2. c. 1. posset. Non enim quia per illam etiam peccatur, ad hoc eam Deum dedisse credendum est. Satis ergo causæ est cur dari debuerit, quoniam sine illa homo

recte

CHRISTI AN. 389.

recte vivere non potest. Ad hoc autem datam vel hinc intelligi potest, quia, si quis ea usus fuerit ad peccandum, divinitus in eum vindicatur. Quod injuste fieret, si non solum ut recte viveretur, sed etiam ut peccaretur, libera esset voluntas data. Deinde illud bonum, quo commendatur ipsa justitia in damnandis peccatis, recteque factis honorandis, quomodo esset, si homo careret libero voluntatis arbitrio? Non enim aut peccatum esset, aut recte factum, quod non fieret voluntate. Ac per hoc pœna injusta esset, & præmium, si homo voluntatem non

C. 18.

haberet liberam ..... Sed quoniam non sicut homo sponte cecidit, ita etiam sponte surgere potest, porrectam nobis desuper dexteram Dei, fide firma teneamus .... „ Augustinus potuitne distinctius exponere, necessarium esse in præsenti statu ad merendum, & demerendum, liberum arbitrium, quod im-

L. 3. c. 18.

mune sit ab omni necessitate antecedenti, quamvis ad recte agendum gratiæ prævenientis adjutorio egeat?

Liberum arbitrium immune ab omni necessitate.

In libro sequenti id statuit instar certi principii: "Quæcunque ista causa est voluntatis, si ei non potest resisti, sine peccato ei ceditur: si autem potest, ei non cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caveat, ne fallatur: an tanta fallacia est, ut caveri omnino non possit? si ita est, nulla

C. 4.

peccata sunt: quis enim peccat in eo, quod nullo modo caveri potest? peccatur autem, caveri igitur potest? „ His Augustini verbis, quæ nusquam retractavit, omnes Novatorum errores de libero arbitrio subruuntur. Augustinus anno trecentesimo octogesimo nono cum aliquot familiaribus, & civibus suis Deum colentibus in Africam remeavit.

Siricii decretalis ad Afros.

Concil. tom. 2. edit. Lab. & tom. 1. novæ.

XI. Syricius, cujus consiliis superiores adversus hæreticos leges datæ dicuntur, constituit ut si quis conversus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus ei communicaretur, sed relegatus in monasterio diebus vitæ suæ jejuniis, & orationibus maceratus, & probatus sub omni examinatione, usque ad ultimum diem transitus sui teneretur; & tunc ob humanitatem Ecclesiæ Viaticum ei largiretur. Ejusdem extat epistola synodalis ad Episcopos Africæ, quæ data dicitur Romæ in Concilio Episcoporum octoginta, sub die octavo Idus Januarii, ac proinde anno 387.: in ea leguntur Canones novem ad collapsam in Africa disciplinam restituendam editi. Primus est, ut extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. Octavus ut venientes a Novatianis vel Montensibus, id est, Donatistis, per manus impositionem suscipiantur, ex eo quod rebaptizant. Nonus. Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio ministri quotidianis necessitatibus occupantur. Verum hæc epistola suspecta multis videtur; tum quia ejus initium desumptum est ex subsequentibus Innocentii primi literis ad Victricium; tum quia data dicitur post consulatum Arcadii, & Bautonis, quæ temporum nota est prorsus inusitata; acta enim publica subscribebantur nominibus Consulum decurrentis anni, quo Honorius filius Imperatoris una cum Evodio primum gerebat consulatum; quod ignorari non potuit, cum præsens adesset ejus pater Theodosius, & multis ante mensibus Consules designaren-

Syric. ep. apud Holst.

tur. Sed certum est eum Anicio Thessalonicensi Episcopo suas vices commisisse in Orientali Illyrico, quod nuper fuerat adjunctum Orientis Imperio, ne in iis provinciis jurisdictionem usurparet Constantinopolitanus Episcopus.

Martyr. Rom. 18. Jul. Gaudent. in serm. de ejus obitu.

Circa idem tempus D. Philastrius confessor, & Brixiensis Episcopus miraculis clarus in pace quievit. Non solum contra Judæos, & Gentiles, verum etiam contra hæreses omnes, & maxime contra furentem Arianorum perfidiam tanto fidei vigore pugnavit, ut etiam verberibus subderetur, & in corpore suo stigmata Domini nostri Jesu Christi portaret. Nam & in Mediolanensi urbe idoneus custos Dominici gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio, priusquam B. eligeretur Ambrosius, Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos, & publica, & privata disputatione lucratus est. Illum Mediolani vidit B. Augustinus. Scripsit librum de hæresibus, sed

Aug. de hæres.

non satis accurate. Successorem habuit B. Gaudentium.

Joviniani hæresis.

Hieron. ad. Jovian.

XII. Ariana hæresi in Occidente prope extincta, novam invenit Jovinianus. Aliquamdiu vitam monasticam egerat in Mediolanensi monasterio. Egressus, aden salute, & impure vixit, ut audierit Epicurus Christianorum. Ejus mores sic describit Hieronymus. " Ante nudo eras pede; modo non solum calceato, sed & ornato. Tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus, & pallidus, & callosam opere gestitans manum; nunc lineis, & sericis vestibus, & Atrebatum, ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis; rubent buccæ, nitet cutis, comæ in occipitium, frontemque tornantur; & post ciba-

CHRISTI AN. 389. L. 1. & 2.

rium panem, & aquæ potum, ad mulsum, & elaboratas carnes, ad balneas quoque, & fricticulas, &

L. 1.

propinas se confers. „ .... Ejus errores sic recenset. Dicit virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris in operibus, ejusdem esse meriti. Nititur approbare eos, qui plena fide in baptismate renati sunt, a diabolo non posse subverti. Tertium proponit inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam. Quartum, esse omnium, qui suum baptisma servaverint, unam in regno cœlorum remunerationem. Quintum addunt

Ambros. epist. 42. alias 7. Aug. de hær. c. 82.

Ambrosius, & Augustinus. Virginitatem Mariæ destruebat, dicens: Virgo concepit, sed non virgo generavit. Continentiam ita pervertens illecebroso atque ficto sermone multos Christianos utriusque sexus suæ dementiæ sociavit. Facilius enim vitia sequuntur homines, præsertim divites, & nobiles. Nonnullasque sanctimoniales in nuptias dejecit; nullum vero seduxit Episcopum.

Syricii epist. ad Mediolan. eccl. tom. 5. Concil. ed. nov. *Jovinianus damnatus.*

Eorum insania a Fidelibus Christianis, viris genere optimis, religione præclaris, quibus Pammachium annumerat Hieronymus, ad Syricium Papam per literas delata est, ut sacerdotali judicio detecta, deleatur. Facto igitur presbyterio constitit, inquit Syricius, doctrinæ nostræ, id est, Christianæ Legi esse contrariam eorum sententiam. Unde Apostoli secuti præceptum: quia aliter quam quod accepimus, annunciabant, excommunicavimus. Omnium ergo nostrum tam presbyterorum, & diaconorum, quam totius etiam Cleri, unam scitote fuisse sententiam, ut Jovinianus, cum octo aliis, qui incentores novæ hæresis, & blasphemiæ inventi sunt, divina sententia, & nostro judicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remanerent. Hæc ad Ecclesiam Mediolanensem scripsit Syricius; Jovinianus enim cum suis condemnatus eo fugerat; quo jam redierat Imperator. Tum subjicit: quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per Fratres, & Presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexandrum, qui religiosum officium fidei spiritu possint adimplere ferventes.

Ambros. epist. 42. alias 7.

Susceptis honorifice Legatis, Episcopos octo, qui tum aderant, convocat Ambrosius, quidve in ea Synodo gestum sit adversus ejusmodi hæreticos, in Synodica sic refert: " Recognovimus literis Sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi januam serves, & pia sollicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves Domini audiant, & sequantur ..... Dignum præmium retulerunt illi perfidiæ suæ, qui ideo usque huc venerunt, ne superesset locus, in quo non damnarentur .... Eorum impietatem clementissimus execratus est Imperator, & omnes, qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt, sicut testes sunt Fratres, & Compresbyteri nostri, Crescent, Leopardus, & Alexander, qui eos omni execratione damnatos, Mediolanensi ex urbe quasi profugos repulerunt. Itaque Jovinianum ejusque socios, quos Sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. „ In eadem Joviniani errores refellit, Christum ex Virgine natum, Scripturæ testimoniis probat. Imprimis laudat hæc Isaiæ verba: Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet Filium: non enim, inquit, concepturam tantummodo Virginem, sed & parituram Virginem dixit. Isaia 7.

Sozom. l. 7. c. 25.

XIII. Interea Thessalonicensis cædes sic contigit. Butherici eo tempore magistri militum per Illyricum pincernam auriga amore ejus captus de stupro sollicitaverat, eamque ob causam comprehensus in custodia tenebatur. Cum autem nobile equorum certamen in circo edendum esset, populus Thessalonicensis postulavit, ut is tanquam ad illud necessarius dimitteretur; sed cum nihil proficeret, gravissimam seditionem commovit, ac postremo Buthericum ipsum interfecit, & quidam ex magistratibus obruti saxis per vicos tracti sunt. Quibus nunciatis, inflammatus Imperator, iræ impetum non sustinuit. Gravissimo tamen sceleri jam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam; sed agentibus Comitibus occulte

Theod. hist. l. 5. cap. 17. Aug. l. 5. de civit. Dei c. 17.

cum

Christi An. 389.

Paul. vit. Ambr.

enim Imperatore, ignorante Sacerdote, usque in horam tertiam gladio civitas donata est, atque plurimi interempti innocentes. Ad Circenses enim ludos invitatur populus, eique ex improviso circumfusus miles obvium quemque obtruncat; septem hominum millia interfecta esse dicuntur nullo prius habito judicio, nec sceleris illius authoribus condemnatis; insontesque etiam peregrini simul cum noxiis trucidati sunt, multaque tum acciderunt miseratione digna, inter quæ & istud. Mercator pro duobus filiis semetipsum offerens, rogabat ut ipse quidem necaretur, filii vero abirent incolumes: & pro hujus beneficii mercede, quidquid habebat auri, pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro altero ex filiis, quem vellet, supplicationem ejus admiserant, utrumque vero dimittere, haudquaquam sibi fore tutum dixerunt, eo quod numerus deficeret, certum quippe numerum occidi jusserat Theodosius. Verum pater cum ambos aspiceret, flens ac gemens, neutrum ex duobus eximere voluit. Sed dubius ancepsque animi quoad interficerentur, permansit. Præterea famulus frugi pro domino suo, qui tum ad mortem ducebatur, lubenti animo occisus est.

Ambr. ep. 31. alias 39.

Hujusmodi cladem gemitibus plenam audiens Ambrosius, secessit extra urbem, nec Imperatoris tunc absentis, sed brevi redituri sustinere voluit occursum, ut represso impetu, integra esset consilii eligendi facultas. Prætenditque ægritudinem corporis revera gravem. Ipsa nocte, qua proficisci parabat, Imperatorem vidit venientem ad Ecclesiam, sed sibi sacrificium offerre non esse licitum. Itaque ei scripsit manu sua, quod solus legeret. " Si Sacerdos non dixerit erranti, is qui erraverit, in sua culpa morietur, & Sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errantem. Accipe illud Imperator Auguste. Quod habeas fidei studium, non possum negare: quod Dei timorem, non diffiteor; sed habes naturæ impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam: si quis stimulet, in majus exsuscitas, ut eum revocare via possis. Utinam si nemo mitiget, nullus accendat! libenter eum committo tibi: ipse te revocas, & pietatis studio vincis impetum naturæ .... Factum est in urbe Thessalonicensium, quod nulla memoria habet .... Quando primum auditum est, propter adventum Gallorum Episcoporum Synodus convenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit: non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione. In me etiam commissi amplius exaggeraretur invidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam ,, ... Davidis peccatoris pœnitentiam inde proponit, statimque subjicit. " Hæc ideo scripsi, non ut te confundam, sed ut Regum exempla provocent, ut tollas hoc peccatum de regno tuo: tolles autem humiliando Deo animam tuam. Homo es, & tibi venit tentatio, vince eam. Peccatum non tollitur nisi lacrymis & pœnitentia .... Suadeo, rogo, hortor, admoneo, quia dolori est mihi; ut tu, qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas... tot periisse non doleas innocentes .... Apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi invidit diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince eum, dum habes adhuc unde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere, ut usurpes quod usurpasse multis officit .... Ego causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris. Offerre non audeo sacrificium, si volueris adsistere ..... Nonne me delectaret habere gratiam Imperatoris, ut secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? ..... Amo te, diligo, orationibus prosequor. Si credis, sequere; si credis, ignosce quod dico: si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum præfero. ,,

Ambrosius pœnitentiæ subjicit Theodosium.

Theod. hist. l. 5. c. 18.

Paucos post dies, Imperatori Mediolanum ingresso, ac more solito ad Ecclesiam venienti, obviam processit extra vestibulum Ambrosius, & a sacri liminis ingressu eum prohibuit his verbis: " Ignoras, ut puto, Imperator, perpetratæ a te cædis gravitatem ..... Obstat enim fortassis Imperialis potentia, quominus peccatum agnoscas .... ejusdem tecum naturæ hominibus imperas, imo etiam conservis. Unus quippe est omnium Dominus atque Imperator, is qui universa condidit. Quibus igitur oculis templum communis Domini aspecturus es? .... quomodo manus extensurus es injuste cæsorum sanguine adhuc stillantes? quomodo sacrosanctum Domini Corpus ejusmodi manibus excepturus es? quomodo pretiosum Sanguinem admoturus es ori tuo, qui verbo furoris tui tot hominum sanguinem injuste effudisti? Abscedere igitur, nec posterioribus factis prius peccatum augere velis. ,, Cumque Imperator contra adsereret, David adulterium simul & homicidium perpetrasse .... Respondit Ambrosius: qui secutus es errantem, sequere corrigentem. His verbis obtemperans Imperator flens ac gemens reversus est in palatium.

Christi An. 389.

Paul. vit. Ambr.

Theodosii pietas ibidem.

Post octo menses, Salvatoris nostri natalis dies advenit. Imperator interim sedebat in palatio, magnam vim effundens lacrymarum. Id cum animadvertisset Rufinus, qui tunc erat magister officiorum, magnaque loquendi pollebat libertate, ut maxime familiaris, ad Principem accedit, & lacrymarum causam sciscitatur. Ille acerbius ingemiscens, & uberiores profundens lacrymas: Tu quidem, inquit, Rufine, ludis: mea quippe mala minime sentis. Ego vero gemo ac doleo, meam considerans calamitatem: siquidem servis ac mendicis patet Ecclesia Dei, in quam libere ingrediuntur, & Domino suo supplicant. Mihi vero & Ecclesiæ aditus interdictus est, & præterea clausæ sunt cœli fores. Memor enim sum Dominicæ vocis, quæ dicit: Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Tum Rufinus, Curram, inquit, si tibi placet, & exorabo Antistitem, ut vincula tua solvat. Cui Imperator, Non persuadebis, inquit, Ambrosio; novi æquitatem sententiæ illius: Numquam ille Imperialem reveritus potestatem, Dei legem violaturus est: Sed cum Rufinus instaret, seque Ambrosio persuasurum polliceretur, Imperator eum illico abire jubet, nec multo post ipse quoque spe blandiente subsecutus est, Rufini pollicitationibus credens. Verum Ambrosius simul atque Rufinum vidit, Canum, inquit, impudentiam imitaris Rufine; nam cum tantæ cladis suasor extiteris, pudorem e fronte excussisti, & neque erubescis, neque formidas, cum adversus imaginem Dei tanta rabie sævieris. Cumque Rufinus supplicaret, & Imperatorem brevi adfuturum esse diceret; Ambrosius divino zelo incensus, Ego quidem, inquit, tibi Rufine prædico atque prænuntio, me illum ab ingressu sacri vestibuli repulsurum; si vero Imperium in tyrannidem verterit, ego quoque libenti animo cædem excipiam. His auditis, Rufinus consilium Episcopi Imperatori per nuntium significavit, suasitque ut intra palatium remaneret.

Ibid.

Imperator cum hæc in medio foro didicisset: Ibo, inquit, & justas patiar contumelias: cumque ad Ecclesiæ septa pervenisset, in ipsam quidem basilicam ingressus non est, sed accedens ad Episcopum, qui tum in salutatorio residebat, ut vinculis solveretur, rogavit. Ambrosius dixit, eum adversus Deum facere, legesque illius calcare. Tum Imperator, Adversus leges, inquit, quæ latæ sunt, non insurgo: nec contra fas ingredi cupio sacra vestibula: sed a te peto, ut vinculis me absolvas, & communis Domini clementiam consideres, nec mihi occludas januam, quam cunctis pœnitentiam agentibus Dominus aperuit. Cui Ambrosius: Quam igitur, inquit, pœnitentiam ostendisti post tam grave facinus? hic Imperator: Tuum est, ait, medicamenta ostendere ac temperare: mei autem officii sublata suscipere. Tunc Ambrosius: Scribe legem, quæ furoris sententias reddat irritas atque inanes: & triginta dierum spatio maneant scriptæ sententiæ de cæde ac bonorum proscriptione, damnatorumque supplicia in trigesimum usque diem differantur, ut interjecti temporis spatium Imperatoris iram leniat, & locus pœnitentiæ ac miserationi relinquatur. Imperator statim legem scribi præcepit, eamque manus suæ subscriptione firmavit. Quo facto Ambrosius ejus vincula relaxavit, atque ita demum in Dei templum intrare ausus est fidelissimus Imperator, non stans, non genibus flexus, sed deposito cultu Imperiali, illo toto temporis spatio quod ipsi ad pœnitentiam præstitutum fuerat, & pronus humi jacens, Davidicam hanc vocem emisit: Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum; manibusque comam vellens, frontemque percutiens, & lacrymarum manantibus guttis solum rigans, veniam sibi dari poscebat. Quodque privati erubescunt, non erubuit Imperator, publice agere pœnitentiam; neque ulla postea dies fuit, quo non illum doleret errorem.

Sozom. l. 7. c. 25.

Theod. ibid. Ambr. de obitu Theod. n. 34.

Ex his liquet quam prudens & fortis fuerit Ambrosii vigor pro Dei honore & legibus Ecclesiæ; Imperatorem victorem & triumphantem, sed multis reum homi-

Christi An. 389.

homicidiis arcet ab ingressu Ecclesiæ, & publicæ pœnitentiæ legibus subjicit; ejus enim pietatem noverat; servataque ejus dignitati debita reverentia, eum admonet ac corripit; pœnamque temperat, pœnitentiumque classes per viginti annos decurrere non compulit; sed ubi eum Deo & Ecclesiæ subjectum vidit, ac pro futuro præcavit, mitiori satisfactione sed publica ad exemplum imposita, reconciliavit. In eadem ad Theodosium epistola meminit Synodi, quam tunc cum suis & Gallorum Episcopis celebrabat, cujus acta periere. Ithacium & Ursacium Episcopos ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communione privatos refert Prosper in chronico. Ithacius ab Episcopatu dejectus in exilio diem extremum obiit. Administrandæ pœnitentiæ sedulo incumbebat Ambrosius: " Quotiescumque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suus confessus esset, ita flebat, ut & illum flere compelleret: videbatur enim sibi cum jacente jacere. Causas autem criminum quæ illi confitebatur, nulli, nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum posteris Sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines. „ En confessio secreta, seu auricularis facta Sacerdoti a peccatore pœnitente.

Ambr. ep. 51. alias 7. Prosp. in Chron. Isid. de vir. illust. n. 6.

Paul. vit. Ambr. *Auricularis confessio.*

Socrat. l. 5. c. 19.

XIV. In Constantinopolitana autem Ecclesia Presbyter constitutus erat, qui pœnitentiæ præesset, qui iisdem temporibus ea occasione abrogatus est. Mulier quædam nobilis ad eum presbyterum accedens, delicta post baptismum a se perpetrata singillatim confessa erat; presbyter vero præcepit mulieri, ut jejuniis & orationibus continuo vacaret, quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam pœnitentiæ conveniens ostenderet. Progressu temporis mulier aliud facinus confessa est, Ecclesiæ videlicet diaconum cum ipsa stupri consuetudinem habuisse. Quo cognito, diaconus Ecclesia ejectus est: populus vero graviter commoveri cœpit, neque enim solum ob scelus, quod patratum fuerat, indignabantur, verum etiam eo quod labes haud mediocris atque infamia hoc facto aspersa videbatur Ecclesiæ. Cum igitur eam ob causam ecclesiastici homines dicteriis appeterentur, Eudæmon presbyter, Alexandria oriundus, Episcopo Nectario suasit, ut pœnitentiarium quidem presbyterum expungeret, unumquemque vero pro arbitrio, & pro animi sui conscientia ad Sacramentorum communionem sineret accedere, neque aliter fieri posse, ut Ecclesia ab omni probro libera esset. Hæc cum ab ipso Eudæmone accepissem, inquit Socrates, ei dixi: consilium tuum, o presbyter, utrum Ecclesiæ profuerit, an non, Deus viderit. Cæterum ansam ex eo singulis datam esse video, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, nec observent præceptum illud Apostoli: nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Hac de causa, ut quidam putant, Theodosius, ut Ecclesiarum honestati & existimationi prospiceret, lege cavit, ne mulieres ad sacrum ministerium admitterentur nisi liberos haberent, & sexagesimum ætatis annum implessent, juxta expressum mandatum Apostoli Pauli: utque fœminæ, quæ comam totondissent, arcerentur ab Ecclesia; Episcopi vero, qui eas admittere ausi essent, Sacerdotio privarentur. Haud dubie sic radebant caput, vel ut celarent ætatem, vel ut caput immodestius ornarent; idipsum enim antea prohibuerant Patres Gangrenses.

Sozom. l. 7. c. 16.

Gang. C. 17.

Hujusce facti substantiam nihil est quod infirmet. Hoc enim cum scriberet Socrates, adhuc vivebant plurimi, qui rei gestæ interfuerant. Abrogatum igitur fatentur presbyterum pœnitentiarium. Id vero Nectarium unicuique permisisse, ut pro arbitrio & pro animi sui sententia ad Sacramentorum communionem accederet, nec peccata sua Sacerdoti enunciaret, falsum esse ac supposititium multa persuadent. Socrates, qui primus hanc historiam scripto tradidit, fuit e secta Novatianorum, qui pœnitentiam, quam injungebant, numquam relaxabant, sed gravium criminum reos suæ conscientiæ divinoque judicio permittebant. Hinc ut omnes Ecclesias ad Novatianorum sententiam transiisse insinuaret, illud addidit, simul observata in prima disciplina solos perseverasse Novatianos, quos ubique magnis effert laudibus, adeo ut illius sectæ Episcopis miracula supponat. Præterea privatam & publicam tum in Orientali, tum in Occidentali Ecclesia pœnitentiam post hæc perseverasse, innumeris infra demonstrabimus exempla; idemque testantur antiquissimi libri pœnitentiales, & Græcorum Euchologia. Hic satis erit protulisse statutum Synodi Græcorum in Trullo, quam dixere quinisextam. Qui reliquerit legitimam uxorem, & alteram duxerit, juxta Domini sententiam adulter est. Sancitum est, ut hi qui tales sunt, per annum lugeant, per biennium sint audientes, per triennium subjaceant, & tandem sexto anno congregentur cum fidelibus, & ita demum mensa Domini digni habeantur, si cum lacrymis pœnituerint. Pœnitentiam publicam hic adulteris decernit Græca Ecclesia, ac proinde tribus post Nectarium sæculis adhuc vigebat etiam in Oriente ejusmodi pœnitentia; sed rarior fuit & mitior, nec nisi notissimis criminibus imposita ab Episcopo; sicque rediit ad primævam institutionem. Nec mirum vel inauditum, rem notissimam adulterasse Socratem hominem Novatianum; hæreticorum enim illud est ingenium ratioque scribendi, ut vel omissionibus, vel falsis additionibus, vel interpretationibus quidlibet trahant in sui erroris patrocinium, quemadmodum quotidiana constat experientia. Clerici & Basnagii historiæ Ecclesiasticæ sunt ejusmodi depravationis evidens demonstratio.

Socratis fusitas.

Christi An. 389. Synodus in Trul. C. 87.

Theodosius triennium in Italia commoratus, Valentinianum juniorem Romæ Imperatorem reliquit. Ipse vero una cum filio suo Honorio Constantinopolim reversus anno trecentesimo nonagesimo primo, in eam ingressus est die quarto Idus Novembris. Quo etiam ad Sanctorum gloriam transiit Gregorius Nazianzenus, quem ut sanctum Doctorem universa veneratur Ecclesia: Latina quidem septimo Idus Maji; Græca vero decimo quarto Kalendas Februarii.

Socrat. l. 6. c. 18.

Christi An. 391.

Martyr. Rom. Menol. Græc.

XV. S. Pacianus in Pyrenæi jugis Barcilonæ Episcopus, castitate & eloquentia, & tam vita quam sermone clarus, eadem ætate floruit. Scripsit varia opuscula, de quibus est Cervus, seu Invectiva in quosdam ludos impudicos, & contra Novatianos liber. Sub Theodosio jam ultima senectute mortuus est. Hunc Sanctis adnumerat Romanum Martyrologium. In maxima Patrum Bibliotheca sub ejus nomine extant, Parænesis ad pœnitentiam, libellus de baptismo, & tres epistolæ contra Novatianos, quas librum esse dictat ab Hieronymo putant periti Critici. In his tamen est octoginta annorum anacronismus. In tertia enim legimus trecentis annis post Domini passionem contigisse persecutionem Decii, qui circa annum a Christo nato ducentesimum quinquagesimum secundum occisus est. Præterea Sympronianus, contra quem disputat, ibidem damnat pœnitentiam, quam post baptismum esse dicit illicitam, seque secundum Phrygas sensisse pronunciat. Novatiani profecto non ita dure quam Phryges de pœnitentia sentiebant, imo ad eam hortabantur, sed gravium scelerum reis hanc non relaxabant, ut docet Ambrosius.

Hier. de script. Eccl. Martyr. Rom. 7. Idus Martii. Pacian. epist. 3. Epist. 1.

XVI. Messaliani hæretici circa idem tempus repressi sunt. Duplex genus distinguit Epiphanius, sed antiquiores nil nisi gentiles erant: Posteriores, qui sub Constantio prodiere, Christianorum nomen usurpabant, quamvis baptismum repudiarent. Moribus erant impurissimis, in unum coacti tam viri, quam mulieres promiscue in spatiosissimis vicis per æstatem dormiebant. Opus manuum aversantes ut vitium, otio & somno se dabant; soluti & vagi manus ad stipem porrigebant; mundo se renunciasse, & sua omnia deseruisse, seque monachos esse profitebantur, quamvis essent conjugati. Dum autem morbum suum occultare student, etiam postquam convicti sunt, impudentes negant, nosque condemnant, qui eadem sentiunt, quæ ipsi in pectore habent recondita. Hujus sectæ principes fuere Adelphius vir laicus, & Sabbas eunuchus, monachorum habitum præferens.

Epiph. hær. 80. *Messaliani convicti.*

Theod. hist. l. 4. c. 11.

Flavianus Antiochenæ urbis Episcopus audiens illos Edessæ degere, & doctrinæ suæ venenum in vicinos spargere; missa monachorum multitudine, Antiochiam eos adduxit, morbumque suum inficiantes hoc modo redarguit. Accusatores eorum calumniari dixit, & testes mentiri. Cumque Adelphium, qui tum admodum senex erat, blande accersivisset, & juxta se proxime sedere jussisset: nos, inquit, o senex, qui longiorem duximus vitam, hominum naturam diligentius cognitam habemus, & adversariorum dæmonum artes intelligimus; usuque & experimento largitionem gratiæ didicimus;

Theod. Ibid.

isti

CHRISTI AN. 391.

isti vero cum sint juvenes, & nihil istorum accurate noverint, idonei non sunt, qui spiritales sermones audiant. Expone igitur mihi qua ratione dicatis adversarium quidem spiritum recedere, supervenire autem gratiam Spiritus Sancti. His sermonibus allectus senex ille, virus omne, quod latebat, effudit, & ex baptismo nullam utilitatem obvenire dixit iis, qui illum consequi meruissent: solam vero sedulam orationem expellere dæmonem inhabitantem. Omnes enim qui eduntur in lucem, ut naturam, sic etiam dæmonum servitutem ex primo parente trahere dicebat. His vero per sedulam orationem effugatis, succedit demum Spiritus Sanctus, qui præsentiæ suæ significationem det sensibilem atque visibilem: & corpus quidem perturbationum motu liberet; animam vero ab insita ad deteriora propensione retrahat ita, ut in posterum nec jejunio opus sit, quod corpus maceret; nec doctrina, quæ refrænet, & recte atque ordinate doceat incedere. Porro qui hunc assecutus est, is non solum protervis corporis motibus liberatus; verumetiam res futuras manifeste prævidet, & divinam Trinitatem oculis suis contemplatur.

Ibid. Flavianus infelicem senem tunc sic allocutus est: Inveterate dierum malorum, os tuum te coarguit; non ego, sed labia tua testimonium dicunt contra te ipsum. Quapropter congregatis tribus Episcopis, qui tum erant Antiochiæ cum triginta presbyteris, & diaconis, celebrat Synodum, quæ noluit Adelphium pœnitentiam profitentem, hæresimque abjurantem admittere: quod neque ea hæreseos abjuratio, neque pœnitentia vera, atque ex animo facta probaretur. Condemnatus Adelphius ejusque sectatores, neque pœnitentiæ locum repererunt; quod, quos anathemate tanquam Messalianos condemnarunt, cum his veluti consortibus scripto communicare deprehensi sunt. Flavianus scripsit ad Osroinenses epistolam, ea quæ gesta essent edocentem, in qua hæreticos punitos, & excommunicatos refert. Episcopi ei assentientes pro his gratias egerunt. Messaliani expulsi ex Syria, & in Pamphiliam digressi, eam provinciam hac peste repleverunt. Amphilochius Iconiæ in Lycaonia Metropolita adversus eos Synodum viginti quinque Episcoporum Sidæ habuit, rerumque gestarum Synodicam misit ad Flavianum. Ei quoque scripsit Letojus Melitinensis Episcopus de Messalianis interrogans. Missumque ad illum Synodicum de illis decretum, & sententia. Letojus his acceptis divino zelo præditus, cum multa monasteria, vel potius speluncas latronum, erroris illius labem hausisse cerneret, ea incendit, & lupos ab ovili procul abegit. Patrocinii aliquid apud alium Armeniæ Episcopum invenerant; cui scribens Flavianus ea de re questus est.

Phot. cod. 52.

Theod. l. 4. c. 11.

Theod. hist. l. 5. cap. 23. XVI. Antiochiæ Paulinus moriens schisma continuavit; Evagrium enim suum presbyterum solos successorem suum elegit, & ordinavit, multos simul Canones transgressus. Fideles tamen, qui sub Paulino congregabantur, cum nihil istorum considerare voluissent, Evagrii communionem amplexati sunt. Aversabantur enim Flavianum, utpote qui jurisjurandi sub Meletio præstiti fidem violasset. Orientales Flaviano communicabant, Occidentales Evagrio. Finiendis ergo litibus Capuæ Synodus indicitur, quam plenariam vocant Patres Africani. Hæc statuit, ut omnibus per totum Orientem daretur communio Catholicam confitentibus Fidem: & duobus istis, scilicet Flaviano, & Evagrio Theophili examen impertiretur, Episcopis Ægyptiis pariter considentibus. Quia hoc verum judicium futurum arbitrabatur Synodus, quod neutri parti sociata communione, aliquo favore propenderet: Ægyptii enim neutrum recipiebant.

Ambr. epist. 56. alias 78.

Ibid. apud Ambros. epist. seq. *Bonosi errores.* Eadem Synodus decrevit ut Bonoso Sardicensi Episcopo hæretico atque ejus accusatoribus judices tribuerentur finitimi, & præcipue Macedones, qui cum Episcopo Thessalonicensi, de ejus factis vel scriptis cognoscerent. Beatam Mariam perpetuo mansisse virginem, negabat Bonosus, docebatque eam post Christum natum, cui divinitatem abrogabat, alios ex Josepho suscepisse filios.

Epist. Syric. ad Illyric. tom. 1. conc. nov. ed. Syricii Papæ sententiam de Bonoso sciscitati sunt Episcopi Illyrici. Quibus rescripsit: Vestrum est, qui hoc recepistis judicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi, vel accusatoribus, vel accusato, copiam dare: vicem enim Synodi Capuensis recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. Atque ut decretis Synodalibus se deferre comprobaret, addit: Si integra esset hodie Synodus, recte de iis, quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Macedones Episcopi Præside Anysio Bonosum damnarunt atque deposuerunt; & quoniam antea jam damnatus a Comprovincialibus Episcopis, Clericos tamen ordinarat, statuerunt ut reciperentur. Necessitas temporis id fieri præter Canones magnopere postulabat, ne cum eo remanerent, ac fieret non mediocre scandalum.

CHRISTI AN. 391.

Innoc. epist. 22.

Capuanæ Synodi decreta pro pace Antiochenæ Ecclesiæ frustravit unius hominis ambitio: ea de re quamprimum in Ægypto fieri concilium urgebat Evagrius; illius vero judicium declinans, ad Imperialium rescriptorum suffragia confugit Flavianus. Ambrosium hujusce rei certiorem fecit Theophylus Alexandrinus: Cui rescripsit: "Non habet quod urgeat Evagrius, & habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen .... frustratur ergo tantorum Sacerdotum susus labor; iterum ad hujus sæculi judicia revertendum; iterum vexabuntur Sacerdotes senes.... interea solus exlex Flavianus, ut illi videtur, non venit quando omnes convenimus ...... Nec tamen etiam hoc moti dolore fratri Evagrio donamus speciem bonæ causæ .... uterque alienæ magis ordinationis vitiis, quam suis bonis fretus ...... Servetur ergo impertitæ pacis gratia inter universos, & nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sane referendum arbitramur ad sanctum Fratrem nostrum Romanæ Sacerdotem Ecclesiæ ...... ita enim pacis, & quietis securitas erit, si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostræ dissensionem non afferat, ut nos quoque, accepta vestrorum serie statutorum, cum id gestum esse cognoverimus, quod Ecclesia Romana haud dubie comprobaverit, læti fructum hujusmodi examinis adipiscamur."

Ambros. epist. 56. alias 78.

Syricius de Flaviani contumacia Theodosium interpellavit, qui Constantinopolim eum accivit, utque Romam proficisceretur, mandavit; sed ille cum hybernum tempus causatus esset, & ineunte vere facturum se imperata promisisset, in patriam reversus est. Imperatorem objurgavit Syricius, scribens: Quod tyrannos quidem, qui adversus ipsum insurgerent, opprimeret; eos vero qui legi Christi insultarent, pateretur tyrannicam exercere dominationem. Quapropter Flavianum rursus Constantinopolim evocatum cogere constituit, ut Romam navigaret. Tum Flavianus admirabili usus fiducia: Si meam fidem, inquit, o Imperator, ut non rectam quidam insimulant, aut si vitam indignam dicunt esse Sacerdotio, ipsos accusatores meos judices feram; & quam tulerint sententiam, libenter excipiam. Sin de Cathedra, & de Primatu contendunt, non litigabo, nec repugnabo iis, qui ista ambiunt, sed cedam ultro, & Pontificatum dimittam. Da igitur, Imperator, cui voles Sedem Antiochenam. Hanc ejus constantiam admiratus Imperator, in patriam redire, commissamque sibi Ecclesiam regere eum jussit. Evagrio paulo post mortuo, nemo in ejus locum successit, obstante videlicet Flaviano; sed quicumque Flaviani communionem detrectabant, separatim collectas agebant.

Theod. hist. l. 5. cap. 23.

XVII. Idololatriæ reliquias Alexandriæ hac occasione penitus excidit divina providentia. Vetustum Bacchi templum jam diu neglectum ab Imperatore petiit Theophilus, ut arescentibus fidelium populis, orationum quoque crescerent loca, donoque acceptum repurgavit, ut commutaret in Ecclesiam. Porro dum simulacra ejus loci everterentur, & adyta recluderentur, Episcopus sacris paganorum studens illudere, ea de industria publicavit atque traduxit, & quidquid in adytis occultum erat, aut videbatur esse ridiculum, publice spectandum proposuit. Quæ cum fieri cernerent gentiles, præsertim Philosophi, dolorem suum comprimere haud quaquam potuerunt; sed signo dato, omnes simul uno impetu in Christianos irruentes, obvium quemque obtruncant. Christiani seipsos defendere cœperunt, & licet numero, & potentia multo plures, sed modestia religionis cum minus feroces essent, in eo conflictu pauci periere gentiles, Christiani vero quamplurimi: vulnerati autem ex utraque parte innumerabiles. Serapium occuparunt ethnici: erat hoc templum, & vetustate, & amplitudine nobilissimum, in exiguo colle situm. Ex eo loco, tanquam ex arce quadam, improvisi irrumpentes, multos

Gentilium seditio.

Sozom. l. 8. c. 15.

Socrat. l. 5. c. 16.

Sozom. ibid.

CHRISTI AN. 391. Christianorum comprehendebant, & tormentis excruciatos sacrificare cogebant. Si qui vero id facere detrectarent, eos aut in crucem agebant, aut fractis cruribus, in speluncas præcipitabant, aut alio mortis genere perimebant. Porro cum hæc seditio diutius perseveraret, magistratus ad eos progressi, leges ipsis, Imperatorisque potentiam in memoriam revocarunt, hortantes ut a bello abstinere, & Serapium relinquere vellent. Erat tunc temporis Dux militum in Ægypto Romanus; Evagrius vero Præfectus Augustalis erat Alexandriæ, qui cum nihil proficerent, locique munitio nihil adversus rebelles agi, nisi vi majore sineret, ea quæ gesta fuerant, Imperatori significaverunt. Eeos autem qui in Serapio erant, alacriores reddebat, & conscientia facinoris illius quod admiserant, & quidam Olympius Philosophus, qui suadebat haud quaquam negligenda esse sacra patriæ, sed pro illis, si res ita postularet, mortem quoque subeundam esse. Cumque eos ob eversionem simulacrorum despondere animos videret, monebat ne idcirco a religione sua absisterent: asserens statuas materiam esse corruptioni obnoxiam, ideoque ad nihilum redigi: quasdam autem potestates in illis habitasse, easque in cœlum avolasse, summamque felicitatem iis pollicebatur, qui leges antiquas observarent. His aliisque verbis eos in earum defensione confirmabat, atque intra templum clausi de rapto vivebant.

Sozom. ibid. Martyr. Rom. Imperator his rebus compertis, Christianos qui occisi fuerant, beatos pronunciavit, quippe qui honorem Martyrii adepti essent. Reipsa, qui a gentilibus comprehensi, cum idolum adorare renuissent, cæsi sunt, hos sexto decimo Kalendas Aprilis, ut Martyres veneratur Ecclesia. Interfectoribus autem veniam dari præcepit, quo facilius ad Christianam religionem transgrederentur, accepti beneficii reverentia inducti. Verum Alexandrinæ urbis templa, utpote quæ populo seditionis causam præberent, solo æquari jussit. Ejus literæ cum publice recitarentur, Christiani immensum clamorem sustulere, eo quod Imperator in ipso statim exordio Paganis culpam adscriberet, eaque de causa metu perculsi, qui Serapium custodiebant, in fugam se conjecere; alii in ipsa urbe sese occultavere, alii dispersi sunt per varias civitates. Ex quorum numero fuere Grammatici duo, Helladius Jovis, Ammonius vero Simiæ Sacerdos. Olympius vero non multo antea nocte intempesta, quæ illum diem, quo hæc facta sunt, præcessit, quemdam in Serapio Alleluja canentem audivit: & quoniam foribus occlusis, cunctisque quiescentibus, neminem conspiciebat, sed solam audiebat vocem psalmum illum modulantem, intellexit quid sibi vellet hoc signum, & omnibus insciis templo egressus est, cumque navigium forte nactus esset, in Italiam trajecit.

Socrat. ibid.

Ruf. hist. l.2.c.23. Theophilus convocatis monachis, quorum precibus adjuvaretur, gentilium templa demoliri funditus aggressus est. Serapis templum locus erat manu, & constructione per centum gradus in sublime suspensus, quadratis, & ingentibus spatiis omni ex parte distentus. Cuncta vero quo ad summum pavimentorum evadatur, opere fornicco constructa, quæ immensis desuper luminaribus, & occultis aditibus invicem in semet distincta, usum clandestinis officiis exhibebant. Jam vero in superioribus, extrema totius ambitus spatia occupant exedræ, & pastophoria, domusque in excelsum porrecta, in quibus vel æditui, vel caste viventes commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distinctæ intrinsecus circumibant. In medio totius spatii ædes erat pretiosis edita columnis, & marmoris saxo intrinsecus ample magnificeque constructa. Interioris delubri parietes laminis primo aureis vestiti erant, super has argenteis, ad postremum æreis, quæ munimento pretiosioribus metallis forent. In hac simulacrum Serapis ita erat vastum, ut dextra unum parietem, alterum læva perstringeret; humanam habebat effigiem in vertice modium gestantem, barba, & capillis longioribus. Huic adjunctum erat monstrum Hieroglyphicum tricipitis animantis, quod exprimebat medio eodemque maximo capite leonis effigiem, dextera parte caput canis exoriebatur mansueta specie blandientis, pars vero cervicis læva rapacis lupi capite finiebatur; easque formas animalium draco connectebat volumine suo, capite redeunte ad Dei dexteram.

Macrob. Satur. l. c. 20.

De Serapidis origine diversa fertur opinio Paganorum; Alii Jovem putant: Alii virtutem Nili fœcundantis Ægyptum. Quidam in honorem Patriarchæ Joseph formatum perhibent simulachrum, ob dimensionem frumenti, quo famis tempore subvenit Ægyptiis. Alii repertum in veteribus Græcorum historiis, Apin Ægypti Regem, cum tempore famis frumenta defecissent, ex proprio civibus alimenta præbuisse. Quo defuncto Memphi in ejus honorem templum institutum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutriebatur; ejus vero corpus Alexandriam deductum, cum sepulchro quod σορὸν græce dicitur. Hinc Soron Apis, seu Sorapis, postea vero per corruptionem nominis Serapis nominatum est. Multa decipiendi causa in eo loco fuerant constructa. Hæc autem persuasio ab ipsis gentilibus fuerat dispersa, quod si humana manus simulachrum illud contigisset, terra dehiscens illico reverteretur in chaos, & omnes simul perituros esse, quæ res populis paululum stuporis injecit. Sed Theophilus hæc deliria contemnens militi securim gestanti jussit, ut forti animo Serapin feriret, qui omni nisu cum ictum illius maxillæ inflixisset, universi conclamarunt, id quod fama vulgatum fuerat reformidantes, ille iterum atque iterum repetens dejecit idolum. Ubi vero ei caput truncatum est, murium agmen ex internis erupit. Caput aliaque ejus membra funibus traxerunt per universam civitatem, ejus etiam cultoribus Serapidis imbecillitatem deridentibus. Demum truncus qui superfuerat, in amphiteatro concrematur. Simulacro comminuto, & igne consumpto, templum ejus complanatum est; fundamenta enim propter lapidum magnitudinem vix revelli poterant. Dum destrueretur, inventæ sunt in eo literæ lapidibus incisæ, quas hieroglyphicas appellant. Hæ literæ Crucis formam referebant, quas cum viri earum rerum periti interpretarentur, significare dixerunt vitam venturam. Atque ob hanc causam multi Paganorum ad Christianam Religionem se contulerunt. Serapidis imagines per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus ac fenestris erant; sic autem abrasæ sunt, ut ne vestigium quidem remaneret: sed pro his Dominicæ Crucis signum in iisdem locis unusquisque depinxit. Ascendentis Nili mensuram ad Serapidis templum referri jusserat Julianus velut ad inundationis authorem. Gentiles negabant Nili aquas affluentia solita agros inundaturas. Sed tanta ex eo, & deinceps fuit inundatio, quantam fuisse prius nulla ætas meminerat, illiusque mensura delata est ad Ecclesiam.

CHRISTI AN. 395. Ruf. hist. l.2. c.23. Socrat. l.5.c.17. Sozom. l.7.c.15. Ruf. ib. cap. 29. Ib. c. 30.

Hæc gesta ubi Theodosio nuntiata sunt, extensis ad cœlum manibus, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque urbis illius magnæ pernicie tam vetustus error extinctus est. Hinc patet quam sapienter egerit Constantinus, qui statim templa demoliri non jusserit, cum Gentiles essent longe potentiores. Post aliquot annos cum Nilus tardius solito exundare cœpisset, indignabantur Ægyptii, quod fluvio ex more majorum sacrificare non permitterentur. Unde Præfectus Ægypti suspicatus eos seditionem moliri, rem Imperatori significavit.

Sozom. l.7. c.20.

Theodosius autem re cognita, satius esse dixit, fidelem erga Deum permanere, quam fluenta Nili, & frugum ex ea re ubertatem pietati anteponere. Numquam fluat, inquit, fluvius iste, si incantamentis elici debet, & cruentis sacrificiis. Verum Nilus haud multo post effusus, superiora quoque loca aquis suis operuit. Hanc ob causam plurimi Ægyptiorum patriam superstitionem damnantes, ad Christianam religionem se transtulerunt. In Serapidis templi fundamentis constructa sunt Ecclesia, & Martyrium, in quo Divi Joannis Baptistæ caput reconditum est, quod ante triginta annos ad Divum Athanasium miserat Philippus Abbas. Sophronius vir apprime eruditus de subversione Serapidis librum insignem edidit.

Ruf. l. 2. c. 27. & 28. Hier. de script. Eccl. Ruf. l. 2. cap. 28.

Post Serapidis occasum, omnes quæ erant Alexandriæ deorum ædiculæ ceciderunt: & per cunctas Ægypti urbes, per castella, per vicos, per omne rus, per ripas fluminis, per eremum quoque si qua fana vel potius busta reperiri potuerunt, instantia uniuscujusque Episcopi subruta, & ad solum deducta sunt. In ipsis templorum adytis infantium capita desecta inauratis labris inventa sunt, despicatæque ob fibrarum inspectionem virgines, depictæque miserorum cruciabiles mortes, quos ad sacrificia, & divinationem necarant. Quæ cum in lucem prolata sunt, licet gen-

Ib. c. 24.

CHRISTI gentiles pudore diffugerent, tamen si qui adesse po-
AN. 391. tuerunt, mirabantur tot sæculis se pudendis fraudibus
irretitos; unde & plurimi scelere deprehenso, Fidem
Socrat. Christi, & cultum veræ religionis amplexi sunt.
l.5.c.17. Solum Simiæ simulachrum conservavit Theophilus,
ne Gentiles, ut ajebat, aliquando inficiarentur hu-
jusmodi se Deos coluisse. Omnes alias statuas com-
minuit, metallicas vero conflavit in usus Ecclesiæ
Alexandrinæ; eas enim ad sustentandos pauperes do-
naverat Imperator.

Ruf. l. 2. Jam vero Canopi quia enumeret superstitiosa fla-
cap. 26. gitia, ubi prætextu sacerdotalium literarum, sic enim
appellant antiquas Ægyptias literas, magiæ artis erat
publica schola, quam nuper tenuerat Antonius fa-
mosæ Sosipatræ filius, quem Serapidis templi ruinam
prædixisse gentiles ferebant. Ejusmodi prædictionum
vanitatem ut demonstraret Augustinus, librum scri-
psit de divinatione dæmonum. Urbem Canopi multis
templis celebrem velut originem idolorum venera-
bantur Pagani, ibique multo major celebritas, quam
Ib. c.27. apud Alexandriam habebatur. Sed adventante Theo-
philo, vastata sunt omnia, atque ad solum deducta,
flagitiorum cavernæ, ac veternosa busta dejecta sunt;
erectæque in eorum ruinis veri Dei Ecclesiæ cum
Sanctorum reliquiis, adjectaque sunt monasteria,
quorum celeberrimum dicebatur Metanæum, seu pœ-
nitentiæ: in eo D. Pachomii regula subinde vigebat
cum jure asyli.

Marcel. Hanc Idololatriæ ruinam amare deploravit Euna-
Chron. pius Sophista ethnicus. Templorum eversionem anno
389. inchoatam, anno trecentesimo nonagesimo pri-
mo fuisse perfectam colligimus ex lege Theodosii,
quæ eodem anno, quarto Kalendas Julii, Aquilejæ
data est ad Evagrium Præfectum Augustalem, & Ro-
manum Comitem Ægypti, qui Theophilo in de-
struendis templis suppetias tulere. Nulli sacrificandi
tribuatur potestas: nemo templa circumeat: interclu-
sos sibi nostræ legis obstaculo profanos aditus reco-
gnoscant: adeo ut si quis vel de diis aliquid contra
vetitum sacrisque moliatur, nullis exuendum se in-
dulgentiis recognoscat. Judex quoque si quis tempo-
re administrationis suæ, fretus privilegio potestatis,
polluta loca sacrilegus temerator intraverit, quinde-
cim auri pondo; officium vero ejus, nisi collatis vi-
ribus obviaverit, parem summam ærario nostro in-
Sozom. ferre cogatur. Id propter Gentiles magistratus edixit
l.7. c.15. Theodosius. Adhuc tamen in aliquot urbibus Pagani
pro templis suis acriter pugnabant, in Arabia quidem
Petræi & Areopolitæ, in Palæstina Raphicoses &
Gazæi, quorum tamen templum Marnæ dicatum man-
sit clausum; in Phœnice vero Heliopolitæ.

Vit.Pach. XVIII. Circa idem tempus post Paschalis festi
n. 53. diem, multis Fratribus ad Dominum præmissis, ad
S. Pacho- postremum ipse quoque S. Pachomius infirmatus est,
mii mors. & ministrabat ei Theodosius: & quamvis esset toto
corpore nimis attenuatus ac debilis, faciem tamen
habebat hilarem, atque fulgentem, ita ut ex hoc
quoque videntibus piæ mentis ac sincerissimæ con-
stantiæ suæ monstraret indicia. Ante ergo duos dies
sanctæ dormitationis suæ, convocans universos Fra-
tres, ait ad eos: Ego quidem, charissimi, viam Pa-
trum securus ingredior: vos ergo mementote verbo-
rum, quæ a me frequenter audistis, & vigilantes in
precibus, sobrii estote in operibus vestris, nulla sit
vobis conjunctio cum sectatoribus Meletii, vel Arii,
vel Origenis, seu cæteris Christi præceptis adversan-
tibus. Eligite ea vobis Fratrem, me præsente, qui
post Deum præsit omnibus, curamque vestrarum ge-
rat animarum. Quantum vero mea discretione per-
pendo, Petronium ego ad hoc opus idoneum judi-
co: vestrum autem est, quod expedit, eligere. Re-
ceperunt ergo & in hoc obedientissimi filii consilium
Patris. Erat enim Petronius potens in fide, hu-
milis in conversatione, intellectu prudentissimus,
bonis moribus, discretione perfectus. Quia & ipsum
in monasterio cognomento Chinobosciorum ægrota-
re compererat, misit ad eum protinus ut veniret,
& signaculo Crucis se muniens sanctam reddidit ani-
Martyr. mam septimo Iduum Majarum: pridie Idus, ejus
Rom. memoriam colit Ecclesia. Ejus discipuli funus pro
more curantes, totam noctem duxere pervigilem,
psalmos hymnosque canentes, sequenti vero die
corpus in monte sepelierunt. Petronius paulo post
laborans infirmitate venit, paucisque diebus totam
Fraternitatem gubernans, in pace defunctus est, re-
linquens post se virum justum & acceptum Deo Or-
sesium nomine.

XIX. Gentilium factio erat in Occidente potentior: CHRISTI
quod præsentiens Theodosius, priusquam Constanti- AN. 391.
nopolim rediret, sequentes leges cum Valentiniano L. 10. cod.
juniore promulgavit. " Nemo se hostiis polluat: Theod.
nemo delubra adeat, templa perlustret & mortali de Pag.
opere formata simulacra suscipiat, ne divinis atque
humanis sanctionibus reus fiat. Judices quoque hanc
formam contineant, ut si quis prophano ritui deditus
templum uspiam vel in itinere, vel in urbe ado-
raturus intraverit, quindecim pondo auri ipse proti-
nus inferre cogatur: nec non officium ejus parem
summam simili maturitate dissolvat, si non & ob-
stiterit judici, & confestim publica attestatione retu-
lerit; consulares, senas, officia eorum simili modo,
correctores & Præsides quaternas. „ Data tertio Ka-
lendas Martias, Mediolani. Altera lex est adversus
apostatas. " Hi qui sanctam Fidem prodiderint, &
sanctum Baptisma profanaverint, a consortio omnium
segregati sint, nulli in hæreditate succedant, a ne-
mine scribantur hæredes „ .... Data quinto Kalendas
Maji Concordiæ, Tatiano & Symmacho Consulibus,
seu anno trecentesimo nonagesimo primo.

XX. Valentinianus junior, quem in primis annis *Valenti-*
Ariana labe Justina ejus mater infecerat, ubi primum *niani*
Theodosii monitis & exemplis ad Fidem Catholicam *mores.*
rediit, egregiæ indolis pietatisque specimina edidit,
eaque studuit corrigere quæ in se aliis displicere Ambr. de
cognovit. Ferebatur primo ludis Circensibus delecta- Valent.
ri, sic illud abstersit, ut ne solemnibus quidem Prin- obitu
cipum natalibus vel Imperialis honoris gratia Cir- n. 15.
censes putaret esse celebrandos; ajebant aliqui, fe-
rarum eum venationibus occupari, atque ab actibus
publicis intentionem ejus abduci; omnes feras uno Num. 16.
momento jussit interfici. Jactabant invidi, quod
præmature prandium peteret: cœpit ita frequenta-
re jejunium, ut plerumque ipse impransus convi-
vium solemne suis comitibus exhiberet, quo & re-
ligioni sacræ satisfaceret, & Principis humanitati. Num. 17.
Scenicam decore præstantem deperire Romæ adole-
scentes nobiles nuntiabatur; jussit eam ad comita-
tum venire. Missus pretio depravatus sine mandati
effectu rediit; alterum misit, ne voluisse emenda-
re vitia adolescentum, & non potuisse videretur.
Datus est obtrectandi aliquibus locus; deductam ta-
men nunquam aut spectavit, aut vidit. Postea redi-
re præcepit, ut & omnes agnoscerent, irritum ejus
non esse mandatum, & adolescentes doceret ab amo-
re mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habe- N. 18.
re in potestate, despexerat. Et hoc fecit, cum ad-
huc non haberet uxorem. Exhaustum licet invenis- N. 21.
set ærarium, nihil provinciis unquam indici passus N. 37.
est. Præterita, inquit, quærunt solvere; quomodo
nova poterunt sustinere? Quantacumque circa soro-
res suas pietate propenderet, tamen pietatem suam
justitia temperavit. Audivit negotium eis intentari
de possessione prædii, quod mater eis reliquerat;
orphanus vero tanquam suum repetebat. Remisit
ad judicem publicum, negotium, ne aut jus, aut
pietatem læderet. Privatim autem sororibus persua-
sit, ut concedendi prædii voluntatem haberent, ju- Ambr. de
dicium darent. Quæ de suo jure laxarunt. Cum obitu Va-
esset in Galliis, propter recuperanda templorum ju- len. n. 19.
ra, & præsertim propter aram Victoriæ, Legatos *Valenti-*
Roma miserat, & quod est gravius, Senatus nomi- *niani jun.*
ne nitebantur. Cum vero universi, qui in consisto- *pietas &*
rio aderant, Christiani pariter atque Gentiles dice- *mors.*
rent esse reddenda; solus gentilibus obviavit, di- Ib. n. 22.
cens: Quod pius frater eripuit, quomodo a me pu-
tatis esse reddendum? Cum in eo & religio lædatur,
& frater, a quo nolo pietate superari. Audivit pau-
lo post Alpes Italiæ hoste infestari barbaro. Gallias N. 23.
derelinquere statuit, ut subveniret Italiæ. Ejus ad-
ventu territi barbari, captivos sponte dimisere libe-
ros, excusantes quod ignorassent Italos. Cum rumor
quiddam ad Viennensem pertulisset urbem, ubi tunc
versabatur, quod invitandi ejus ad Italiam gratia N. 24.
eo pergeret Ambrosius; gravisus quod sibi optato N. 25.
adforet, & sæpius appellabat absentem, reipsa se
ad eum profecturum honoratis petentibus & Præfe-
cto promiserat. Paucis post diebus rescriptum Im-
peratoris accepit Ambrosius, ut sine mora profici- N. 26.
sceretur, ac properaret ocyus, eo quod vadem fidei
suæ habere eum apud Comitem Arbogastem vellet,
& ut ipse baptizaretur. Magnos æstus illo biduo Philost.
passus est Valentinianus, quo literis, quas ad Am- l. 11. c. 1.
brosium miserat, supervixit. Vespere profectus erat Prosp.
silentiarius; tertio die mane quærebat, jamne Chron.

CHRISTI AN. 391. & 392.

remeasset, jamne veniret Ambrosius. Hic fuit ultimus ejus vitæ dies, quam post meridianum tempus laqueo finiit. Cadaver exsangue fascia suspensum repertum est. Communis fuit opinio, cui suffragatur Ambrosius, hoc Comitis Arbogastis dolo esse factum, qui cum eum pransum in deserto quodam palatii loco ludentem vidisset, satellites quosdam in eum misit, qui manuum vi eum strangularunt, mortuumque suspendio infamarunt, ut suis manibus mortem sibi intulisse crederetur. Arcadio secundum & Rufino Consulibus mortuus est Valentinianus junior Idibus Maji, pridie Pentecostes, die Sabbati; ipse vero die Pentecostes elatus est, ætatis suæ vigesimo primo, Imperii decimo septimo, Christi trecentesimo nonagesimo secundo.

Epiph. de mens. o. 20.

Sozom. l. 7. c. 25.

XXI. Eugenius Grammaticus, qui, cum Latinas literas docuisset, tandem relicta schola, Magister scriniorum Imperatoris factus, eloquentiæ causa, præ cæteris omnibus colebatur, Imperium invasit, adjuncto sibi Arbogaste, qui eum promovit, ut sub ejus nomine regnaret. Sperabat quamvis Christianus se principatum firmiter retenturum, inductus verbis quorondam hominum, qui se futura nosse jactabant, extorum inspectione, & observatione syderum. Valentiniani corpus Mediolanum misit ad sepulturam. Ambrosius jam Alpium juga superarat, cum nuntiatur mors Imperatoris, reflexit iter, acceptis Theodosii literis, Valentiniani funus curavit, ejusque exuvias in Porphyretico sepulchro condidit, & quamvis baptismi expers esset mortuus, tamen quia Catechumenus baptismum postularat, pro ejus anima obtulit incruentum sacrificium, eumque publica oratione laudavit, ejusque sorores Justam & Gratam, quæ permansere virgines, consolatus est, easque sic alloquitur: "Sed audio vos dolere, quod non acceperit Sacramentum baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut antequam in Italiam venisset, initiaretur, & proxime baptizari se a me velle significavit, & ideo præ cæteris me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit; non habet quam poposcit? certe, quia poposcit, accepit .... Solve igitur, Pater sancte, munus servo tuo, quod Moyses, quia in spiritu vidit, accepit: quod David, quia ex revelatione cognovit, emeruit. Solve, inquam, servo tuo Valentiniano munus quod concupivit, munus quod poposcit sanus, robustus, incolumis ... aut si, quia solemniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet; ergo nec Martyres, si Catechumeni fuerint, coronentur; non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine, & hunc sua pietas abluit, & voluntas .... Date manibus sancta mysteria, pio requiem ejus poscamus affectu. Date Sacramenta cœlestia, animam piam nostris oblationibus prosequamur. „ Haud dubie oblatum Altaris mysterium esse magnum animarum juvamen credebat Ambrosius, ac proinde & omnis Ecclesia.

Ambr. de obit. Valent. n. 26. & ep. 53.

Ib. n. 52. & seq.

Ambr. Altaris sacrificium offert pro Valentin.

Zozim. l. 4.

XXII. Audito lamentabili Valentiniani casu, Theodosius dedit animum in luctus. Hunc legatione adire Tyranno placuit, qua Rufinus Atheniensis fungebatur, qui nec literas Arbogastis secum attulit, nec ullam aliam illius mentionem fecit. Quærebatur, assentirine vellet Eugenianæ evectioni, an repugnare? Legatos cunctando detinuit Theodosius, convenienterque respondens, liberaliter donatos dimisit. Perpensis tamen omnibus, perfidos Principis innocentis interfectores, & gloriæ suæ, & securitati decrevit esse mactandos. Et primo quidem Eutropium, unum ex Eunuchis palatii sibi fidissimum, mittit in Ægyptum, ut, si fieri possit, S. Joannem monachum adducat: sin minus, saltem ex eo discat, quid agendum sit. Joannes antea victoriam de Maximo ei prædixerat. Interim ut Deum sibi demereretur, Fidei & pietatis propagationi semper allaborarat: hortatu ejus & largitionibus Ecclesiæ plurimis locis ornatæ satis, magnificæque constructæ: abusus vero, qui sub prætextu religionis irrepserant, sustulit. Itaque lege data tertio nonas Martii anno 392. sanxit, ne judices reum sibi a Clericis ereptum excusarent. Alia data, quinto decimo Kalendas Novembris: publicos debitores, si confugiendum ad Ecclesias crediderint, aut illico extrahi de latebris oportebit, aut pro his ab ipsis, qui eos occultare probantur ..... debitum esse solvendum. Hæc plane ipsa lex est, cujus vigore compulsus Augustinus persolvere quod debebat qui confugerat ad Ecclesiam, pro ejus debiti dissolutione, de collecta facienda in populo literas dedit. Idololatras vero & hæreticos sequentibus legibus repressit. " Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum .... in nullo penitus loco .... sensu carentibus simulacris vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo larem, ignem, penates nidore veneratus, accendat lumina „ imponat thura, serta suspendat. Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit, aut spirantia exta consulere, ad exemplum, majestatis reus, licita cunctis accusatione delatus, excipiat sententiam competentem; etiamsi nihil contra salutem Principum, aut de salute quæsierit... Si quis autem simulacra imposito thure venerabitur... vel redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cespitibus, vanas imagines .... honorare tentaverit; is utpote violatæ religionis reus ea domo, seu possessione mulctabitur, in qua eum gentilitia constiterit superstitione famulatum .... sin vero in templis fanisve publicis, aut in ædibus, agrisve alienis tale quidpiam sacrificandi genus exercere tentaverit, viginti quinque libras auri mulctæ nomine cogetur inferre; conniventem vero huic sceleri par pœna retinebit ..... judices moniti, si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio mulctabuntur. Officiis quoque eorum damno parili subjugandis. „ Data sexta Idus Novembris. Decimo septimo Kalendas Julii ejusdem anni adversus hæreticos ita rescripserat: " In hæreticis erroribus quoscumque constiterit vel ordinasse Clericos, vel suscepisse officium Clericorum, denis libris auri vicitim mulctandos esse censemus; locum sane in quo vetita tentantur, si conniventia Domini patuerit, Fisci nostri juribus aggregari; quod si possessorem ignorasse constiterit, conductorem ejus fundi, si ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro inferre præcipimus; si servili fece descendens, cæsus fustibus deportatione damnabitur. „ Eamdem deportationis pœnam statuit adversus eum, qui Catholicam Ecclesiam turbat & populum.

Theodosii leges pro religione. L. 1. cod. Theod. l. 15.

CHRISTI AN. 392.

Aug. ep. 268. alias 215.

L. 12. cod. Theod. de Pag.

L. 21. Cod. Theod. de hær.

L. 3. eod. Theod.

XXIII. Hæreticorum sectæ propriis dissensionibus in dies imminuebantur. Inter Arianos Constantinopoli degentes quæstio exorta est: utrum antequam Filius esset, potuerit Deus appellari Pater. Ac Dorotheus quidem, qui Arianis præsidebat, cum nomen istud relativum sit, antequam Filius subsisteret, Deum non potuisse vocari Patrem, pronuntiavit. Marinus contrarium asseruit. Hanc ob causam plebs Arianorum in duas partes divisa est, & separatim conventus egerunt. Haud multo post orta de primatu controversia inter Marinum & Agapium, quem Marinus sectæ suæ apud Ephesum ordinaverat Episcopum, a se invicem segregati sunt, Gothis Agapii partes sequentibus. Quamobrem multi ex illorum Clericis contentionem hanc, ex inanis gloriæ studio inter illos exortam detestantes, ad Ecclesiæ Catholicæ communionem, & Fidem se transtulerunt.

Sozom. l. 7. c. 17.

Socrat. l. 5. c. 23.

Sozom. Ibid.

Eunomiani quoque varias in partes discissi sunt. Theophronius enim quidam Cappadox, qui disputandi artem ab Eunomio didicerat, & Aristotelis categorias, librumque de interpretatione leviter duntaxat attigerat, cum libros quosdam composuisset, quos de exercitatione mentis inscripsit, in odium suorum incurrens, tanquam sectæ suæ desertor, ab illis ejectus est. Qui postea seorsum ab illis collectas celebrans, hæresim suo nomine nuncupatam reliquit. Deinde Eutychius quidam Constantinopoli ob levem controversiam ab Eunomianis discessit, separatimque conventus egit. Ambo sacrum baptismum adulterarunt; non enim in Trinitatem baptizabant, sed in mortem Christi. Inter Macedonianos etiam fuit dissensio; cum Eutropius quidem Presbyter seorsum plebem colligeret, Carterius vero nequaquam ei assentiretur.

Socrat. l. 5. c. 24.

Novatiani pariter dissidentes de Paschali festo plures sectas condiderunt. Sabbatius quidam ex Judæo factus Novatianus, & a Martiano ad Presbyteri dignitatem promotus, Judæorum opinioni, qua fuerat imbutus, circa Paschæ observationem inserviebat. Hæc ubi comperisset Martianus, concilium Novatianorum Episcoporum fieri curavit apud Sangarum; qui suspicantes Sabbatium Episcopalis Sedis cupiditate ductum ista prætexere, jurejurando hominem adigunt, nunquam illum Episcopatus dignitatem suscepturum esse, decreveruntque ut omnes collectas una celebrarent, unusquisque vero pro arbitratu suo

Sozom. l. 7. c. 18.

festum

CHRISTI AN. 392.

f..lum Paschæ diem perageret; eaque de re Canonem scripserunt, quem indifferentem appellarunt. Eorum tamen majores Nicænum decretum de festo Paschæ semper observaverant.

Epiph. hær. 75. *Arii hæresis.*

XXIV. Aerius sectam inter Arianos instituit. Fuit hic Eustathii Sebastiæ Episcopi sodalis, qui Presbyterum hunc creavit; sed ambitione depravatus, Episcopatum vehementer desiderabat, quo tamen pervenire non potuit. Itaque relicto mendicorum hospitio, cujus curam gesserat, discedit Aerius, & magnam vim secum utriusque sexus hominum abduxit; qui omnes ab Ecclesiis, agris, pagis, & oppido arcebantur. Ac sæpenumero totus ille cœtus nive perfusus, passim per campos sub dio degebat, aut ad prærupta saxorum sylvasque confugiebat. Fuit coævus D. Epiphanio, qui testatur eum fuisse superstitem, cum libros suos adversus hæreses conscriberet. Aerius secta fuit penitus Arianus. Tres novos commentus est errores. Quanam, inquiebat, in re Presbytero Episcopus antecellit? nullum inter utrumque discrimen est. Præterea, quid est Pascha quod a vobis celebratur? nimirum ad Judæorum fabulas adhuc adhærescitis; neque enim Paschatis solemnitas obeunda, quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus. Tertio. Quæ ratio est, post obitum mortuorum appellare nomina? Nam ut vivus oret, aut in pauperes bona sua dispenset, quid ex ea re tandem ad mortuum redit? sed neque jejunii, inquiebat, instituendi ulla ratio est. Hæc enim omnia Judæorum propria sunt, & eidem servitutis jugo subjecta. Nam, si jejunare omnino decreverim, quacunque libuerit die, sponte & integra libertate jejunabo. Doctrinam hanc absurdam & impiam esse demonstrant innumera antiquitatis monumenta, quæ supra recitavimus.

Aug. de civ. Dei l. 22. c. 18.

XXV. In Occidente, relicta Roma, prospera navigatione in Africam remeat Augustinus, malleus hæreticorum, tunc maxime Manichæorum, inter quos non levia dissidia extiterunt. Ut Carthaginem appulit, Innocentii Vicariæ Præfecturæ exadvocati domum cum Alypio ingressus est. Curabatur Innocentius a medicis propter fistulas, quas numerosas atque perplexas habebat. Unus inter multos sinus fugerat medicos, qui nisi ferro aperiretur, curari non poterat. Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tunc Uzalensis beatæ memoriæ Saturninus, & Presbyter Gelosus, ac Diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat Aurelius, postea Episcopus. Cum eum, sicut solebant, vespere visitarent, rogavit eos miserabilibus lacrymis, ut mane dignarentur esse præsentes suo funeri potius, quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus invaserat pœnis, ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi, exhortati, ut in Deo fideret, ejusque voluntatem viriliter ferret, inde ad orationem ingressi. Omnibus genua flectentibus, ille etiam se projicit, & cœpit orare tanto affectu, & motu animi, & fluvio lacrymarum & gemitibus, ut nihil addi jam posse videretur, nisi ut expiraret. Surgunt omnes, &, accepta ab Episcopo benedictione, discedunt.

Ibid.

Postridie mane adsunt iidem servi Dei .... ad manus secturi membra in lectulo componuntur, nudatur locus, inspicit medicus, & secandum illum sinum armatus inquirit; invenit firmissimam cicatricem. Hinc lætitia, laus, gratiarum actio misericordi & omnipotenti Deo, qui mirabilia operatur in sua Ecclesia. De hac re sæpe colloquebatur Augustinus, qui rediens una cum sociis Alypio & Evodio in patriam, quem condixerant vitæ statum, exercere cœperunt. Secedentes enim rus, ibidem triennio permansere. A se jam alienatis curis sæcularibus, cum iis, qui eidem adhærebant, Deo vivebat, vacans jejuniis, orationibus, bonisque operibus, in lege Dei meditans die ac nocte, & de iis, quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta revelabat, & præsentes & absentes sermonibus ac libris docebat. Quo tempore libros scripsit duos de Genesi adversus Manichæos, in defensionem veteris Legis, quam oppugnabant; & librum de magistro, in quo cum filio Adeodato colloquitur, & probat magistrum non esse, qui docet hominem scientiam, nisi Deum; secundum illud etiam, quod in Evangelio scriptum est: unus est magister vester Christus. In libris confessionum sancte testatur, sui filii esse sensa omnia, quæ ibi ex ejus persona inseruntur, cum esset in annis sedecim. Multa, inquit, ejus alia mirabiliora

August. confess. l. 9. c. 8. Possid. vit. Aug. cap. 3.

August. retract. l. 1. c. 10. cap. 12. Matt. 23. August. confess. l. 9. c. 6.

CHRISTI AN. 392.

expertus sum: horrori mihi erat illud ingenium; sed cito Deus de terra abstulit vitam ejus. Tunc etiam de vera religione librum scripsit, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, unum verum Deum, id est Trinitatem, Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, religione vera colendum: & quanta misericordia ejus per temporalem dispensationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ vera religio est; & ad eundem cultum Dei quemadmodum sit homo quadam vita sua coaptandus. Maxime tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur.

Id. retract. l. 1. cap. 12.

Aug. de vera relig. c. 5. *Ubinam sit vera religio.*

Ubi sit vera religio, sic indicat. “ Sed quoquomodo se habeat Philosophorum jactantia, illud cuivis intelligere facile est, religionem in eis non esse quærendam, qui eadem sacra suscipiebant cum populis, & de suorum deorum natura ac summo bono diversas contrariasque sententias in scholis suis eadem teste multitudine personabant. Hæreses namque innumerabiles a regula Christianitatis aversæ, testes sunt, non admitti ad communicanda Sacramenta eos qui de Patre Deo, & Sapientia ejus, & Munere divino aliter sentiunt, & hominibus persuadere conantur, quam veritas postulat. Sic enim creditur & docetur, quod est humanæ salutis caput, non aliam esse Philosophiam, id est sapientiæ studium, & aliam religionem, cum ii, quorum doctrinam non approbamus, nec Sacramenta nobis communicant. Quod in illis minus mirandum est, qui eorum quoque Sacramentorum ritus dispares esse voluerunt ... Sed in illis magis observandum .... qui paria Sacramenta celebrantes, tamen, quia sententia dispares sunt, & errores suos animosius defendere, quam cautius corrigere, maluerunt, exclusi a Catholica communione, & a participatione quamvis parium Sacramentorum, propria vocabula, propriosque conventus, non in sermone tantum, sed etiam in superstitione meruerunt, ut Photiniani, Ariani, multique præterea. „ Ex quibus concludit. “ Quæ cum ita sint, neque in confusione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore schismaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærenda est religio, sed apud eos solos, qui Christiani, Catholici, vel Orthodoxi nominantur, id est, integritatis custodes, & recta sectantes ... Repudiatis igitur omnibus qui neque in sacris philosophantur; & iis, qui vel prava opinione, vel aliqua simultate superbientes, a regula & communione Ecclesiæ Catholicæ deviarunt ... tenenda nobis est Christiana religio, & ejus Ecclesiæ communicatio, quæ Catholica est, & Catholica nominatur, non solum a suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint, nolint enim; quoque hæretici, & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicam vocant: non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo Orbe nuncupatur. „ Nullus est Novator qui suam hic non inveniat condemnationem.

Augustinus fit Presbyter. Possid. vit. Aug. cap. 4.

XXVI. Exacto triennio venit Hipponem, ut Imperatoris agentem Christianum in rerum omnium contemptu sibi sociaret, id enim ille promiserat, si eum audire posset; quod tamen tunc non implevit. Sed ex eo itinere majora bona providit Deus. Valerius Hipponensem Episcopatum gerebat, qui cum flagitante Ecclesiastica necessitate de providendo & ordinando Presbytero plebem Dei alloqueretur, Catholici scientes sancti Augustini propositum & doctrinam, injecta manu nihil suspicantem tenuerunt, (solebat autem ab iis tantum Ecclesiis, quæ non haberent Episcopos, suam abstinere præsentiam) Episcopoque ordinandum obtulerunt, omnibus id uno consensu & desiderio fieri perficique petentibus. Ubertim eo flente, nonnullis ejus lacrymas superbe interpretantibus, & tanquam eum consolantibus ac dicentibus; quia & locus Presbyterii, licet ipse majore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatui. Ille vero flebat, intelligens quam multa vitæ suæ pericula de regimine Ecclesiæ impenderent. Eorum, ut voluerunt, completum est desiderium, ineunte anno trecentesimo nonagesimo primo. Factus Presbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei servis vivere cœpit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis omnia essent communia, & distribueretur unicuique sicut opus erat: quod jam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset.

Ib. c. 5.

Vale-

Christi An. 392.

Ibid.

Valerius, ot erat vir pius & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, suas exauditas a Domino fuisse preces, quas se frequentissime fudisse narrabat, ut sibi divinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Domino ædificare: cui rei homo natura Græcus, minusque latina lingua & literis instructus, minus utilem operam providebat. Augustinoque potestatem dedit coram se in Ecclesia Evangelium prædicandi, contra usum quidem Africanarum Ecclesiarum: sed ille in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, & utilitati Ecclesiæ consulens, quorumdam obtrectantium non curabat linguas, dummodo factitaretur a Presbytero, quod a se Episcopo impleri minime posse cernebat. Quod cum magni ponderis esse non immerito existimaret Augustinus, inducias sibi concedi postulat libello modesto, quem obtulit Valerio; quibus vero de causis adductus est, ut id moræ impetraret, ipse sic exponit. "Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua . . . nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet. Quis autem iste sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore quo discere cœperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum, ut secundus locus gubernaculorum traderetur, qui remum tenere non noveram . . . Debeo Scripturarum medicamenta omnia perscrutari, & orando ac legendo agere, ut idonea valetudo animæ meæ ad tam periculosa negotia tribuatur . . . Quod sit propter ea in re ipsa didici, quid sit homini necessarium, qui populo ministrat Sacramentum & verbum Dei, ut jam mihi non liceat assequi, quod me non habere cognovi: jubes ergo ut peream, Pater Valeri? ubi est charitas tua? certe diligis me, certe diligis ipsam Ecclesiam, cui me ministrare voluisti. Sed dicit fortasse sanctitas tua, vellem scire quid desit instructioni tuæ. Tam multa autem sunt, ut facilius possim enumerare quæ habeam, quam quæ habere desidero; auderem enim dicere, scire me, & plena fide retinere quid pertineat ad salutem nostram. Sed hoc ipsum ignoro quomodo ministrem ad salutem aliorum, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. „Onus prædicandi verbi divini subire coactus est Augustinus, & tanquam accensa & ardens elevata super candelabrum lucerna omnibus, qui in domo erant, lucebat. Et postea volante hujusmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate Prebyteri nonnulli coram Episcopis tractare cœperunt verbum Dei.

August. epist. 21. alias 148.

Possid. vit. Aug. cap. 5.

Tot tantisque laboribus occupatus, hæreticos, maxime Manichæos insectari non destitit. Scripsit librum de utilitate credendi, ad amicum suum Honoratum, quem adduxerat ad Manichæos, & adhuc eo errore noverat detineri, & irridere in Catholicæ Fidei disciplina, quod juberentur homines credere, non autem quid esset verum, certissima ratione docerentur. "Est igitur, inquit, mihi propositum, ut probem tibi, si possim, quod Manichæi sacrilege ac temere invehantur in eos, qui Catholicæ Fidei authoritatem sequentes, antequam illud verum, quod pura mente conspicitur, intueri queant, credendo præmuniuntur, & illuminaturo præparantur Deo. Nosti enim, Honorate, non aliam ob causam, nos in tales homines incidisse, nisi quod se dicebant, terribili authoritate separata, mira & simplici ratione eos, qui se audire vellent, introducturos ad Deum, & omni errore liberaturos. „ In prima parte defendit vetus Testamentum adversus calumnias Manichæorum.

Aug. retract. l. 1. cap. 14. August. l. de util. cred. c. 1.

Ibid. c. 8. cap. 16.

In secunda probat Fidem, quam profitetur Ecclesia Catholica, esse veram viam ad disciplinam pietatis: Catholicam autem Ecclesiam indicare se miraculis & multitudine. "Si Dei providentia, inquit, non præsidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum. Sin vero & species rerum omnium, quam profecto ex aliquo verissimæ pulchritudinis fonte manare credendum est, & interiori nescio qua conscientia Deum quærendum esse, Deoque serviendum, meliores quosque animos quasi publice privatimque hortatur; non est desperandum ab eodem ipso Deo authoritatem aliquam constitutam, qua, velut gradu certo innitentes, attollamur in Deum. Hæc autem, seposita ratione, quam sinceram intelligere, ut sæpe diximus, difficillimum stultis est, dupliciter nos movet, partim miraculis, partim sequentium multitudine. Nihil horum esse necessarium sapienti, quis negat? Sed id nunc agitur, ut sapientes esse possimus, id est, inhærere veritati; quod profecto sordidus animus non potest. Sunt autem sordes animi, ut breviter explicem, amor quarumlibet rerum, præter animum & Deum. A quibus sordibus quanto est quis purgatior, tanto verum facilius intuetur. Verum igitur videre velle, ut animum purges; cum ideo purgetur, ut videas, perversum certe atque præposterum est. Homini ergo non valenti verum intueri, ut ad id fiat idoneus, purgarique se sinat, authoritas præsto est, quam partim miraculis, partim multitudine valere nemo ambigit . . . Quamobrem . . . . si veram, ut credo, curam tui geris, velim me audias, & bonis præceptoribus Catholicæ Christianitatis te piis fide, alacri spe, simplici charitate committas. „ Post hunc librum scripsit contra Manichæos de duabus animabus; quarum dicunt unam partem Dei esse, alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus; & omnia quidem bona hominis, illi bonæ animæ; omnia vero mala, illi malæ animæ tribuunt.

Veritas in sola Ecclesia Catholica.

Christi An. 392.

C. 18.

August. disput. l. 1. c. 15.

XXVII. In illa tunc Hipponensi urbe Manichæorum pestilentia quam plurimos vel cives vel peregrinos infecerat, seducente ejusdem hæresis quodam Presbytero nomine Fortunato ibidem manente. Interea Hipponenses cives, & peregrini, tam Catholici, quam Donatistæ, adeunt Augustinum, ac deposcunt ut Fortunatum, quem doctum putabant, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod ille minime renuit, sed utrum alter hoc fieri vellet, sciscitatus est. Illi ipsum adeunt & cohortantur. Suorum maxime instantia coactus ac verecundatus promisit se certamen disputandi subiturum esse. Reipsa, ut acta præferunt, quinto Kalendas Septembris, anni 392., habita est disputatio in balneis Sosii, sub præsentia populi, notariis utrimque dicta excipientibus.

Fortunatus sibi timens, de moribus agere volebat, quasi se suosque purgaturus. Augustinus respondit: Ad aliud vocas, cum ego de Fide proposuerim. Itaque inter eos versatur quæstio de mali causa, quam libero hominis arbitrio recte Augustinus assignabat: Fortunatus vero Principi tenebrarum. Fortunatus dixit: Nostra professio est, quod incorruptibilis sit Deus, quod lucidus, quod inadibilis, impassibilis, quod æternam lucem & propriam inhabitet, quod nihil ex sese corruptibile proferat, nec tenebras, nec dæmones, nec satanam, nec aliquid adversum in regno ejus reperiri possit. Sui autem similem Salvatorem direxisse, Verbum natum a constitutione mundi, cum mundum fabricaret, & post mundi fabricam inter homines venisse, dignas sibi animas elegisse sanctæ suæ voluntati, mandatis suis cœlestibus sanctificatas, fide ac ratione imbutas cœlestium rerum, ipso ductore, hinc iterum easdem animas ad regnum Dei reversuras esse, secundum sanctam ipsius pollicitationem. Augustinus dixit: has animas, quas de morte ad vitam per Christum venire fatemini, quæ causa præcipitavit in mortem . . . Fortunatus dixit: Imo tu dignare dicere, utrum aliquid sit præter Deum, an omnia in Deo sint. Augustinus dixit: Deum necessitatem nullam pati posse, neque ex aliqua parte violari & corrumpi; quod cum tu quoque fatearis, quæro, qua necessitate huc miserit animas, quas dicis per Christum redire. Tergiversante Fortunato, Augustinus dixit: Non debemus frustrare tantos, qui præsentes sunt, & quæstione proposita, ire in aliud. Sic confitemur ambo, sic nobis concedimus esse incorruptibilem & inviolabilem Deum, & nihil pati potuisse. Ex quo consequens est, ut falsa sit vestra hæresis, quæ dicit, Deum, cum videret imminere vastitatem ac labem regnis suis, misisse virtutem, quæ cum tenebrarum gente pugnaret, & ea ex commixtione hinc nostras animas liberaret. Brevis est ergo oratio mea . . . si Deus nihil pati potuit a gente tenebrarum, quia inviolabilis est, sine causa huc nos misit, ut nos hic ærumnas patiamur: si autem aliquid pati potuit, non est inviolabilis, & decipitis eos, quibus dicitis esse inviolabilem Deum.

August. disput. adv. Fortun.

Augustini disputatio cum Fortunato.

Fortunatus dixit: Apostolus dixit quomodo sentire debeamus de animabus nostris, quod Christus nobis ostendit. Si fuit Christus in passione & morte, & nos; si voluntate Patris descendit in passionem & mortem, & nos. Augustinus dixit, ... Verbum ... in ipso

Ibid.

homi-

Christi An. 392. hombine quem suscepit, demonstravit illa quæ dieis: Nos autem nunc de ipsiua Dei natura & incffabilis Majestatis substantia quærimus, utrom ei aliquid nocete possit, an non possit? Si eoim potest ei aliquid nocete, non est inviolabilis: si non potest ei aliquid nocere, quid ei factura erat gens tenebrarum, contra quam dicitis bellum gestum esse a Deo aate constitutionem mundi; in quo bello nos, id est animas, quas modo indigere liberatore manifestum est, commixtas esse omni malo, & morti implicitas asseritis . . . Fortunatus dixit: Anima Deus est an non? . . . Augustinua diaic . . . illud memineris te noluissa respondere interrogatis meis, me autem suis respondere . . . illud de anima respondeo, non esse Deum, aliud esse Deum, aliud animam, Deum esse inviolabilem, incorruptibilem . . . & incoinquinabilem . . . aoimam vero videmus & peccatricem esse, & in ærumna versari . . . . hæc mutatio animæ ostendit mibi, quod anima non sit Deus: nam si anima substantia Dei est, substantia Dei errat, substantia Dei corrumpitur . . . . quod nefas est dicere. Fortunatus dixit: Ergo negasti animam ex Deo esse, quam diu peccatis ac vitiis deservit . . . Augustinua diait: Animam sic negavi esse substantiam Dei, ut negem illam esse Deum: sed tamen ex Deo authore esse, quia facta est a Deo. Aliud est qui fecit, aliud quod fecit. Fortunatus diait . . . . diaisti factam esse animam, & nihil præter Deum; quæro undenam Deua aoimæ substantiam adinvenit? Augustinua dixit . . Memento me confiteri tecum, esse Deum omnipotentem; Omnipotens autem non est qui quærit adjuvari aliqua materia, unde faciat quod velit. Ex quo consequens est, ut secundum fidem nostram, omnia quæ Deus fecit per Verbum, de nihilo fecerit . . . Fortunatua diait: Facta constant . . . sed quia nihil simile habeat lux & tenebræ . . . mors & vita, anima & corpua . . . hinc vere constat ex ratione rerum, quod duæ sunt substantiæ io hoc mundo . . . quarum est una temporalia, alia vero æterna, quam Patris Omnipotentis esse credimus. Augustioua diait: Contiaria ista quæ te movent ut adversa sentiamus, . . . propter peccatum hominum contigerunt. Nam omnia Deus & bona fecit; & bene ordinavit; peccatum autem non fecit: & hoc est solum quod dicitur malum, voluntarium nostrum peccatum; restat aliud genus mali, quod est pœna peccati. Cum ergo duo sint genera malorum, peccatum, & pœna peccati; peccatum ad Deum non pertinet: pœoa ad vindicem pertinet . . . quia justus est . . . . Animæ enim rationali, quæ est in homine, dedit Deus liberum arbitrium. Sic enim posset habere meritum, si voluntate, oon oecessitate boni essemua . . . Huic autem animæ obtemperanti legibus suis omnia subjecit sine adversitate . . . . Si autem ipsa noluisset servire Deo, ea quæ illi serviebant, in pœnam ejus converterentur.

Ibid. Fortunatus ex Apostoli verbis contendit peccatum esse aliquid præter Deum, a quo per Christum liberamur. Augustinus ubi paucis ostendit, Apostoli verba ei non favere, subjecit; Nunc quæro abs te . . . quomodo babeamus peccata, si natura contraria cogit nos facere quod facimus? Qui enim cogitur necessitate aliquid facere, non peccat. Qui autem peccat, libero arbitrio peccat . . . . Quæro item, indulgentia peccatorum cui detur? Si nobis, manifestum est quia voluntate peccavimus, satis enim stultum est ignoscere ei, qui nihil mali fecit . . . . hodie ergo anima pollicente sibi Deo indulgentiam peccatorum . . . Si pœnitentiam gesserit, si respondeat secundum fidem vestram, & dicat: Quid enim peccavi, quid commerui? quid me expolisti de regnis tuis, ut contra oescio quam gentem pugnarem? Depressa sum, permixta sum, corrupta sum, non est mihi servatum liberum arbitrium: tu nosti necessitatem, qua pressa sum: cur mihi imputas vulnera quæ suscepi? quare me cogis ad pœnitentiam, cum tu sia causa vulnerum meorum? Si recte ergo pats tua ego sum, quæ de visceribus tuis processi . . . in hac gente tenebrarum aliquid pati non debui. Nunc aotem cum illa temperari non possit nisi mea corruptione, quomodo pars tua dicor, aut tu inviolabilia manes, aut non es crudelis, qui me pati voluisti pro his regnis, quibus nihil noceri poterat ab illa gente tenebrarum? Ad hoc responde, si placet, & dignate etiam mihi illud exponere, quomodo dictum est a Paulo Apostolo: Eramus naturaliter filii iræ. Quomodo dieis naturaliter animam filiam esse & portionem Dei? Fortunatus omissa prima quæstione, utpote difficiliori, respondit ad secundam . . . Constat Apostolum corporaliter dixisse, nos fuisse filios iræ, sicut & cæteros. Animæ vero substantiam ostendit quod sis ex Deo. Augustinus dixit . . quomodo ergo idem Apostolus diait de Christo Jesu Filio Dei, . . . quod secundum carnem factus sit ei ex semine David? Ad Rom. 1.
Fortunatus id non admisit, quia scriptum est, quod caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hic strepitus factus est a considentibus, qui rationibus agi potiua volebant, quia videbant eum non omnia, quæ in Apostoli codice scripta suot, velle accipere. Deinde passim sermocinatio ab omnibus haberi cœpit, quousque diceret sermonem Dei ligatum esse in gente tenebrarum. Quod cum exhorruissent qui aderant, discessum est.

Postera die, adhibito iterum notario, res acta sic est. Fortunatus diait: Quod nihil mali ea se proferat Deus . . & quod aliena siot mala a Deo. Augustinua dixit: Et nostra fides hæc est. Sed cum uterque nostrum consentiat Deum incorruptibilem & incoinquinabilem, prudentium est æstimare, quæ fides sit purior . . An illa ubi asseritur, vel virtus Dei, vel pars aliqua Dei posse corrumpi & ligari? An ea ubi dicitur: Omnipotentem Deum, & omnem ipsius naturam & substantiam, nulla parte posse unquam corrumpi, sed mala esse voluntario peccato animæ, cui Deus dedit liberum arbitrium . . . . Fortunatus diait: Hoc sentio, ulcisci Deum mala, quia ex ipso non sunt. Cæterum si ex ipso essent, aut daret licentiam peccandi, quod dicis liberum arbitrium dedisse Deum, consensor jam inveniebatur delicti mei, eo quod author delicti mei esset: aut ignorans quid facturua essem, derelinqueret, quem ipse non se dignum institueret . . & addidit: Nam quia inviti peccamus, & cogimur a contraria & inimica nobis substantia, idcirco sequimur scientiam rerum . . cum nulla existente contraria gente, si sola versatur anima in corpore constituta, cui Deua, ut dicis, liberum arbitrium dedit, sine peccato esset, ne peccatis se obnoxiam faceret. Ibid.

Augustinus diait, . . . Fides mea est omnipotentem Deum fecisse bona: sed ea quæ ab illo facta sunt, non possunt esse talia, qualia est ipse qui fecit. Injustum enim & stultum est credere, quod opera paria sint artifici, & condita condituri. Quapropter si pia fides est, ut omnia bona Deus fecerit, quibus tamen ipse est multo excellentior longeque præstantior: origo & caput mali est peccatum, sicut Apostolus dixit: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam sequentes naufragaverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Fortunatus diait . . cupiditas . . quam mali radicem tu esse dicis, est portiuncula ejus mali, quod ubique versatur . . Augustinus diait: liberum voluntatis arbitrium in illo homine fuisse dico, qui primus formatus est. Ille sic factus est, ut nihil omnino voluntati ejus resisteret, si vellet Dei præcepta servare. Postquam autem libera ipsa voluntate peccavit, nos in necessitatem præcipitati sumus, qui ab ejus stirpe descendimus. Et ipse ait in Evangelio: Aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam, si ergo imperatum est nobis ut faciamus arborem aut bonam, aut malam: nostrum est eligere quod velimua . . . . Unde quoniam ego respoodi tuis . . . . . Ergo & tu dignare breviter ad unum quod interrogo respondere: Noceri Deo oon poterat, an poterat? Fortunatus dixit: non poterat noceri. Augustinus diait: Quare ergo huc nos misit secundum fidem vestram? Fortunatua diait . . Tu dic, qua ratione hic apparuit anima, quam nunc cupit Deus noster, & mandatis & proprio Filio directo liberare? Augustinus diait: Quoniam video te interrogatis meis non posse respondere . . ecce satisfacio tibi . . Jam a me dictum est. Peccavit anima, & ideo misera est. Liberum arbitrium accepit: usa est libero arbitrio, quemadmodum voluit: Lapsa est, ejecta de beatitudine, implicata miseriis. Ad hoc tibi recitavi testimonium Apostoli dicentis: Sicut per unum hominem mors, ita per unum hominem resurrectio mortuorum. Quid quæris amplius? Unde tu respoode; cui noceri non poterat, quare huc nos misit? . . . Fortunatus dixit. In eo manifestum est quod ait Apostolus: Numquid dixit figmentum ei qui se finait, cur me ita formaveris? Si ergo causanda est res hæc, interrogandua est cur animam direxit nulla cogente se necessitate. Si autem necessitas fuit mittendi animam, merito est & voluntas liberandi eam. Augustinus dixit:

CHRISTI AN. 392.

xit: Premitur ergo Deus necessitate. Fortunatus dixit: Jam hoc noli ad invidiam excitare id quod dictum est, quod non necessitati faciamus subditum esse Deum, sed voluntarie misisse animam. Augustinus dixit: Recita quod supra dictum est; & recitatum est. Si autem necessitas fuit mittendi animam, merito est & voluntas liberandi eam.

Ibid.

Augustinus dixit: Tu ergo dixisti fuisse necessitatem mittendi animam. Sed si modo voluntatem vis dicere, & hoc adde. Cui noceri nihil poterat, crudelis voluntas fuit mittendi animam ad tantas miserias .... Fortunatus post aliquas tergiversationes dixit: Ideo misit, ut contrariæ naturæ modum imponeret .. sed iterum ad se revocat. Augustinus dixit: Si ad se revocat ab immoderatione, si a peccato, ab errore, a miseria; quid opus erat tanta mala animam pati per tantum tempus, donec mundus finiatur? cum Deo, a quo eam dicitis missam, noceri nihil possit. Fortunatus dixit: Quid ergo dicturus sum? Augustinus dixit: Et ego novi non te habere quid dicas; & me, cum vos audirem, in hac quæstione numquam invenisse quod dicerem: & inde admonitum fuisse divinitus, ut illum errorem derelinquerem, & ad Fidem Catholicam me converterem.. Fortunatus dixit: Sine præjudicio professionis meæ dixerim: illa quæ a te opponuntur cum retractavero meis cum majoribus, si minus responderint interrogationi huic meæ, quæ similiter a te nunc mihi offertur; erit in mea contemplatione, quia & ego animam meam cupio certa fide liberari, venire ad hujus rei inquisitionem, quæ a te mihi offertur, & ostensurum te polliceris. Augustinus dixit: Deo gratias.

August. retract. l.1.c.16.

Promissionis immemor, illam non implevit Fortunatus, nec Catholicus effectus est, sed tamen ab Hippone discessit, & ad eam non amplius remeavit. Sic omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes illa quæ sunt gesta cognoverant, error ille ablatus, Catholica est intimata, ac retenta sincera religio. Hanc disputationem paulo fusius recensui; quippe & Manichæorum doctrinam in multis a suis professionibus emendatam continet, & argumenta, quibus erroris convincebatur, & de aliis Augustini libris adversus Manichæos, nihil retuli præter argumentum. Fortunato, qui pudore Hipponem reliquerat, successor datur a Manichæis, quem scripto sic adiit Augustinus: denuncio tibi in nomine Christi, ut si paratus es, solve quæstionem, in qua defecit prædecessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, ut non rediret, nisi cum suis collata disputatione inveniret quid contra respondere posset, disputans cum Fratribus. Si autem ad hoc non es paratus, discede hinc, & noli pervertere vias Domini.

Possid. vit. Aug. cap. 6.

August. epist. 70. alias 244.

XXVIII. Aurelius in Episcopatu Carthaginensi Genethio successerat, statimque datis ad Augustinum literis, ipsius precum & consiliorum subsidium postulavit. Augustinus rescribens eum hortatur, ut abusum tollat, quem diaconus improbarat... "Commessationes, inquit, & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum non solum per dies solemnes.. sed etiam quotidie celebrentur. Quæ fœditas si tantum flagitiosa, & non etiam sacrilega esset, quibuscunque tolerantiæ viribus sustentandam putaremus..... hæc si prima Africa tentaret auferre, a cæteris terris imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italiæ maximam partem, & in aliis prope omnibus transmarinis Ecclesiis, partim quia numquam facta sunt, partim quia sanctorum Episcoporum diligentia & animadversione extincta sunt, dubitamus tantam morum labem emendare ... sed tanta pestilentia est hujus mali, ut sanari prorsus, quantum mihi videtur, nisi Concilii authoritate non possit ... sed non aspere, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo, quam jubendo; magis monendo, quam minando: sic enim agendum est cum multitudine. Severitas autem exercenda est in peccata paucorum... sed quoniam istæ in cœmeteriis ebrietates & luxuriosa convivia, non solum honores Martyrum a carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum, mihi videtur facilius dissuaderi posse hanc fœditatem, ac turpitudinem, si & de Scripturis prohibeatur, & oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adjuvare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosæ, atque omnibus petentibus sine typho & cum alacritate præbeantur, neque vendantur. Sed si quis pro religione aliquid pecuniæ offerre voluerit, in præsenti pauperibus eroget. Ita nec deserere videbuntur memorias suorum, & id celebrabitur in Ecclesia, quod pie & honeste celebratur."

August. epist. 22. alias 64.

Convivia in cæmeteriis abolenda suadet Aug.

CHRISTI AN. 393.

Synodus Hipponensis.

XXIX. Aurelius, quemadmodum suaserat Augustinus, Hippone indixit plenarium totius Africæ Concilium, quod gloriosissimo Imperatore Theodosio tertium & Abundantio consulibus, seu anno trecentesimo nonagesimo tertio, octavo Idus Octobris celebratum est in secretaria Basilicæ pacis. In eo statutum est, ut nulli Episcopi, vel Clerici in Ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur. Incerti sunt reliqui ejus Canones, nec de iis interperitos convenit. Ejus Synodica, quæ inter acta Synodi tertiæ Carthaginensis reperitur, supposititia merito videtur: ut patet ex ejus inscriptione; a Bizacenis Episcopis scripta est ad aliarum Africæ provinciarum Episcopos, & ad Aurelium Carthaginensem, qui testatur in eadem Synodo se literas Fratrum Byzacenorum, & Mussonii eorum Primatis transmissas habere, ac proinde ei non subscripsit: Augustinus coram Episcopis, hoc ei jubentibus, de fide & symbolo disputavit. Quam disputationem nonnullis eorum, qui eum familiarius diligebant, studiose instantibus, in librum contulit. Alypius Augustino amicitia conjunctissimus, tunc Jerosolymam profectus, invisit B. Hieronymum: cui cum multa de Augustini sanctitate & doctrina nota fecisset, sequester extitit ut inter utrumque amicitiæ vinculum necteretur.

August. retract. L.1.c.17.

XXX. Præcipuus ac laudatissimus Hieronymi labor fuit sacrarum Scripturarum interpretatio, quem in eum finem sibi Doctorem provisum a Deo profitetur Ecclesia. Psalterium emendatissimum juxta septuaginta Interpretes Romæ dederat. Italica tamen vetus versio, quam Clerus omnis & monachi in Occidente memoriter didicerant, prævaluit; quapropter novam Psalterii versionem ea hebræo diligentissime instituit, atque publicavit, sed non feliciore successu. Seniores Presbyteri & Monachi, qui veterem recitare consueverant, hanc tradidere discipulis suis, atque ita continua successione perseveravit. In sola Lateranensi D. Joannis Ecclesia psalmi cantantur juxta versionem Hieronymi. Universalis autem Ecclesia ejus versionem veteris Testamenti; quod ex hebræo in latinum sermonem convertit, & Novi, quod fidei græcæ reddidit, recepit & comprobavit.

Hieron. Apolog. adv. Ruf.

Hoc tantum opus in secessu Bethleemico non semel intermisit, ut hæreticos contereret. Commentariolos ediderat Jovinianus; verum eorum tanta barbaries erat, & tantis vitiis spurcissimus sermo confusus, ut nec quid loqueretur, nec quibus argumentis vellet probare quod loquebatur, posset intelligi. Romæ tamen plures etiam damnatus sectatores habuit. Quapropter rogantibus Fratribus duos adversus eum libros scripsit Hieronymus. Abreptus autem pugnæ impetu Joviniano respondit cum vituperatione nuptiarum, quas dispensatione & tolerantia permissas, non autem sanctas & approbatas dixisse culpabatur. Ejus amicus Pammachius, Paulæ gener, notatis locis, qui in ejus libris reprehendebantur, admonuit ut ais responderet. Quod ita præstitit, ut quædam se durius dixisse non diffiteretur, imprimis eum explicat hæc verba Apostoli: Bonum est homini mulierem non tangere, sic colligit: si bonum est mulierem non tangere, malum ergo est tangere: nihil enim bono contrarium est, nisi malum: si autem malum est, & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Apologeticum pro suis libris ad eumdem misit Hieronymus, suos obtrectatores acriter castigans. Tatiani & Marcionis errores circa nuptias rejicit, quas fatetur honorabiles... & secundas, & tertias nuptias concedit . . . unde concludit. Igitur cum toties lectorem admonuerim . . . me ita recipere nuptias, ut eis continentes, viduas, virginesque præferrem, debuerat prudens & benignus lector etiam quæ videntur dura, æstimare de cæteris: & non in uno atque eodem libro criminari me diversas sententias posuisse. Equidem malas vel prohibitas non dicit nuptias, sed indulgentia, & dispensatione concessas, quas Sacramenti sanctitate sanctificatas docet fides. Ibidem hæc tradit de Clericorum continentia. Si sæculi homines indignantur in minori gradu se esse quam virgines, miror Clericos & Monachos, & continentes

Hieron. adv. Jovinian. lib. 1.

Ejusd. Apolog. pro L. adv. Jov. t. ad Cor. 7. L.1.c.5.

Hieron. epist. 30. alias 50.

CHRISTI AN. 393.

nentes id non laudare quod faciunt, castrant se ab uxoribus suis, ut imitentur virginum aastitatem .... mariti non mihi irascantur, sed Episcopis, & Presbytaris, & Diaconis, & aniverso Choro Sacerdotali & Lavitico, qui se noverunt hostias offerre non posse, si operi serviant conjugali.

XXXI. Longe gravioribus motibus propter Origenis libros coocussa est Orientalis Ecclesia. Eum jam damnaverat Demetrius Alexandrious Episcopus; errores suos in sua ad Fabianum epistola agnoverat ipsemet Origenes, cujus ingenium sublime & immensm eruditionem laudat Hieronymus ejus adversarius, qui & plurimas ejus homilias tum in Jeremiam & Ezechielem, tum in D. Lucam, tum eapositiones in Epistolam ad Romanos latine reddidit, earumque doctrinam sanam attestatus est adversus Rufinum, qui temeritatem suam ejus aaemplo tueri volebat. Hilarius & Ambrosius pariter quædam ejus opera latine reddidere, quæ omnium manibus terebantur, & scientiæ arcem rursus obtinuissa videbatur corum auibor; eum deprehensum est non paucos Monachos ex eorum lectione depravatos, tenere & docere pravas opiniones, quas Rufinus iovexit in Occideutem, eum Origenis libros de principiis in latinum sermonem translatos, emendatos quidem airca fidem Trinitatis, sed aliis scarentes erroribus evulgavit. Gliseenti contagioni, ne malum latius serperet, sese opposuere Theophilus Patriarcha Alexandrinus, D. Epiphanius, aliiqua plures sancti Episcopi, quibus adjunxit se Hieronymus, aliis non paucis repugnantibus. Quas dissensiones hic nobis sigillatim exponendas propooimus. Origenistarum enim historiam mutilam, vel ea Rufini & Palladii libris excerptam nobis tradunt aliqui recentiores, eosque Epiphanio & Hieronymo sanctissimis & doctissimis Patribus præferre non erubescunt.

Hieron. Apolog. adv. Ruf.

Epiph. epist. ad Joan. apud Hieron. ep. 110. alias 60. & ep. 38. ad Pamach. 61.

Joaonem Hierosolymorum Episcopum Origenis errorum suspectum habebat Epiphanius, ideoque Monachis in suo monasterio viventibus, licet ad Joannis provinciam non pertinerent, scripsit, ne cum eo communicarent; quorum exemplum feceti sunt multi monachi Palæstinæ, quos quasi hostes publicos habebat Joannes. Contigit paulo post ut Epiphanius veniret ad idem monasterium, quod in Diœcesi Eleuteropolitana fundaverat. Paulinianus Hieronymi Frater, eum ad eum venisset, dum celebraretur collecta in Ecclesia villæ, quæ erat juxta Epiphanii monasterium, ignotantem eum & nullam penitus habentem suspicionem per multos diaconos npprehendi jussit, & teneri os ejus, ne forte liberari se cupiens adjuraret eum per Nomen Christi; & primum diaconum ordinavit, Scripturarumque testimoniis, & propositione mandatorum Dei reluctantem compulit ut ministraret. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum ingenti difficultate, tento ore ejus, ordinavit presbyterum; & iis verbis, quibus antea suaserat, impulit ut sederet in ordine presbyterii. Post hæc scripsit ad sanctos Presbyteros monasterii, & cæteros Fratres, & increpavit eos, quare non scripsissent super eo, eum ante annum multos eorum queri audivisset, eur non haberent qui sibi Domini Sacramenta conficerent, & illum omnes suo poscerent testimonio. Hac ordinatione hominis non Palæstini, & facta in parœcia non sua supra modum iratus Joaones, minabatur scribere in extremos fines terræ; conquerebatur præterea quod in oratione, quando Epiphanius offerebat sacrificium Deo, soleret dicere: Domina, præsta Joanni ut recte credat, sic eum erroris accusans; quam criminationem ad hujusce ordinationis invidiam declinandam dicebat esse confictam. Epiphanius autem & Hieronymus contendebant, ideo sic conquari Joannem, quod eum Origenis errorum vel patronum vel fautorem dicerent.

Epiph. epist. ad Joan. apud Hieron. ap. 110. alias 60.

Itaque ad aum reseribens Epiphanius, illius ordinationis modum, ut dictum est, exposuit, & addit: " Etsi singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere; & nemo super alienam mensuram axtenditur; tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit, sed quo tempore, & quomodo, & in quibus, & quare factum sit . . . Nam multi Episcopi communionis nostræ & presbyteros in nostra ordinaverunt provincia, quos nos comprehendere non poteramus, & miserunt ad nos diaconos & hipodiaconos, quos suscepimus cum gratia . . . Qui ergo tibi visum est graviter intumescere, & jactari contra nos pro opere Dei quod in ædificationem, & non in destructionem Fratium factum est . . . quando autem complemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus, & pro te quoque dicimus: Custodi illum qui prædicat veritatam; vel certe ita: Tu præsta Domine, ut illa, verbum prædicet veritatis, sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit oratio consequentiam. Quapropter obsecro te, dilectissime, & advolutus pedibus tuis precor . . . recede ab hæresi Origenis. Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis, Arrii patrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem, & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, & monerem, contradixistis, & me ad tristitiam atque lacrymas adduxistis: non solum autem me, sed & alios plurimos Catholicos qui ioterérant. Inde, ut intelligo, hæc ast omnis indignatio & iste furor. „ Infra, Origenis octo errores ea libris ejus excerptos refert, sed de iis jam egimus. His subjicit: " Valde doleo videns plurimos Fratrum, & eorum præcipue qui professionem babent non minimam, & in gradum Sacerdotii maximum pervenerunt, ejus persuasionibus deceptos, & perversissima doctrina cibos factos esse diaboli . . . te autem, Frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes Fratres, qui tecum sunt, & maxime Rufinum Presbyterum ab hæresi Origenis . . . Palladium vero Galatam, qui quoodam nobis charus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis hæresim prædicat, & docet. „

CHRISTI AN. 393.

Joannes Hierosol. Origenistarum fautor.

Ibid. *Epiphanius non damnavit imagines.*

In ultima ejusdem Epistolæ parte post clausulam hæc leguntur: Cum venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi prætericns lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrassem ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cujusdam . . . . Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi, contra Scripturarum authoritatem, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent, & efferrent . . . Deinceps præcepi, in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem veniunt, non appendi. Hæc aliena manu Epiphanii literis assuta censent periti critici, maxime quia sacras imagines recipiebant D. Basilius, Gregorius Nyssenus, & Chrysostomus quibuscum communione junctus fuit Epiphanius. Qui potuit igitur affirmare eas scripturarum authoritati, & religioni nostræ esse contrarias? Si vero ita sensit, erroris eorumdem Patrum authoritate convincitur, quibuscum idem in Occidente credebant S. Paulinus, Evodius Uzalensis Episcopus, & Poeta Prudentius, qui eadem ætate floruere: ex quibus liquet eo sæculo sacras imagines fuisse communiter receptas, licet fortassis, in insula Cypri necdum earum usus fuerit admissus. Res enim est disciplinæ, quæ variis de causis potuit intermitti, quamvis eas constet non esse malas, nec ulla lege prohibitas.

Gregor. Nyss. in Theod. Paul. Natal. 11 de miracul. S. Stephan. l. 11. c. 4. Pruden. Steph. 9. Hieron. epist. 33. alias 101.

Epistolam hanc Joanni misit Epiphanius flagitans responsionem. Ille contra Apologiam scribit ad Theophilum, quam ad Episcopos etiam Occidentis transmisit. Epiphanii vero literarum exemplaria certatim in Palæstina rapiebantur. Erat in monasterio Hieronymi Eusebius Cremonensis, qui cum hæc Epistola per multorum ora volitaret, & mirarentur eam pro doctrina & puritate sermonis, ab eo enixa petiit ut sibi eam in latinum verteret. Hieronymus accito notario raptim celeriterque dictavit, oravitque eum ut domi haberet exemplar, ne facile in vulgus proderet. Res ita anno & sex mensibus transiit, donec hæc interpretatio de scriniis ejus novo præstigio Jerosolymam commigravit. Quidam pseudo-monachus compilatis chartis ejus, Hieronymi adversariis dedit latrandi occasionem: hunc enim criminati sunt ut falsarium, qui verbum de verbo non reddidisset.

XXII. Pammachius Romæ accepta Joannis Apologia cum Epiphanii literis latine redditis, Hieronymum suum amicum literis exoravit, ne tantæ litis summam, quæ jam tres annos tenuerat, exponere gravaretur. Hieronymus duas ad eum dedit literas: Prima est de optimo genere interpretandi, ut a se falsarii crimen amoveret; docetque in eo positum esse, non ut verba totidem verbis reddamus,

sed

CHRISTI AN. 393.

sed sententias sententiis, idque optimorum interpretum confirmat exemplo. In altera dissensionum originem retegit & supra relatis subjicit compellans ipsum Joannem .... " Nos hic eramus, cuncta novimus, quando contra Origenem in Ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur ... tu & Chorus tuus canino rictu, scalpentes capita, delirum senem nutibus loquebamini. Nonne ante sepulchrum Domini misso Archi-diacono præcepisti, ut talia disputans conticesceret? Quis hoc unquam presbytero suo coram plebe imperavit Episcopus? Nonne cum de Anastasi pergeretis ad Crucem, & omnis ætatis & sexus turba confluerent, offerens parvulos, pedes deosculans, fimbrias vellens, invidia adversus gloriosum senem clamitabas: quod volens & de industria moraretur? Recordare, quæso, illius diei, quando ad horam septimam invitatus populus spe sola, quasi postea auditurus Epiphanium esset, detinebatur, quid tunc concionatus sis, nempe contra Antropomorphitas, qui simplicitate rustica Deum habere membra arbitrantur, furens & indignans loquebaris: oculus & manus, & totius corporis truncum in senem dirigebas, volens illum suspectum facere stultissimæ hæreseos. Postquam conticuisti, surrexit senex, salutataque & voce & manu Ecclesia: Cuncta, inquit, quæ locutus est collega & frater contra Antropomorphitarum hæresim, bene & fideliter locutus est, quæ mea quoque damnatur voce: sed æquum est ut quomodo hanc hæresim condemnamus, etiam Origenis perversa dogmata condemnemus. Quæ acclamatio consecuta sit, puto quod retineas .... " Altera die, audiente Epiphanio, de omnibus Ecclesiasticis dogmatibus locutus est Joannes, scripsitque Epiphanium publice ejus laudasse doctrinam & declarasse Catholicam. Id negavit Hieronymus. Imo, inquit, ad nos tuis vocibus perturbatus venit exanimis, temere se communicasse dicens: rogatusque ab omni monasterio, ut ad te de Bethleem reverteretur, tantorum preces non ferens, sic reversus est vespere, ut medio noctis aufugeret, & literæ ad Siricium Papam probant; quas si legeris, pervidebis, quomodo tua dicta miratus sit, & Catholica declaraverit.

Hieron. epist. 38. alias 61. Joannes Hierosol. Origenista.

Ibid. Deinde veniens ad ejus Apologiam, sic ostendit erroris suspicione non purgari: " Octo tibi, inquit, quæstionum capita objecta sunt. Tria tantum tangis, & præteris; in cæteris grande silentium est ... Ipsa quoque tria quasi negligens, atque securus, & in quibus aut nulla, aut parva sit quæstio, prætervolas atque perstringis ... Quæritur utrum animæ, antequam homo in paradiso fieret, & plasmaretur Adam de terra, inter rationabiles fuerint creaturas; utrum proprium statum habuerint; & an Origenis doctrina sit vera, qui dixit cunctas rationales creaturas, incorporales & invisibiles, si negligentiores fuerint, paulatim ad inferiora labi, & juxta qualitates locorum, ad quæ defluont, assumere sibi corpora primum aerea, deinde æthérea. Cumque ad vicina terræ pervenerint, crassioribus corporibus circumdati, novissime humanis carnibus alligari, ipsosque dæmones, qui proprio arbitrio cum principe suo diabolo de Dei ministerio recesserunt, si paululum resipiscere cœperint, humana carne vestiri: ut acta deinceps pœnitentia, post resurrectionem eodem circulo, quo in carnem venerant, revertantur ad visionem Dei, liberari etiam aereis æthereisque corporibus. Cum ergo ista quærantur, cur tu omissis super quibus pugna est, de loco certaminis egrediens, in peregrinis, & longe alienis disputationibus immoraris?... nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos qui ignorant innocentiam ejus, dissimulatio conscientia judicetur, si taceat. " Post hæc Origenis errores fuse confutat, Joannisque responsiones exagitat, conqueritur de Isidoro Presbytero, quem ejusdem erroris insimulat, qui a Theophilo missus quasi pacis sequester, illius literas Hieronymo ejusque Fratribus reddere noluerat, ut Joanni gratificaretur.

Ibid. His subjicit semper alloquens Joannem: " Alicubine dictum, aut tibi alicubi mandatum est, quod sine satisfactione fidei communionem tuam subiremus? Quando per virum disertissimum & Christianissimum Archelaum Comitem, qui sequester pacis erat, condictus locus fœderis fuit, nonne hoc imprimis postulatum est, ut futuræ concordiæ fides jaceret fundamenta? Pollicitus es te esse venturum. Instabat dies Paschæ, frequens monachorum turba convenerat; exspectabaris in loco: repente mandasti te ægrotare, illa die te non posse venire. Videbamus stropham: dilectionis tuæ injuriam patientia vicimus. Rescribit Archelaus: monet altero & tertio die, nos manere, si velles venire. " Post duos ergo menses tandem exspectatus venit Isidorus, qui ... causam postulatæ satisfactionis audivit .... postquam a beato Papa Epiphanio conventus tam sermone, quam literis, respondere contempsit. Cunctis monachis ab eodem Epiphanio scripta venerunt, ut absque satisfactione fidei, nullus ei temere communicaret. Paulinianus ob eas turbas in Cyprum secutus est Epiphanium, qui eum ordinarat. Jusserat enim Joannes, ut si quis eum diceret Presbyterum, Ecclesiam prohiberetur intrare. Demum schismatis cum suis accusatus, Joanni respondet Hieronymus: Nos scindimus Ecclesiam, qui ante paucos menses circa dies Pentecostes, cum obscurato sole, scilicet anno trecentesimo nonagesimo tertio, omnis mundus jam jamque venturum judicem formidaret, quadraginta diversæ ætatis & sexus Presbyteris tuis obtulimus baptizandos? .... An tu non potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethleem Presbyteris tuis, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad Confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos?

Hieron. epist. 39. alias 62. Theophilus Alexandrinus, Hieronymo & monachis scripserat exhortans eos, ut cum Joanne reconciliarentur. Omnium nomine rescripsit Hieronymus, affirmans per se non stare, quin pax Christi inter utrosque resarciatur. Suam deinde interpretationem latinam Origenis, ac Fratris Pauliniani ordinationem defendit adversus querimonias Joannis, qui contra ipsum literas scripserat amariores. Imo, inquit, nuper nobis imperavit exilium: atque utinam implere potuisset; ut sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilii. Fundendo sanguinem, & patiendo magis, quam faciendo contumelias, Christi fundata est Ecclesia.

Pallad. Laus. c. 1. XXXIII. Palladius natione Galata, quem inter primarios Origenis sectatores recenset Epiphanius, anno ætatis vigesimo, cum veniret Alexandriam secundo consulatu Magni Theodosii, seu anno trecentesimo octogesimo octavo, incidit in Presbyterum Isidorum, quem cum rogasset ut ad vitam coaptaretur monasticam, duxit eum extra civitatem ad eas, quæ dicuntur cellæ eremiticæ, circiter quinto ab urbe lapide, eumque tradidit cuidam Dorotheo Thebano sexagesimum annum agenti in spelunca, & jubet (Ib. c. 2.) implere apud ipsum tres annos ad domandas animi perturbationes: sciebat enim senem agere vitam admodum duram & asperam. Cum autem non potuisset apud eum implere numerum trium annorum, eo quod in morbum incidisset vehementem, ab eo recessit, & venit in montem Nitriæ. Cumque toto anno hic (C. 7.) habitasset, transiit in intimam solitudinem, ibique novem annos in his cellis commoratus est, ex quibus tres annos vixit cum S. Macario Alexandrino, eorum (C. 29.) monasteriorum Presbytero. Accidit enim ut vexatus ab affectione fœmineæ cupiditatis, cogitationibusque, & visis nocturnis, ferret difficiliter. Vicinis quidem suis rem non exposuit, neque suo magistro *Eulogio*, sed latenter veniens in solitudinem, quindecim dies versatus est cum Patribus, qui erant in *Scete*. Hic incidit in Pachonem, quem cum magis in exercitatione versatum cognovisset, ei animum suum aperuit; qui dixit ei: Ne tibi videatur res aliena. Hoc enim non tibi accidit ob delicias, otiumque, & negligentiam, nam & mores tibi ferunt testimonium; sed potius hoc tibi accidit ab adversario, ob studium virtutis. Ecce me, ut vides hominem senem, cum jam quadragesimum annum degam in hac cella curam gerens meæ salutis, & ad hanc ætatem pervenerim; tentor usque in hodiernum diem. Postea fuit in Con- (C. 43.) ventu Evagri; sed cum multa de miraculis & virtutibus sancti Joannis Abbatis audisset, ad eum profectus est in Thebaidem: qui ei multa prædixit. Imprimis futurum ut eligatur Episcopus, & labores & afflictiones patiatur: quæ si vellet effugere, ne exiret e solitudine. Ille verborum ejus oblitus, tribus post annis splene & stomacho laborans, illinc a Fratribus missus est Alexandriam; timebat enim ne fieret hydropicus. Hic medici ei consuluerunt, ut aeris gratia iret in Palæstinam: unde venit in Bythyniam, & in ea ordinatus est Episcopus, atque in eos casus incidit, quos ei Joannes prædixerat.

XXXIV.

Christi An. 393.

Pallad. Laus. cap. 83. Hieron. epist. ad Ctesiph.

XXXIV. Evagrius Palladii magister Origenisque sectator eadem ætate florebat. Is genere fuit Ponticus; Gregorius Nyssenus eum ordinavit diaconum, secumque duxit in Synodum Constantinopolitanam, & reliquit Nectario Episcopo. Cum esset differendi artis peritissimus, hic floruit in disputationibus adversus hæreticos. Sed constrictus a simulacro concupiscentiæ mulieris nobilis, quæ ipsum vicissim amabat, ut periculum declinaret, profectus Hierosolymam, excipitur a Melania seniore .... qua suadente, vitam monasticam professus est in monte Nitriæ, scribensque vitæ necessaria sibi comparabat. Ibi scripsit tres libros, monachis suppeditans artes, quibus utendum sit adversus dæmones. Author etiam creditur secundi vitæ Patrum libri, quem in latinum sermonem translatum sub Rufini nomine habemus.

Sozom. l. 7. c. 22. Ruf. l. 2. cap. 33.

XXXV. Eutropius a Theodosio missus, cum S. Joanni Ægyptio persuadere non potuisset ut ad Imperatorem accederet, hæc quæ ab eo audierat, nunciavit Theodosio, quod victoriam ex bello relaturus esset, extinctoque Tyranno, post victoriam in Italia ipsum esse moriturum; quorum utrumque vere dictum fuisse exitus comprobavit. His auditis Theodosius, non tam armorum telorumque, quam jejuniorum orationumque subsidiis munitus, circumibat cum Sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas jacebat cilicio coopertus, & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poscebat. Benignis quoque legibus, vectigalium, quæ Tatius nuper Præfectus Prætorio imposuerat, onera populis levavit, ab eodemque proscriptis bona restitui jussit, vel eorum consanguineis. Militibus præcepit ne quid ab hospitibus extorquerent, Judæosque sub prætextu religionis vexari prohibuit. Noluit etiam eos, qui ipsius famam lacessebant, pœnis subjici, vel aliquid durum sustinere. Quoniam, inquit, si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria, remittendum. Hæ leges datæ sunt Constantinopoli, Theodosio Augusto tertium & Abundantio Consulibus, seu anno trecentesimo nonagesimo tertio. At Pagani, qui Tyranni partes sequebantur, innovatis sacrificiis, Alpium Julianarum aditus occupant, earumque cacuminibus imponunt simulacrum Jovis fulminei; Arbogasti autem Comiti & Flaviano Præfecto ducibus suarum copiarum petentibus aram Victoriæ, & sumptus cæremoniarum, quod Valentinianus junior denegaverat, oblitus fidei suæ, concessit Eugenius.

(Margin: L. 12. cod. Theod. — L. 7. cod. Theod. — Aug. l. 5. de civit. Dei c. 26.)

Ambrosii virtus. Paul. vit. Ambr. num. 27. Ambr. epist. 57. alias 15.

Hæc ubi cognovit Ambrosius, derelicta civitate Mediolanensi, ad quam veniebat Eugenius, Faventiam usque perrexit, ubi cum aliquantis degeret diebus, invitatus a Florentinis ad Tusciam usque descendit, declinans magis sacrilegi viri aspectum, non formidans imperantis injuriam; nam & epistolam ad eumdem dedit, in qua convenit conscientiam illius. "Secessionis, inquit, mihi causa timor Domini fuit, ad quam omnes actus meos, quantum queo, dirigere, nec unquam ab eo mentem deflectere, nec pluris facere cujusvis hominis, quam Christi gratiam consuevi. Nemini enim facio injuriam, si omnibus Deum præfero, & confidens in ipso, non vereor vobis Imperatoribus dicere quæ pro meo captu censeo." Deinde narrat quam fortiter egerit apud superiores Imperatores, ne Paganis sacra sua redderent. Hinc sic eum redarguis: "Etsi Imperatoris potestas magna sit, tamen considera, Imperator, quantus sit Deus. Corda omnium videt, conscientiam interiorem interrogat .... Quomodo offeres dona tua Christo? quidquid illi (scilicet Pagani) fecerint, tuum erit .... Etsi es Imperator, Deo subditus magis esse debes. Quomodo Sacerdotes Christi tua munera dispensabunt?" Reipsa Mediolanensis Clerus ejus munera respuit, nec orandi cum fidelibus facultas ei concessa. Itaque Arbogastes & Flavianus recedentes comminati sunt, cum victores reversi essent, stabulum se esse facturos in basilica Ecclesiæ Mediolanensis, atque Clericos sub armis probaturos.

(Margin: Paul. vit. Ambr. num. 31.)

Ib. n. 29. Amb. exhort. virg. init.

XXXVI. Ambrosius cum esset in civitate Florentinorum, basilicam constituit, in qua deposuit reliquias, id est partem Crucis, & clavos S. Martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in civitate Bononiensi levaverat: posita erant inter corpora Judæorum; nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti Martyres Sacerdoti ipsius Ecclesiæ revelassent; quæ cum deponerentur sub Altari, quod

est in eadem basilica constitutum, magna illic totius plebis lætitia atque exultatio fuit, pœna dæmonum confitentium merita Martyrum. Juliana vidua facultates suas in basilicæ constructionem consecrarat, illiusque tres filiæ virgines se Christo devoverunt. Itaque in dedicatione basilicæ orationem habuit Ambrosius, quæ inscribitur exhortatio virginitatis. In ea laudans earum propositum, hortatur ut in eo permaneant, vitæque recte instituendæ salutaria eis præcepta tradit. Nec frustra; nam castimoniam professæ, illam servarunt in maternis ædibus, earumque frater Laurentius in Lectorum numerum coaptatus est.

Florentiæ in domo clarissimi viri & Christiani Decentis manebat; ipsius filius Pansophius nomine, cum spiritu immundo laboraret, frequenti oratione & impositione manus Ambrosii sanatus est. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus infantulus exhalavit spiritum. Eum mater in lecto Ambrosii, ipso absente, composuit. Quem cum revertens invenisset, miseratus matrem, & fidem ipsius contemplatus, Elisæo similis, supra corpus infantis se ipse composuit, atque orando meruit ut vivum redderet matri.

Theodosii pietas. Sozom. l. 7. c. 24.

XXXVII. Theodosius hyeme tota præparatis ad tantum bellum necessariis, amissa Galla conjuge, quæ ex partu obiit, Arcadium & Honorium filios suos jam Augustos reliquit Constantinopoli, & Rufino Præfecto Prætorio totius Orientis commisit administrationem. Ipse jam adulto vere cum ingenti exercitu profectus est adversus Eugenium. Cum autem ad septimum milliare pervenisset, Deum illic orasse dicitur in Ecclesia, quam in honorem Joannis Baptistæ construxerat, eumque sibi auxiliatorem invocasse. Inde progrediens ad Alpes, cum jam in descensu esset versus Aquilejam, campum equitibus ac peditibus oppletum videt. Gainam cum Gothis sibi subditis hostem aggredi jubet, cum alii barbari auxiliares sequebantur. Acriter cum suis restitit Arbogastes. Jam fundebantur auxilia barbarorum, cæsisque Gothorum decem millibus, terga jam hostibus dabant; cum nox diremit prælium. Eugenius quasi explorata victoria, misit militer, qui occupatis Alpium verticibus, Theodosium a reditu prohiberent. Theodosii duces ei suadebant, ut bellum in annum sequentem differret, quo copias omnes cogere posset: Quibus respondit, non decet Crucem divinam tantæ imbecillitatis probro maculemus; Herculis autem imagini tantam vim tribuamus; nostrum enim exercitum Crux, hostiles vero copias imago Herculis antecedit. His cum ingenti fide dictis, oratorium nactus in montis vertice ubi castra habebat, totam ibi noctem preces ad Deum fundendo transegit; sub galli cantum somnus invito irrepens eum oppressit. Humi ergo jacens duos viros videre sibi videbatur, alba veste indutos, & albis equis insidentes, qui bono animo ipsum esse juberent, metumque deponere, & prima luce arma capere, aciemque ad pugnandum instruere. Auxiliatores enim ac propugnatores se missos esse dicebant, & alter quidem se Joannem Evangelistam esse ajebat, alter Philippum Apostolum. Hanc visionem cum vidisset Imperator, preces fundere non destitit, sed majori alacritate eas offerebat Deo. Idem visum miles quidam cum vidisset, suo indicavit magistro militum, qui Imperatori id retulit; qui ait: priori mihi communis Dominus hanc visionem objecerat: sed ne quis forte suspicaretur me pugnandi desiderio ista finxisse, adjutor imperii mei hæc isti quoque revelavit: proinde abjecto metu Antesignanos & Duces sequamur, nec bellantium multitudine quisquam victoriam metiatur, sed unusquisque vim ac potentiam Ductorum consideret. Hæc ad milites quoque elocutus, cum hac ratione omnium animos confirmasset, e montis vertice exercitum deduxit.

(Margin: Ruf. l. 2. cap. 33. — Theod. hist. l. 5. cap. 24.)

Ambr. de obit. Theod. *Theodosii victoria.* Sozom. l. 7. c. 27. Oros. l. 7. cap. 33.

Cum locorum angustiis exercitus serius in aciem descenderet, desilivit equo Princeps, & ante aciem solus progrediens, ait: Ubi est Theodosii Deus? quo dicto excitavit omnes, & exemplo omnes armavit. Bacurius Iberorum Princeps proximos invadit, atque perrumpit. Theodosius tum multos hostium a tergo in montis cacumine subsistentes vidit, nec humana ope suos servari posse. Itaque pronus humi abjectus orare cœpit cum lacrymis, statimque Deus precibus ejus annuit. Prima salutis via extitit Arbetio Comes, qui copiis a tergo instantibus præerat.

R Ille

CHRISTI AN. 393.

Ille missis ad Theodosium nunciis, se ad illius partes transiturum pollicitus est, si ipse alique Duces honoratiorem gradum apud illum habituri essent. Imperator acceptis tabulis honoratæ ipsis militiæ perscripsit gradum. Arbetio his conditionibus non solum eum periculo liberavit, verum ei se adjungens instruxit auxilio. Cæterum cum adhuc æquo marte utrimque pugnaretur, ventus ita vehemens exortus est, ut telu hostium in eos, qui jecerant, retorqueret, scutaque ex eorum manibus abriperet; adhæc pulveris immensa vis in eorum faciem magno impetu delatu oculorum usum adimebat. Theodosii vero milites ex eo turbine nullum incommodum passi, ulacri animo hostes cædebant. Illud prodigium agnovit etiam Claudianus Poeta Ethnicus. Hostes sensis nudati, animoque fracti, alii quidem statim trucidati sunt, alii fuga lapsi; plures abjectis armis, veniam sibi dari ab Imperatore poposcerunt. Annuit ille & indulgentiam tribuit, jussitque ut Tyrannum confestim adducerent. Illi concito cursu collem ascendunt, in quo Tyrannus ignarus adhuc rerum gestarum consederat, qui cum eos anhelantes vidisset, nuntios victoriæ esse credidit, sciscitatusque est ex iis, num Theodosium vinctum adducerent, sicut ipsis imperatum fuerat. Illi Eugenium ex solio abripiunt, injectisque catenis captivum adducunt ad Theodosium. Tum Imperator, scelus quod in Valentinianum perpetraverat, in memoriam ei revocavit, & iniquam tyrannidem, ac bella, quæ adversus legitimum imperium concitaverat, objecit: milites vero Theodosii jussu illi caput amputarunt. Gesta sunt hæc die octavo Idus Septembris, Arcadio tertium, Honorio iterum Consulibus, seu anno Christi tresentesimo nonagesimo quarto. Arbogastes vero, qui tantorum malorum author extiterat, tertio post prælium die fugiens per montes asperrimos, cum nullam spem salutis sibi superesse intelligeret, suo se gladio transfixit.

Theod. ibid.

Claud. de 3. Consul. Honor.

Socrat. l. 5. c. 25.

CHRISTI AN. 394.

Sozom. Ibid.

Eo ipso tempore quo pugna committebatur, ajunt dæmoniacum quemdam in templo Dei, in quo Imperator ad bellum proficiscens preces fuderat, a dæmone sublimem raptum Joannis Baptistæ convisiatum esse, ita vociferando: Tu me vincis, & exercitui meo insidiaris. Hi vero qui aderant, obstupefacti, diem in chartu perscripserunt, eoque ipso die prælium factum esse, haud multo post ex iis, qui prælio interfuerant, didicerunt. Theodosius victor Jovis simulacra Alpibus constituta deposuit: eorumque fulmina aurea jocantibus, & se ab iis fulminari velle dicentibus, benigne donavit, victoriamque suam insigni clementia fecit illustriorem; victis omnibus pepercit; inimicorum suorum filios, ad Ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec privavit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam privatas inimicitias valere permisit. Scripsit Ambrosio, qui redierat circa Kalendas Augustas, ut gratias Deo referret pro victoria. Ambrosius rescripsit; " Epistolam pietatis tuæ mecum ad altare detuli, ipsam altari imposui, ipsam gestavi manu cum offerrem sacrificium, ut fides tua in mea voce loqueretur, & apices Augusti sacerdotalis oblationis munere fungerentur. Vere Dominus propitius est Imperio Romano, quandoquidem talem Principem, & parentem Principum elegit, cujus virtus & potestas in tanto Imperii constituta culmine triumphali, tanta sit humilitate subnixa, ut virtute Imperatores, humilitate vicerit Sacerdotes. " Altera epistola petiit, ut ipsius preces pro quibusdam in Ecclesiæ asylum receptis admitteret. Postea vero quam directus est Joannes diaconus, Tribunus & Notarius venit ad tuitionem eorum, qui in Ecclesiam confugerant. Ambrosius ipse Aquilejam perrexit, precaturus pro eis, quibus facile venia impetrata est: quia ipse Christianus Imperator provolutus pedibus ejus testabatur meritis & orationibus ejus se esse servatum.

Aug. l. 5. de civit. Dei c. 26.

Ambr. epist. 61. alias 58.

Paul. vit. Ambr. num. 31.

Ambrosius revertens Mediolanum uno die præcessit Imperatorem, qui propter hostes in acie cæsos abstinuit a consortio Sacramentorum, donec Domini circa se gratia filiorum exprimeretur adventu. Arcadius quidem Constantinopoli remansit. Honorius vero cum sorore Placidia venit in Italiam, quos Theodosius in Ecclesia susceptos tradidit Ambrosio; & quoniam supremum suum diem non longe abesse certo noverat ex prædictione S. Joannis monachi, providens Reipublicæ, Arcadium annos octo & decem natum, Orientis Imperatorem renuntiat, tutore Rufino; Occidentis vero Honorium annos undecim natum, tutore Stilicone, utriusque militiæ magistro. Cum etiam Senatum convenire jussisset, cujus magna pars gentilium ritibus inhærebat, hortatus est ut missum facerent errorem, & Christianorum fidem amplecterentur. Sed cum ab iis discedere nollent, Theodosius templa clausit, abolevit sacra, quæ deinceps neglecta jacuerunt. Episcopis vero querentibus, quod Flaviani Antiocheni tyrannidem non extingueret, ... hortatus est eos ut Ecclesias tandem inter se reconciliarent, utque inutilem contentionem extinguerent; Paulinum enim jam pridem fato functum, Evagrium vero non legitime ordinatum esse: adhæc, Orientis, Asiæ, Ponti, & Thraciæ Ecclesias Flaviani Episcopatum defendere. Acquievere Occidentales, nec deinceps adversus eum interpellarunt Imperatorem.

Ib. n. 32. Ambr. de obit. Theod.

CHRISTI AN. 394.

Sozom. lib. 4.

Theod. hist. l. 5. cap. 23.

XXXVIII. Eodem anno, tertio Kalendas Octobris, in baptisterio S. Constantinopolis Ecclesiæ, Synodus celebratur, cui præfuit Nectarius: adfuere Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, D. Amphilochius Iconiensis, D. Gregorius Nyssenus, cum aliis quindecim Metropolitanis, & aliis Episcopis, & omni ordine sacerdotali. Bagadius Bostrensis a duobus duntaxat Episcopis fuerat depositus, eique suffectus Agapius; ambo igitur Bostrensem Episcopatum sibi vindicabant. Auditis aliorum sententiis, eorum causa sic definiit Nectarius: Non licere in posterum, nec a tribus quidem, nedum a duobus, eum qui reus examinatur, deponi, sed majoris Synodi & Provinciæ Episcoporum sententia, sicut Apostolici definiere Canones. Flavianus Episcopus Antiochiæ dixit: Omnes his acquiescimus. Tot insignes Episcopos convocarat Rufinus, ut dedicarent recentem ecclesiam, quam juxta palatium suum in suburbano Chalcedonis in honorem Apostolorum Petri & Pauli construxerat, & Apostoleum ob id cognominarat. Monachos quoque juxta eam collocaverat, qui Clericorum in ea ecclesia munus explerent. Cum iis aderat Evagrius Ponticus, qui Rufinum propriis manibus sacro fonte mundatum levavit.

Tom. 1. Consil. nov. ed. tom. 2. Lab.

Sozom. l. 7. c. 17.

XXXIX. Ex eo tempore nulla fit mentio S. Amphilochii, & S. Gregorii Nysseni, qui perinde vel eodem labente anno, vel proxime sequente deposita mortalitate transiere ad æternam beatitudinem. Nono Kalendas Decembris celebratur natale S. Amphilochii, qui post multa certamina pro Catholica Fide suscepta, sanctitate & doctrina clarus quievit in pace. Ejus summam eruditionem laudat Hieronymus: pauca supersunt ex ejus operibus. Septimo vero Idus Martii colitur memoria S. Gregorii Nysseni, fratris D. Basilii Magni, vita & eruditione clarissimi. Ejus libros adversus Eunomium sic laudat Photius: Rationibus validioribus cum Eunomio manus conferens, eum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venustas vero orationis, & splendor jucunditate mixtus in hoc opere se decenter ostendit. Ibidem meminit alterius ejus libri pro Basilio adversus Eunomium, sed excidit.

Pallad. Laus. c. 4. *S. Greg. Nyss. opera & mors.* M. Rom. Hier. epist. 84. Martyr. Rom. Phot. cod. 7.

Ejusdem celebris est inter peritos epistola Canonica ad Letojum Mitylenensem Episcopum, quam laudant Trullani Patres, & commentariis illustrarunt Balsamon & Zonaras. Severiores quam Basilius, pœnitentiæ publicæ leges in ea tradit. Unde certo colligimus non levem in iis fuisse diversitatem pro varietate provinciarum; nec mirum, cum res illa sit disciplinæ. Theodoretus, & Rusticus diaconus laudant magnam ejus orationem Catecheticam, atque ex ea proferunt testimonia: quam tamen ut supposititiam impugnant Heterodoxi, quia nonnullæ ejus phrases Eutychi favere videntur, v. g. naturarum in Christo unionem vocat mixtionem & contemperationem, additque naturam humanam fuisse mutatam in divinam dignitatem, imo & deificatam. Sed ut observat Augustinus, quis nescit sanctos Patres, ante natas hæreses, securius, ac proinde minus proprie identidem locutos? reipsa Nyssenus iisdem vocibus utitur in libris adversus Eunomium, easque adhibent alii Patres, sed in sensu Catholico, ut observat D. Cyrillus; qui eas defendit ut Orthodoxas. Quandoquidem in ea præcipua Fidei mysteria recens baptizatis explicat, pauca de Eucharistia his subjicimus.

Theod. dialog. 2. & 31. Rustic. l. 5. ad Aceph.

Cyrill. l. 1. adv. Nestor.

" Opor-

CHRISTI AN. 394. Gregor. Nyss. Catech. cap. 37. *Eucharistiæ veritas.*

" Oportet considerare, quomodo fieri potuerit, ut unum illud corpus, quod tam multis fidelium millibus in universo Orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem fit in unoquoque, & ipsum in se totum maneat . . . Quomodo ergo in nobis, qui panem vidit, humanum corpus videt quodammodo, quia cum panis in eo fuerit, fit corpus, scilicet mutatione, sicut prius dixerat, ita illic quoque corpus quod Deum suscipit, cum panis alimentum accepisset, quadam ratione erat idem quod ille panis, alimento, ut dictum est, transeunte in naturam corporis. Nam quod est omnium proprium, id quoque pro certo est in illa carne, nempe quod illud quoque corpus pane continebatur, corpus autem Dei Verbi inhabitatione ad divinam transmutatum est dignitatem. Recte ergo nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi corpus credo transmutari. Etenim panis erat potestate illud Corpus. Fuit autem sanctificatus habitatione Verbi, quod tanquam in tabernaculo habitavit in Carne. Igitur sicut in illo Corpore transmutatus panis transit in divinam virtutem; idem nunc fit similiter; nam & illic Verbi gratia sanctum fecit Corpus, cui ex pane erat substantia, & quodammodo ipsum quoque erat panis: & hic similiter panis, sicut dicit Apostolus, sanctificatur per verbum Dei & orationem, non eo quidem quod cibo mediante in Verbi Corpus evadat, sed quod statim per verbum in Corpus transmutetur, sicut dictum est a Verbo: hoc est Corpus meum . . . . Manifestatum autem Verbum admiscuit interitui obnoxiæ hominum naturæ, ut communicatione divinitatis simul etiam deificetur humanitas. Ea de causa per suæ gratiæ dispensationem se per Carnem insarit omnibus credentibus, commixtus & contemperatus corporibus credentium, quibus substantia est ex pane & vino, ut unione cum eo, quod est immortale, fiat etiam homo particeps incorruptionis. Hæc autem dat virtute benedictionis, in illud transmutata eorum, quæ apparent, natura. „ Idque confirmat exemplo potus & cibi, qui per nutritionem in nostri corporis & sanguinis substantiam transmutatur. „ Substantialis & realis præsentia Christi Corporis in Eucharistia, & transmutatio substantiæ panis in ipsum Christi Corpus, quo vivificamur, clarius nunc non explicatur a Theologis Catholicis.

Huic operi & ejus dialogo de anima & resurrectione quiddam Origeniani dogmatis ab Origenistis insertum esse contra pœnarum inferni in damnatos omnes æternitatem, S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus testatur apud Photium. Illius quoque novemdecim ultimæ lineæ sunt assutum ex Theodori libello fragmentum, in quo fit mentio Severi, qui centum annis Nysseno posterior est.

Phot. cod. 233.

Aug. retract. l.1. c.20. *Augustinus impugnat Donatistas.*

XL. Circa idem tempus Donatistas scriptis impugnavit Augustinus. Eorum multitudine pene oppressa in Africa jacebat Ecclesia Catholica; quadringentos enim suæ factionis numerabant Episcopos. Volens igitur eorum causam ad ipsius humillimi vulgi, & omnino imperitorum atque idiotarum notitiam pervenire, eamque, quantum fieri posset, inhærere memoriæ Psalmum, qui eis cantaretur, per latinas literas fecit. Tales autem Abecedarios appellant. Ideo autem non aliquo carminis genere id fieri voluit, ne eum necessitas metrica ad aliqua verba, quæ vulgo minus sunt usitata, compelleret. In eo schismatis origo detegitur, Donatistarum calumniæ diluuntur, eos multos improbos, præsertim Circumcelliones fovere manifestat; denique ipsam pietatem in schismate ad salutem inutilem esse demonstrat.

" Sed quid illi prodest forma, (inquit,) si non vivit de radice?
Venite, Fratres, si vultis, ut inseramini in vite.
Dolor est cum vos videmus præcisos ita jacere.
Numerate Sacerdotes, vel ab ipsa Petri Sede:
Et in illo ordine Patrum quis cui successit, videte.
Ipsa est Petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ. „

Ib. c. 21. Tunc etiam scripsit librum contra epistolam Donati, qui secundus post Majorinum Episcopus apud Carthaginem fuit. Hic liber hactenus desideratur. Donatistæ interim scinduntur in plures partes, ut suo schismate Ecclesiæ, quam misere laceraverant, pœnas persolverent. Urbanistæ in quodam Numidiæ angulo, & Claudianistæ, & Rogatistæ in Mauritania se solos verum baptisma habere gloriabantur. Has minores factiones graviter insectabantur reliqui Donatistæ: gravissimum vero fuit schisma Maximianistarum, quod pudore & vulneribus Donatistarum factionem totam cooperuit. CHRISTI AN. 394.

XLI. Carthagine mortuo Parmeniano Donatistarum Episcopo, circa annum trecentesimum nonagesimum secundum, Primianus successor datus est, qui Tyrannum potius, quam Episcopum, egit. A Presbyteris enim velut precario jure postulavit ut ad damnandos quatuor diaconos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamum conspirarent, & incunctanter ei promitterent accommodare consensum. Cujus illi mala præsumptione stupefacti, cum rem silentio refellissent, per se cogitatum scelus non dubitavit implere, usque adeo, ut in Maximianum diaconum sine causa, sine accusatore, sine teste, absentem sententiam putaret esse promendam. Invita quoque maxima parte plebis incestos communioni restituebat. Maximianus, divitiis cujusdam fœminæ opibus fretus, Primiano restitit, & adjuncta sibi plebis Carthaginensis parte, ac quibusdam senioribus, horum nomine literas & legatos misit ad omnes Episcopos Donatistas, deprecans ut Carthaginem venirent. Venere numero tres & quadraginta. Primianus tertio vocatus ad eos accedere noluit, & conducta multitudine, atque impetratis officialibus, basilicarum januas obsedit, eosque ab ingressu prohibuit: non ausi sunt in absentem ferre sententiam: sed Primiano sequenti celebriori concilio respondendi seque purgandi relinquendum locum judicarunt. Aug. in Psal. 36. Aug. l.4. contra Crescon. c.6. & 7.

Concilium Carbasussi in Byzacena habuere Maximianistæ, anno trecentesimo nonagesimo tertio. Fuisse centum Episcoporum testatur Augustinus, qui sequentem adversus Primianum dedere sententiam. Decrevimus, omnes Sacerdotes Dei, præsente Spiritu sancto, hunc eumdem Primianum, primo quod super vivos Episcopos, alios subrogavit: quod incestos cum sanctorum communione miscuerit: quod Presbyteros ad conjurationem ineundam constringere pertentarit: quod Fortunatum Presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum ægrotantibus baptismo succurrisset: quod communionem Demetrio Presbytero denegarit, ut cogeret filium abdicare; quod multitudinem miserit, quæ Christianorum domos everteret: quod obsessi sint Episcopi simul & Clerici, & postea ab ejus satellitibus lapidati: quod in basilica cæsi sint seniores, quod indigne ferrent Claudianistas ad communionem admitti: quod innocentes Clericos putaverit esse condemnandos: quod se nobis audiendum noluerit exhibere, cum basilicarum fores, ne ingrederemur, multitudine, & officio intercluserit: quod legatos a nobis ad se missos injuriose rejecerit: quod loca multa vi primo, deinde authoritate judiciaria usurpaverit: præter alia ejus illicita admissa, quæ pro honestate styli nostri silemus, a sacerdotali choro perpetuo esse damnatum: ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione, aut aliquo crimine maculetur. Placuit sane nobis & Spiritui sancto, ut quicumque Consacerdotum & Clericorum suæ salutis immemores, a die damnationis supradicti Primiani, id est a die octava Kalendarum Juliarum, usque ad diem octavam Kalendarum Januariarum, minus a Primiani damnati communione recesserint, tali sententia constringantur: Laici quoque, nisi se a supradicto die damnationis illius, intra diem Paschæ futuræ ab ejus consortio separaverint, non posse quemquam nisi per pœnitentiam Ecclesiæ reformari. *Dejecto* Primiano, iidem Episcopi Maximianum Carthaginensem Episcopum in ejus locum designarunt, qui paulo post a duodecim Episcopis ordinatus est. August. Conc. 2. in Ps. 36.

Adversus eorum conatus ut se tueretur Primianus, numerosius coegit Concilium Bagacense in Numidia, octavo Kalendas Majas anno 394. Adfuere trecenti & decem Episcopi. Primianus inter Judices post Gamalium sedit, & vicissim damnarunt adversarios, postquam eos conviciis onerarunt, scilicet Maximianum, & ejus ordinatores, & Clericos Carthaginenses, qui ejus ordinationi interfuerant. Episcopis vero, qui Maximiano manus non imposuerant, tempus concedunt usque ad diem octavum Kalendarum Januarii futurarum, ut, honore servato, & absque pœnitentia recipiantur: & post præstitutum diem redeuntibus, fixa sit, inquiunt, pœnitentia. Aug. l.3. contra Crescon. cap. 56. Ib. c. 19. Ib. c. 17. & 53.

CHRISTI An. 394.

Posteaquam hæc sententia omnium consensu publicata est, magnus illico animis damnatos perfecuti sunt; Maximiani basilicam concitato suo grege evertit Firmianus, ipsumque Maximianum propriis ædibus expulit, easque authoritate publica convertit in exorcisterium Ecclesiasticum. His plures Maximiani sectatores territi, intra diem dilationis se Primiano reddiderunt, & recepti sunt tanquam purgati & innocentes; alii in proposito obstinate permanserunt.

Paul. Nol. epist. 3. alias 45. Idem epist. 4. alias 41. August. epist. 27. alias 32.

XLII. Augustini amicus Alypius circa idem tempus creatus Episcopus Tagastensis, scripsit ad Paulinum postea Nolanum Episcopum, qui nuper sæculo renuntiarat, eique misit Augustini opus adversus Manichæos libris quinque confectum. In his erat liber de vera religione. Paulinus vicissim ei misit Eusebii chronicon, & panem unum unitatis gratia, orans ut hunc panem Eulogiam faciat digestione sumendi, & omnem vitæ suæ historiam sibi referat. Literas quoque dedit ad Augustinum, cujus libros adversus Manichæos laudat ut Ecclesiæ maxime utiles; & addit: Si qua in alios quoque hostes Catholicæ Fidei munimina comparasti, quia hostis noster, cui mille nocendi artes, tam variis expugnandus est telis, quam oppugnat insidiis, quæso, promere mihi de armamentario tuo, & conferre non abnuas arma justitiæ. Utraque epistola sic inscripta est: Paulinus & Therasia peccatores. Augustinus peremice rescribens, complectitur illius benevolentiam, & mutuum amorem declarat. Promittit se quamprimum et missurum Alypii vitam, quam ipse composuerat; eique commendat Romanianum Alypii cognatum, & filium ejus Licentium, ut ejus exemplis & verbis a sæculi amore revocetur.

S. Paulini conversio. Auson. epist. 21. Idem epist. 2. & 24.

Paulinus generis nobilitate quidem insignis, longe tamen sua pietate clarior, Burdegalæ in Gallis natus est ex consulari familia. Egregium in literis magistrum nactus est magnum Ausonium, poetica & oratoria facultate inclytum; qui postea Gratiani Augusti fuit præceptor, a quo ad amplissimam consulatus dignitatem evectus est, quam se priorem gessisse Paulinum testatur Ausonius; cujus tamen nomen in fastis non legitur. Therasiam sortitus est conjugem, cujus divitiæ & nobilitas summæ erant, tamen ejus virtute minores. Diu cum caruissent liberis, quos ardenter optabant, Compluti in Hispania natus est eis filius, quem post octo dies mortuum sepelierunt juxta corpore Martyrum. Aliis multis exercitatus ærumnis, omnibus abdicatis, uni Deo servire constituit. Sancti propositi adjutricem habuit uxorem, quæ virum ad piam vitam sollicitabat, de illius conjuge facta soror; ita ut in uno matrimonio sexus uterque calcandæ superbiæ sæcularis, & non desperandæ Christianæ perfectionis exempla inveniret. Anno ætatis suæ trigesimo octavo a sancto Delphino Burdegalensi Episcopo baptismo initiatus est. Inde iterum secessit in Hispaniam; vendidit facultatibus, tam suis, quam etiam conjugalibus, eas in pauperes contulit, & ipse pauper ex divite factus, tanquam deoneratus gravi sarcina, domui, patriæ, cognationique valedixit, quo impensius Deo serviret, vitam etiam monasticam professus est.

August. epist. 27. alias 32. Hieron. epist. 13. Paul. epist. 2. alias 23. Ambr. epist. 30. alias 36. Paul. epist. 24. alias 2.

S. Paulini pietas.

Temporalium bonorum distractionem velut stadii ingressum reputans, quotidie ad majora contendebat; quemadmodum ipse testatur in epistola ad Severum. Hæc est, inquit, illa profligatis emenda patrimoniis margarita, sed non statim emitur, cum ejus pretium præparatur, quia plurimæ interveniunt huic commercio difficultates .... ideo ne existimes jam & comparasse nos gemmam, quia vides pretium præparasse, neque ædificasse jam domum, cui ædificandæ locum fecimus, cum visibiles divitias, suppellectiles, pecuniam, patrimonia, velut sordidos aggeres & importunum rudus, egessimus, ut in corde purgato, quasi in terra viva, firmius stabilioris ædificii fundamenta jaceremus. Paulini factum laudavere sancti Patres, Ambrosius, Augustinus, Eucherius, Hieronymus, & Sulpitius Severus, aliique viri pii. Econtra hoc ubi audierunt proceres viri, ab eo deficientes etiam amici & consanguinei reprehenderunt. Ille vero in his glorians sic scribebat ad pios amicos: mundus nos non amat, sed amat Christus: homo negligit, sed Deus diligit ..... non odisset hic mundus, nisi quod jam a se alienum esset, & sibi videret adversum .... O beata injuria displicere cum Christo! nobis magis timendus est amor carnium, quibus sine Christo placetur .... Exultemus

Ambr. epist. 30. Paul. epist. 5. alias 5. & 8. alias 46.

itaque & gloriemur in ipso, qui nos & pugnam ad victoriam suam fecit ...... nos igitur taceamus istis, loquentes ad Dominum silentio humilitatis, & voce patientiæ: & tunc ipse qui invictus est, pugnabit pro nobis, & vincet pro nobis .... Inconfusibilem operatorem, sicut hilarem datorem diligit Deus: proinde stabiles in Fide veritatis, & operatione justitiæ, talium vel odia, vel convitia vivendo, melius quam loquendo arguimus.

CHRISTI An. 394.

Paulinus Vigilantio Jerosolymam proficiscenti dedit literas ad Hieronymum perferendas, quibus suum sacra loca visendi desiderium significans orabat, ut optimæ vitæ ineundæ rationem sibi præscriberet, simulque misit orationem, quam in Theodosii Augusti laudem scripserat adversus Paganorum calumnias. Singulis respondens Hieronymus: " Non Jerosolymis fuisse, inquit, sed Jerosolymis bene vixisse laudandum est. „ Addit Antonium, Hilarionem, aliosque sanctos monachos, licet vicinos nunquam vidisse Jerosolymam, ubi sancta loca per centum octoginta annos deorum simulacris polluere gentiles. Unde concludit. " Ne igitur quidquam fidei tuæ deesse putes, quia Jerosolymam non vidisti: nec nos idcirco meliores existimes, quod hujus loci habitaculo fruimur: sed sive hic, sive alibi, æqualem te pro operibus tuis apud Dominum nostrum habere mercedem. Revera ... considerans & propositum tuum, & ardorem quo sæculo renunciasti, differentias in locis arbitror, si urbibus & urbium frequentia derelicta, in agello habites, & Christum quæras in solitudine, & ores solus in monte cum Jesu, sanctorumque tantum locorum vicinitatibus perfruaris, id est, & urbe careas, & propositum monachi non amittas ...... Librum tuum, quem pro Theodosio Principe prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi, & præcipue mihi in eo divisio placuit, cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas: sed & ipsum genus eloquii pressum est nitidum: & cum Tulliana luceat puritate, crebrum est in sententiis .... præterea magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero; quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Enumeratis deinde scriptorum Ecclesiæ primis luminibus, addit: Ad te ipsum veniam sodalem meum, & amicum: & precabor, ne assentationem in necessitudine suspiceris .... magnum habes ingenium, & infinitam sermonis supellectilem, & facile loqueris, & pure, facilitas ipsa & puritas mixta prudentiæ. Capite quippe sano, omnes sensus vigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ si accederet, vel studium, vel intelligentia scripturarum, viderem te brevi arcem tenere nostrorum .... & canere in dogmatibus, quod in cubilibus cognovisses. Accingere, quæso, te, accingere: nihil sine magno labore vita dedit mortalibus: nobilem te Ecclesia habeat, ut prius Senatus habuit. „

Hieron. epist. 49. alias 13.

Aliud opus, scilicet poema quoddam suum miserat Ausonio suo magistro, qui rescripsit: Tanta eloquentia scriptum est, ut solus videaris assecutus, quod contra naturam est, brevitas ut obscura non esset. Hæc tu quam perite, & concinne, quam modulate & dulciter, si erro, pater suum ..... verum cum pie diligam, sincere & severe *judico*. Paulinus Hieronymi monitis morem gerens, Scripturis sacris legendis & meditandis totus incubuit: annotabat quæ se minus intellexisse credebat, amicos suos, Augustinum & Hieronymum de iis modeste consulens. Quam alte in eas penetrasset, ex ejus interrogationibus facile intelligens Augustinus rescripsit: Multa quæsisti, & quærenda admonuisti .... cum enim interrogando disputas, & quæris acriter, & doces humiliter. Tantum lumen diu latere noluit divina providentia, sed posuit super candelabrum, ut luceret omnibus qui sunt in domo ejus. Cum igitur in Ecclesia Barcinonensi divinis interesset officiis, die Domini, quo nasci carne dignatus est, repentina vi multitudinis, sed Dei ordinatione correptus, oblatus est Lampio Episcopo, ut Presbyter crearetur. Ea conditione consecrari adductus est, ut ipsi Ecclesiæ non alligaretur. Inferioribus Ordinibus non fuerat prius initiatus, sed eos gradus minus observandos putabant Episcopi, quoties exigebat major Ecclesiæ utilitas. Hieronymum ante annos quindecim eodem modo nulli addictum Ecclesiæ Paulinus Antiochenus ordinaverat. Tunc, ut nullis curis a divino retardaretur obsequio, aperuit horrea sua

Auson. ep. 19.

August. ep. 149.

Paulinus fit Presbyter. Paul. epist. 1. alias 6.

paupe-

CHRISTI AN. 394. pauperibus, apothecas suas advenientibus patefecit,
nam parum ei erat proximos alere, nisi etiam undique vocaret, quos pasceret atque vestiret. Quan-
Uran. ep. n. 3. tos captivos redemit? quantos creditoribus suis reddita pecunia liberavit? Non multo post relicta Hispania in Italiam migrat, invisitque Ambrosium, cujus se fidem sequi profitebatur, qui eum Clero suo vindicare voluit, ut, etsi diversis locis degeret, ip-
Paul. ep. 3. alias 14. & 5. sius Presbyter censeretur. Paulinus non acquiescens, Romam profectus est, ubi pro suo merito, & generis splendore ingenti veneratione a populo, monachis, plerisque nobilibus, magna Cleri parte, & quibusdam Antistitibus exceptus est, qui omnes paucis diebus, quibus hic æger interfuit, nullo officii genere ei defuere; sed aliquorum Clericorum sensit invidiam, seque a Papa Siricio despectum conquestus est apud amicum suum Sulpicium Severum. Fortassis Pontifex repentinam ejus adhuc Neophyti ordinationem non probabat. Laborans enim ne sic laici raptim Sacerdotes consecrarentur, intervalla statuerat, per quæ ad sacræ militiæ ordines ascenderent. Paulinum invitum inflammatæ plebis violentia Presbyterum initiatum fuisse constabat, ac proinde legibus non esse contumacem. Invidiæ igitur cedens, & Roma discedens, Nolam se recepit.

Ibid. Nemo propemodum e tota Campania Episcoporum eum non visitare fas sibi existimavit; & quos infirmitas vel necessitas aliqua devinxerat, missis vice sua Clericis, & literis affuerunt. Afri quoque Episcopi ad eum revisendum prima æstate miserunt. Paulinus sæculi tumultus fugiens secessit in tuguriolum prope Ecclesiam S. Felicis Martyris, quem semper præcipua devotione coluerat, agnoscebatque suæ apud Deum conversionis auctorem. Amœno in agro ad quingentos ab urbe Nola passus, ejus ossa in Ecclesia quiescebant: haud procul aberat prædiolum, quod unum ex amplissimo patrimonio sibi Paulinus reservarat. Hic in paupertate, humilitate, jejuniis, orationibus vixit annos quinque & triginta, vitam agens monasticam. Solebat quotannis natalem S. Felicis diem natalitio carmine honorare, immolans Christo hostiam laudis. Supersunt quindecim illius de S. Felice natalitia carmina, ex quibus totam S. Confessoris vitam, & sacra certamina, & narrata ad sepulchrum ejus miracula habemus. The-
Ambr. epist. 36. resia ejus uxor eum secuta, quæ pariter prædiorum suorum pretium in pauperes erogarat, exiguo illic conjungis contenta cespite solabatur se charitatis & religionis officiis. Utriusque sanctum propositum, & vitæ genus adversus obtrectatores defendit Ambrosius.

Theodosii mors. Socrat. l. 5. c. ult. XLIII. Imperator Theodosius, ex ærumnis, quas ultimo bello sustinuerat, malam corporis valetudinem contraxit aquæ intercutis morbo correptus. Finem vitæ sibi imminere sensit, quemadmodum ei prædixerat S. Joannes Ægyptius. Itaque de Republica magis, quam de vita sua sollicitus, secum reputans, quot, & quantæ calamitates ejus obitum con-
Claud. de 3. Honor. Consul. Theod. hist. l. 5. cap. 25. sequerentur, filios commendavit Stiliconi, cui neptem suam Serenam dederat uxorem, ex eaque genitam filiam Honorio desponsandam præcepit. Filiis autem dividens imperium, eos hortatus est, ut integram ac solidam pietatem retinerent; per hanc enim, inquit, & pax conservatur, & bellum extinguitur, per hanc hostes fugantur, & victoria comparatur. Cumque omnia jam filiis dedisset, testamentum pro subditis etiam rebellibus condidit, præcepitque dari legem indulgentiæ, quam scriptam reliquit,
Ambr. de obit. Theod. N. 5. & tributa quædam remisit. Mediolani diem extremum obiit, die decima septima Januarii, Consulibus Olybrio, & Probino, anno ætatis suæ sexagesi-
CHRISTI AN. 395. mo, Imperii decimo sexto, Christi trecentesimo nonagesimo quinto.

Quadragesimo post obitum die, præsente Honorio,
Ambr. de obit. Theod. eum in Ecclesia laudavit Ambrosius, cujus oratio etiamnum superest. "Ille quidem, inquit, abiit accipere sibi regnum, quod non deposuit, sed mutavit, in tabernacula Christi jure pietatis adscitus..... sed plurimos tanquam paterno destitutos præsidio dereli-
N. 2. quit, ac potissimum filios. Sed non sunt destituti, quos pietatis suæ reliquit hæredes; non sunt destituti quibus Christi adquisivit gratiam, & exercitus fi-
N. 6. dem..... Recognoscitis quos vobis Theodosii fides
N. 7. triumphos adquisierit .... ejus enim fides fuit vestra victoria, vestra fides filiorum ejus fortitudo sit......
N. 8. Audistis certe milites ......, quia ubi perfidia est, ibi cæcitas est ..... ubi autem fides, ibi CHRISTI AN. 395.
exercitus Angelorum est .... Quo magis ac magis enitendum est, ne in hoc vivendi genere simus ingra- N. 10.
ti; sed pii pignoribus Principis sedulum ac patrium N. 12.
impendamus affectum. Solvite filiis ejus quod debetis patri ...," Sic bonus pastor filiis sui Principis militum fidem tunc maxime necessariam conciliabat.
Deinde præcipuas Theodosii virtutes prædicat, imprimis ejus clementiam. "Beneficium, inquit, se pu- N. 13.
tabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius, cum rogaretur ignoscere; & tunc propior erat veniæ, cum fuisset commotio major iracundiæ. Prærogativa ignoscendi erat indignatum fuisse: & optabatur in eo quod in aliis timebatur, ut irasceretur. Hoc erat remedium reorum,..... sæpe trementes vidimus, quos objurgabat, & convictos sceleris, cum desperassent, solutos crimine. Et infra sic laudat ejus pœnitentiam N. 34.
& pietatem. Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. Stravit omne, quo utebatur, insigne regium, deflevit in ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude irrepserat: gemitu & lacrymis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit Imperator, publice agere pœnitentiam: neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem.... Dilexi virum, qui cum jam corpore solveretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur." Defuncti corpus aromatibus conditum, Constantinopolim delatum est, ibique sepulchris Imperatoriis illatum sexto Idus Novembris; Arcadius solemni exequiarum honore funus prosecutus est.

Illius imaginem sic expressit Aurelius Victor Vict. epit.
gentilis historicus. Fuit Theodosius moribus & *Theodosii*
corpore Trajano similis, quantum scripta veterum *mores.*
& picturæ docent .... mente etiam prorsus similis, clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se a cæteris putans: in omnes homines honorificus, verum effusus in bonos, simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari, sed innoxia, largiri magno animo magna, amare cives vel privato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficiis cæteris munerari, præsertim quorum erga se aspero casu officia probaverat. Illa tamen quibus Trajanus aspersus est, vinolentiam & cupidinem triumphandi, usque adeo detestatus est, ut bella non moverit, sed invenerit, prohibueritque lege ministeria lasciva, psalteriasque commessationibus adhiberi, tantum pudori tribuens, & continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum: illius legis meminit Ambrosius. Literis me- Ambr.
diocriter doctus, sagax plane, multum diligens ad epist. 60.
cognoscenda majorum gesta; e quibus non desinebat alias 48.
execrari, quorum facta superba, crudelia, libertatique infesta legeret, præcipue tamen ingratos & factiosos. Irasci sane rebus indignis, sed subito flecti; unde quoque dilatione modica emolliebat interdum præcepta severa. Melior haud dubie, quod est raræ virtutis, post auctam annis potentiam regalem, multoque maxime post civilem victoriam. Nam & annonæ curam sollicitius attendere, & auri argentique grande pondus, sublati atque expensi a Tyrannis, ex suo multis restituere .... Inerat ei etiam cura pietatis eximiæ, patruum colere tanquam genitorem, fratris mortui sororisque liberos habere pro suis, cognatos affinesque ut parentes animo complecti; elegans lautumque convivium magis, quam sumptuosum dare: miscere colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum gravitate jucundo; blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque ad illecebram, neque ad lassitudinem; ambulationibus magis cum esset otium, reficiebat animum, ac vescendi continentia valetudinem regebat. Alios prorsus mores, scilicet voluptatem, negligentiam, immanem avaritiam Theodosio affigit Zozimus scriptor ethnicus, erga Principes Christianos iniquus, ac proinde non audiendus.

XLIV. Memorabiles sunt illius anni Consules Olybrius & Probinus germani fratres, illustri Patre Sexto Anicio Petronio Probo geniti, qui Consul fuerat cum Gratiano Imperatore, & Africæ Proconsul, & quater Præfectus Prætorio, scilicet Illyrici, Italiæ, Africæ, & Galliarum; tantæque fuit potentiæ, opulentiæ, probitatis, ut ad eum cognoscendum e Perside Sapientes Romam venerit. Christianus & baptismo regeneratus diem extremum obiit. Mausoleum ejus marmoreum etiamnum Romæ in Vaticano superest. In eo sculta est imago Salvatoris, Cru-

CHRISTI cem gemmis insignem gerentis, quem duodecim
AN. 395. sequuntur Apostoli. Matrem habuere Probam Falco-
Hieron. niam tanto conjuge dignam, quam multis laudibus
epist. 9. celebravere sancti Patres, imprimis Hieronymus.
alias 8. Hæc nunc integris versibus Virgilii, nunc Hemisti-
chiis, varia utriusque Testamenti mysteria descripsit.
Ejus sanctitas, & in universos effusa bonitas, etiam
apud barbaros venerabilis fuit; quam trium libero-
rum Probini, Olybrii & Probi non fatigarunt ordi-
narii consulatus; & quum incensis direptisque omni-
bus, in urbe captivitas sit, inquit Hieronymus, nunc
habitas venundare dicitne possessiones, & facere sibi
amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in æ-
August. terna tabernacula. Hoc ei suaserat Augustinus in
ep. 130. epistolis de oratione, cujus leges, ut sibi indicaret,
alias 121. postularat. Olybrius ejus filius ex Juliana conjuge,
de Orat. quam brevi viduam reliquit, suscepit Demetriadem,
Hieron. quæ virginitatem Christo consecravit; illiusque illi-
epist. 97. batæ conservandæ leges præscripsit Hieronymus; Ju-
alias 7. lianam vero, ut in bonis operibus vidua persevera-
ret, in libro de bono viduitatis hortatus est Augu-
stinus.

Arsenii vita. XLV. Arsenius Romanus diaconus, quem rogan-
te Gratiano Augusto Damasus miserat ad Theodo-
Ruf. de sium, ejus filios Arcadium & Honorium de ba-
vir. PP. ptismo susceperat, eorum studiis & institutioni postea
l. 3. n. 37. præpositus. Hic desiderio divini amoris succensus de
Metaph. solitudine semper cogitabat, eaque occasione secessit.
cap. 7. Arcadio graviter delinquenti cum verbera inflixisset,
iratus Princeps prætorianorum præfecto præcipit ut
Arsenium interficeret, quem ille timens Imperato-
rem secreto admonuit. Arsenius ad Deum confugiens
sic oravit: Domine, ostende mihi viam per quam
possim salvari: & audivit vocem sibi dicentem: Ar-
seni, fuge homines, & salvaberis. Relinquens ergo
omnem sæculi gloriam, recessit in eremum Scheti,
ut tota mentis intentione adhæreret Domino Salva-
tori. Hic eumdem sermonem orans rursus audivit
vocem sibi dicentem: Arseni, fuge, tace, & quie-
Metaph. sce: hæc sunt principia salutis. Arcadius Imperator,
cap. 9. cum post multam inquisitionem, ejus vitæ genus &
latebras cognovisset, ad eum dedit epistolam, deli-
cti veniam exorans, eique permittens omnes Ægy-
pti reditus, quos pauperibus & monasteriis pro ar-
bitrio dispensaret, id unum postulans, ut sibi rescri-
beret. Ille Imperatori hæc verbis renuntiari jussit.
Deus peccata nostra nobis indulgeat; quandoquidem
sæculo mortuus sum, pecuniarum administratio mi-
N. 563. hi non competit. Omnes brevi virtutibus superavit:
nemo eo vilius tegebatur: & per omne suæ vitæ
tempus sedens & operans, sic jugiter flebat, ut o-
culorum pili ex jugi fletu ceciderint: semper in o-
ratione pernoctabat, urgente somno, circa auroram
paululum quiescebat, mox exsurgens ad opus, aqua
& modico pane vescebatur. Aliquando æger delatus
ad Ecclesiam jacebat in pellibus, suppositum capiti
habens pulvinum, quem videns quidam monachus
exclamavit: hiccne est Abbas Arsenius? Presbyter
eum privatim interrogat de conditione vitæ prius-
quam fieret monachus. Fatetur ille se fuisse paupe-
rem ovium custodem, cui deessent sæpius ad vi-
ctum necessaria. Cui Presbyter, Arsenius autem,
quem vides, pater fuit Imperatorum opulentissi-
mus, bene fortunate vivens in rerum omnium a-
bundatia; his omnibus abdicatis dura perfert, tu ve-
ro beatior es quam antea. Senex agnoscens culpam
procidit in faciem, & dixit: ignosce pater, pecca-
L. 5. n. 5. vi. Arsenius dum in humilitate & paupertate sic
de vit. viveret, Magisterianus venit deferens ei testamen-
PP. tum cujusdam Senatoris ejus consanguinei, qui reli-
querat ei maximam hæreditatem. Accipiens testa-
mentum, ille scidisset, ni ad ejus pedes procidisset
Magisterianus, deprecans ne illud scinderet, ne
ipse vitæ periculum adiret. Cui dixit Arsenius:
Ego prius mortuus sum, quam ille: quomodo me
fecit hæredem? & remisit testamentum nihil acci-
piens.

Ib. n. 2. Solitudinis amor in eo maxime enituit, noverat
quippe quod dicere consueverat S. Antonius: Qui
sedet in solitudine & quiescit, a tribus bellis eripi-
tur, id est, auditus, locutionis, & visus, & contra
unum tantummodo habebit pugnam, id est cordis.
Ruf. de Hinc quotiescumque in Ecclesiam cum aliis Patri-
vit. PP. bus convenisset, post columnam sedebat. Theophi-
l. 3. n. lus Archi-episcopus ad eundem venerat, aliquem cu-
193. & piens audire sermonem ædificationis. Arsenius tunc
191. ait omnibus, qui aderant: Si dixero vobis aliquid,
custodietis? quod cum illi gratanter promisissent: ad- CHRISTI
didit ille: quocumque loco audieritis Arsenium, il- AN. 395.
lic ulterius ne accedatis. Archi-episcopus idem cum
cum iterum videre vellet, misit primo videre si a-
periret ei. Respondit ille: Si solus veneris, aperio
tibi: si autem cum pluribus, ultra hic non sedebit
Arsenius; quod cum audisset, iter distulit. De Scri- L. 5. de
pturarum quæstionibus nunquam loqui voluit, cum vit. PP.
posset magnifice, si vellet. Cum aliquando de cogi- num. 10.
tationibus suis interrogaret senem Ægyptium, alius & 7.
videns eum dixit: Abbas Arseni, quomodo tu, qui
tantæ eruditionis in latina & græca lingua edoctus
es, rusticum illum de tuis cogitationibus interrogas?
Ille vero respondit: Latinam quidem & Græcam
eruditionem quantum ad sæculum apprehendi; sed
alphabetum rustici istius necdum discere potui. Qua-
draginta annorum erat, cum fugit e palatio. Qua-
draginta alios in Scheta vixit, quo vastato, transiit
in locum Trohen supra Babyloniam: tres alios man-
sit in Canopo Alexandriæ, revertensque in Trohen, Martyr.
hic post duos annos virtutibus omnibus consumma- Rom. 29.
tus Spiritum Deo reddidit. Hunc ut sanctum vene- Julii.
ratur Latina & Græca Ecclesia.

XLVI. Eadem ætate floruit Joannes Cassianus, Phot.
quem patria Romanum, seu Latinum scribit Pho- cod. 191.
tius; Gallum atque ex piis opulentisque parentibus Cassian.
natum in Provincia, ex ejus collatione 24. colligunt collat.
critici recentiores. Græcis latinisque litteris eruditus, 11. C. 1.
adolescens in Palæstina vitam monasticam professus
est; initaque cum Germano monacho arctissima ne-
cessitudine, statuerunt ambo Ægyptum petere, san-
ctorumque plurimos, quorum gloriam fama per uni-
versa diffuderat, si non æmulandi, saltem agnoscen-
di studio, invisere. Igitur ad oppidum Ægypti, cui
Thennesus nomen est, emensa navigatione pervene-
runt. Archebius Panephysi Episcopus, qui illuc E- C. 2.
piscopi eligendi causa venerat, eos humanissime su-
scepit. Hic de Anachoretarum cœtu raptus ad Epi-
scopatum, tanta districtione omni ævo suo proposi-
tum solitudinis custodivit, ut nihil de præteritæ hu-
militatis tenore laxaverit, seque velut indignum ab
illa anachoreseos disciplina querebatur expulsum.
Agnito eorum desiderio, ad civitatem eos suam per- C. 3.
duxit; opimas olim ejus terras & vicinæ regionis
repentino motu excussum mare salsis paludibus su-
pertexerat, supereranteque tantum quædam oppida
eminentioribus tumulis collocare; illuvies illa insulas
fecerat, quæ desideratam secedentibus sanctis solitu-
dinem præbebant: in quibus tres senes, id est,
Chæremon, Nesteros, & Joseph, Anachoretæ anti- Ib. C. 4.
quissimi consistebant.

Archebius primum eos perduxit ad Chæremonem;
centenarium vitæ annum spiritu tantum alacer ex-
cesserat, sed ita vetustate & jugitate orationum
corpore curvatus, ut submissis ac protentis terra te-
nus manibus progrederetur; nihil tamen de censura
præteritæ districtionis amiserat. Cui cum desiderium *Cassiani*
tantum spiritualium institutionum causam fuisse ad- *collatio-*
ventus sui protestarentur; graviter ille suspirans ex- *nes.*
cusavit, quasi puderet ea docere, quæ jam ipse ob
senectutis imbecillitatem tepidus exercet. Illis in-
stantibus, disseruit de tribus modis quibus vitia vin-
cuntur: “ Fides namque est, inquit, quæ futuri ju-
dicii ac suppliciorum metu vitiorum facit contagia C. 6.
declinari; spes, quæ mentem nostram de præsenti-
bus avocans, universas corporis voluptates cœlestium
præmiorum exspectatione contemnit; charitas, quæ
nos ad amorem Christi & spiritalium virtutum
fructum mentis ardore succendens; quidquid illis con-
trarium est, toto facit odio detestari. Quæ tria li-
cet ad unum finem tendere videantur, provocant
enim nos a rebus illicitis abstinere, magnis tamen
excellentiæ suæ gradibus ab invicem disparantur.
Duo namque superiora proprie hominum sunt, qui
ad profectum tendentes, necdum affectum concepe-
re virtutum. Tertium specialiter Dei est, & eo-
rum, qui in sese imaginem Dei ac similitudinem
receperunt. „ Secunda ejusdem collatio fuit de ca-
stitate, quam ut consequamur necessariam docet fa-
mem & sitim, vigilias quoque & operis jugitatem,
atque incessabile studium lectionis .... “ ob hoc
autem solummodo se unusquisque infatigabiliter in
iis perdurare cognoscat, ut per illorum afflictionem
misericordiam Domini consecutus, de impugnatio-
ne carnis, ac dominatione præpotentium vitiorum
divino mereatur munere liberari. „ Infra probat
ejusmodi impugnationes esse utiles ad virtutum
exer-

CHRISTI AN. 395.

exercitium. Tertia est de protectione Dei, seu gratia, sine qua nihil omnino boni perfici potest; sed in ea tradit errorem Semipelagianorum, de quo inferius.

Inde profecti sunt ab Abbatem Nesterotem; Abbatis autem nomen commune erat senioribus, etiam Anachoretis, quamvis aliis non præessent. Prima ejus collatio fuit de scientia spirituali. "Quæ, inquit, duplex est: prima practice, id est actualis, quæ emendatione morum, & vitiorum purgatione perficitur; altera theorice, id est quæ in contemplatione divinarum rerum, & sacratissimorum sensuum cognitione consistit. „ Altera fuit de dono miraculorum, docetque quod meritum uniuscujusque non ex signis debeat æstimari, sed ex probitate vitæ; præsertim cum charismatum virtus non in mirabilibus, sed in humilitate consistat. Tertium invisere Abbatem Josephum. Hic claræ admodum familiæ ac primarius civitatis suæ intra Ægyptum fuit, & diligenter edoctus. Disputatio ejus fuit de infido amicitiarum genere. Unde amicitia sit indissolubilis, sic ostendit: "In hic igitur cunctis, unum genus est indissolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officii, vel munerum magnitudo, contractusque cujusquam ratio, vel naturæ necessitas jungit, sed sola similitudo virtutum. Hæc, inquam, est quæ in nullis casibus scinditur. „ Collatione finita, amici in suam quisque cellulam adducti, ingemuere, quod velocem reditum suis superioribus promisissent, nec liceret tantis exemplis perfrui diutius. Cumque quid agerent invenire non possent .... Compendium, ait Cassianus, angoribus afferat nostris authoritas senis .... & quidquid fuerit ejus sententia definitum, velut cœleste responsum cunctis æstibus nostris finem ponet .... Itaque horam nocturnæ synaxeos paululum præstolati, postquam legitimus orationum atque psalmorum impletus est numerus; anxietatem suam propter datam de reditu fidem Josepho exponunt, cum hic remanere suæ perfectioni conducibilius putarent. Joseph inquit: "Si majora spiritui vestro lucra ex hac commoratione credidis conferenda, quam illa sunt, quæ vobis de conversatione illius Cœnobii nascebantur, neque sine jactura ingentium commodorum potest conditio vestræ sponsionis impleri, satius est hoc vos mendacii, vel non impletæ promissionis subire dispendium, quam in illud incidere, per quod trepidioris vitæ status quotidiano vos atque interminabili afficiat detrimento. „ Idque confirmat exemplis, quæ tantum probant non standum esse promissis de re illicita. Infra, mendacium officiosum approbat, quæ quorumdam Orientalium falsa fuit opinio. Hac responsione confirmati remansere in Ægypto, nec nisi expleto septem annorum numero sponsionem suam gratanter impleverunt.

Cassian. collat. 14. c. 1. — C. 6. & 7. — Cassian. collat. 16. c. 1. C. 3. — Collat. 17. c. 1. & 2. — Cap. 3. — Cap. 4. — Cap. 8. — Cap. 31.

Interea viderunt Abbatem Pynuphium, qui cum esset ingentis Cœnobii Presbyter, & virtutum suarum atque signorum gloria cunctis venerabilis existeret, videns se humilitatem, quam concupierat, exercere non posse, clam fugiens de Cœnobio, secessit solus in Thebaidis ultimas partes: ibique assumpta sæculari veste, Cœnobium Tabennosiotarum expetiit, quod sciebat cunctis esse districtius, in quo vel longitudine regionis, vel multitudine fratrum credidit facile se posse celari: ubi diutissime pro foribus perseverans, cunctorum fratrum genibus provolutus, ut susciperetur, summis precibus ambivit. Post eorum diuturna fastidia, qui ad explorandum ejus desiderium, in ultima eum jam ætate, velut panis egestate compulsum, non sincere illius propositi sanctitatem expetiisse dicebant, tandem admissus est. Ut seni, nullique operi prorsus apto, horti cura mandatur, quam sub alio fratre juniore exercens, sic eidem subdebatur, tantaque obedientia desideratam humilitatis excolebat virtutem, ut non solum quæ præpositus imperasset, & quæ injuncti operis cura poscebat, impleret; verum etiam quædam necessaria opera, quæ propter horrorem sui a cæteris vitabantur, ita furtim per noctem labore perficeret, ut diluculo omnis illa congregatio tam vilium operum admirans ignoraret authorem. Cumque ita triennium ferme illic gaudens desideratæ tam injuriosæ subjectionis laboribus exegisset, accidit ut fratribus eum quærentibus, quidam ex illis huc adveniens, vix eum præ humilitate habitus ac vilitate officii agnosceret; stercus enim humeris suis advectans olerum radicibus ingerebat. Sed post explorationem manifestissimam ad ejus genua provolutus, primo stuporem fratribus cunctis, dehinc prodito etiam nomine, quod apud illos quoque præcipuæ sanctitatis fama vulgaverat, etiam dolorem compunctionis incussit, quod scilicet tanti meriti ac Sacerdotii virum tam injuriosis operibus deputassent, universique fratres prioris ignorantiæ veniam postulabant. Ille vero flens ubertim, & diabolicæ invidiæ quasi gravem proditionis suæ imputans casum, ad monasterium suum honorifica fratrum custodia ambiente reductus est; exiguo illic tempore demoratus, rursus offensus est ipsis honoris sui ac primatus obsequiis, ac furtim ascendens navem, ad Palæstinæ monasterium transmeavit: sed detectus a fratribus revocatur, tandem quod erat, esse compulsus est. Pynuphium adeunt orantes, ut de fine pœnitentiæ, & maxime de satisfactionis judicio eos aliqua doceret; quod lubenter præstitit.

Cassian. instit. cap. 30. Collat. 20. c. 1.

CHRISTI AN. 395.

Trajecto Nilo, ad vicum, cui nomen est Diolios, pervenerunt: in iis partibus amplior & perfectior Sanctorum numerus commeabat. Ad istos ergo summo desiderio festinantes, supra modum summos eorum labores admirati sunt: ipsius aquæ penuria constringuntur, tribus enim millibus & eo amplius, eam de Nilo flumine necessariis usibus apportant: quod tamen intervallum arenosis divisum laboris difficultate maxima duplicabatur. Cassianus & Germanus hic adiere Piamonem miraculis illustrem, Anachoretarum antiquissimum & Presbyterum. Hic eos quomodo rudes monachi seniorum exemplo debeant erudiri, docuit; admonuitque tria esse in Ægypto genera monachorum: Primum Cœnobitarum, qui in congregatione pariter consistentes, unius senioris judicio gubernantur, quorum disciplina a tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium. Secundum Anachoretarum, qui prius in Cœnobiis instituti, jamque in actuali conversatione perfecti, solitudinis elegere secreta, cujus professionis Principes Paulus & Antonius extiterunt. Tertium reprehensibile Sarabaitarum est; qui ab eo quod semetipsos a Cœnobiorum congregationibus sequestrarent, ac sigillatim suas curarent necessitates, Ægyptiæ linguæ proprietate Sarabaitæ nuncupati sunt; Evangelicamque perfectionem simulare potius, quam in veritate arripere maluerunt. Illi bini vel terni in cellulis commorabantur, hoc præcipue procurantes, ut absoluti a seniorum jugo, exercendi voluntates suas, & procedendi, vel quo placuerit evagandi, agendive quod libitum fuerit, habeant libertatem, laboremque duplicant, ut acquirant pecunias, quas recondant; plurimi erant Sarabaitæ in aliis provinciis.

Cassian. collat. 18. c. 1. Inst. l. 5. c. 36. — Collat. 18. c. 2. C. 4. & 5.

Post paucos dies ad Abbatis Pauli Cœnobium pertexerunt; infinita de aliis Cœnobiis monachorum turba confluxerat; anniversaria enim prioris Abbatis depositio celebrabatur. In ingenti itaque atrio subdivali illa monachorum multitudine per duodenarium numerum distinctis ordinibus considente, cum quidam Fratrum susceptum ferculum paulo tardius intulisset, Abbas Paulus, qui inter turbas ministrantium Fratrum sollicite discurrebat, exerta manu, palma eum sub omnium percussit intuitu, ita ut sonitus omnium auribus resultaret. Hoc autem idcirco ab eo factum est, ut cunctis, qui aderant, juvenis patientiam patefaceret, & omnes tali spectaculo modestiæ erudirentur. Reipsa juvenis tanta id animi lenitate suscepit, ut non modo tacuerit, sed ne ipsa quidem oris modestia, atque tranquillitas, aut color saltem quantulumcumque mutatus. Ibidem repererunt antiquissimum senem nomine Joannem, qui humilitate reliquis præeminebat. Inde venerunt ad Abbatem Theonam. Hic adolescens parentum studio connexus est vinculo conjugali, qui præveniendos adolescentiæ motus licito nuptiarum remedio crediderunt. Quinque annis cum conjuge peractis, venit ad Joannem Abbatem, qui merito sanctitatis electus diaconiæ præsidebat; ad eumque piæ devotionis studio deferre religiosa munera inter cæteros possessores; qui certatim decimas, vel primitias fructuum suorum memorato seni offerebant. Ille, ut eorum devotioni vicissitudinem repensaret, sermonem adhortationis instituit de perfectione Evangelica, quæ in rerum omnium abdicatione consistit, ut Christum sequamur. Quibus auditis, Theonas desiderio perfectionis illius accensus, domum revertitur mœstus, conjugemque cœpit exhortatione simili provocare, ut & Deo pariter in sanctimonia & castitate servirent: quæ cum non præberet assensum, nihilo-

Idem collat. 19. c. 1. — Idem collat. 21.

CHRISTI AN. 395.

nihilominus ipse ad monasterium pervolavit, exemplo quidem mirabili, sed non imitando: ubi in brevi summo splendore sanctitatis & humilitatis enituit. Hic cum Cassianum & Germanum diebus quinquagesimæ post Pascha visitasset, cœperunt percontari multa de jejunio, quod tempore Paschali monachi eatenus relaxabant, ut cibus, qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius, id est hora sexta, pro festivitatis tempore caperetur, nec ciborum qualitas mutaretur. Exacto septennio, de patria repetenda cogitarunt Cassianus & Germanus, ut parentum facultatibus enutriti, hic facilius, ut putabant, vitam instituerent monasticam. Sed eos ab ea subdola dæmonis suggestione revocavit Abbas Abrahsm, docens parantum vicinitatem esse perfectionis impedimentum. Itaque in Bethlehemicum suum monasterium revertuntur. Non multo post suscepta secunda peregrinatione invisunt desertum Scetim. Hic septem solitarii, Moyses scilicet, Paphnutius, Daniel, Serapion, Theodorus, Serenus, & Isaac, erant sanctitatis fama celeberrimi; eorum varias de perfectione Christiana collationes refert Cassianus; vel potius suas ex iis, quas illi observabant, regulas composuit.

Collat. 24. c. 1.

Cassian. collat. 6. cap. 1.

XLVII. In Palæstinæ partibus juxta Thecue solitudo vastissima est usque ad Arabiam ac mare mortuum. In hac summæ vitæ ac sanctitatis monachi diutissime commorantes, repente sunt a discurrentibus Saracenorum latrunculis interempti; quorum corpora tam a Pontificibus regionis illius, quam ab universa plebe Arabum, tanta veneratione prærepta, & inter Martyrum reliquias condita sunt, ut innumeri populi e duobus oppidis concurrentes gravissimum sibi certamen indixerint, & usque ad gladiorum conflictum pro sancta rapina sit eorum progressa contentio, dum pia inter se devotione decertant, quinam justius eorum sepulturam ac reliquias possideret; aliis scilicet de vicinia commorationis eorum, aliis de originis propinquitate gloriantibus. Passionis sanctorum Martyrum Crescentis, Dioscoridis, Pauli & Helladii Thecue occisorum a Saracenis meminit Martyrologium Romanum, die vigesima octava Maji. Cassianus & Germanus admirantes tantam Dei patientiam, quod viros illius mariti taliter perimi permisisset, mœsti ad sanctum Theodorum pergunt, eique proponunt quæstionem, cur Deus sanctos ita affligi permittat? Qui eos passionum utilitatem edocuit, quandoquidem justo tam prospera, quam adversa proficiunt ad salutem. Tum addit. Sciendum est tamen omnes homines triplici ratione tentari .... plerumque ad probationem, nonnunquam ob emendationem etiam culparum levium, interdum ob marita delictorum. Invenimus, inquit, & quartam tentationem, qua ob manifestandam solummodo gloriam, & opera Dei, inferri quibusdam aliquas passiones Scripturarum authoritate cognoscimus; secundum illud Evangelii de cæco a nativitate: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in ipso. Ac proinde hujus vitæ afflictiones non sunt semper alicujus pœna peccati, ut aliqui volunt.

Martyr. Rom. 28. Maji.

Cap. 11.

Joan. 9.

Cassian. collat. 7. cap. 23.

Summæ sanctitatis & continentiæ virum post hæc adeunt Abbatem Serenum: qui eum eis collocutus est de animæ mobilitate, & spiritualibus nequitiis; quidve & quantum adversus nos possint. Dæmonum potestatem adversus Dei servos sic docet: "Satis nobis & experientia nostra, & seniorum relatione compertum est, non eamdem vim nunc habere dæmones, quam anteriore tempore inter Anachoretarum duntaxat principia: in quibus adhuc raritas monachorum in eremo commanebat. Tanta namque erat eorum ferocitas, ut vix pauci, & admodum stabiles, atque ætate provecti, tolerare habitationem solitudinis possent. Siquidem in ipsis Cœnobiis, in quibus commorabantur octo vel decem, frequentes ac visibiles sentiebantur aggressus, ut non auderent omnes pariter noctibus obdormire, sed vicissim aliis degustantibus somnum, alii vigilias celebrantes psalmis & orationibus inhærebant ...... Unde dubitari non potest unum e duobus, hanc securitatem vel confidentiam .... etiam junioribus conferri; aut virtute Crucis etiam deserta penetrante, & ubique ejus gratia coruscante, retusa est nequitia dæmonum; aut negligentia nostra illos ab impugnatione pristina reddit lentiores, dum dedignantur adversum nos illa intentione confligere, qua tunc contra illos probatissimos Christi milites sæviebant."

CHRISTI AN. 395.

Cassian. institut. l. 1. c. 3.

Cœnobiorum Ægypti disciplina.

XLVIII. Ægypti Cœnobiorum instituta, seu vitæ modum describit idem Cassianus, qui diu cum iis vixit. Liber primus est de habitu monachi. "Vestis monachi, inquit, quæ corpus contegat tantum, & frigoris retundat injuriam, non quæ semioaria vanitatis aut elationis enutriat. Quamobrem cilicinam vestem exteriorem velut notabilem refutarunt seniores. Cucullis perparvis usque ad humerorum confinia dimissis, quibus capita contegebant, diebus utuntur ac noctibus, collobiisque lineis induti sunt tunica manicis defecta, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus. Gestant etiam resticulas duplices, laneo plexas subtegmine, quæ descendentes per summa cervicis, & e lateribus colli divisæ, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt, vestimentique latitudinem ad corpus contrahunt atque conjungunt: & ita constrictis brachiis impigri ad omne opus expeditique redduntur. Post hæc angusto palliolo colla pariter atque humeros tegunt. Ultimus eorum habitus erat pellis caprina, quæ melotes, vel pera appellabatur. Calceamenta varo recusantes, cum infirmitas corporis, vel matutinus hyemis rigor, seu meridiani æstus fervor exegerit, tantummodo caligis suos muniunt pedes."

Cap. 4. Cap. 5. Cap. 6.

Cap. 7. Cap. 8. Cap. 10.

Ibid. l. 2. c. 3. & 4.

Modus Officii divini in monasteriis.

Postea qui modus Canonicarum orationum, & psalmorum fuerit a sanctis Patribus institutus, sic refert in libro secundo. "Per universum Ægyptum & Thebaidem duodenarius psalmorum numerus tam in vespertinis, quam in nocturnis solemnitatibus custoditur. Post hunc duæ lectiones veteris ac novi Testamenti singulæ subsequuntur. Qui modus antiquitus constitutus perdurat, quia non humana adinventione statutus a senioribus affirmatur, sed cœlitus Angeli magisterio Patribus fuisse delatus. In die vero Sabbati, vel Dominico utrasque de novo recitant Testamento, id est, unam de Apostolo, vel Actibus Apostolorum, & aliam de Evangeliis; quod etiam totis quinquagesimæ diebus faciunt hi quibus lectio curæ est, seu memoria Scripturarum. Tantum a cunctis silentium præbetur, ut cum in unum tam innumerosa Fratrum multitudo conveniat, præter illum, qui consurgens psalmum decantat in medio, nullus hominum penitus adesse credatur. Ut vero vitent mentis evagationes vel tædium, ne psalmos quidem ipsos continua student pronunciatione concludere: sed eos pro numero versuum duabus vel tribus intercessionibus, cum orationum interjectione divisos distinctim particulatimque consummant; illud cuncta virtute sectantes: Psallam spiritu, psallam & mente, sedilibus humillimis insidentes ad vocem psallentis omnis cordis intentione dependent. Cum fuerint orationum Canonicarum functiones ex more finitæ, unusquisque ad suam recurrens cellulam, quam solus, aut cum alio tantum habitare permittitur, idem rursus orationum officium velut peculiare sacrificium studiosius celebrant; nec ulterius quisquam eorum in requiem somni resolvitur, donec supervenientε diei splendore, nocturno operi ac meditationi operatio diurna succedat, quoque manuum & orationes pariter exerceant. Is autem qui religiosi conventus commonitio committitur, non passim, ut libitum est, sed sollicite, frequenterque stellarum cursu præstitutum congregationis tempus explorans, ad orationem Fratres invitat officium; cœlum enim in Ægypto semper est serenum. Præterea die Sabbati & Dominica hora tertia sacræ Communionis obtentu conveniebant. Per omnem autem Orientem solemnitas Tertiæ, Sextæ, & Nonæ tribus tantum psalmis & orationibus finiebatur. Is vero qui priusquam psalmus cœptus finiatur, ad orationem non occurrebat, ulterius oratorium introire non audebat, sed stabat pro foribus, donec egredientibus cunctis submissa in terram pœnitentia negligentiæ suæ impetret veniam. Hic horarum Canonicarum divisiones & initia sese manifestant.

Idem l. 3. c. 2. & 3.

XLIX. Quartus liber inscribitur de institutis renuntiantium. "Conditiones, inquit Cassianus, quibus hi, qui ad Dominum converti cupiunt, recipiuntur, complectemur. Igitur ambiens quis intra Cœnobii recipi disciplinam, non ante prorsus admittitur, quam diebus decem & eo amplius pro foribus excubans, indicium perseverantiæ, ac desiderii sui, pariterque humi-

L. 4. c. 1.

CHRISTI An. 395.

humilitatis ac patientiæ demonstraverit. Postea diligentia summa perquiritur, ne de pristinis facultatibus suis inhæserit ei vel unius nummi contagio. C. 3. Deinde in concilio Fratrum productus exuitur propriis, ac per manus Abbatis induitur monasterii vestimentis. C. 5. Deinde deputatur seniori, qui seorsum haud longe a vestibulo monasterii commanens habet curam peregrinorum. Post annum admiscendus congregationi Fratrum alii traditur seniori, C. 7. qui decem junioribus præest, quos sibi creditos ab Abbate instituit pariter, & gubernat; cujus hæc erit C. 8. sollicitudo principalis, ut doceat eum suas vincere voluntates. Hæc ille semper imperare de industria C. 9. procurabit, quæ senserit animo ejus esse contraria. Consequenter juniores instituuntur, nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare; sed confestim ut exortæ fuerint, eas suo patefacere seniori, & illud credere malum esse, vel bonum, quod pronunciaverit senioris examen. Ita fit ut in nullo circumvenire juvenem cal-C. 10. lidus inimicus velut inexpertum prævaleat. Tanta vero observantia obedientiæ regula custoditur, ut juniores absque præpositi sui permissu, non audeant cella progredi; sicque universa complere quæcumque fuerint ab eo præcepta, tanquam si a Deo sint C. 12. cœlitus edita, sine ulla discussione festinant. Considentes intra cubilia sua, & operi, & meditationi studium pariter impendentes, cum sonitum pulsantis ostium audierint, ad orationem eos, seu ad opus aliquod invitantis, certatim e cubilibus suis unusquisque prorumpit, ita ut is qui opus scriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoasse literam, finire non audeat. Diversæ pro variis adversus regulas culpis erant correptiones; communiter, ut delinquens coram Fratribus postratus in terram veniam postulet."

Collat. 2. c. 19. *Monachorum abstinentia.* Circa cibum quotidianum id observat Cassianus. "Super hac re inter majores nostros frequenter novimus habitum fuisse tractatum. Nam discutientes continentias diversorum, qui vel solis leguminibus, vel oleribus tantum, vel pomis vitam jugiter exigebant: præposuere cunctis illis refectionem solius panis, cujus æquissimum modum in duobus paximaciis statuerunt, quos parvulos panes vix libræ unius Romanæ, seu duodecim unciarum pondus habuisse Pallad. in vit. Paul. Simpl. Ib. c. 26. Inst. l. 4. cap. 15. certissimum est. Hora nona, seu tertia post meridiem primum comedebant, aliud in vesperam reservabant. In Tabennensi monasterio summæ reputabantur deliciæ, si herba sale condita, quam lapsanium vocant, aque diluta ad refectionem Fratribus apponatur. Refectionis tempore summum ab omnibus cahibetur silentium, sacræque lectiones super mensam recitantur. Sed summa cautione servatur ne extra mensam quicquem cibi penitus ori suo quisquam indulgere præsumat."

C. 43. Denique quibus gradibus perfectionem monachus possit ascendere, sic paucis comprehendit. "Principium nostræ salutis sapientiæque secundum Scripturas timor Domini est; de timore nascitur compunctio salutaris; de compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas & contemptus omnium facultatum; de nuditate humilitas procreatur; de humilitate mortificatio voluntatum generatur; mortificatione voluntatum extirpantur universa vitia; expulsione vitiorum virtutes fructificant atque succrescunt; pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur; puritate cordis Apostolicæ charitatis perfectio possidetur." In sequentibus octo libris agit adver-L. 5. c. 1. sus octo vitia principalia. Primum naturas eorum investigat, deinde causas eorumdem sufficienter exponit. Tertio curationes eorum ac remedia proponit.

Phot. Bibl. c. 197. De eo Cassiani opere sic judicat Photius. Tanta iis vis inest, ac quasi divinitas, ut & in hunc usque diem, si quis monachorum conventus hac ex forma, & hisce præceptionibus gubernetur, revera tantisper floreat, cæterisque prælucens virtutum esse officina cernatur; cum qui hæc repudiarit cœtus, parvis quibusdam virtutum reliquiis instructus, veluti in fluctibus jactetur, vel etiam naufragium faciat: quare expedit nihil eorum, quæ ibi tradantur, contemnere; Dominicæ enim hæc legis sunt atque Evangelicæ disciplinæ expositio, & explanatio. Cæterum sensibus ipsa quoque apud eum respondet elocutio, ut quæ non perspicuitatem solum afferat, sed ea insuper sit facultate prædita, ut facile, & sine ulla vi hominum animis imprimatur; quin & eosdem pervadere, atque ad instituum suum trahere queat. Imo sapienter adeo sunt CHRISTI An. 395. omnia, & dextre temperata atque efformata, ut nec tropologus liber secundus de octo vitiis destituatur; sed multa contiuet quæ demulceant, atque alliciant: ac plura etiam, quæ cum metum ac terrorem incutiant, tum pœnitentium commonendi vim habeant. Cassiod. l. de institut cap. 29. Cassiodorus vero de eodem ad monachos suos scribit: Cassianum Presbyterum, qui scripsit de institutione fidelium monachorum, sedulo legite, frequenter audite; qui inter ipsa sancti propositi initia, octo principalia vitia dicit esse fugienda. Hic noxios motus animorum ita competenter insinuat, ut excessus suos hominem prius videre faciat, & vitare compellat, quos antea confusione caliginis ignorabat. Posteriores congregationum authores multa ex Cassiano desumpta fecere propria suis institutis. Bened. reg. c. 24. & 73. S. Benedictus Cassiani collationum lectionem enixe suis præcepit; eas D. Thomas frequenter lectitabat.

L. Florebat Ægyptus ea tempestate non solum eruditis in Christiana Philosophia viris, verum etiam his qui per vastam eremum commeantes, signa, & prodigia Apostolica, simplicitate vitæ, & cordis sinceritate faciebant, quorum præcipui erant Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Sceti, Pambus in Cellulis, Moyses, & Benjamin in Nitria; Sybrion, & Elias, & Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Pœmen, & Joseph in Pispiri, qui appellatur mons Antonii, ubi fere quinque monachorum millia numerabantur; quibus postea præfuere Posthumius, & Macarius alter. Ut vere compleretur Apostoli dictum, quia ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Pallad. De vit. PP. l. 8. S. Apollonius sub Juliano vincula passus, in monte Nitriæ juxta Hermopolim, quo Jesum cum sancta Maria, & Joseph venisse ferunt, Pater erat monachorum fere quingentorum, quibus quotidie communicare Sacramentis suadebat. Abbatis autem Isidori monasterium in Thebaide habebat mille monachos. Erant intus putei, & horti, quæcumque sunt ad usum necessaria, nemine egrediente extra monasterium. Sed erat Presbyter janitor, qui nullum permittebat egredi, neque alium ingredi, præterquam si quis vellet usque ad mortem illic permanere nusquam progrediens. Hospites in parvo excipiebat habitaculo. Circa civitatem erant Anachoretæ, qui se ipsos incluserant in speluncis rupium.

Vit. PP. l. 2. c. 5. Oxirinchus inferioris Thebaidis civitas religione prorsus fuit mirabilis; repleta erat monachis intrinsecus, & extrinsecus ex omni parte circumdata. Ædes publicæ, & templa superstitionis antiquæ, habitationes erant monachorum, qui per omnem partem civitatis die ac nocte hymnum ac laudes Deo referentes, urbem totam quasi unam Dei Ecclesiam faciebant. Viginti millia virginum, & decem millia monachorum inibi Deo serviebant; nullus ibi inveniebatur aut hæreticus, aut Paganus, sed omnes cives Christiani, omnes Catholici. Ipsi quoque magistratus, & principales civitatis, & reliqui cives, studiose per singulas portas observabant, ut sicubi apparuerit peregrinus, aut pauper, certatim ad eum, qui præoccupaverit, adductus, quæ sunt necessaria consequatur. Imperante tamen Constantio, Theodorus illius urbis Episcopus Georgii Alexandrini partes secutus est, adeo ut secundam ab eo susciperet ordinationem, atque persecutionem move-Libell. Marcel. & Faust. ret adversus Orthodoxos, qui eum execrati, sibi Heraclidem procurarunt Episcopum. Haud dubie cum hæc scriberet Rufinus, nullæ hujus schismatis supererant reliquiæ.

Vit. PP. l. 8. c. 3. & 39. In Tabennesi loco præter magnum Pachomii monasterium continens numerum circiter mille quadringentorum virorum, alia multa camdem regulam observabant; habebant virorum circiter septem millia. Ibidem ex altera parte Nili mulierum quoque erat monasterium circiter quadringentarum, quod habet idem institutum. Theodorus Presbyter, qui Gennad. de script. Eccl. fuit successor gratiæ, & præpositurae D. Pachomii, scripsit ad alia monasteria epistolas sacrarum Scripturarum sermone digestas, in quibus frequenter magistri sui Pachomii doctrinæ ac vitæ proponit exempla, simul & hortatur in proposito cordis, & studii permaneant, & redeant in concordiam, & unitatem, qui post Abbatis obitum discessione facta, a cœtu semetipsos absciderant unitatis. Oriesis monachus Pachomii, & Theodori collega, vir in sacris Scripturis ad perfectum instructus, composuit librum divino sale conditum, totiusque monasticæ discipli-

CHRISTI AN. 395.

disciplinæ instrumentis constructum, in quo pene totum novum, & vetus Testamentum, compendiosis dissertationibus, juxta monachorum duntaxat necessitatem, invenitur expositum. Alia quoque monasteria Pachomii vivendi formam receperunt. Quinquaginta fere millia monachorum singulis annis bis ex iis simul conveniebant, die festo Paschæ ad celebritatem simul peragendam, & mense Augusto, ad Superiorum, & Officialium electionem, & fratrum reprehensionem, & reconciliationem. En prima religiosa multorum monasteriorum congregatio. Eos fere omnes, quorum nomina recensuimus, ut Sanctos veneratur Ecclesia.

Vit. PP. lib. 8.

LI. Erat autem monasterium mulierum in quadam civitate habens cellas centum triginta; eadem vero tribus erat cella communis. In eo nemo gustabat vinum, nulla illarum pomum, aut uvas, aut ficus, aut aliquid hujusmodi bonorum, quæ terrena nascuntur ubertate, edebat. Quædam earum a vespere usque ad aliam vesperam jejunium protrahebant: aliæ vero post biduum edebant; aliæ vero post triduum, nulla earum pedes suos abluebat. Unaquæque vero earum stratum in terra habebat cilicium parvulum unius cubiti latitudinis, & longitudinis trium, & paululum in ipso requiescebat. Erant autem & vestes earum de cilicio usque deorsum, obstringentes pedum extremitates. Quantumcumque poterat, unaquæque laborabat; & cum aliquam earum contigerat infirmari, non ei fomentum, aut adjutorium aliquod medicinæ conferebatur; sed tanquam maximam benedictionem a Deo accipiebat, & tolerabat languorem donec eam medicina Dominica præveniret. Nulla earum januas exibat: erat autem matura janitrix, per quam responsa omnia fiebant; multæque sanitates inibi fiebant. Euphrasia, Antigoni viri nobilis vidua, quadam die rogabat Abbatissam, & Priores monasterii, dicens eis: parvam benedictionem volo absque terrore vestro præbere, redituum anni viginti aut triginta librarum, ut omnes sorores orent pro Antigono, & filia ejus Euphrasia. Cui Abbatissa respondit: Domina mea matrona, ancillæ tuæ non egent reditibus, neque pecuniam concupiscunt; propterea namque omnia reliquerunt, & cuncta despiciunt in hoc sæculo, ut æternis bonis frui mereantur, & nihil possidere volunt, ne cœlesti regno priventur. Sed ne contristem, aut sine fructu dimittam, paucum oleum ad candelas, & thymiama in oratorium confer, & hoc erit nobis pro mercede justitiæ. Euphrasia ejus filia septennis, matre non sine multis lacrymis consentiente, ingressa monasterium, in eoque usque ad obitum perseverans, virtutibus, & miraculis claruit.

Vit. PP. l. 8. c. 17. & 128.

In civitate Antinoi erant fœminarum monasteria duodecim; omnes die Dominica progrediebantur in Ecclesiam gratia communionis. Erat autem quædam virgo nomine Taor, quæ licet triginta annos versata esset in monasterio, ob eximiam pulchritudinem cum aliis non exibat, sed pannis oblita operi assidue assidebat.

Vit. PP. lib. 8. Pallad. cap. 7. C. 23.

D. Serapion Presbyter juxta Arsinoem præerat decem mille fratribus. Quinquies mille dispersi vivebant in monte Nitriæ, Sabbato, & Dominica convenientes in unam Ecclesiam; octo erant Presbyteri; sed quamdiu vivebat primus, nullus alius offerebat, nec judicabat, nec habebat sermonem, sed tacite solum cum eo sedebant. Prope Ecclesiam erat xenodochium, in quo venientes accipiebant hospites, donec vellent sua sponte recedere, permittentes eis unam hebdomadam manere in otio, sed deinceps eos ad opera cogebant. Quingenti circiter alii in monte Pherme exercebantur, quos inter erat Paulus. Fuit autem ejus opus, & exercitatio orare perpetuo. Alexandriæ bis mille monachi in variis habitabant monasteriis. Pelusii cum multis aliis tunc commorabatur D. Isidorus. Vel ex his compendiose contractis liquet quantum in Ægypto vita monastica floreret. Mesopotamia, Syria, & Palæstina aliæque regiones habuere plurimos viros nobilibus iis studiis pietatis sese exercentes. Tot millium monachorum, & monialium tanta fuit abstinentia, ut ex solo manuum labore, omnia ad vitam sibi necessaria compararent, & quidquid erat residuum, pauperibus distribuerent. Singulorum virtutes, & facta mirabilia recensere foret operis longioris. Eorum vitas scripsere Evagrius, Palladius, Moschus, Rufinus, Hieronymus, & Theodoretus. Religiosæ vitæ propositum, & exercitia sic describit Hieronymus.

CHRISTI AN. 395. Vit. PP. lib. 1. *Imago vitæ religiosæ.*

LII. Posteaquam crudeles Tyranni misere perierunt, persecutioque finem accepit, ac pii Imperatores Orbis Imperio potiti sunt: succedentes alii, ac zelum illum, divinamque cupiditatem sibi imitandam proponentes ...... illud optime secum considerabant atque spectabant, ut ab omni spurcitie puram animam ac corpus Deo exhiberent: sic nimirum se comparantes, ut omnes vitiosarum affectionum actiones amputarent, seque ipsos ab omni carnis, & spiritus inquinamento repurgarent. Quoniam autem hoc non alia ratione, quam per mandatorum Christi observationem a se præstari posse intelligebant, mandatorum porro observationem ac virtutum cultum in mediis mundi tumultibus ægre se consequi posse percipiebant, novum quoddam atque ab aliis diversum vitæ genus sibi ipsis instituerunt; ac, juxta divinam vocem, relictis omnibus rebus, hoc est, parentibus, amicis, cognatis, opibus, deliciis, cunctisque mundi commodis contemptis, in solitudinem tanquam exules quidam se contulerunt, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ ..... panis etiam, & vestimentorum gravi penuria laborantes. Quod ut facerent, duplex eos causa impellebat: altera, ut vitiosarum affectionum materias minime cernentes, eas cupiditates radicitus ex animis suis evellerent, ac divinarum ac cœlestium rerum amorem, & desiderium in seipsis insererent: altera, ut per afflictionem corpus conficerent, animoque ac voluntate martyres effecti, Martyrum gloria minime carerent. Verum cum ipsi quoque, quantum in se esset, Christi passionem expressissent, ipsius quoque regni participes essent.

Ad Hebr. 11.

Ibid.

Atque alii quidem sub dio durantes, solis æstu, atque asperrimis frigoribus ac pluviis, & ventorum turbinibus affictabantur: alii constructis tuguriis, aut in speluncis, & antris sese occultantes, vitam agebant. Sicque virtutem colentes, omnem carnalem consolationem, & quietem ad extremum usque repudiarunt, crudis oleribus, & herbis, aut pomis, aut etiam sicco, & durissimo pane vitam tolerantes ... Tantulum autem duntaxat, etiam ex ipsis vilibus maximeque necessariis rebus percipiebant, quantum ad tolerandam famem satis esset. Quidam enim eorum integram hebdomadam per inediam transigentes, Dominico demum die cibum admittebant. Quidam bis tantum in hebdomada quaque ipsius meminerant: alii alternis diebus sub vesperam edebant ...... precibusque ac vigiliis propemodum cum Angelis quoque certantes ..... Hoc tamen sibi persuadebant, se ne ea quidem ullo modo fecisse, quæ ipsis a Deo præcepta essent; verum multo plura esse, quæ sibi deessent, quam quæ jam sibi præstitissent ..... Ita alii aliis, atque omnes omnibus modestiores se præbebant. Inanis porro gloriæ affectus, aut hominibus placendi studium, quonam tandem pacto in illis esset, quippe qui hac de causa Orbem fuga reliquerant, atque in desertis morabantur, ut virtutes suas non hominibus, sed Deo, a quo virtutum præmia sperabant, demonstrarent. Illud quippe probe norant, religiosa exercitia, quæ inanis gloriæ causa obeuntur, mercede carere, ut quæ non Dei, sed humanæ laudis causa fiant ... Dominicis diebus ad unam, & eamdem ecclesiam pergunt, ac divina mysteria, hoc est, incruentum puri Corporis ac pretiosi Sanguinis Christi sacrificium percipiunt: quæ quidem Dominus piis in peccatorum remissionem, ac tum animi, tum corporis illuminationem, & sanctificationem donavit; atque divinorum oraculorum exercitatione mirabilibusque consiliis & cohortationibus mutuo sese pascentes, & occulta hostium bella patefacientes, ne quis videlicet luctandi adhuc ignarus ab iis superetur, domum rursus singuli redeunt, virtutum mel in pectorum suorum favis studiose recondentes.

Ibid.

Alii Cœnobiticam vitam consectantur, qui quidem maximo numero in unum coacti, unius Præfecti, qui omnibus virtute præstat, imperio se ipsos subdunt, ac voluntatem suam obedientiæ mucrone prorsus truncantes, seque velut emptitia mancipia ultro reputantes, non jam sibi ipsis vivunt; sed ei, cui ob Christi amorem sese submiserunt; vel ut aptius loquar, vivunt jam non sibi ipsis, vivit autem in his Christus, quem rebus omnibus abjuratis secuti sunt. Hi igitur Angelorum instar in vita versantur, psalmos videlicet, & hymnos concordibus animis Domino

canca-

CHRISTI AN. 395.

canentes, & Confessorum nomen propter obedientiæ certamina obtinentet . . . . Per hæc exempla, terreni cœlitem vitam imitati sunt: ut qui in jejuniis & precibus, ac vigiliis, in calentibus lacrymis, ac luctu ab omni distractione libero, in peregrinatione & mortis memoria, in lenitate animique affectu ab iracondia remoto, in laborum silentio, in paupertate atque inopia, in castitate ac pudicitia, in humilitate & quiete, ac denique in perfecta erga Deum, & proximum charitate præsentis vitæ curriculum confecerint.

Leges pro religione. Cod. Theod. l. 25. & seq.

LIII. Theodosii filii patris exemplum secuti Ecclesiam amplificare studuerunt, & primo quidem Arcadius lege data ad Rufinum, sic statuit: " Cuncta supplicia, quæ sanctionibus divæ recordationis genitoris nostri adversus hæreticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus. „ Novas pœnas adversus Eunomianos sic decernit: " Ne quis memoratæ sectæ militandi, aut testandi, vel ex Testamento sumendi habeat facultatem. „ Date est tertio Idus Martii anni trecentesimi nonagesimi quinti. Aliam legem tulit, ne hæretici illicitos cœtus congregarent, eorumque nemo auderet Episcopi nomen sibi ascifcere. Tertio Kalendas Aprilis. Tertia ad Aurelianum Pro-Consulem Asiæ declaret, hæreticorum nomine eos esse comprehendendos, qui vel in levi argumento a judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare. Tertio nonas Septembris. Honorius vero eodem anno privilegia Ecclesiæ concessa data lege confirmavit: " Quæcumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacro-sanctas Ecclesias præcipimus: nihil igitur a privilegiis immutetur, omnibusque, qui ecclesiis serviunt, tuitio deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentiæ cupimus, quam ex his, quæ olim præstita sunt, immutari. „ Decimo Kalendas Apriles. Subditi vero ad Principum exemplum sese formantes, Pagani quidem ad Christianam religionem facile transibant; hæretici vero ad Ecclesiam Catholicam sese adjungebant. Arianorum maxime & Eunomianorum inter se dissidentium numerus in dies magis magisque imminuebatur.

Sozom. l. 8. c. 1.

LIV. Theodosii morte magna est in Imperio facta mutatio; ejus enim filiis defuit & ætas, & rerum experientia, & animi firmitudo, quæ rebus administrandis est idonea. Rufini vero & Stiliconis, quibus summa rerum ut tutoribus erat commissa, omnia turbavit ac subvertit ambitio, dum primus sibi, alius filio affectat imperium. Hunni barbari varias regiones Orientalis imperii devastabant, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcentes. Hos evocarat Rufinus Præfectus Prætorio ad perturbandum Imperii statum, ut tantis malis reparandis Imperator eligeretur. Verum ob eam causam non multo post trucidatus est a militibus, quod ipsis mandatum fuerat a Stilicone, qui dexteram ipsius præcisam gestantes, per singulas urbis officinas circumtulerunt, hæc addentes: Date stipem insatiabili; magnamque auri vim hujusmodi postulationibus collegerant. Uxori ejus & filiabus permissum ut Hierosolymis reliquum vitæ tempus exigerent.

Oros. l. 7. Hieron. epist. 30. Philostorg. l. 11. c. 3. Zozim. lib. 5.

LV. Octo mensibus a Bagajensi Synodo jam dudum elapsis, quos Maximianistis ad redeundum concesserant Primianistæ; adversus ejusmodi corporis sui schismaticos legum publicarum implorant auxilia, quamvis ipsis quoque non minus adversarentur; adeuntque Herodem, ejusque successorem Seranum, postulantes ut Prætextatus Assuritanus, & Felicianus Musitanus, Maximiani fautores, & schismatici juxta leges ecclesiis suis expellerentur. Proconsules de lite secundum Bagajensis Synodi tabulas judicarunt, & plores Maximianistæ authoritate publica Primianistis cesserunt suas basilicas, qui in eorum locum alios ordinarunt. Quin & præconem miserunt, qui clamaret sinitis: Quisquis Maximiano communicaverit, incendatur ejus domus. Comprehensus est Salvius Membrasitanus senex, eique mortuos canes alligaverunt in collo, & sic cum illo quantum libuit saltaverunt. Maximianistæ non pauci his malis territi, Primianistis se reddiderunt, & recepti sunt tanquam purgati & innocentes. Ecclesiæ profuit ea Donatistarum divisio. Itaque postea decretum est ab Orthodoxis Episcopis in Africa, ut lites Primianistarum, & Maximianistarum ex actis publicis exciperentur, quibus Donati factio, rebus a se gestis prævaricationis convinceretur. Cæterum post multum temporis eosdem pœnitentes suis ecclesiis restituerunt Donatistæ, atque iis communicarunt. Hinc Augustinus eorum prævaricationem sic invicte demonstrabat adversus Gaudentium: " Qua justitia, qua ratione, qua fronte in honore suo suscipitur Maximianista damnatus, & damnatur Orbis terrarum Catholicus inauditus? Qua justitia, qua ratione, qua fronte cavendum esse dicitis, ne vos inquinet Cæcilianus olim defunctus, vobisque prorsus incognitus, vestris majoribus judicantibus semel damnatus, vestris majoribus accusantibus ter absolutus; & cavendum non putastis, ne vos inquinaret Felicianus universalis concilii vestri ore damnatus, & ab universis vobis, præcipue tui prædecessoris favore susceptus? Qua justitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum, quem dant Ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantaverunt, cum susceperitis baptismum, quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris a vestra Ecclesia tradiderunt? „ Vi potentissimæ rationis oppressi Donatistæ, ne hiscere quidem poterent. Sic omnes hæretici successu temporis sibi contrarii deprehenduntur.

Aug. l. 3. in Cresc. c. 33. & 56. August. epist. 66. idem l. 4. adv. Cresc. cap. 48. Codex Afric. cap. 67. August. l. 1. adv. Gaud. cap. 39.

LVI. Augustinus constituit, juxta Concilii Hipponensis canonem, cujus promotor fuerat, fideles prohibere a conviviis, quæ in Sanctorum natalitiis mos erat in ipsis Ecclesiis celebrare: quippe ob multorum intemperantiam gravia scandala nascebantur. S. Leontii Hipponensis Episcopi festus instabat dies. Tumultuabantur multi dicentes, se ferre non posse, ut illa lætitia prohiberetur. Itaque quarta feria præcedente festum, explicans hæc Evangelii verba: Nolite dare sanctum canibus: sic conclusit: ut viderent, quam esset nefarium intra Ecclesiæ parietes id agere nomine religionis, quod in suis domibus si agere perseverarent, a sancto & margaritis Ecclesiasticis eos arcere oporteret. Sed hæc quamvis grate accepta fuerint, tamen quia pauci convenerant, multos foris habuit obtrectatores. Itaque primo die quadragesimæ, cum multitudo frequens adesset, exponens Evangelium de mercatoribus, quos e templo Christus expulit; ostendit quanto vehementius & commotius Dominus noster ebriosa convivia, quæ ubique sunt turpia, de templo expelleret; adjunxitque Judæos, ne sobria quidem unquam celebrasse convivia, nec eos publice religionis nomine inebriatos inveniri in historia, nisi cum festa idolo exsolverent. Demum ex Apostolo probavit, quam grave esset crimen ebrietatis, præsertim in Ecclesia, quæ sic commemoratur. Scripturæ testimonia in ipsis codicibus legebat Augustinus; eisque constituit ante oculos commune periculum, & ipsorum, & suum, qui de illis rationem redditurus esset Pastorum Principi. Hæc cum urgeret, eorum fletu præventus suum abstinere non potuit; & cum jam pariter flevissent, plenissima spe correctionis illorum, finis sermonis ejus factus est.

August. epist. 29. *Convivia in cœmeteriis abrogat Aug.* Matt. 7. 1. ad Cor. 5. & 11.

Postridie cum festus dies illusisset, nuntiatum est ei nonnullos murmurare: sed antequam cathedram ascenderet, ingressi sunt ad ipsum, quos audierat de oppugnatione vetustæ consuetudinis esse conquestos, quos blande acceptos paucis verbis in sanam sententiam transtulit, & postea in sua concione de hac ipsa quæstione pauca disseruit, ostendens nihil verius posse adferri adversus eos, qui dicunt: quare modo? nisi dicendo, vel modo. Verumtamen ne veteres Episcopi, qui hæc permiserant, affici contumelia viderentur, exposuit eis, qua necessitate ista in Ecclesia viderentur exorta: scilicet post persecutiones tam multas, tamque vehementes, cum facta pace, turbæ gentilium in Christianum nomen venire cupientes, hoc impedirentur, quod dies festos cum idolis suis solerent in abundantia epularum & ebrietate consumere; nec facile ab his perniciosissimis & tam vetustissimis voluptatibus se possent abstinere; visum fuisse majoribus nostris, ut huic infirmitatis parti interim parceretur, diesque festi, post eos, quos relinquebant, alii in honorem sanctorum Martyrum non simili sacrilegio celebrarentur. Deinde hortatus est, ut transmarinarum Ecclesiarum, scilicet Italiæ, in quibus partim ista recepta numquam sunt, partim jam per bonos rectores populo obtemperante correcta, imitatores esse vellent. Et quoniam de basilica beati Apostoli Petri quotidianæ vinolentiæ proferebantur exempla: dixit Augustinus, audisse se sæpe id esse prohibitum, sed quod remotus sit locus ab Episcopi conversatione, tunc quippe erat extra urbis muros,

Ibid.

Christi An. 395.

muros, & in tanta civitate magna sit carnalium multitudo, peregrinis præsertim, qui novi subinde veniunt, tanto violentius, quanto inscitius illam consuetudinem retinentibus, tam immanem pestem nondum compesci sedarique potuisse.

Ibid.

Cum omnes uno animo in bonam voluntatem ire, contempta mala consuetudine, cerneret, bortatus est ut pomeridiano tempore divinis lectionibus & psalmis interessent, ita illum diem multo mundius atque sincerius placere celebrandum. Tuncque major quam ante meridiem adfuit multitudo; absolutisque psalmis & lectionibus, Augustinus cogente Valeriano Episcopo habuit brevem sermonem, quo gratias ageret Deo; & quoniam Donatistæ tunc etiam in poculis perdurabant, dixie celebrationis illius spiritalis conventum minus fortasse futurum fuisse jucundum, nisi ex alia parte carnalis ingurgitatio conferretur: hortatusque est ut tales epulas instanter appeterent, si gustassent quam suavis est Dominus. Demum acta sunt vespertina, Cleroque cum Episcopo recedente, Fratres eodem loco hymnos dixerunt, non parva multitudine utriusque sexus ad obscuratum diem manente atque psallente. Augustinus rem totam scripsit amico suo D. Alypio Episcopo Thagastensi. Alii hoc exemplum deinceps secuti sunt Episcopi; septimo tamen sæculo multis in Ecclesiis usus ille adhuc vigebat. D. Gregorius Papa primus Melito Abbati

Greg. l. 9. epist. 71.

in Britanniam proficiscenti, sic eum commendat: " Et quia boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet etiam eis hac de re aliqua solemnitas immutari, ut die dedicationis, vel natalitiis sanctorum Martyrum .... religiosis conviviis solemnitatem celebrent ... ut dum eis aliqua exterius gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. „ Ex his duo colligimus: primo quædam in sua institutione recte permitti, quæ propter abusus postea merito prohibentur. Secundo: Abusus non leves etiam in magnis Ecclesiis diu perseverata posse, omnibus etiam bonis consentientibus, Episcopis videntibus & tacentibus; qui tamen abusus idcirco crimine non carent, veteremque consuetudinem, bonorum consensum, Episcoporum silentium, non esse semper argumentum, quo se, qui talia agunt, probent innocentes.

Possid. vit. Aug. cap. 7.

LVII. Augustinus docebat & prædicabat privatim & publice in domo, & in Ecclesia, saluris verbum cum omni fiducia adversus Africanas hæreses, maximeque contra Donatistas, Manichæos & Paganos. Sicque adjuvante Domino, levare in Africa Ecclesia Catholica exorsa est caput, quæ multo tempore illic convalescentibus hæreticis, præcipueque rebaptizante Donati parte majorem multitudinem Afrorum, seducta & oppressa jacebat. Et hos ejus libros sive tractatus mirabili Dei gratia procedentes ac profluentes, instructos rationis copia, atque authoritate sanctarum Scripturarum, ipsi quoque hæretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant: & quisquis ut voluit, & potuit, notarios adhibens, etiam ea, quæ dicebantur, excepta descripsit. Exinde jam per totum Africæ corpus præclara doctrina, odorque suavissimus Christi diffusus & manifestatus est, congaudente quoque, eo comperto, Ecclesia Dei transmarina.

Hinc prodiere libri de vera religione, & de sermone Domini in monte, & octoginta trium quæstionum, & de mendacio, & adversus Adimantum Manichæum, & commentarii in Genesim & in epistolas ad Romanos, & Galatas: quorum argu-

August. retract. l. 1. c. 13.

menta sic exponit Augustinus. " Tunc etiam librum scripsi de vera religione, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, unum verum Deum, id est, Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum religione vera colendum, & quanta misericordia ejus per temporalem dispensationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ vera religio est; & ad eumdem cultum Dei quemadmodum sit homo quadam vita sua coaptandus. „ Maxime tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur. Ibidem sic docet ubinam inveniatur vera re-

Ecclesia vera, quæ. August. l. de vera relig.

ligio. " Quæ cum ita sint, neque in confusione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore schismaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærenda est religio, sed apud eos solos, qui Christiani, Catholici, vel Orthodoxi nominatur, id est, integritatis custodes, & recta sectantes. Hæc enim Ecclesia Catholica per totum Orbem valide lateque diffusa, omnibus errantibus utitur ad profectus suos, & eorum correctionem, cum evigilare voluerint. Utitur enim gentibus ad materiam operationis suæ; hæreticis ad probationem doctrinæ suæ; schismaticis ad documentum stabilitatis suæ; Judæis ad comparationem pulchritudinis suæ. Alios ergo invitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit: omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat potestatem, sive illi formandi sint adhuc, sive reformandi, sive recolligendi, sive admittendi; carnales autem suos, id est, viventes aut sentientes carnaliter, tanquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur. Sed quia in hac area pro voluntate quisque vel palea, vel frumentum est, tamdiu sustinetur peccatum aut error cujuslibet, donec aut accusatorem inveniat, aut pravam opinionem pertinaci animositate defendat. Exclusi autem aut pœnitendo redeunt, aut in nequitiam male liberi defluunt; ad admonitionem nostræ diligentiæ, aut schisma faciunt, ad exercitationem nostræ patientiæ; aut hæresim aliquam gignunt, ad examen sive occasionem nostræ intelligentiæ. „ Itaque, secundum D. Augustinum, qui communione, vel doctrina dissident ab Ecclesia Catholica, non pertinent ad veram religionem, quæ proinde non est collectio sectarum in Christum credentium. Recte igitur concludit Augustinus: " Tenenda nobis est Christiana religio, & ejus Ecclesiæ communicatio, quæ Catholica est, & Catholica nominatur, non solum a suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint, nolint, enim ipsi quoque hæretici, & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quam Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo Orbe nuncupatur.

August. retract. l. 1. c. 10

Scripsit etiam duos libros de Genesi contra Manichæos, in defensionem veteris Legis, quam vehementi studio vesani erroris oppugnant. Initio primi libri id monet, quod iis diligenter observandum, qui scribunt adversus hæreticos, vel publice docent. " Placuit, inquit, quorumdam vere Christianorum sententia, qui cum sint eruditi liberalibus literis, tamen alios libros nostros, quos adversus Manichæos edidimus, cum legissent, viderunt eos ab imperitioribus, aut non, aut difficile intelligi; & me benevolentissime monuerunt, ut communem loquendi consuetudinem non desererem, si errores illos tam perniciosos ab animis etiam imperitorum expellere cogitarem. Hunc enim sermonem usitatum & simplicem etiam docti intelligunt; illum autem indocti non intelligunt.

August. retract. l. 1. c. 22.

" Eodem tempore, inquit Augustinus, venerunt in manus meas quædam disputationes Adimanti, qui fuerat Manichæi discipulus, quas conscripsit adversus Legem & Prophetas, velut contraria eis Evangelica & Apostolica scripta demonstrare conatus. Huic ego respondi, verba ejus ponens, eisque reddens responsionem meam. Cum Presbyter adhuc essem, contigit ut apud Carthaginem inter nos, qui simul eramus, ad Romanos Apostoli Epistola legeretur, & quædam interrogabar a Fratribus. Quibus cum, sicut poteram, responderem, voluerunt scribi potius quæ dicebam, quam sine literis fundi; ubi cum obtemperarem, liber unus accessit superioribus opusculis meis, cui titulus: Expositio quorumdam propositionum ex Epistola ad Romanos. „

Ib. c. 24. *Augustini mens de majori delectatione.* Aug. l. de dono persev. c. 20. & l. de præd. Sanctor. cap. 3. Jansen. de grat. Christ. l. 4. c. 4. & 6.

Postea exposuit Epistolam ad Galatas integram. Hunc librum scripsit adhuc Presbyter, ut ibidem dicit, & observarunt Reverendi PP. Benedictini in sua editione, & alii periti Critici: ac proinde cum adhuc in Semi-Pelagianorum errore versaretur, quem paulo ante docuerat in expositione quæstionum ex Epistola ad Romanos, atque, ut ipse testatur, deposuit tantum sui Episcopatus initio; quo tempore cognovit primum & docuit fidei initium esse donum Dei; cum antea non putaret, fidem gratia præveniri, sed ut prædicato Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitraretur. Verba sunt Augustini, qui eumdem errorem retractat in libro primo retractationum, capite 23. In ea expositione Epistolæ ad Galatas hæc legitur sententia, tot controversiarum materia: Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est. Jansenius cum suis vult hac contineri clavem doctrinæ sancti Augustini circa gratiam & prædestinationem, eamque intelligendam contendit de duplici delectatione præveniente, quarum cœlestis sit

causa

CHRISTI AN. 395. & 396.

causa bonorum operum, malorum vero terrestris; & quæcomque earum sit prædominans, seu intensior, hanc invicte determinare voluntatem, quæ necessario velit & agat secuodum impressionem majoris delectationis prævenientis; ita ut impossibile sit ut non velit, & non agat, quamdiu sub ea est, id ad quod illa movet; vel ut quidquam agat sine delectatione præveniente. Quicumque ita sentiunt, dicant nobis velim: quomodo sine aperta contradictione fieri possit, ut Augustinus ita senserit de gratia, & de determinatione voluntatis humanæ, eo tempore quo sequebatur, & docebat errorem omnino contrarium, sentiens cum Semi-Pelagianis; sicque uno eodemque tempore crediderit fidei initium esse a nobis absque delectatione cœlesti prædominante, & simul docuesit nos in omnibus necessario sequi delectationem prædominantem, & prævenientem, nosque necessario peccare, cum non adest delectatio cœlestis intensior. Nonne Jansenius Augustino opinionem supponit absurdam? Præsertim cum S. Doctor de se ipso affirmet, quod propria didicerat experientia: Non faciebam quod incomparabili affectu mihi amplius placebat. Augustinus tunc inchoavit commentarios in Epistolam ad Romanos; quos non absolvit operis magnitudine & labore deterritus.

Aug. l. 8. confess. cap. 8. Retract. l. 1. c. 25.

Possid. vit. Aug. cap. 8.

Augustinus Episcopus.

LVIII. Beatus vero senex Valerius cæteris ex hac Augustini fama amplius exultans, & Deo gratias agens de concesso sibi speciali beneficio, metuere cœpit ne alia Ecclesia Sacerdote privata ad Episcoparum quæreretur, & sibi auferretur; & sciens se corpore & ætate infirmissimum, egit secretis literis apud Primatem Episcopum Carthaginensem, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem, & obsecrans ut Hipponensi ecclesiæ ordinaretur Episcopus, quo suæ cathedræ non tam succederet, sed consacerdos accederet Augustinus; & quæ rogavit, rescripto impetravit. Postea petito ad visitandum ecclesiam Hipponensem, & adveniente Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo, Valerius Episcopis, qui tunc forte aderant, & Clericis omnibus Hipponensibus, & universæ plebi inopinatam cunctis suam insinuat voluntatem: omnibusque audientibus gratulantibus, atque id fieri perficique ingenti desiderio clamantibus, Megalius solus renuit prætexens Augustinum fœminæ dedisse cibum amatorium consentiente viro. Coactus in Synodo probare crimen, cum non posset: Eulogiam enim pro more miserat Augustinus; agnovit errorem, & excusavit, eique manus imposuit. Episcopatum autem suscipere contra morem Ecclesiæ suo vivente Episcopo recusabat Augustinus: dumque illi fieri solere, ab omnibus suaderetur, atque id ignaro transmarinis & Africanæ Ecclesiæ exemplis probaretur, compulsus atque subactus succubuit, & Episcopatus curam & majoris loci ordinationem suscepit. Quod in se postea fieri non debuisse, ut vivo suo Episcopo ordinaretur, & dixit, & scripsit, propter Concilii Nicæni vetitum, quod jam ordinatus didicit: nec quod sibi factum esse doluit, alii fieri voluit. Unde etiam sategit, ut constitueretur: Ut ordinandis Episcopis vel Clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum, auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilii fecisse afferant. Anno trecentesimo nonagesimo quinto, mense Decembri Episcopus ordinatus est Augustinus, anno ætatis suæ quadragesimo secundo, uno mense inchoato.

August. contra lit. Petil. l. 3. c. 16.

Can. 8.

Concil. Carthag. III. C. 3.

Prosp. Chron.

LIX. Paulinus Nolensis de ea promotione scripsit Romanio veteri Augustini amico, ejusque filium hortatus est, ut omnibus abdicatis tanto Doctori adhæreret. Anno sequenti trecentesimo nonagesimo sexto SS. Martyrum Nazarii & Celsi reliquias Paulinus accepit ab Ambrosio, qui S. Nazarii corpus, quod erat in horto positum extra civitatem, levatum ad basilicam Apostolorum transtulit. Vidimus autem in sepolchro, inquit Paulinus ejus diaconus, qui præsens aderat, in quo jacebat corpus Martyris, sanguinem ejus ita recentem, quasi eodem die fuisset effusus. Caput etiam ipsius, quod ab impiis fuerat abscissum, ita integrum atque incorruptum cum capillis capitis atque barba, ut nobis videretur eodem tempore, quo levabatur, lotum atque compositum in sepulchro. Etiam odore tanto repleti sumus, ut omnium aromatum vinceret suavitatem. Ejus sanguinem gypso collectum ad varias ecclesias misit Ambrosius; tunc enim Sanctorum corpora non dividebantur. Elevato corpore hujus Martyris, statim ad sanctum Celsum Martyrem, qui in eodem horto positus est, cum sancto Sacerdote ad orationem perreximus. Numquam tamen illum antea orasse in eodem loco compertum habemus: sed hoc erat signum revelati corporis Martyris, si sanctus Sacerdos ad locum, ad quem numquam antea fuerat, oratum isset. Cognovimus tamen a custodibus loci ipsius, quod a parentibus suis illis traditum sit, non discedere de loco illo per omnem suorum progeniem, eo quod thesauri magni in eodem loco positi essent. Translato itaque corpore ad basilicam Apostolorum, cum tractaret Episcopus, quidam de populo repletus spiritu immundo, clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio. At ille conversus ad eum ait: Obmutesce, diabole, quia non te torquet Ambrosius, sed fides Sanctorum, & invidia tua, quia illuc vides ascendere homines, unde tu dejectus es; nam Ambrosius nescit inflari: quo dicto, ille qui clamabat, obmutuit, prostratusque in terram est.

Aug. ser. 239. alias 25. Paul. ep. 7. alias 46. Paul. vit. Ambr. num. 32.

SS. Nazarii & Celsi inventio.

Gaudentius ser. 17. Paul. ibid.

CHRISTI AN. 399.

LX. Ambrosius sanctorum Martyrum sanguinem gypso collectum misit quoque S. Gaudentio, quem paulo ante ordinarat Episcopum Brixiensem. Absens dum Jerosolymis peregrinaretur, fuerat electus, tantoque omnium ordinum studio, ut sacramento se obligarent alium se non recepturos Antistitem: quapropter Ambrosius aliique Episcopi ad eum cum populi legatione misere epistolas, quibus sua & Orientalium communio negaretur, si redditum non polliceretur. Paruit, se Sacerdotio nondum maturum & indignum professus; reversusque, sanctorum quadraginta Martyrum reliquias, quas secum detulerat, honorifice in Ecclesia sua condidit. Supersunt septemdecim illius sermones, quorum decem priores sunt Catecheses, quas ad Neophytos habuit tempore Paschali, easque scriptis tradidit orante servo Dei Benevolo, qui propter ingentem ægritudinem ne iis interesset, prohibitus est.

Gaud. serm. 16. tom. 5. Biblioth. Max. PP.

Idem serm. 17.

In secunda Neophytos sacra mysteria sic edocet: " Modo autem ea solum de ipsa lectione carpenda, quæ præsentibus Catechumenis explanari non possunt, & necessario tamen sunt aperienda Neophytis. In umbra legalis illius Paschæ non unus agnus occidebatur, sed plures. Singuli enim occidebantur per domos: nam sufficere unus non poterat universis; quoniam figura erat, non proprietas Dominicæ Passionis. Figura etenim non est veritas, sed imitatio veritatis ..... ergo in hac veritate qua sumus, unus pro omnibus mortuus est, & idem per singulas ecclesiarum domos in mysterio panis ac vini reficit immolatus, vivificat creditus, consecrantes sacrificat consecratus: Hæc Agni Caro, hic Sanguis est. Panis enim qui de cœlo descendit, ait: Panis quem ego dabo, Caro mea est pro sæculi vita. Recte etiam tum vini specie Sanguis ejus exprimitur, quia cum ipse in Evangelio dicit: Ego sum vitis vera, satis declarat Sanguinem suum esse omne vinum quod in figura Passionis ejus offertur: .... Ipse igitur naturarum Creator & Dominus qui producit de terra panem, de pane rursus, quia potest & promisit, efficit proprium Corpus; & qui de aqua vinum fecit, & de vino Sanguinem suum. "

Idem serm. 2.

Eucharistiæ veritas.

Gaud. Catech. 2.

Joan. 6.

In tertia hominis lapsi liberum sic astruit arbitrium: " Synagoga Judæorum, quod erat crudeliter factura, prædictum est, non, ut fieret, jussum est: nec ideo factum, quia prædictum erat; sed ideo prædictum est, quia erat futurum, ut præscientiam suam Deus in his, quæ per libertatem arbitrii hominum futura erant, ostenderet. Libertatem dicimus arbitrii, quia voluerunt Judæi facere quod fecerunt; & utique si voluissent, non fecissent. Certe ingentis sacrilegii est vel cogitare quod Deus, qui non solum bonus & justus, sed ipsa bonitas est & justitia, vel jubeat aliquid, vel cogat fieri, quod factum damnet ...... præscientia quidem Dei non fallitur; sed nec homini concessa semel voluntatis libertas aufertur, ne nihil de eo judicare possit, qui liber non fuerit in agendo .... " In octava sic laudat virginitatem: " Benedixit ergo quod constituerat a primordio legitimum Christus conjugium, dum pergere ad nuptias non renuit invitatus: & tamen virginitatem docuit esse meliorem, dum magis per eam nasci dignatur. Probavit sanctam Virginem suum esse domicilium Deus, ubi lumen pudoris perpetuum servet ingressus, dum sine detrimento integritatis maternæ nascitur, sine corruptela conceptus. Ideoque vas electionis Apostolus ad istud bonum, quod consecutus fuerat, cæteros invitabat, dicens innuptis: bonum est illis, si sic permanserint, sicut ego.

Idem Catech. 3.

Liberum hominis arbitrium.

Virginitas nuptiis præferenda.

1. Cor. 7.

CHRISTI An. 396.

Paul. vit. Ambr. num. 33.

LXI. Per idem tempus cum consulatus sui tempore Imperator Honorius in urbe Mediolanensium Lybicarum ferarum exerceret munus, data copia est missis militibus a Stilicone, ut Cresconius quidam de ecclesia raperetur, quem confugientem ad Altare Domini sanctus Ambrosius cum Clericis suis defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quæ duces suos habebat de perfidia Arianorum, prævaluit adversus paucos, atque ablato Cresconio, exultantes ad Amphitheatrum reverterunt, Ecclesiæ luctum non modicum relinquentes: nam Sacerdos prostratus ante Altare Domini factum diu flevit. Sed in tempore cum revertissent milites, dimissi leopardi saltu celeri in eumdem locum, in quo sederant, ascendentes graviter laniatos reliquerunt. Quod ubi vidit Stilico Comes, pœnitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret Sacerdoti, illæsumque Cresconium dimisit: sed quia gravissimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium destinavit, non multo post indulgentia prosequenta. Imperante Gratiano jam alium reum servaverat.

Sozom. l. 7. c. 25.

Quidam Paganus dignitate conspicuus Gratianum conviciis laceraverat, ob idque capitali sententia damnatus fuerat. Qui cum ad supplicium duceretur, Ambrosius pro illo intercessurus ad palatium perrexit. Sed cum Gratianus studio atque impulsu eorum, qui ipsi insidiabantur, spectaculo venationum sese privatim oblectaret, nec ullus eorum, qui ad palatii fores constituti erant, adventum ejus Imperatori nuntiaret, discessit. Cumque venisset ad portam, per quam bestiæ inducebantur, latenter una cum venatoribus introgressus est: nec prius remisit, quam extorta ab Imperatore indulgentia, qua morti addictus liberaretur.

Ambr. offic. l. 2. cap. 29.

Non minor fuit in conservandis Ecclesiæ commissis depositis ejus fides, & constantia. Ecclesia Ticinensis viduæ depositum amittere periclitabatur. Interpellante enim eo, qui sibi illud Imperiali rescripto vindicare cupiebat, Clerici non tenebant authoritatem; agens in rebus imminebat. Communicato tamen cum Ambrosio consilio, obsedit sanctus Episcopus ea conclavia, ad quæ translatum illud viduæ depositum cognoverat. Quod ubi non potuit auferri, receptum sub chirographo est. Postea igitur flagitabatur ex chirographo: præceptum Imperator iteraverat. Negatum est, & exposita divinæ Legis authoritate, & serie lectionis, & Heliodori periculo, vix tandem rationem Imperator accepit. Prius etiam tentata fuerat obreptio, sed prævenit sanctus Episcopus, ut redderet viduæ quod acceperat.

Ambr. epist. 82. alias 49.

Marcellus Episcopus sorori suæ donarat agrum suum, ea lege ut moriens eumdem ecclesiæ suæ pauperibus legaret. Eorum frater Lætus intercessit; hinc lis ingenditur; post multos sumptus Ambrosium optavere cognitorem, quem eis concessit Præfectus Prætorio; qui se non judicem, sed litis arbitrum fore recepit.

Num. 8.

Ita omnium conspiranti adsensu placuit, ut Lætus agrum susciperet, & certum numerum frumenti, vini, olei sorori quotannis pensitaret. Marcelloque scripsit Ambrosius ....

Ib. n. 9.

Nihil adimitur Ecclesiæ quod pietati adquiritur: charitas enim non damnum, sed lucrum Ecclesiæ est.

Ambr. de offic. l. 1. c. 18.

Habitum mentis in corporis statu cerni ut plurimum putabat; quapropter in ipso motu, gestu, incessu verecundiam a suis Clericis sic exigebat, ut quemdam amicum, cum sedulis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen in Clerum non receperit, quod gestus ejus plurimum deduceret. Alterum quoque cum in Clero repetisset, jussit ne unquam ei præiret, quia velut quoddam insolentis incessus verbere oculos ejus feriret. Nec eum fefellit sententia; uterque enim ab ecclesia recessit, ut qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infectionis tempore fidem deseruit; alter pecuniæ studio, ne judicium subiret sacerdotale, se Clericum negavit.

LXII. Ne pietatis præcepta, quæ viva voce Clero suo tradiderat, ex eorum animis paulatim effluerent, libros tres utilium præceptionum plenos scripsit de officiis. Et quidem statuit instar primi principii, hominum actus curare Deum, & scire quid in occultis geramus, ac unicuique secundum opera ejus reddere;

Ambr. de offic. l. 1. c. 12.

ideoque non secundum forensem abundantiam æstimandam beatitudinem singulorum, sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium & flagitiosorum merita discernit, vera atque incorrupta pœnarum præmiorumque arbitra. Tum de officiis aggreditur dicere.

CHRISTI An. 396.

Adolescentis officia sic proponit: " Est igitur bonorum adolescentium timorem Dei habere, deferre parentibus, honorem habere senioribus, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam, quæ ornamento sunt minori ætati. " Deinde agit de partibus verecundiæ: exteriorem cultum ita vult modestum esse & temperatum, ut honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori, nec quidquam affectatum aut effeminatum in nobis appareat.

Cap. 16. Matth. 5. Cap. 17.

Cap. 20.

Intemperantium consortia, convivia, extraneorum ac mulierum commercia junioribus præsertim Clericis studiose fugienda docet, eo quod multis obvia sint periculis .... & infra.

Cap. 27.

Primus officii fons prudentia .... qui tamen fons & in virtutes derivatur cæteras, neque enim potest justitia sine prudentia esse, cum examinare quid justum, quidve injustum sit, non mediocris prudentiæ sit .... justitiæ autem pietas prima in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, item in omnes, quæ & ipsa secundum naturæ est magisterium.

Cap. 28. & seq.

Post hæc exponit varia officia justitiæ & liberalitatis, quibus virtutibus constat humana societas; adjunctasque habent alias virtutes cardinales, de quibus disputat.

Ambr. de offic. l. 2. c. 2.

Secundi libri primum principium est, vitam beatam in cognitione divinitatis, & fructu bonæ operationis, positam esse, quemadmodum Scriptura docet. " Innocentia igitur, inquit, & scientia beatum faciunt. Bonæ quoque operationis mercedem esse beatitudinem vitæ æternæ superius advertimus

Cap. 3.

.... Est ergo beatitudo & in doloribus, quos plena suavitatis virtus comprimit, & coercet, ipsa sibi domesticis opibus abundans, vel ad conscientiam, vel ad gratiam ......

Cap. 4.

sed & illa quæ videntur bona, divitias, satietatem, lætitiam expertem doloris detrimento esse ad fructum beatitudinis, Dominico declaratum judicio liquet, cum dicitur: Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, & illis qui rident, quia lugebunt. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatam corporis voluptates, aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. " Hinc in decursu illius libri agit de veris mediis comparandæ beatitudinis, quæ nihil aliud sunt quam virtutes Christianæ, quas ideo vocat utile, justum & honestum.

Cap. 10. Cap. 27.

Infra virtutes omnes cum prudentia Christiana conjunctas esse demonstrat .... " Hunc autem sapientissimum agendi modum præscribit superioribus; si volumus commendare nos Deo, charitatem habeamus, unanimes simus, humilitatem sequamur, alterutrum existimantes superiorem. Hæc est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, & inferiorem se existimet; Episcopus ut membris suis utatur Clericis, & maxime ministris, qui sunt vere filii; quem cuique viderit aptum muneri, ei deputet. Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bono abscinditur. Sic Episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, adurere aliqua, non abscindere: postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Unde pulcherrimum illud præceptum magis eminet, ut cogitemus non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum. Hoc enim modo nihil erit, quod vel irati nostro indulgeamus affectui, vel faventes nostræ plus justo aliquid tribuamus voluntati. "

Ambr. de offic. l. 3. c. 2.

Tertii libri principium illud est: Nihil utile nisi honestum. Unde concludit: " Itaque hæc sit formula, ut inter illa duo honestum atque utile errare nequeamus; eo quod justus nihil alteri detrahendum putet, nec alterius incommodo suum commodum augeri velit. Hanc formam tibi præscribit Apostolus, dicens: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.

1. ad Cor. 10. Cap. 5.

Quod argumentum in tertio libro prosequitur ostendens quam flagitiosum sit alienæ utilitati detrahere, cum hoc scelere naturalis lex atque divina violetur. Quapropter affirmare non dubitat; non videtur quod vir Christianus, & justus, & sapiens quærere sibi vitam aliena morte debeat: utpote qui etiam si in latronem armatum incidat, ferientem referire non possit, ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.

Cap. 6.

Invehitur in eos, qui ex malis publicis, præsertim sterilitate, lucra captant; docetque fraudes & turpis lucra maxime dedecere Clericos, quorum est, utilitati omnium inservire.

Cap. 9.

Hanc legem eis deinde præscribit: si non potest alteri subveniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quam gravari alterum.

Ideo-

CHRISTI AN. 396. Ideoque in caufis pecuniariis intervenire non eft Sacerdotis : in quibus non poteft fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur, quoniam interceſſoria beneficio fe victum arbitratur . . . Propofita igitur forma in Sacerdotis officio teneatur, ut nulli noceat ne laceffitus quidem, & aliqua injuria offen- Pfalm. 7. fus: Bonus enim eft vir, qui dixit: fi reddidi retribuentibus mihi mala. Quæ enim eft gloria, fi eum non lædimus, qui nos non læfarit? fed illa virtus eft, fi læfus remittas.

LXIII. Ambrofius multos fuos difcipulos poftea habuit in Epifcopatu collegas, fcilicet S. Auguftinum, S Alypium Thagaftenfem, S. Paulinum Nolanum, S. Venerium fecundum ab ipfo Epifcopum Mediolanenfem, S. Felicem Bolonienfem, Theodulum Mutinenfem, & Conftantium, quem datis literis hortatus eft, ut ftrenue fe gereret in Ecclefia, eique rectæ adminiftrationis leges præfcripfit. Demum, Ambr. epift. 2. alias 59. inquit, commendo tibi, fili, Ecclefiam, quæ eft ad forum Cornelii, quo eam de proximo intervifas frequentius, donec ei ordinetur Epifcopus. Occupatus diebus ingruentibus quadragefimæ, tam longe non poffum excurrere. Ambrofius præterea manus impofuerat S. Gaudentio Brixienfi, S. Felici Comenfi, quem præ cæteris coluit, ut conftat ex ejus literis; S. Honorato Vercellenfi. Hæc, propter inteftinas contentiones, paftore diutius orbata fuerat Ecclefia; hinc aliqui reprehendebant Ambrofium, Ambr. epift. 63. alias 25. qui jure Metropolitani ei non provideret. Quapropter ejus Clerum longioribus literis increpavit: fimulque ad concordiam adhortatur, & monet ut duobus hæreticis fe diligenter opponant. " Audio, inquit, veniffe ad vos Sarmationem & Barbatianum vaniloquos homines, qui dicunt nullum effe abftinentiæ meritum, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æftimari pretio: delirare eos, qui jejuniis caftigent carnem fuam, ut menti fubditam faciant.,, Hos monachos e monafterio Mediolanenfi profugos, Jovinianique difcipulos confutans, Epicureos vocat Ambrofius. Denique Vercellenfes ad pietatem hortatur, atque ut quamprimum eligant dignum Epi- Martyr. Rom. 28. Octobris. fcopum, qui S. Eufebii exemplo cum Sacerdotio conjungat vitam monafticam. Cum autem nullus effet diffenfionum finis, paucos menfes ante mortem fuam eo profectus animos reconciliavit, perfecitque ut S. Honoratus eligeretur.

Paul. vit. Ambr. num. 25. Per idem tempus duo potentiffimi & fapientiffimi viri Perfarum ad famam Sacerdotis venere Mediolanum, deferentes fecum plurimas quæftiones, ut ex his probarent fcientiam viri, cum quo ab hora diei prima ufque in horam tertiam noctis per interpretem difputarunt, admirantefque difcefferunt ab eo. Et ut fe probarent non ob aliam caufam veniffe, nifi ut certo certius nofcerent virum, quem fama N. 30. comperant, alia die vale facientes Imperatori, profecti funt ad urbem Romam, illic volentes co- Ib. n. 36. gnofcere potentiam illuftris viri Probi, qua cognita ad propria remearunt. Hinc liquet quantæ famæ fuerit vir fanctus etiam apud barbaras gentes.

Ambrofii mors. LXIV. Paulo ante ejus obitum, Fritigilla Regina Marcomannorum, cum a quodam Chriftiano viro, qui ad illam forte de Italiæ partibus advenerat, referente fibi audiret famam viri, Chrifto credidit, cujus illum fervulum recognoverat, miffifque Mediolanum muneribus ad Ecclefiam per legatos poftulavit, ut fcriptis ipfius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille Epiftolam fecit præclaram in modum Catechifmi, in qua etiam admonuit, ut fuaderet viro, ut cum populo fuo de Romania araderet. Hæc nunc cecidit. Poftea cum veniffet Mediolanum, plurimum doluit, quod fanctum Sacerdotem, ad quem feftinarat, minime reperiffet; jam enim de hac luce migraverat. Miraculis etiam ante mortem claruit. Stiliconis Comitis fervus, qui dæmonio laboraverat, in Ambrofiana bafilica cum jam fanus maneret, commendatus a Domino fuo, feceretque falfas Epiftolas tribunatus. Quod ubi cognovit Comes Stilico, noluit in eum vindicare . . . homines etiam, qui ab eo decepti fuerant, interventu Sacerdotis dimifit; de ipfo vero fervo Sacerdoti queftus eft. Tum vir fanctus, cum de bafilica Ambrofiana egrederetur, requiri fecit, atque ad fe perduci. Cum interrogaffet, & deprehendiffet authorem tanti flagitii, ait: Oportet illum tradi fatanæ in interitum carnis, ne talia aliquis in pofterum audeat admittere. Eodem momento, cum adhuc fermo effet in ore Sacerdotis, fpiritus immundus arreptum

difcerpere cœpit; quo vifo non minimo timore repleti fumus & admiratione, inquit Paulinus. Multos CHRISTI AN. 396. & 397. etiam diebus illis imponente illo manus, & imperante, ab fpiritibus immundis vidimus effe purgatos. N. 44. Nicentius etiam quidam ex tribuno & notario, qui ita pedum dolore tenebatur, ut raro in publico videretur, cum ad Altare acceffiffet, ut Sacramenta perciperet, calcatufque cafu a Sacerdote exclamaffet; audivit: vade, & amodo falvus eris. Nec fe amplius doluiffe pedes, tempore quo fanctus Sacerdos de hac luce migravit, lacrymis teftabatur.

Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur cum quadragefimum tertium Pfalmum dictaret, me Ib. n. 42. excipiente & vidente, ait Paulinus, fubito in modum fcuti brevis ignis caput ejus cooperuit, atque paulatim per os ipfius tanquam in domum habitator ingreffus eft: poft quod facta eft facies ejus velut nix, & poftea reverfus eft vultus ejus ad fpeciem fuam. Quod cum fieret, ftupore perculfus obrigui, nec potui fcribere quæ ab illo dicebantur, nifi pofteaquam vifio ipfa tranfivit. Ipfum Pfalmum explere non potuit, ego vero, id quod vifum a me fuerat, honorabili viro Cafto diacono, fub cujus cura degebam, ftatim retuli: at ille repletus gratia Dei, Spiritus fancti adventum me in illo vidiffe edocuit lectione Actuum Apoftolorum. Ordinato Sacerdote Ecclefiæ Ticinenfi, incidit in infirmita- N. 38. tem, qua cum pluribus diebus detineretur in lectulo, Comes Stilico dixiffe fertur, quod tanto viro N. 45. recedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Unde convocatis ad fe nobilibus viris illius civitatis, quos diligi a fancto Sacerdote cognoverat, partim interminatus eft illis, partim blando fermone perfuafit, ut pergerent ad fanctum Sacerdotem, fuaderentque illi, ut fibi vivendi peteret a Domino commeatum. Quod ille ubi ab illis audivit, refpondit: Non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere; nec timeo mori, quia Dominum bonum habemus. Cum autem in extrema parte porticus, in qua jacebat, in uno pofiti Caftus, Polemius, Venerius, & N. 46. Felix diaconi fecum tractarent voce ita preffa ut vix fe invicem audirent, quis poft obitum illius Epifcopus ordinandus effet, atque cum de nomine fancti loquerentur Simpliciani; tanquam intereffet tractatui, cum longe pofitus ab ipfis jaceret, approbans exclamavit tertio: fenex, fed bonus. Qua voce audita, expavefcentes fugerunt. In eodem loco, N. 47. in quo jacebat, Ambrofius, ficut referente Baffiano Epifcopo Laudenfis Ecclefiæ didicimus, cum oraret una cum fupradicto Sacerdote, viderat Dominum Jefum adveniffe ad fe, & arridentem fibi: nec multos poft dies nobis ablatus eft, fed eodem tempore, quo migravit ad Dominum, ab hora circiter undecima diei ufque ad illam horam, in qua emifit fpiritum, expanfis manibus in modum crucis oravit: nos vero labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus etiam Sacerdos Vercellis, cum in fuperioribus domus fe ad quiefcendum compofuiffet, tertio vocem vocantis fe audivit, dicentifque fibi: Surge, feftina, quia eft modo receffurus. Qui defcendens obtulit fancto Domini Corpus: quo accepto ubi glutivit, emifit fpiritum, bonum viaticum fecum ferens, ut in virtute anima effet refectior. Obiit pridie nonas Aprilis, anno ætatis fuæ quinquagefimo feptimo, Epifcopatus vigefimo tertio, quatuor menfibus inchoato, Chrifti trecentefimo nonagefimo feptimo.

Inde ad Ecclefiam majorem antelucana hora qua Ib. n. 48. defunctus eft, corpus ejus portatum eft, ibique eadem nocte fuit, qua fideles vigilant in Pafcha: quem plurimi infantes baptizati, cum a fonte venirent, viderunt: ita ut aliqui fedentem in cathedra dicerent, alii vero ambulantem fuis parentibus digito oftenderent: fed nulli præter novos baptizatos videre poterant. Lucefcente die Dominico cum corpus ipfius, peractis Sacramentis, de Ecclefia levaretur portandum ad bafilicam Ambrofianam, in qua pofitum eft, ita ibi dæmonum turba clamabat fe ab illo torqueri, ut ejulatus eorum ferri non poffent. Quæ gratia Sacerdotis non folum in illo loco, verum etiam in plurimis Provinciis per plures annos perfeveravit. Jactabant etiam turbæ virorum ac mulierum oraria, vel femicinctia fua, ut corpus fancti aliquatenus ab ipfis contingeretur. Erat enim cequiarum turba innumerabilis totius dignitatis, totiufque fexus, omniumque pene ætatum, non folum Chriftianorum, fed etiam Judæorum & Paganorum.

CHRISTI AN. 397. LXV. Paulinus ejus diaconus & notarius, qui hortante Augustino scripsit illius vitam, mores ipsius
Ib. n. 38. *Ambrosii virtutes.* sic describit: " Vir ipse venerabilis Episcopus multæ abstinentiæ, & vigiliarum multarum & laborum, quotidiano jejunio macerans corpus, cui prandendi numquam consuetudo fuit, nisi die Sabbati & Dominico, vel cum natalitia celeberrimorum Martyrum; orandi etiam assiduitas magna die ac nocte. Erat etiam in illo sollicitudo omnium Ecclesiarum, interveniendi magna assiduitas & constantia. In rebus divinis implendis fortissimus, in tantum, ut quod solitus erat circa baptizandos solus implere, quinque postea Episcopi, tempore quo decessit, vix implerent. Sollicitus etiam nimium pro pauperibus, & captivis; nam in tempore, quo Episcopus ordinatus est, aurum omne atque argentum quod habebat,
N. 29. Ecclesiæ vel pauperibus contulit. Erat gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus; flebat etiam amarissime quotiescumque nuntiatum illi fuerat de
N. 40. cujuscumque sancti obitu Sacerdotis, non quia recessferat, sed quia præcesserat, vel quia difficile esset invenire virum, qui summo Sacerdotio dignus haberetur. Ipse autem de sua morte ante prædixit, quod usque ad Pascha cum suis futurus esset: quod quidem meruit Dominum obsecrando, quo maturius
N. 41. hinc liberaretur. Ingemiscebat vehementer cum videret radicem omnium malorum avaritiam pullulare, & maxime in iis, qui in potestatibus erant constituti. Quæ res primo omne malum invexit Italiæ, & exinde omnia verguntur in pejus. "

Marcel. Chron. Phot. Biblioth. cod. 231. Aug. l. de pec. orig. c. 31. l. 2. contr. Jul. c. 3. & l. 4. contra duas ep. Pelag. cap. 21. Ambr. l. 1. de pœn. c. 2. *Christus Sacerdotibus dedit potestatem absolvendi a peccatis.*

LXVI. Illius laudes paucis quidem, sed significantibus verbis exequitur Marcellinus: Ambrosius Mediolanensis, virtutum Episcopus, sanctus, arx Fidei, orator Catholicus. Illi, inquit Photius, in afflata divinitus libertate ac pietate fuit animus immobilis. De variis ejus operibus superius egimus; superest ut pauca dicamus de duobus ejus libris de pœnitentia, quos ter ut legitimum Ambrosii opus laudat Augustinus, quosque ut suos in expositione Psalmi 37. agnovit Ambrosius: De pœnitentia, inquit, duos jam dudum scripsi libellos. In primo libro Deum dedisse Sacerdotibus criminum quorumlibet absolvendorum potestatem sic adstruit adversus Novatianos. " Cum ipse Dominus in Evangelio suo dixerit: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis; & quorum detinueritis, detenta erunt. Quis est ergo qui eum magis honoret? utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroque servat obedientiam, ut peccatum alliget, & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediens; vult ligare quod non resolvat: non vult solvere quod ligat, in quo se sua damnat sententia. Dominus enim par jus & solvendi esse voluit & ligandi, qui utrumque pari conditione permisit . . . Ecclesiæ utrumque licet, hæresi utrumque non licet, jus enim hoc solis permissum Sacerdotibus est . . . In eo vos patrem vestrum, nempe Novatianum, propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ solvenda a vobis potetis, & quæ sine remedio esse arbitramini. Sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exce-
C. 2. ptione concessit. Sed qui culpam axaggeraverit, exaggeret etiam pœnitentiam, majora enim crimina majoribus abluuntur fletibus . . . cur baptizatis, si
C. 8. per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est: quid interest, utrum per pœnitentiam, an per lavacrum hoc jus sibi datum Sacerdotes vindicent? unum in utroque mysterium est. Sed dicis, quia in lavacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Ubi vultis, vindicatis vobis Dei gratiam; ubi vultis, repu-
C. 16. diatis? . . . Si quis igitur occulta crimina habens, propter Christum tamen studiose pœnitentiam egerit, quomodo ista (divina promissa) recipit, si ei communio non refunditur? volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, ut ignoscatur, obsecret: & cum secundo & tertio dilata fuerit ejus communio, credat se remissius supplicasse, fletus augeat, miserabilior postea revertatur, teneat pedes brachiis, osculetur osculis, lavet fletibus, nec dimittat, ut de CHRISTI AN. 397.
ipso dicat Dominus Jesus: remissa sunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum. Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, stravisse corpus suum calcandum omnibus, jejuno ore semper, & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse. " En pœnitentiæ Sacramentum a baptismo plane distinctum, in quo peccator peccata confitetur, dolet, satisfacit, demum ei Sacerdos veniam relaxat. Quid expressius? Neque dicant: equidem Sacerdotes posse peccata dimittere se ultro subjicientibus; sed peccata confitendi nullam esse obligationem. Profecto si nulla est; qui ad duros pœnitentiæ humillimæ labores peccatores adigere potuere Patres? Qui Novatianos reprehendere potuit Ambrosius? Facilis enim eis erat responsio; peccata confiteri Sacerdoti, quia ea relaxet, nec præcepto tenemur, nec ad veniam necessarium; quid igitur in nos durius inveheris?

In secundo libro docet sollicite & mature agen- Ambr.
dam esse pœnitentiam, ac duo præcipua Novatia- l. 2. de
norum principia evertit. Ostenditque hæc Apostoli pœn. c. 2.
verba: Impossibile est eos qui semel illuminati sunt... C. 2. ad
lapsos iterum renovari in pœnitentiam, de bapti- Heb. 6.
smate intelligenda esse, quod iterari non potest. C. 4.
Quandoquidem Paulus ipse donavit Corinthio peccatum per pœnitentiam. Addit Christum per blasphemiam in Spiritum sanctum, quæ non dimittitur, designasse hæreticos, & schismaticos, quibus pœnitentiam agentibus indulgentiam negat, nempe nisi ad Ecclesiæ Fidem & unitatem redeant; " Et ideo inquit, revertimini ad Ecclesiam, si qui vos separastis impie. Omnibus enim conversis pollicetur ve-
niam . . . . . sed si vis justificari, fatere delictum C. 6.
tuum, solvit enim criminum nexus verecunda con- *Peccatorum con-*
fessio peccatorum ... an quisquam ferat ut erubescas *fessio.*
Deum rogare, qui non erubescas rogare hominem?
& pudeat te Deo supplicare, quem non lates, cum C. 10.
te non pudeat peccata tua homini, quem lateas, confiteri? " Hic autem de pœnitentiæ Sacramento agit Ambrosius; alioquin nihil probaret adversos Novatianos, qui gravium scelerum reos hortabantur, ut per bona opera, & cordis contritionem ad Deum confugerent, sed eis veniam ab Ecclesiæ Sacerdotibus posse concedi negabant.

Iisdem has S. Petri voces ad Simonem simoniæ Act. 8.
reum objicientibus: Age pœnitentiam de hac tua iniquitate, si forte tibi remittatur, respondet: " Si ergo his verbis usus est Petrus, quibus Deus usus est sine præjudicio scientiæ suæ, cur non accipiamus & Petrum his usum sermonibus sine fidei suæ præjudio? neque enim poterat dubitare de Christi munere, qui sibi solvendorum peccatorum dederat potestatem. " Denique quosdam pœnitentium defectus sic reprehendit: " Nonnulli ideo poscunt pœnitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt, quam Sacerdotem ligari. Suam enim conscientiam culpa non exuunt, & Sacerdotis induunt . . . Alii proposita spe agendæ pœnitentiæ, licentiam sibi delinquendi propagatam putant; cum pœnitentia remedium peccati sit, non peccandi incentivum . . . . Merito reprehenduntur,
qui sæpius agendam pœnitentiam putant; quia luxu- C. 10.
riantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent . . . . facilius autem inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint pœnitentiam. " Nihil diximus de ejus operibus, quæ tomo primo novæ editionis continentur: præcipuas in eis veteris Testamenti historias explicat, argumentum vero suum ubique fere mysticis interpretationibus exponit & illustrat. Interdum tamen nonnulla Fidei Catholicæ dogmata satis subtiliter insinuat; ea vero quæ ad mores informandos conducunt, accuratius prosequitur. Non pauca ab Origene, Basilio, Hippolyto & Philone mutuatus est. In libro de jejunio dicit: Quadragesimæ totis præter Sabbatum & Dominicam jejunatur diebus. Hoc jejunium Pascha Domini concludit. Ejus commentarios in Lucam, & in duodecim Psalmos, ut genuinum ejus opus, omnes recipiunt: præcipuas sui temporis hæreses in iis impugnat, & præcipue Arianos.

TEX-

TEXTUS GRÆCI

LIBRI XVII.

NUm. XXXIX. Greg. Nyss. Orat. Catech. c. 37. Ὡς ἂν ἐν ἡμῖν γενόμενον τὸ σωτήριον ἀλεξιτήριον τὴν προεντεθεῖσαν τῷ σώματι τοῦ δηλητηρίου βλάβην διὰ τῆς οἰκείας ἀντιπαθείας ἀπώσαιτο. τί οὖν ἐστι τοῦτο; οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, ὃ τοῦ τε θανάτου κρεῖττον ἐδείχθη, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν κατήρξατο. καθάπερ γὰρ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα πρὸς ἑαυτὴν συνεξομοιοῖ, οὕτω τὸ ἀθανατισθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σῶμα ἐν τῷ ἡμετέρῳ γενόμενον, ὅλον πρὸς ἑαυτὸ μεταποιεῖ καὶ μετατίθησι. - - - - - - - - καὶ τὸ ἀθάνατον σῶμα ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτὸ γενόμενον, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, καὶ τὸ πᾶν μετεποίησεν. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐντός τι γίγνεσθαι τοῦ σώματος, μὴ διὰ βρώσεως, καὶ πόσεως τοῖς σπλάγχνοις καταμιγνύμενον ---- σκοπῆσαι προσήκει, πῶς ἐγένετο δυνατὸν τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς τοσαύταις τῶν πιστῶν μυριάσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰσαεὶ καταμεριζόμενον, ὅλον ἐν ἑκάστῳ διὰ τοῦ μέρους γενέσθαι, καὶ αὐτὸ μένειν ἐφ' ἑαυτοῦ ὅλον. οὐκοῦν, ὡς ἂν πρὸς τὸ ἀκόλουθον ἡμῖν ἡ πίστις βλέπουσα, μηδεμίαν ἀμφιβολίαν περὶ τοῦ προκειμένου νοήματος ἔχοι, μικρόν τι προσήκει παρασχολῆσαι τὸν λόγον εἰς τὴν φυσιολογίαν τοῦ σώματος . . . . ἀνθρώπῳ δὲ κατὰ τὸ προηγούμενον ἄρτος, καὶ εἰς τὴν τοῦ ὑγροῦ δαπάνην, καὶ συντήρησιν ποτὸν γίνεται, οὐκ αὐτὸ μόνον τὸ ὕδωρ, ἀλλ' οἴνῳ πολλάκις ἐφηδυνόμενον, πρὸς τὴν τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν συμμαχίαν. οὐκοῦν ὁ πρὸς ταῦτα βλέπων, δυνάμει πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ ἡμετέρου σώματος βλέπει. ἐν ἐμοὶ γὰρ ἐκεῖνα γενόμενα αἷμα, καὶ σῶμα γίνεται καταλλήλως, διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ τοῦ σώματος εἶδος τῆς τροφῆς μεθισταμένης . . . . ὥσπερ τοίνυν ἐφ' ἡμῶν, καθὼς ἤδη πολλάκις εἴρηται, ὁ τὸν ἄρτον ἰδὼν, τρόπον τινὰ τὸ ἀνθρώπινον βλέπει σῶμα, ὅτι ἐν τούτῳ ἐκεῖνο γενόμενον, τοῦτο γίνεται· οὕτω κἀκεῖ τὸ θεοδόχον σῶμα τὴν τροφὴν ἄρτου παραδεξάμενον, λόγῳ τινὶ ταὐτὸν ἦν ἐκείνῳ, τῆς τροφῆς, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὴν τοῦ σώματος φύσιν μεθισταμένης. τὸ γὰρ πάντων ἴδιον, καὶ ἐπ' ἐκείνης τῆς σαρκὸς ὡμολογήθη, ὅτι ἄρτῳ κἀκεῖνο τὸ σῶμα διεκρατεῖτο. τὸ δὲ σῶμα τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν μετεποιήθη. καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν. ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ Λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. οὐκοῦν ὅθεν ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος, εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ Λόγου χάρις, Ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα, ᾧ ἐκ τοῦ Ἄρτου ἡ σύστασις ἦν, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος ἦν. ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως, καὶ πόσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα τοῦ Λόγου μεταποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Λόγου, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου . . . . . ὁ δὲ φανερωθεὶς λόγος διὰ τοῦτο κατέμιξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπικήρῳ τῶν ἀνθρώπων φύσει, ἵνα τῇ τῆς Θεότητος κοινωνίᾳ συναποθεωθῇ τὸ ἀνθρώπινον· τούτου χάριν πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος ἑαυτὸν ἐνσπείρει διὰ τῆς σαρκὸς, οἷς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου τε καὶ ἄρτου ἐστὶ, τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει, καὶ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. ταῦτα δὲ δίδωσι, τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν.

L I B E R XVIII.

Africana Ecclesia fit celebris tum annuis Synodis adversus Donatistas, vel ut eos adducat ad unitatem; vel edictis Imperialibus eorum furorem coerceat: tum Augustini virtutibus atque doctrina, qui scriptis & collationibus Manichæos & Donatistas confutavit, & plurimos ad Ecclesiam reduxit; & alios plures libros edidit, præsertim Confessionum, & duos ad Simplicianum, quos postea jam senior laudavit, & unum adversus Jovinianum. Taurinensis & Toletana Synodus tunc quoque celebratæ sunt. Chrysostomus fit Episcopus Constantinopolitanus, & statim insurgit adversus mores corruptos; Clerum reformat, & deponit Episcopos. Sicque multorum graves suscipit inimicitias, præsertim Eudoxiæ; qua agente, e Sede pellitur, sed statim revocatur. Mox iterum damnatus pellitur in exilium, in quo gravissima passus moritur post triennium. Innocentius Papa, quem appellaverat, rescidit judicium adversus eum datum, & aliquas scripsit decretales. Hujus tragœdiæ primus actor fuit Theophilus Alexandrinus, qui hortante Hieronymo Antropomorphitas damnavit, & postea libros Origenis, expulitque monachos Origenistas, quos suscepit Chrysostomus, cum quo ideo communicare noluit Epiphanius, Theophilo consentiens. Rufinum Aquilejensem, qui Origenis libros de principiis latine redditos Romæ publicaverat, jam damnaverat Anastasius Papa; acriter adversus eumdem scripsit Hieronymus, & adversus Vigilantium, & tres Theophili Paschales literas latine reddidit. Eadem ætate Severus Sulpitius doctrina floruit: sanctitate S. Porphyrius, qui Gazæ dominantem evertit idololatriam. S. Sisinnius Martyr cum aliis occiditur. S. Martinus ad superos evocatur.

CHRISTI AN. 397.

Gaudent. hom. de 40. Mart.

S. Sisinnius cum sociis MM.

Act. sinc.

I.  Anctus Simplicianus Ambrosii in Episcopatu Mediolanensi successor altero ab ejus obitu mense sancti Vigilii Episcopi Tridentini literis certior factus est de martyrio SS. Sisinnii, Martyrii, & Alexandri, quos in ara Agathini, seu Anuanæ, uni venerandæ religionis cultui attentius inhærentes, gens interfecit sacrilega, flammisque adhibitis concremavit, ut holocaustum Deo fierens, qui Christianos suos victimas dæmoniis ministrare increpatione justissima vetuissent. Sisinnius diaconus fuit Cappadox nobilis; novam Christiani nominis pacem intulit huic barbaræ nationi, Ecclesiamque primus in illa regione fundavit. Martyrius post temporalem militiam baptizatus fit Lector, relictisque parentibus, divinæ laudis canticum auribus surdæ regionis primus intonuit, attentus operibus jugiter spiritualibus, lassatus jejuniis continuis, in lucrandis animis anxius. Alexander Martyrii germanus, & Ostiarius parem confessionis januam reseravet. Cum multa pertulissent a barbaris, qui vicinos Tridento montes incolunt, martyrium ea occasione consecuti sunt. Gentiles die vigesima tertia Maji agros suos circumeundo cum hostiis lustrare parabant, quæ lustrationes ambarvalia dicebantur, cogebantque Christianum, contribulem suum, ut victimam pro sacrificiis daret. Cum ille nollet, ejusque patrocinium suscepissent viri Dei, redarguentes ipsorum impietatem, eos interfecerunt, & corpora concremarunt. Passi sunt vigesima nona Maji, sexta feria. Missis a provinciæ Præside militibus capti sunt, qui eos occiderant; sed Episcopis apud Honorium Imperatorem intercedentibus, eorum precibus liberati sunt. Sanctorum Martyrum venerandæ reliquiæ per Vigilium ad Simplicianum missæ, quas Mediolanenses summa cum devotione susceperunt. Adveniens quidam cæcus, ubi tetigit lectulum, quo Sanctorum reliquiæ portabantur, lumen recepit. Harum partem reliquiarum Joanni Chrysostomo misit Jacobus comes, eique de eorum agone scripsit S. Vigilius, qui postea sexto Kalendas Julii, Stilicone Consule, ac proinde anno quadringentesimo, pro Christi nomine ab iisdem barbaris magno imbre lapidum percussus martyrium implevit.

CHRISTI AN. 400.

Aug. ep. 37.

Libros suos ad Simplicianum laudat August.

Aug. l. de præd. SS. cap. 4.

II. Simplicianus jam Episcopus amicissimas literas scripsit Augustino a duobus annis Episcopo, ejusque laudans opera, eorum lectione se plurimum delectatum esse significabat: quæstionesque varias ei enodandas proposuit, quarum solutionem duobus libris comprehensam ad eum misit Augustinus, orans ut non solum curam legentis impenderet, sed etiam censuram corrigentis assumeret. Doctrinam de gratia, quam in iis tradit, jam debellatis Pelagianis scribens ad Prosperum, & Hilarium commendat Augustinus: ei commentariorum suorum textus quosdam objecerant Semi-Pelagiani, in quibus cum ipsis pariter errabat. Respondit D. Doctor: " Si curassent, invenissent illam quæstionem secundum veritatem divinarum Scriptorarum solutam in primo libro duorum, quos ad beatæ memoriæ Simplicianum scripsi, Episcopum Mediolanensis Ecclesiæ... in ipso exordio Episcopatus mei. Nisi forte non eos noverunt: quod si ita est, facite ut noverint. „ Et rursus in libro de dono perseverantiæ... " Multum miror eos non attendere, ut de aliis hic taceam, ipsos libros nostros, & antequam Pelagiani apparere cœpissent, conscriptos & editos, nec videre quam multis eorum locis futuram nescientes Pelagianam hæresim cædebamus, prædicando gratiam, qua nos Deus liberat a malis erroribus, & moribus nostris, non præcedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenius sapere cœpi in ea disputatione, quam scripsi ad beatæ memoriæ Simplicianum Episcopum Mediolanensis Ecclesiæ, in mei Episcopatus exordio, quando & initium Fidei donum Dei esse cognovi, & asserui... „ & infra; " Videant... utrum ex iis quæ ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, etsi non sit expressum, etiam usque in finem perseverantiam nonnisi ab eo donari, qui nos prædestinavit in suum regnum & gloriam. „ Itaque profitetur Augustinus in eis ad Simplicianum libris se tradidisse doctrinam de gratia hæresi Pelagianæ contrariam, & conformem divinis Scripturis, hortaturque Prosperum & Hilarium, ut eos legendos Semi-

Aug. l. de dono persev. cap. 20.

Pela-

Christi An. 400.

Pelagianis proponant: adeo falsum est quod eam retractaverit, contrariam docendo in posterioribus operibus. Hæc illius doctrinæ summa est.

Aug. l. c. ad Simplician. Ib. n. 10. *Augustini doctrina de gratia actuali.*

Ubi primum divinam & efficacem vocationem ad fidem esse pure gratuitam, fideique initium Dei donum esse probavit ex ipsis de Esau & Jacob verbis Apostoli; infra quærit: Sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau, ut non sic vocaretur, ut & vocato inspiraretur fides, & credens misericors fieret, ut bene operaretur. Et respondet: " Noluit ergo Esau & non cucurrit, sed & si voluisset & cucurrisset, Dei adjutorio pervenisset, qui ei etiam velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. „ Nemo itaque credit non vocatus, ut antea observaverat Augustinus: sed non omnis credit vocatus. Multi enim vocati exemplo Esau, qui typus est reproborum, contempta divina vocatione non credunt, quia libere resistunt divinæ gratiæ, cujus adjutorio credere potuissent, si voluissent. Sed ne quis inde concluderet: si Esau non credidit, quia noluit; ergo Jacob ideo credidit, quia voluit: refellens hanc consequentiam duo distinguit. Nemo potest, inquit, credere nisi velit; nemo velle, nisi vocetur; nemo autem potest præstare ut vocetur; vocando Deus præstat & fidem; quia sine vocatione non potest quisquam credere, quamvis nullus credat invitus. Itaque initium fidei secundum Augustinum est a divina vocatione, qua Deus in nobis operatur pium credendi affectum, sed ut actu credamus, necesse est ut voluntas libere sequatur divinam vocationem seu gratiam. Aliter enim Deus præstat ut velimus, aliter præstat quod voluerimus; ut velimus enim, suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo; quod autem voluerimus, solus præstat, id est posse bene agere, & semper beate vivere. Hanc igitur potentiam bene agendi, quam actus consequitur, solus Deus nobis dedit.

Ib. n. 12. Hinc infert ulterius, eum qui credit, a non credente non differre præcise quia voluit, vel credidit etiam cum adjutorio gratiæ gratis datæ. " Nam si, inquit, propterea solum dictum est, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei; quia voluntas hominis sola non sufficit ut juste recteque vivamus, nisi adjuvemur misericordia Dei: potest & hoc modo dici; igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ voluntatis addatur. At illud manifestum est frustra nos velle, nisi Deus misereatur; illud autem nescio quomodo dicatur; frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, etiam volumus: ad eamdem quippe misericordiam pertinet ut velimus. Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate.... non igitur ideo dictum putandum est, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, quia nisi ejus adjutorio non possumus adipisci quod volumus: sed ideo potius, quia nisi ejus vocatione non volumus. "

Ibid. *Gratia efficax.* Quomodo vero velle Deus nobis sua efficaci vocatione præstet; sic explicat: " Verum est ergo, multi vocati, pauci electi. Illi enim electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi; quia non secuti, quamvis vocati. Item verum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: quia etsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, ut sequantur; falsum est autem si quis dicit: igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis: quia nullius Deus frustra miseretur; cujus autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat. „ Itaque secundum divum Augustinum, vocatio efficax non tantum est præveniens, & gratia data, & causa boni operis, quod voluntas libere sequens ejus impressionem, ex ejus virtute producit; sed præterea specialem habet congruentiam; per quam etiam ex parte actus primi, ut loquuntur Theologi, differt a sufficiente. Hic autem licet agat de gratia efficaci, & de modo, quo per eam Deus in nostris cordibus operatur: nihil tamen vel leviter insinuat de duplici delectatione cœlesti atque terrestri, quæ prout invicem dominantur, sint causa nostrarum omnium operationum. Imo huic contrariam statuit hypotesim. Figmentum est igitur a mente S. Doctoris prorsus alienum. Si enim, ut volunt novatores, cum antea dixit: Quod nos magis delectat, secundum id operemur necesse est: in eo tunc errasset, quod initium fidei esse negaret a cœlesti delectatione prævia. Hic ea parte suæ doctrinæ emendata, illud, ut volunt gratiæ Christi fundamentum, suæque doctrinæ clavem, stabilire & explicare debuisset. Itaque cum nihil tale dixerit; evidenter liquet eos S. Doctori supponere errores suos. Ideoque doctrinam hic traditam ab eo retractatam esse fingunt, quod eam suæ delectationi contrariam sentiant.

August. retract. l. 1. c. 3.

III. Postea librum de agone Christiano fratribus in eloquio latino ineruditis humili sermone conscripsit: is fidei regulam continet, & præcepta vivendi. Hortatur in eo & instituit Christianos ad decertandum cum diabolo, quem vinci a nobis ac subigi docet, quando vincuntur cupiditates, & corpus in servitutem redigitur. Imprimis adversus Manichæos hunc composuisse librum videtur. Scripsit & contra epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti; principia ejus redarguit, & varias ejus partes notis configit, quibus tota subvertitur. Ibidem argumenta proponit, quæ virum sapientem convincant, adhærendum Fidei Catholicæ. " In Catholica Ecclesia, inquit.... multa sunt quæ in ejus gremio me justissime teneant. Tenet consensio populorum atque gentium; tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici, se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui: ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta nominis Christiani carissima vincula recte hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia. „

Ib. c. 2. *Catholicæ Fidei adhærendum. Quare?*

Possid. vit. Aug. cap. 9.

IV. Augustinus jam Episcopus multo instantius ac majore authoritate, ubicumque rogatus venisset, verbum salutis æternæ prædicabat, paratus semper poscentibus reddere rationem de Fide & Spe, quæ in Deum est. Et ejus dicta atque excepta, maxime Donatistæ in eadem Hipponensi vel vicina manentes civitate, ad suos Episcopos deferebant. Quæ cum audissent, & contra forte aliquid dicerent, aut a suis refellebantur, aut eadem responsa ad sanctum Augustinum deferibantur, eisque compertis, patienter, ac leniter, & ut scriptum est, cum timore ac tremore salutem omnium operabatur. Epistolas etiam privatas ad quosque ejusdem erroris Episcopos, & Eminentes scilicet laicos dedit, ratione addita admonens atque exhortans, ut vel ab illa pravitate se corrigerent, vel certe ad disputationem venirent. At illi causa diffidentiæ ne quidem unquam rescribere voluerunt: sed irati furiosa loquebantur, atque seductorem, & deceptorem Augustinum esse, & privatim, & publice conclamabant; & ut lupum occidendum esse in defensionem gregis sui dicebant & tractabant; omniaque peccata a Deo indubitanter esse credendum posse dimitti iis, qui hoc facere ac perficere potuissent. Cum forte contigisset, ut in unam domum convenirent Evodius & Proculejanus Donatistarum Episcopus Hipponensis; & sermo de Christi hæreditate ortus esset, Proculejus dixit: velle se bonis viris sedentibus conferre cum Augustino; qui accepta conditione, humanissimas ad eum literas dedit, petens ut promissi memor, sedentibus quos ipse delegerit, rem tam magnam, & ad salutem omnium pertinentem requirerent, atque utrimque dicta exciperent Notarii. Collationem declinavit Proculejanus, dixitque ut Augustinus iret Constantinam, seu Milevem, ubi Concilium habituri essent Donatistæ.

August. epist. 33. alias 147.

Epist. 34. alias 144.

Christi An. 397. Concil. tom. 1. nov. ed. & tom. 2. Lab. Synodus Carth. 3.

Hoc etiam anno trecentesimo nonagesimo septimo, tertio Carthaginensi Concilio adfuit Augustinus. Quinto Kalendas Septembris, Carthagine in Secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius Episcopus Carthaginensis una cum Episcopis consedisset, adstantibus etiam diaconis, quinquaginta canonibus hæc constituta sunt: primo, ut omnes Africanæ Ecclesiæ Episcopi observationem Paschalem ab Ecclesia Carthaginensi curent accipere. Secundo: Ut propter causas Ecclesiasticas... singulis annis concilium convocetur, ad quod omnes provinciæ.... binos vel plures legatos mittant... De Tripoli autem propter inopiam Episcoporum, Episcopus unus veniat. Sexto. Ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dictum est enim a Domino, accipite, & edite; cadavera autem

C. 1. C. 2. C. 6.

nec

CHRISTI AN. 397.

nec accipere possunt, nec edere; cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas eredat. Hi abusus ex quibusdam sacræ Scripturæ textibus male intellectis irrepserant.

C. 7. Septimo. " Quisquis Episcoporum accusatur, ad Primatem provinciæ ipsius causam deferat accusator; nec a communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta literis evocatus minime occurrerit, hoc est intra spatium mensis... Quod si veras aliquas necessitatis causa probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem; verum post mensem secundum, tamdiu non communicet, donec purgetur.

C. 9. „ Nono. Ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cum in Ecclesia ei crimen fuerit intentum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto Ecclesiastico judicio, publicis judiciis purgari maluerit, etiamsi pro ipso prolata fuerit sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali judicio; in civili vero, perdat quod evicit, si locum suum obtinere voluerit.

Ib. c. 15. Decimo quinto. Ut Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi, vel Clerici non sint conductores, neque procuratores privatorum, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum quærant: quia scriptum est: 2. ad Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. "

C. 16. *Usura reprobatur.* Decimo sexto. Ut nullus Clericorum amplius recipiat, quam quod cuiquam commodaverit: Si pecuniam, pecuniam recipiat: si speciem, eamdem speciem quantam dederit, accipiat: & si quid aliud, tantum quantum dederit. „ His sacris Legibus, quas toties itaravit Ecclesia, multis in locis dictante avaritia humanas rationes, derogatur.

C. 21. Vigesimo primo, Clericum alienum, nisi concedente ejus Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Episcopi licet sint Apostolorum successores, in eo tamen sunt iis inferiores, quod semper habuerint limites jurisdictionis definitos, scilicet intra suam Diœcesim: econtra ubique terrarum Ecclesias instituere, Clericos ordinare, leges condere, aliasque functiones obire poterant Apostoli.

C. 22. Vigesimo secundo. Ut nullus ordinetur Clericus, nisi probatus, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.

C. 27. Vigesimo septimo. " Ut Clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. „

C. 32. *Occulta peccata non subjacent pœnitentiæ publicæ.* Trigesimo secundo. " Ut Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo, & necessitate cogente. Cujoscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod universa Ecclesia noverit, ante absidem seu sanctuarium manus ei imponantur. „ Occultum igitur si fuisset crimen, ante absidem sic ei manus non imponebatur; ac proinde pœnitentiæ publicæ non subjiciebatur.

C. 34. *Obmutescentium in morte absolutio.* Trigesimo quarto. " Ut ægrotantes si per se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium hi qui sui sunt, proprio periculo dixerint, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est. „ Hæc lex a summis Pontificibus & Conciliis confirmata nunc etiam viget. Idem quippe statuit Concilium Arausicanum primum canone duodecimo: Subito obmutescens, inquit, prout statutum est, baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet Sacerdos, aut præsentis in nutu suo. Idem præscribit Paulus V. in Rituali Romano: Si inter confitendum, inquit, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægrum deficiat, nutibus & signis conetur Sacerdos, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere, quibus utcomque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

Ib. c. 38. Trigesimo octavo. Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuensi plenaria Synodo videtur statutum: non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes Episcoporum; nam Cresconius Villa-Regiensis Episcopos, plebe sua derelicta, Tubuniensem invasit Ecclesiam, & usque hodie commonitus, relinquere eamdem contempsit... petimus... ut dignemini dare fiduciam, quo jam, necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis Rectorem provinciæ, secundum statuta gloriosissimorum Principum, adversus illum adire, ut... authoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius Episcopus dixit: Servata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra charitate modeste conventus recedere detrectaverit: cum fuerit suo contemptu & contumacia faciente etiam authoritate judiciaria conventus... Ab universis Episcopis dictum est: justum est, placet.

CHRISTI AN. 397. & 398.

C. 47. Quadragesimo septimo canone Patres Africani tradunt sacræ Scripturæ librorum catalogum; qui Tridentino plane conformis est, eosdemque veteris ac novi Testamenti libros continet. Infra legendum, ut habet vetustus codex: de confirmando isto canone transmarinæ consulantur Ecclesiæ. Id evidenter constat ex sequenti canone, qui sic habet: De Donatistis placuit, ut consulamus Fratres & Con-Sacerdotes nostros Siricium & Simplicianum de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem: ne eum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum error illos impediat ne promoveantur sacri Altaris ministri. Siricius igitur tempore hujus Concilii Romæ sedebat, viginti annis ante Bonifacium, cujus hic meminere quædam exemplaria...

C. 50. Quinquagesimo. Aurelius Episcopus dixit... Si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Universi Episcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hac nostra subscriptione firmamus: & subscripserunt. Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & relecto subscripsi. Epigonius Episcopus Bullensium regiorum subscripsi. Augustinus Episcopus plebis Hipponæ regionis subscripsi. Similiter & omnes Episcopi, 44 numero subscripserunt.

VI. Eodem anno Nectarius Constantinopolitanus Episcopus extremum diem obiit, quinto Kalendas Octobris. Sexdecim annis hanc administrarat Ecclesiam: statim igitur de ordinando Episcopo contentio exorta est. Tunc concurrerunt quidam, qui non quærebantur, ambientes Episcopatum: Presbyteri quidem dignitate, sed Sacerdotio indigni: alii prætorium fatigantes, alii dona corrumpentes, alii vero ad plebis etiam genua procumbentes. Super his commovetur Orthodoxorum populus Imperatorem sollicitans, Sacerdotii peritum requirens. Summam autem rerum tenebat Eutropius Eunuchus, Præpositus sacri cubiculi. Cum Joannem Chrysostomum optaret præponere civitati, (ejus enim virtus ei nota fuerat, cum Imperatoris negotia ipsum ad interiorem Orientem abduxissent) efficit ut Imperator literas scriberet ad Comitem Orientis, ut sine strepitu, nihil conturbans Antiochiam, Joannem emitteret. Is statim acceptis literis, hortatur ipsum, ut extra civitatem usque ad martyria, juxta portam Romanensem dictam, sistat se; & publicæ rhedæ impositum Eunucho ad id misso cum milite tradit, qui eum perduxit Constantinopolim, ubi ex communi omnium suffragio, Cleri videlicet ac populi ordinatur Episcopus. Utque ejus ordinationi plus accederet authoritatis, ex Imperatoris mandato adfuerunt complures Episcopi, tum Theophilus Alexandrinus favens Isidoro Presbytero, cui pauperum ac peregrinorum cura erat Alexandriæ, quique ab ineunte ætate apud Scetim in vita monastica sese exercuerat. (Utromque proditionis erga Theodosium ex incertis rumoribus accusat Socrates, ut observat Sozomenus, cujus sceleris non meminit Theodoretus.) Theophilus tamen Joannis electioni assensum præbuit, Eutropium veritus, eumque ordinavit; in Episcopali Sede constituitur quarto Kalendas Martii, Honorio Augusto, & Eutychiano Consulibus, anno trecentesimo nonagesimo octavo.

Socrat. l. 6. c. 2. Pallad. vit. Chrys. p. 42.

Joannes Chrys. fit Episcopus.

Sozom. l. 6. c. 2.

Joannes sic ordinatus rerum curam aggreditur; in secunda sua homilia invehitur in Anomœos, Marcionitas, & Valentinianos, quorum maximus erat numerus tum Constantinopoli, tum in locis vicinis. Illos severis legibus coercenit Arcadius: " Cuncti hæretici, inquit, procul noverint omnia sibi loca hujus urbis adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur, sive in locis privatis Fisco nostro incorporandis... Doctores & authores Eunomianorum ex civitatibus pellantur exortes..... codices eorum scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes, summa sagacitate mox quæri, ac prodi, mandamus, sub aspectibus etiam judicantium mox cremandos. „ Eorum etiam conventus in agris modis omnibus prohibet.

Leges ad. versus hæreticos. Cod. Theod. lib. 6.

VII. Imperator Honorius adversus irruentes in Ecclesias dedit legem sequentem. " Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias Catholicas irruens, sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui locoque aliquid importet injuriæ, quod geritur s lite-

Cod. Theod. l. 16. l. 31.

CHRISTI. AN. 398. literis ordioum, magistratuum & euratotum, & notoriis apparitotum, quos stationarios appellaot, deferetur in notitiam potestatum, ita ut vocabula eorum, qui agnosci potuerint, declarentur: & si per multitudinem commissum dicetur, si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur. Atque ita provinciæ moderatos, Sacerdotum, & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus injoriam, capitali in convictos, sive confessos reos senrentia notaverit viodicandam, nec exspectet ut Episcopus injoriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi solam gloriam dereliquit .... Quod si multitudo violenta civilis apparitionis executione & adminiculo ordinum possessorumve non potuerit præsentari, quod se armis, aut locotum difficultate sueatur, Judices Africani armatæ apparitionis præsidium, datis ad Comitem Africæ literis, prælata illius legis tenore, deposcant: ut rei talium criminum non evadaot. „ Data septimo Kalendas Maji ajusdem anni.

Hæc lex potissimum spectat Donatistas, quorum furor maxime grassabatur in Africa; eis quippe favebat Comes Gildo e Mauritaniæ Regulis oriundus,
Orof. l.7. cap. 36. qui rebellavit adversus Honorium. Mascelzel ejus frater, cujus filios ioterfecerat, adversus eum missus est. Hic ubi Caprariam insulam adiit, inde servos Dei aliquot sumpsit, quibuscum in oratiooibus, jejuniis, psalmis dies noctesque continuavit; quan tum in hujusmodi armis esset præsidium, exemplo Theodosii cognoverat. Appulsus in Africam, cum quinque millibus militum contra septuaginta millia hominum castra metatus est; cumque interjecta mora, oppositas præjacentis vallis angustias transgredi vellet, intercurrente nocte B. Ambrosium Episcopum per somnium sibi videre visus est significantem manu, & impacto ad humum ter baculo dicentem: Hic, hic, hic. Quod ille prudenti cojecture intellexit, meritoque annuntiantis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem significari. Substitit, ac tertio demum die post noctem orationibus pervigilem, ab ipsis coelestium sacramentorum mysteriis in hostem circumfusum processit. Et cum ad eos, qui primi occurrerent, pia pacis verba jactaret, signiferum quemdam insolenter obsistentem, & jam jamque pugnam excitantem, gladio percussit in brachio, eumque manu debilem, ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes, deditionem jam fieri priorum existimantes, certatim se ad Mascelzelem signis eradidere conversis. Barbari, quorum magoam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti io diversa fugerunt. Gildo post aliquot dies strangulatus interiit, ineunte vere anni 398. Quamvis gentilis esset, uxorem habuit Christianam & piam, nec matri degenerem filiam nomine Salviam, quæ Nebridio Im-
Hieron. epist. 85. alias 9. Orof. ib. peratoris nepoti nupserat; quo defuncto eam viduam consolatus est Hieronymus. Porro victoriæ suæ non diu superfuit Mascelzel; eum eoim ausus esset Ecclesiam temerare, atque ex ea quosdam extrehere, secuta est pœne sacrilegium; nam superstitibus, atque insultantibus, quos ab Ecclesia ad pœnam protraxerat, post aliquantum tempus solus & ipse punitus est.

Morte Gildonis gravissimo onere Africanæ liberatur Ecclesia. Tyranni sic amicus erat Optatus Tha-
Aug. l. 1. contra Gaud. cap. 38. mugadiensis Episcopus in Numidia & de Primiani factione, ut dictus fuerit Optatus Gildonianus; hic Catholicos & Maximianistas gravissime vexevit. Agmine militari comitatus incedens viduas oppressit, pupillos evertit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia separavit, res vendendas innocentium procurevit, venditarum pretiis cum dominis plangentibus divisit. Maximianistas plerosque ad suas partes redire compulit. Assuritani, & Mustitani cives eum formidantes, Episcopos suos Felicianum, & Prætextatum ad Primiani communionem redire coegerunt, qui ab illis recepti sunt sesvato honore, ac retentis suis sedibus, quamvis in Bagajensi pseudo-
August. contra lit. Petil. lib. 2. Synodo eos excommunicassent; quin & suscepere, sine iterato baptismo, quotquot ab ipsis in schismate baptizati fuerant. Justas tandem furoris sui pœnas pependit Optatus; namque de satellitio Gildoniano accusatus, pari genere mortis extinctus est. Cum nefario homine semper communicarunt Donatistæ, quem etiam mortuum venerati sunt ut martyrem.

Interea modis omnibus allaborabat Augustinus ut CHRISTI AN. 398.
ad Ecclesiam reduceret Donatistas. Aliquando eum esset io civitate Turbensi, & nonnulla eum Glorio August. epist. 43. alias 162.
aliisque Donatistis de communione Christianæ unitatis ageret, protulerunt ipsi gesta quædam, in quibus recitatum est, quod septuaginta ferme Episcopi Cæcilianum olim cum suis collegis, & ordinatoribus damnaverunt. Ubi etiam Felicis Aptungitani causa multo præ cæteris invidiosius & criminosius ventilata est. Quibus perlectis, respondit Augustinus: Nos alia habemus gesta Ecclesiastica, io quibus Secundus Tigisitanus, qui tunc agebat in Numidia Primatum, præsentes & confessos traditores, reliquit Deo judicandos, & eos in Episcopalibus Sedibus, sicuti erant, sedere permisit, quorum nomina inter damnatores Cæciliani numerantur: quod Actorum lectione comprobavit. Deinde dixit: aliquanto post Majorini ordinationem, quem contre Cæcilianum nefario scelere levaverant, eos petiisse a Constantino judices Episcopos; curavitque afferri gesta Conciliorum Romani & Arelatensis, in quibus Cæcilianus præsens eum adversariis suis fuerat absolutus, & Donatus improbatus, quorum judicium Constantinus, ad quem provocaverent, utraque parte assistente, comprobavit. Recitata sunt etiam Acta Proconsularia, ubi Felix Aptungensis diligentissimo examine probatus est innocens; postremæ lectæ sunt Constantini Imperatoris literæ, quibus omnia multo maxime testatissima claruerunt... Hipponem ubi primum rediit Augustinus, datis ad eosdem literis, quanta vis inesset iis probationibus, clare demonstrat.

IX. Augustinus alias eum ad Cirtensem Ecclesiam August. epist. 44. alias 163.
pergeret, rursus Turbusieum oppidum pertransiens voluit videre Fortunium illius loci Episcopum Donatistam, qui non abnuit: venit igitur ad eum non paucis concomitantibus, rumore disperso, non parva præterea turba confluxit quasi ad spectaculum. Quapropter nec silentium præbere, nec inicnte cum eo & ordinate colloqui potuerunt, & propter perstrepentium interpellationes turbulentiorem disputationem notarii non valentes sustinere, cesserunt. Quapropter causæ totius actionem scripsit Augustinus, eamque misit Eleusio & Glorio Donatistis, orans ut *Augustini collatio cum Donatista.*
Fortunio literas suas legerent. Primo quæsitum est, quænam esset illa Ecclesia ubi vivere oporteret, utrum illa quæ se terrarum Orbe diffunderet, an illa quam pars exigua Africæ contioeret? Fortunius asserere conatus est, ubique terrarum esse communionem suam. Quærebam, inquit Augustinus, utrum Epistolas communicatorias, quas formatas dicimus, posset quo vellem, dare, & affirmabam quod manifestum erat omnibus, hoc modo facillime illam posse terminari quæstionem. Parabam autem, ut si consentiret, ad illas Ecclesias a nobis tales literæ mitterentur, quas in Apostolicis authoritatibus pariter legeremus in illo tempore fuisse fundatas. Sed quia res aperte falsa erat, permixtis verbis cito inde discessum est. Invictum adversus omnes hæreses, & schismata argumentum.

Fortunius tunc protulit aliquod volumen, ubi volebat ostendere Sardicense Concilium ad Episcopos Afros, qui erant communionis Donati, dedisse literas. Acta erant Synodi, quam Ariani e Sardicensi Concilio fugientes Philippopoli celebrarant. Hæc Augustinum nescisse mirum est; ad aurem ei suggessit Alypius. Tunc accepto volumine, ejusdem Concilii statuta consideraos, legit Athanasium, & Julium Ecclesiæ Romanæ Episcopum Catholicum illo Sardicensi Concilio fuisse improbatos. Unde collegit Arianorum fuisse Concilium. Itaque ad diligentiorem etiam temporum discussionem volumen auferre voluit; Fortunius nec voluit dare, nec notari permisit. Discessum est, indicata altera collatione cui decem ex utraque parte interessent, ut quæstio de schismate tranquille disceptaretur; utrum habita sit, nullum extat indicium.

Circa idem tempus Honoratus Donatianæ partis Aug. ep.
Episcopus per Erotem Catholicum virum mandavit 49 alias
Augustino, ut literis inter se agerent, ubi nullus tur- 161.
barum tumultus perturbare posset disputationem: cui rescripsit Augustinus: Quoniam Ecclesiam Dei, quæ Catholica dicitur, sicut de illa prophetatum est, per Orbem terrarum diffusam videmus... Quærimus ergo ut nobis respondere non graveris: quam causam forte noveris, qua factum est, ut Christus amitteret hereditatem suam per Orbem terrarum diffusam, & subito in solis Afris, nec ipsis omnibus remaneret.

X. Eo-

CHRISTI AN. 398. *Conc. Carthag. 4.* Conc. tom. 1. nov. ed. Lab.

X. Eodem anno 398. Periti recensent Concilium Carthaginense quartum, featn Idus Novembris habitum ab Episcopis 214. Præside Aurelio Carthaginensi. Silent de eo Ferraodus Diaconus, Dionysius axiguus, Codex eanonum Africanæ Ecclesiæ, omnesque eanonom collectores sum Græci, tum Latini. Cantom quatuor aanones qui ei tribuuntur, in antiquis manuscriptis, sub eo titulo laguntur: Statuta Ecclesiæ antiqua. Hisca temporibus esse posteriores indicare videtur primus canon, ubi constitutum est, qualis ordinari debeat Episcopus. " Aotea eaaminetur si narura sit prudens, si moribus temperstus .... si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus: & anta omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat ..... Si Incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erst in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris Filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simul in eo ambæ naturæ, id est, Deus & homo, una Persona, unus Filius, unus Christus .... Quærendum etiam ab eo ..... si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud origine contractum, quam illa, quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur. „ Quibus verbis hæreses Pelagii, Nelorii, Eutychetis aperte perstringuntur, quæ nondum eaortæ erant. Canon secundus. " Episcopus eum ordinatur, duo Episcopi ponans & teneant Evangeliorum codicem super caput & eervicam ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput tangant. „ Tertius. " Presbyter eum ordinasur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qai præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant. „ Quartus. " Diaconus eum ordinatur, solus Episeopus qui eum benedieit, manum super capat illius ponat. „ Quintus. " Subdiaconus cum ordinatur, qui manus impositionam non accipit, parenam de Episcopi manu aecipiat vacuam, & calicem vaeuum: de manu veio Archidiaconi nrceolum, aquimanile, ac manutergium. „

Ordinationum ritus.

Ibid.

Trigesimus primus. " Ut Episcopus rebas Ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam proprus utatur. „ Trigesimus seatus. " Presbyteri, qui per Diœceses Ecclesias regunt, non a quibuslibet Episcopis, sed a suis, nec per juniorem Clericum, sed aut per ipsos, aut per illum, qni sacrarium tenet, anta Paschæ solemnitatem chrisma petant. „ Quadragasimus sextus. " Clericus eum extraneis mulieribus non babitet. „ Quadragesimus nonus. " Clerieus, qui absque corpusculi sui ioæqualitata vigiliis deest, stipendiis privetur. „ Septuagesimus tertius. " Qui communicaverit, val oraverit cum excommunicato, sive Clericus, sive laicus, eacommunicetur. „ Septuagesimus sextus. " Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si easu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitata obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimoninm qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Er si eontinuo credatur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supra dictis testibus, petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Saeerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. „ Quadragesimus primus. " Ut diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba utatur. „ En usus sacrarum vastium, de quibus ait Hieronymus: Religio divina alterum habitum habet in ministerio Altaris, alterum in usu vitaque communi. Theodoretus meminir sacræ vestis aureis filis conteatæ, quam Constantinus Macario Hierosolymorum Episcopo donaverat, ut ea indutus divini baptismi mysterium perageret. Eusebius in oratione quam habuit in dedicatione templi Tyriensis ante Nicænum Concilium, sic exorditur: Amici & Sacerdotes Dei, qui podere, seu sacra tunica talari, induti estis. Qui ergo negant eas esse institutionis Apostolicæ, indicant, quis eas instituerit? Alioqui D. Augustini regula valeat: Quod universa tenet Eeclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Ex antiquis Ritualibus & Euchologiis Græcorum constat, in iis non levem fuisse diversitatem tum apud Latinos, tum apud

Sacræ vestes. Hier. in Ezech. cap. 44. Theod. hist. l. 2. cap. 27. Euseb. l. 10. c. 4. Aug. l. 4. de bapt. cap. 24.

Græcos, & prioribus Eeclesiæ sæculis & postarioribus. Antiquissimas vestes pontificales sic recenset R. P. Mabillonius: Imprimis eamisia, & eingitur supra, deinda linea cam cottis serica & eingulum: post hæc mittitur anagolagi, seu amictus. Presbyter Romanus similiter ... imprimis camisia seu alba & supra cingulum, postea tunica, alba & cingulum, deinde anagolagi. Stola etiam ex antiquo risu in modum crucis ante pectus solet aptari: ut sradit Concilium Bracarense quartum.

CHRISTI AN. 398. Mabil. tom. 2. Musæi Ital. C. 4.

XI. Aurelius Carthaginensis Episcopus Augustinum, qui Synodo præsens adfuerat, hortatus est ut de opera monachorum librum scriberer. Illa necessitas eum compulit: quod cam apud Carthaginem monasteria esse cœpissant, alii se suis manibus transigebant, obtemperantes Apostolo: alii vero ax oblationibus fidelium vivere volebant, seque potius implere præceptum Evangelicum jactabant, ubi Dominus air: Raspicite volatilia cœli & lilia agri, neque serunt, nequa laborant. Unde etiam inter laicos axistera cœperunt tumultuosa certamina. Augustinus in ao opere docet, hæc Apostoli verba: Qui non laborat, non manducet, da labore mannum intelligenda esse; quapropter monachis illum laborem injungit, qui non averrat a cogitatione rerum spiritualium. Idque eo convenientius videbatur, quandoquidem Carthaginensis Synodus Clericis ipsis præscripserat, ut ea artificio vel agricultura victum & vestimentum sibi pararent. Ibidem invehitur in vagantes avarosque monachos, qui cultu & moribus prophanis tam sanctæ professionis existimationem imminuebant. Optasset Augustinus per singulos dies certis horis, quaotum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de divinis literis agendum liberas, potius quam tumultuosissimas perpleaitates causarum alienarum pati de negotiis sæcularibus, vel judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis. Honorius quippe legem sequentem dederat: Si qui ex consensu apud sacræ Legis Antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius in eivili dumtaxat negotio more arbitri sponta residentis judicium. Quod bis obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris eaamen conventos potius absuisse, quam sponte venisse constiterit. Data sexto Kalendas Augusti, anno 398., Mediolani. Augustinus igitur interpellatus a Christianis, quos apud infideles judicari vetat Apostolus, vel a eujuscumque sectæ hominibus, causas audiebat diligenter ac pie; & eas aliquando usque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunans; semper tamen noscebat & dirimebat: intendens in ais Christianorum momenta animorum, quantum quisque vel in fide, vel in bonis moribus proficeret, vel ab iis deficeret; atque compertis rerum opportunitatibus, divinæ legis partes docebar vatitatem, eamque illis inculcabat: nihil alind quærens ab iis, quibus ad hoc vacabat, nisi tantum obedientiam, & devotionem Christianam, quæ & Deo debetur & hominibus: peccantes coram omnibus arguens, ut cæteri timorem haberent. Rogatus quoque a nonnullis in eorum temporalibus causis, epistolas ad diversos dabat. Sed hanc suam a melioribus rebus occupationem tanquam angariam duputabat.

August. retract. l. 2. c. 21. Matt. 6. 2. ad Thessal. cap. 3. C. 51. & 52. Possid. vit. Aug. cap. 19.

XII. Arcadius econtra privilegia Clericis & Ecclesiis concessa imminuit, his eodem anno datis legibus. " Si ... qnilibet publicis privatisque rationibus involutus ad Ecclesiam confugiens, vel Clericus ordinatur, vel quocumque modo a Clerieis fuerit defensatus, nec statim, conventione præmissa, pristinæ conditioni reddatur, non solum Clerici, sed etiam ii, quos œconomos vocant, qui Ecclesiasticas consueverunt tractare rationes, ad eam debiti vel publici, vel privati redhibitionem remota dilatione cogantur, in qua eos obnoxios esse constiterit, quos Clerici defensandos receperint, nisi mox reddiderint exhibendos ... Adductos supplicio, & pro eriminum immanitate damnatos, nulli Clericorum, vel monachorum, eorum etiam quos cœnobitas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat, aut tenere. Quibus in causa criminali, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem val errore, vel gratia cognitoris oppressa putatur esse justitia: ea conditione ut si Proconsul, Comes Orientis, Præfectus Augustalis, Vicarii fuerint cognitores,

Arcadis Leges.

non

Christi An. 398. & 399.

uum tam ad clementiam nostram, quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Reos etiam tempore provocationis emenso, ad locum pœnæ sub prosecutione pergentes nullus aut teneat, aut defendat. Sed sciat se cognitor triginta librarum auri mulcta, primates officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur, aut si tanta Clericorum & Monachorum audacia est, ut bellum potius, quam judicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultior procedat arbitrio. Ad Episcoporum sane culpam, ut cætera, redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populo Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex his quæ fieri hac lege prohibemus, a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint. Ex quorum numero rectius, si quos forte sibi deesse arbitrantur, Clericos ordinabunt. „ Datum sexto Kalendas Augusti.

Socrat. l. 6. c. 5. Sozom. l. 8. c. 7.

Eutropius, quem licet Eunuchum & servili genere ortum, Arcadius anno sequenti 399. creavit Consulem, & Patricium, ut non immerito exclamet Claudianus: omnia cesserunt Eunucho Consule monstra; Eutropius, inquam, operam dederat ut ea lex ub Imperatore promulgaretur, cum de nonnullis, qui ad Ecclesiam confugerant, pœnas sumere vellet. Timasium militiæ magistrum in Oasim Ægypti deportaverat, affectatæ tyrannidis ei crimen impingens, qui paulo post, dum per arenas illius regionis vagaretur, mortuus repertus est; cujus uxorem, quæ ad Ecclesiam confugerat, extrahere volebat, sed eam inter Diaconissas retulit Chrysostomus. Verum Eutropius incidit in foveam, quam fecerat. Avarissimi & crudelissimi hominis potentiam, & immensas opes rapinis collectas, moleste ferebant Proceres, quos opprimebat, imprimisque Gainas Præfectus militum, qui Tribigildum impulit, ut Phrygiam vicinasque provincias hostiliter popularetur. Gainas adversus eum missus ei se conjunxit: Eutropiique capite pacem redimendam Arcadio proposuerunt, quem hæsitantem perpulit Eudoxia Augusta, quam se palatio ejecturum comminatus fuerat. Arcadius eum dignitate sua exuit. Eutropius vitæ suæ consulens confugit ad Ecclesiam. Imperator misit satellites, qui eum comprehenderent, sed religione loci eos repulit Chrysostomus, qui etiam suggestum conscendens, in Eutropium invectus est, ut ostensa hominis miseria commiserationem omnium commoveret, illosque exemplo doceret, quam vana & fragilis sit hujusce vitæ beatitudo, cujus omnia bona sunt veluti unius noctis somnium. Concludit omnes exhortando, ut precibus divinam implorent misericordiam, quæ Imperatoris animum leniat, eique misero tempus concedat ad pœnitentiam. Eutropius vero imprudenter egressus captus est, adhibitisque fidis custodibus ad Cyprum insulam exul perducitur. Gainas paulo post perfecit ut reductus multisque sceleribus convictus capite damnaretur. Et lex quæ promulgata fuerat, nequis ad Ecclesiam confugeret, & confugientes expellerentur, ex monumentis publicis penitus sublata est. Nonnulli Joanni infensi, ejus in Eutropium orationem criminati sunt, quasi insultavisset adversæ illius fortunæ. Aulici quippe non pauci & Clerici eum oderant sua scelera redarguentem.

Zozim. lib. 5. Philostorg. lib. 11. Chrys. orat. in Eutrop. tom. 8. Sozom. l. 8. c. 7.

Pallad. vit. Chrys. pag. 45 *Chrysostomi zelus.* P. 46. Chrys. hom. 13. in 1. ad Tim. & 21. & 1. ad Cor.

Initio sui Episcopatus duos habuit sermones adversus Clericos & Virgines, qui sub prætextu necessitatis & charitatis in eadem domo cohabitabant, unde multa scandala nascebantur; & dicebantur subintroductæ & sorores. Inde pars Cleri minime religiosa, quæ morbo illo tenebatur, commota est. Postea aggreditur injustitiam, destruens malorum omnium metropolim avaritiam; hortaturque Clericos ut contenti sint suis obsoniis, nec divitum nidores sequantur, nec adulatorum & parasitorum vitam sectentur. Sacerdotibus imprimis necessaria suppeditari præceperat, ne dum temporalia curant, a spiritualibus functionibus avocentur; sed Apostolicis verbis inhærens, eos victum & vestitum habentes volebat esse contentos. Quod offendit plurimos. Oeconomi deinde tabulas scrutatur, & reperit sumptus Ecclesiæ inutiles, & horum subsidium cessare jubet. Venit ad examinandos sumptus Episcopi, & invenit immodicam profusionem; atque illorum profusos sumptus ad nosocomium transferri jubet. Cum autem necessitas invalesceret, plura nosocomia ædificat, præponens presbyteros pios duos, prætereu & medicos, & coquos, atque bonos opifices a cœlibum ordine, ad eorum ministerium, ut advenientes hospites, & morbo correpti curarentur. Hortabaturque fideles divites, ut quilibet in suis ædibus cubiculum excipiendis pauperibus destinaret. Ibidem præter Judæos & Paganos, Constantinopoli Christianorum centum millia enumerat. Demum advocat viduarum ordinem, undequaque quærens quænam inter eas non recte viverent, & si quas invenisset corpori deditas, admonebat ut aut jejunarent abstinentes a balneis atque exquisitis vestibus, aut protinus ad secundas nuptias concederent, ne Lex Domini injuriam pateretur. Deinde hortabatur populos, ut in nocturnis precibus assidui essent, horum autem uxores domi manerent, eas interdiu orare exhortans. Hæc autem omnia angebant negligentiores e Clero, noctem totam dormire solitos.

Christi An. 399. Idem hom. 45. in Act. Pallad. p. 41.

Ibid.

Posthæc apprehendit gladium reprehensionis adversus divites, humilitatem ipsos edocens, & cum hominibus reliquis modeste agere, Apostolico sermoni morem gerens: Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum. Cum igitur res ita se haberent, Ecclesia in dies efflorescente in melius, & tota civitate in pietatem transformata, animabusque castitate & psalmodia exsultantibus, non tulit bonorum osor dæmon fugam eorum, qui ab ipso recedebant; quos Domini sermo per Joannis prædicationem ab eo amoverat, ita ut qui circi amore insaniebant, & theatralium spectaculorum, relictis diaboli atriis, cursim ad caulas Salvatoris accederent. Multos etiam tum ex Gentilibus, tum ex hæreticis alliciebat. Confluebat ad illum quotidie multitudo, partim eorum, qui utilia ex eo discere, partim eorum qui periculum ejus facere cupiebant; capiebat autem ille universos, atque idem cum ipso de divinitate sentirent, eis persuadebat. Porro populus tantopere ejus sermonibus inhiabat, nec illis satiari ullo modo poterat, & quoniam sese mutuo impellentes ac prementes periclitabantur, dum singuli propius niterentur accedere, ut illum dicentem exactius audirent de proximo. Ipse in medio omnium consistens, ex Lectorum suggestu populum sedens docebat.

1. ad Tim. 6. Sozom. l. 8. c. 5.

Sozom. ibid.

Vir quidam e secta Macedonianorum uxorem habebat ejusdem sectæ. Hic cum Joannem aliquando docentem audisset, quomodo de divinitate sentiendum sit, fidem ejus amplexus est; uxoremque hortari cœpit, ut idem secum sentire vellet: sed cum illa priori consuetudine, & familiarium sibi mulierum congressibus quasi captiva teneretur, nec maritus crebris admonitionibus quicquam proficeret, tandem ille: Nisi, inquit, in divinis mysteriis mecum communicaveris, nec vitæ consors mihi eris in posterum. Tum mulier id se facturam pollicita, consilium suum aperit ancillæ, quam sibi fidam esse judicabat, eamque sociam sibi adjungit ad fallendum maritum. Allapso igitur tempore mysteriorum, seu sacræ Communionis, mulier id quod acceperat retinens, scilicet Eucharistiam, quasi Deum oratura caput submisit. Ancilla vero quæ ei astabat, id quod domo attulerat, clanculum ei tradidit. Quod cum mulier dentibus admovisset, instar lapidis obduruit. Tum mulier verita ne quid sibi gravius eveniret, tanto erga se patrato miraculo, confestim ad Episcopum pergens, seipsam accusavit, simulque lapidem ostendit, qui morsus vestigia retinebat; materia quadam prorsus ignota, & colore inusitato prædita. Cumque effusis lacrymis veniam postulasset, ejusdem fidei cum viro deinceps permansit. Quod si cui forte hæc minus credibilia videntur, inquit Sozomenus, testis est lapis ipse, qui in thesauro Ecclesiæ Constantinopolitanæ etiamnum servatur.

Theod. hist. l. 5. cap. 28. Sozom. l. 8. c. 3.

Neque vero urbem duntaxat Regiam hujusmodi cura ac sollicitudine gubernabat Chrysostomus, sed & universam Thraciam, quæ in sex provincias divisa est, & Asiam totam, quæ ab undecim Præsidibus regitur. Ponticam præterea iisdem legibus exornavit, quæ totidem Rectores habet, quot Asia. Patriarchalesque functiones in illis octo & viginti provinciis exercuisse, Exarchasque deposuisse constabit inferius. Sed & reliquas ubique locorum Ecclesias, tanquam bonus & excelso animo præditus corrigere conabatur. Cum igitur Occidentales & Ægyptii Sacerdotes Paulini Antiocheni gratia ab Orientalibus Episcopis adhuc dissiderent, & publicum quoddam dissidium ob eam rem totius Imperii Romani Ecclesias

Ecclesias

CHRISTI. elesias obtineret, ipse Theophilum rogavit, ut suam
AN. 399. ipsi operam commodaret, & Romanum Episcopum
Flaviano reconciliaret. Quod cum placuisset, electi
sunt ad id negotium Acacius Episcopus Beroeæ, &
Isidorus Presbyter Alexandrinus. Hi Romam delati,
cum legatio ipsis ea animi sententia successisset, in
Ægyptum navigarunt. Inde Acacius in Syriam re-
versus, Ægyptiorum & Occidentalium Antistitum li-
teras pacificas attulit Flaviano. Sero tandem hunc
in modum Ecclesiæ ea dissensione liberatæ, in pri-
stinam rursus concordiam redierunt.

Theod. XIII. Præterea cum Scytharum gentem Arianæ
hist. l. 5. perfidiæ laqueis irretitam teneri cerneret, ipse quo-
cap. 30. que machinas omnes adhibuit; & ut prædam cape-
ret, hac arte usus est. Ejusdem cum ipsis linguæ
Presbyteros, & Diaconos, & Lectores cum ordinas-
set, unam illis Ecclesiam assignavit, eorumque
Scythas opera multos a pristino errore revocavit. Nam &
ad fidem ipse eo sæpius veniens concionem habebat, utens in-
adducit terprete quopiam, & eos qui dicendi facultate præ-
Chryso- diti essent, ut idem facerent, hortabatur. Jam
stomus. vero cum accepisset Scythas quosdam Nomadas, seu
C. 31. errantes pastores, qui ad Istrum tentoria fixerant,
salutem quidem sitire, sed qui latices ipsis præberet
neminem reperiri, viros conquisivit, qui Apostolicos
labores æmularentur, eosque barbaris illis præfecit.
Ego, inquit Theodoretus, literas ejus perlegi ad
Leontium Ancyræ Episcopum scriptas, quibus &
Scytharum conversionem ei significat; sed & in
agro Cyriensi vicos quosdam Marcionis hæresi labo-
rare cum didicisset, Episcopo, qui tunc præsidebat,
scripsit, hortans ut morbum illum repelleret, ei
C. 29. Imperialium legum auxilium offerens. Marcum D.
Porphyrii Gazensis Episcopi diaconum adjuvit ad-
versus quosdam Phœnices incolas, qui cultum si-
mulachrorum adhuc retinebant, monachosque quos-
dam zelo Dei ferventes collegit, eosque edictis Im-
perialibus munitos, adversus idolorum templa dire-
xit; pecunias vero, quæ artificibus templa diruen-
tibus, eorumque ministris præbebantur, non ex
regiis thesauris depromebat; sed opulentis & fi-
de, & religione insignibus matronis persuadebat,
ut hos sumptus liberaliter suppeditarent, benedictio-
nem, quæ ex hujusmodi largitione proveniret, iis
ostendens. Hac ratione dæmonum templa, quæ ad-
huc supererant, solo æquavit. Arcadius turpia quo-
L. 2. cod. que Majumæ spectacula abrogavit, lege data 6.
Theod. Nonas Octobris.

CHRISTI XIV. Hæc anno trecentesimo nonagesimo octa-
AN. 398. vo gesta sunt, quem Christianæ Religioni fatalem
Aug. de futurum sperabant ethnici. Cum enim viderent
civ. Dei. tot tantisque persecutionibus Fidem incrementa
l. 8. c. 33. sumpsisse, excogitarunt versus Græcos, quibus hæc
contineri oraculi responsa jactabant: Petrum male-
ficia fecisse, ut coleretur Christi nomen per 365.
annos: deinde completo memorato numero anno-
rum, sine mora finem sumeret Christiana Religio.
Ib. c. 54. Horum annorum initium a Christi morte ducit Au-
gustinus; paucis enim post diebus incœpit Petri
prædicatio; eoque anno complebantur, quando jam
secundum illud oraculum dæmonum, aut figmen-
tum hominum, nulla esse debuit Religio Christiana.
Econtra vero nobilem de superstitione triumphum
egit, non solum in Oriente, ut vidimus, sed & in
Occidente.

Carthagine Gaudentius, & Jovius Comites Im-
peratoris Honorii decimo sexto Kalendas Aprilis fal-
sorum deorum templa everterunt, & simulachra fre-
gerunt. Re tamen attentius considerata, ne urbes
deformes apparerent dirutis ædificiis publicis, Hono-
rius ædes illicitis rebus vacuas subrui vetuit, festos
civium conventus etiam permisit, sed voluit in eos
legibus vindicari, qui sacrificasse deprehenderen-
tur, quam legem ad Galliæ, Hispaniæ, & Africæ
Præsides direxit. Itaque Carthagine cum cœlestis
L. 15. Deæ seu Lunæ templum inesset nimia amplum,
cod. cujus platea Lithostrata, pavimento, & pretiosis co-
Theod. lumnis & mœnibus decorata, prope in duobus fere
L. 3. millibus passuum protendebatur, cum diutius clau-
Prosp. de sum incuria, spinosa virgulta circumseptum obrue-
promis. rent, velletque populus usui veræ Religionis vindi-
cap. 38. care, dracones aspidesque illic esse, ob custodiam
templi, Gentilis populus clamitabat. Quo magis
Christiani fervore succensi, ea facilitate omnia amo-
verunt illæsi, qua templum suo vero Regi cœlesti
& Domino consecrarent. Nam cum sancta Paschæ
solemnis ageretur festivitas, collecta illic & undique
omni curiositate etiam adveniens multitudo, Sacer- CHRISTI
dotum multorum Pater & dignæ memoriæ nomi- AN. 398.
nandus Antistes Aurelius, cœlestis jam patriæ civis,
cathedram illic habuit, & sedit. Ipse, inquit Pro-
sper, tunc aderam cum sociis & amicis. Atque
dum curiosi singula, quæ pro magnitudine conspici-
mus, mirum quodpiam & incredibile nostro se in-
gessit aspectui, titulus æneis grandioribusque literis
in frontispicio templi conscriptus, Aurelius Pontifex
dedicavit. Nempe quod Pontifex ethnicus Aure-
lius templum Numinibus sacrarat, Pontifex Chri-
stianus Aurelius vero Deo dedicavit. Pagani vulga-
runt Deæ cœlestis oraculum, quo ferebatur tem-
plum ejus cultui esse reddendum; contra post annos
viginti solo æquatum remansit ager in sepulturam
mortuorum. Non omnes ethnici patienter tulere
sua frangi simulachra: in colonia Suffectana Chri-
stianos sexaginta, qui Herculis idolum comminue- Aug. ep.
rant, morti tradidere, quorum memoria die Augu- 50. alias
sti trigesimo recolitur. 267.

XV. Anno Christi quadringentesimo, die sexta Ka- CHRISTI
lendarum Junii, Carthagine cum Aurelius Episcopus AN. 400.
una cum septuaginta duobus Episcopis consedisset, *Synodus*
adstantibus Diaconis, edidit quindecim Canones: *Carthag.*
“ Primus: Nulla ad testimonium dicendum Eccle- Conc.
siastici cujuslibet ordinis persona pulsetur. „ Ter- tom. 3.
tius. “ Placuit Episcopos, & Presbyteros, & Dia- nov. ed.
conos secundum priora statuta, etiam ab uxoribus & tom. 2.
continere. Quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico re- Lab.
moveantur officio. Cæteros autem Clericos, ac pro- *Clerico-*
inde Subdiaconos, ad hoc non cogi, sed secundum *rum con-*
uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem observari de- *tinentia.*
bere. „ Quartus. “ Placuit etiam ut rem Ecclesiæ
nemo vendat. Quodsi aliqua necessitas cogit, hanc
insinuandam esse Primati provinciæ ipsius, ut cum
statuto numero Episcoporum utrum faciendum sit,
arbitretur. „ Sextus. „ Placuit de infantibus, quo-
ties non inveniuntur certissimi testes, qui eos ba-
ptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi
sunt per ætatem idonei de traditis sibi Sacramentis
respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizan-
dos, ne ista trepidatio eos faciat Sacramentorum
purgatione privari. „ Canone secundo illud fuerat
statutum: ut si quis cujuslibet honoris Clericus ju-
dicio Episcoporum pro quocumque crimine fuerit
damnatus, non liceat eum, sive ab Ecclesiis, qui-
bus præfuit, sive a quolibet homine defensari. Id
vero sine lege Imperiali perfici non poterat, quam
concessit Honorius hisce verbis: “ Quicumque re- L. 33.
sidentibus Sacerdotibus fuerit Episcopali loco detru- cod.
sus & nomine, si aliquid vel contra custodiam, vel Theod.
contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus,
rursusque Sacerdotium petere, a quo videtur expul-
sus, procul ab ea urbe, quam infecit, secundum
Legem divæ memoriæ Gratiani, centum millibus
vitam agat. „

XVI. Augustinus eodem anno scripsit Confessio- Aug. re-
num suarum libros tredecim; a primo, inquit, us- tract.
que ad decimum de me scripti sunt; in eis refert l. 2. c. 6.
præcipuas vitæ suæ actiones, juventutis peccata &
errores Domino confitetur, divinam in se laudans
misericordiam. In tribus reliquis initium Genesis
allegorice interpretatur, & transfert ad ea quæ Deus
in Ecclesia ad hominum sanctitatem operatur. Au-
gustini humilitas, ardensque erga Deum charitas in
eo opere maxime elucet. Per idem tempus scripsit Ib. c. 24.
alios duodecim libros de Genesi ad literam, id est,
non secundum allegoricas significationes, sed secun-
dum rerum gestarum proprietatem. In quo opere,
inquit, plura quæsita quam inventa sunt, & eorum
quæ inventa sunt, pauciora firmata: cætera vero ita
posita, velut adhuc requirenda sint. Manichæorum Ib. c. 7.
calumniis in iis respondere sibi proposuit. Aliud
grande opus scripsit contra Faustum Manichæum;
hic natione Afer & sectæ suæ Episcopus, blasphema-
bat Legem & Prophetas, & eorum Deum, & Incar-
nationem Christi; Scripturas autem novi Testamen-
ti, quibus convincebatur, falsatas esse dicebat. Au- Aug. adv.
gustinus adhuc Manichæus ejus eloquentiam sic ad- Faust.
miratus est, ut contemneret imperitiam. Faustus l. 5. c. 8.
postea cum aliis nonnullis ad judicium Proconsulare
perducitur, ipsisque Christianis intercedentibus, a
mortis pœna, quam adversus eos decreverant Im-
peratores, liberatus, in insulam relegatus est. Eo-
rumdem precibus inde dimissus, librum scripsit ad-
versus Fidem Catholicam, quem verbis ejus propo-
sitis reddens, responsiones suas Augustinus tribus &
tri-

CHRISTI AN. 400.

Aug. de Fid. eorum quæ non videntur. triginta libris confutavit. Veteris Testamenti veritatem & sanctitatem in iis adversus Manichæos tuetur. Gentiles etiam irridebant Christianos, qui ea, quæ non videntur, crederent. Augustinus eos refellens demonstrat veritatem Religionis Christianæ, tum ex Prophetiis, quas in antiquissimis suis libris legunt Judæi, nos vero videmus adimpletas, tum ex vocatione Gentium, & mirabili totius Orbis conversione, qui, relictis antiquis superstitionibus, adorea Crucifixum, quem prædicarunt Idiotæ.

Aug. retract. l. 2. c. 4. XVII. Libros de doctrina Christiana circa idem tempus inchoavit, imperfectosque jam senior complevit. Primi tres adjuvant ut Scripturæ intelligantur. Quartus autem, quomodo quæ intelligimus proferenda sint, docet. Præcepta & leges utilissimas continent. In primo probat Scripturarum scopum

Aug. de doctrin. Christ. l. 1. c. 39. esse amorem Dei & proximi, nutriendo Fidem, Spem, & Charitatem. Unde concludit: " Homo itaque Fide, Spe, & Charitate subnixus, eaque inconcusse retinens, non indiget Scripturis, nisi ad

Scripturarum lectio non est necessaria. alios instruendos. Itaque multi per hæc tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt. " In secundo libro declarat, quarumnam rerum ad Scripturarum intelligentiam necessaria sit; & quarum notitia sit inutilis. Quibus hæc præmittit de obscuritate Scri-

Scripturæ sunt obscuræ. L. 2. c. 4. Ib. c. 8. pturarum. " Sed multis & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt, aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur, non inveniunt: ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. " His subjicit Canonem librorum veteris Testamenti & novi, eosdemque recenset, qui in Tridentino Canone continentur. In tertio libro varias tradit regulas ad intelligendas obscuras Scripturarum locutiones. In quarto præscribit modos utiliter enuntiandi quæ in Scripturis intelleximus; oratori sacro commendat imprimis studium & orationem. Habet

L. 4. autem, inquit, ut obedienter audiatur, quantacumque dictionis granditate, majus pondus vita dicentis. Econtra eum non obedienter audiunt, qui se ipse non audit, & Dei verbum, quod eis prædicatur, simul eum ipso prædicatore contemnunt. Deo-gratias

August. retract. l. 2. c. 14. Diaconus & Catechista Carthaginensis oravit Augustinum ut optimam suæ functionis obeundæ rationem suppeditaret, qui librum de Catechizandis rudibus, seu infidelibus, qui ad Fidem accedunt, ei misit.

Ib. c. 16. XVIII. Dum libros de Trinitate dictaret, opus intermisit per annos fere quindecim; & libros quatuor de consensu Evangelistarum continuo labore dictavit propter eos, qui tanquam dissentientibus calumniantur: Quorum primus liber adversus illos conscriptus est, qui tanquam maxime sapientem Christum vel honorant, vel honorare se fingunt; & ideo nolunt Evangelio credere, quia ab ipso illa non conscripta sunt, sed ab ejus discipulis, quos existimant ei divinitatem, qua crederetur Deus, errore tribuisse. Expositiones quorumdam locorum ex Evangelio secundum Matthæum, & aliæ similiter secundum Lucam; & adnotationes in Job ad hæc quoque tempora referuntur, nec non ad inquisitiones Januarii ejus responsiones, quæ inter epistolas recensentur.

Ib. c. 12. & 13. Aug. ep. 54. alias 118. Multa de variis ritibus & Sacramentis continent disputata, sive quæ universaliter, sive quæ particulariter, id est, non peræque in omnibus locis observat Ecclesia. " Primo itaque, inquit, tenere te video, quod est hujus disputationis caput, Dominum nostrum Jesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, leni jugo suo nos subdidisse, & sarcinæ levi: unde Sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem novi populi colligavit; sicut est baptismus Trinitatis nomine consecratus; communicatio Corporis & San-

Ecclesiæ disciplina est retinenda. guinis ipsius, & si quod aliud in scripturis Canonicis commendatur. Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto Orbe terrarum servantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quod Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cœlum, & adventus de cœlo Spiritus sancti, anniversaria solemnitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrit quod servatur ab universa, quacumque se diffundit, Ecclesia. Alia vero quæ per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii jejunant Sabbato, alii non: alii quotidie communicant Corpori & Sanguini Domini, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies prætermittitur, quo non offeratur, alii Sabbato tantum & Dominico, alii tantum Dominico: & si quid aliud hujusmodi animadverti potest, totum hoc genus liberas habet observationes: nec disciplina ulla est in his melior gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quam forte devenerit. Quod enim neque contra Fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, & propter eorum inter quos vivitur societatem servandum. "

" Dixerit aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiam: quoniam eligendi sunt dies, quibus purius homo, continentiusque vivit. Alius econtra imo inquit . . . peccata si tanta non sunt, ut excommunicandus quisquam homo judicetur, non se debet a quotidiana medicina Dominici Corporis separare. Rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet præcipue, ut in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini, sed saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. " Sileant igitur novi declamatores, qui præsentem Ecclesiæ disciplinam sugillant, Ecclesiarumque magnarum ritus varios, quia cum iis, quos didicere, non congruunt, reprehendunt. Ibid.

In secunda ad eumdem epistola hæc præcipua sunt. " Quadragesima sane jejuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex jejunio Moysis & Eliæ, & in Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonstrans Evangelium non dissentire a Lege & Prophetis . . . . In qua ergo parte anni congruentius observatio Quadragesimæ constitueretur, nisi confini atque contigua Dominicæ Passioni? " Posthæc agit de Quinquagesima post Pascha, quo tempore non jejunatur, & subjicit: " Hæc de Scripturis firmissime tenentur, id est, Pascha & Pentecoste. Nam ut quadraginta illi dies ante Pascha observentur, Ecclesiæ consuetudo roboravit; sic etiam ut octo dies neophytorum distinguantur a cæteris, id est, ut octavus primo concinat. Ut autem Alleluja per illos solos dies quinquaginta in Ecclesia cantetur, non usquequaque observatur: nam & aliis diebus varie cantatur alibi & alibi, ipsis autem diebus ubique. De lavandis vero pedibus, cum Dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendaverit, sicut ipse consequenter exposuit, quæsitum est quonam tempore potissimum res tanta etiam facto doceretur, & illud tempus occurrit, quo ipsa commendatio religiosius inhæret. Sed ne ad ipsum Sacramentum Baptismi videretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitaverunt. Aliqui autem ut hoc & sacratiore tempore commendarent, & a Baptismi Sacramento distinguerent, vel diem tertium octavarum, vel etiam ipsum octavum, ut hoc facerent, elegerunt. Miror sane quod ita volueris, ut de iis quæ varie per diversa loca observantur, tibi aliquid scriberem, cum una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra Fidem, & bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit.... Sicut de hymnis & psalmis canendis, cum & ipsius Domini & Apostolorum habeamus documenta, & exempla & præcepta. De hac re tam utili ad movendum pie animum, & accendendum divinæ affectum dilectionis, varia consuetudo est, & pleraque in Africa Ecclesiæ membra pigriora sunt. Ita ut Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie canimus divina cantica Prophetarum . . . Omnia autem talia, quæ neque sacrarum Scripturarum authoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt, sed pro diversorum locorum variis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inveniri possint causæ, quas in iis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda existimo ... sed Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta, multa tolerat, & tamen quæ sunt contra Fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit . . . . . Hi vero qui de paginis Evangelicis sortes legunt; etsi optandum est

Aug. ep. 55. alias 119. *Quadragesima.*

Christi An. 400.

at hoc potius faciant, quam ad dæmonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia sæcularia, & ad vitæ hujus vanitatem, propter aliam vitam loquentia oracula divina velle convertere. „ Ejusmodi sortes quæ dictæ sunt Sanctorum, invaluere sequentibus sæculis, nec eas nisi sensim abolere potuit Ecclesia.

August. retract. l. 2. c. 22.

XIX. Joviniani hæresis sacrarum Virginum meritum æquando pudicitiæ conjugali tantum valuit in urbe Roma, ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum pudicitia nulla suspicio præcesserat, dejecisse in nuptias diceretur, hoc maxime argumento cum eas urgeret, dicens: Tu ergo melior quam Sara, melior quam Susanna, sive Anna? & cæteras commemorando testimonio sacræ Scripturæ commendatissimas fœminas, quibus se illæ meliores, vel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam virorum sanctorum sanctum cœlibatum commemoratione Patriarcharum conjugatorum, & comparatione frangebat. Et quamvis eum Romana damnaverit Ecclesia, remanserant istæ disputationes ejus in quorumdam sermunculis ac susurris, jactabaturque Joviniano non respondere potuisse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum.

Aug. de conjug. cap. 22.

Virginitatis defensio.

Augustinus igitur librum edidit de bono conjugali. Argumentumque Joviniani solvens respondet. " Antiquos illos sanctos Patres habuisse utramque castitatem, scilicet conjugalem in opere, virginalem in habitu, seu dispositione cordis. Quapropter continens dicat: Ego quidem non sum melior quam Abraham, sed melior est castitas cœlibum, quam castitas nuptiarum, quarum Abraham unam habebat in usu, ambas in habitu. Caste quidem conjugaliter vixit; esse autem castus sine conjugio potuit, sed tunc non oportuit. Ego vero facilius non utor nuptiis, quibus usus est Abraham, quam sic utar nuptiis, quemadmodum usus est Abraham; & ideo melior sum illis, qui per animi incontinentiam non possunt quod ego; non illis, qui propter temporis differentiam non fecerunt quod ego. Quod enim ego nunc ago, melius illi egissent, si tunc agendum esset . . . Sic & fœmina innupta, quæ cogitat ea quæ sunt Domini, ut sit sancta & corpore & spiritu, cum audierit impudentem illum percontatorem dicentem: Tu ergo melior quam Sara? Respondeat: Ego melior sum, sed iis, quæ virtute hujus continentiæ carent, quod de Sara non credo; fecit ergo illa cum ista virtute, quod illi tempori congruebat, a quo ego sum immunis, ut in meo etiam corpore appareat quod illa animo conservabat . . . Huc accedit quia non recte comparantur homines hominibus ex uno aliquo bono. Fieri enim potest, ut alius non habeat aliquid, quod alius habet, sed aliud habeat quod pluris æstimandum est; majus enim bonum est obedientiæ, quam continentiæ . . . Quapropter non solum obediens, scilicet divinis præceptis inobedienti, sed obedientior conjugata minus obedienti virgini præponenda est. Ex hac obedientia pater ille, qui sine uxore non fuit, esse sine unico filio & a se occiso paratus fuit . . . & infra. Bonum igitur nuptiarum per omnes Gentes atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis: Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir ejus vivit. „ Alio postea libro de sancta Virginitate, id Dei munus quam magnum, & quanta humilitate custodiendum esset, ostendit.

Christi An. 401. August. retract. l. 2. c. 23. Gennad. de script. Eccl.

XX. Augustinus circa annum quadringentesimum primum Donatistas vehementibus aggressus est scriptis & conflictationibus, quibus fracti & tandem victi sunt. Tichonius natione Afer, secta Donatista, vir acris ingenii, in divinis literis eruditus, & in sæcularibus non ignarus, composuit regulas, ad investigandam & inveniendam intelligentiam scripturarum octo, quas in uno volumine conclusit, & laudat Augustinus, si debite applicentur. Exposuit & Apocalypsin Joannis ex integro, totum intelligens spiritualiter . . . .

Aug. l. 1. adv. ep. Parmen.

Tichonius omnium sacrarum paginarum vocibus circumtusus evigilavit, & vidit Ecclesiam Dei toto Orbe diffusam, sicut de illa tantopere ante per corda & ora Sanctorum prævisum atque prædictum est. Quo percepto cœpit adversus suos demonstrare & asserere, nullius hominis quamvis immane peccatum præscribere promissis Dei, nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam constitutorum quamlibet impietatem, ut Fides Dei de Ecclesia futura & diffundenda usque ad terminos Orbis terræ, quæ in promissis Patrum retenta & nunc exhibita est, evacuaretur. Hæc ergo Tichonius cum vehementer copioseque dissereret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum Scripturarum testimoniis oppilaret, non vidit quod consequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto Orbe diffusam, qui utique, non istis ab ejusdem Orbis communione atque unitate sejunctis, sed ipsi Orbi terrarum per communionem connecterentur. Parmenianus Carthaginensis Episcopus, successorque Donati, cæterique Donatistæ viderunt hoc esse consequens . . . Parmenianus igitur primo eum per epistolam velut corrigendum putavit; postea vero ex Concilio eorum perhibet damnatum. Parmeniani jam defuncti epistolæ Tichonium reprehendentis, quod Ecclesiam prædicaret toto Orbe diffusam, petentibus Fratribus, respondit Augustinus.

Christi An. 401.

August. retract. l. 2. c. 17.

In tribus ejus libris hæc potissimum quæstio versatur, & solvitur: utrum in unitate & eorundem communione Sacramentorum mali contaminent bonos, & quemadmodum non contaminent, disputatur propter Ecclesiam toto Orbe diffusam, cui calumniando schisma fecerunt Donatistæ.

August. l. 1. adv. Parmen.

In primo libro variis Scripturæ testimoniis probat Ecclesiam toto Orbe diffundendam, divinasque promissiones non posse evacuari scelere paucorum hominum, quod ignorabant aliæ Ecclesiæ, præsertim cum scelus illud sit fictitium; Cæcilianumque tres Synodi & Constantinus Imperator declararint innocentem. Econtra ejus accusatores atque damnatores traditionis sceleris rei sua confessione teneantur.

Ib. l. 2.

In secundo libro exponit varios Scripturæ textus, quibus abutebantur Donatistæ, ostenditque impiorum scelere contaminari solos consentientes, illiusque participes non esse qui Sacramenta, vel Dei verbum a peccatoribus recipiunt; quandoquidem Deus in eis principaliter operatur, ac vivificat.

Ibid.

Excommunicationis leges.

In tertio libro justam separationis ab improbis causam docet esse excommunicationem, quantaque charitate in quemquam debeat Ecclesiastica vindicta procedere, ne cum zizaniis simul eradicetur & triticum. Sufficit enim sæpius ab impiis corde sejungi, vitæ moribus distingui, propter compensationem custodiendæ pacis & unitatis, propter salutem infirmorum. Quapropter infra sequentes præscribit regulas:

L. 3. adv. Parmen. cap. 2.

" Hoc sanitas observat Ecclesiæ, ut cum quisquam Fratrum, id est, Christianorum intus in Ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse præcipit Apostolus,

2. ad Thess. 3.

dicens: Ut inimicum eum non existimetis, sed corripite, ut fratrem... Quod si se non agnoverit, neque pœnitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriam voluntatem ab Ecclesiæ unitate dirimetur.

Matt. 13.

Nam & ipse Dominus cum servis volentibus zizania colligere dixit: Sinite utraque crescere ad messem: præmisit causam dicens: ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Ubi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet: id est, quando ita cujusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere; non dormiat severitas disciplinæ, in qua tanto efficacior est emendatio pravitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & unitatis, & sine læsione frumentorum fieri potest, cum Congregationis Ecclesiæ multitudo ab eo crimine, quod anathematizatur, aliena est . . . . cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus, ut illæsi evadere ab eorum vastatione mereantur . . . Turba autem iniquorum, cum facultas est in populis promendi sermonem, generali objurgatione ferienda est. Et infra: Nulla est igitur securitas unitatis, nisi ex promissis Dei Ecclesiæ declarata, quæ super montem constituta abscondi non potest, & ideo necesse est ut omnibus terrarum partibus nota sit. Inconcussum igitur firmumque teneamus, nullos bonos ab ea se posse dividere. „ Ecclesiæ unitatem, visibilitatem, & universalitatem hic apertissimis verbis declarat Augustinus. Antea scripserat duos libros adversus partem Donati. In primo dixerat: Non sibi placere

ullius

CHRISTI AN. 401. August. retract. l. 2. c. 5.

ullius sæcularis potestatis impetu schismaticos ad communionem violenter arctari: & vere, inquit, tunc mihi non placebat, quoniam nondum expertus eram, vel quantum mali eorum auderet impunitas, vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ. Hoc opus nunc desideratur.

Ibid. l. 2. cap. 18.

XXI. Baptismi quæstionem se diligentius pertractaturum in superioribus libris promiserat Augustinus; quapropter contra Donatistas authoritate B. Cypriani se defendere molientes septem libros de Baptismo scripsit: in quibus docuit nihil sic valere ad eos refellendos, ne adversus Catholicam Ecclesiam suum schisma defendant, quomodo literas factumque Cypriani; eorumque exemplis confirmat validum esse, ne proinde non iterandum baptismum hæreticorum, vel impiorum. Idemque confirmat his principiis: "

Aug. de Bapt. l. 1. cap. 1.

Ordinatus si ab unitate recesserit, Sacramentum dandi Baptismi non amittit... redeuntes enim, qui priusquam recederent, ordinati sunt, non utique rursus ordinantur... sed Sacramentum suæ ordinationis gerunt...

C. 10.

Secundo. Una est Ecclesia quæ sola Catholica nominatur, & quidquid suum habet in communionibus diversorum a sua unitate separatis, per hoc quod suum in eis habet, ipsa utique generat, non illæ... Hæc itaque in omnibus generat, cujus Sacramenta retinentur, unde possit tale aliquid ubicumque generari...

C. 13.

Hinc non est Baptismus ille hæreticorum, vel schismaticorum, sed Dei & Ecclesiæ, ubicumque fuerit inventus, & quocumque translatus... Ecclesia quippe omnes per Baptismum parit, sive apud se...

C. 15. L. 5. c. 12.

sive extra se." Tertio. Per quemlibet ministrum detur, illius est Baptismus, scilicet Christi, de quo dictum est: hic est qui baptizat, nempe ut minister principalis. Demum Baptismus ipse verbis Evangelicis consecretur & perficitur. Quid ergo sanctitati Sacramenti nocere potest perversitas ministri, qui non suo, sed Ecclesiæ nomine agit, quemadmodum præscripsit Christus, qui in Sacramento principaliter operatur.

L. 6. c. 5.

Errabant ergo Donatistæ, quemadmodum observat Augustinus, quia non distinguebant Sacramentum ab effectu: & quia in adultis ejus effectus atque usus in liberatione a peccatis, & cordis rectitudine apud hæreticos non inveniebatur, ipsum quoque Sacramentum non illic esse putabatur...

C. 4.

Ille tamen cui Baptismum tradit hæreticus, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat, sicut plerisque accidit, ut Catholico animo & corde ab unitate pacis non alienato, aliqua necessitate mortis urgentis in aliquem hæreticum irruerent, & ab eo Christi Baptismum sine ulla illius perversitate perciperent, & sive defuncti, sive liberati, nequaquam apud eos remanerent, apud quos nunquam corde transierant.

August. retract. l. 2. c. 34.

Eo quoque tempore librum de unico Baptismo scripsit Petilianus Donatista Episcopus Constantiensis. Hunc ab ejusdem sectæ Presbytero acceptum ad Augustinum attulit quidam illius amicus, ac vehementer ut ei responderet rogavit; quod & perfecit, quamvis Petiliani epistolæ pars tantum prior in ejus manus venisset. Post biennium totam invenit, eique respondit summa diligentia, verba ponens particulatim, & per singula responsionem suam.

Ib. c. 25.

Fidelibus etiam ad suæ dispensationis curam pertinentibus epistolam scripsit de unitate Ecclesiæ, quam multis Veteris & novi Testamenti testimoniis docet Catholicam seu toto Orbe diffusam esse debere. Sed jam prior Augustini liber pervenerat ad Petilianum, qui iratus respondere conatus est, in ipsum potius dicens quidquid ei libuit, in causa vero omnino deficiens. Quod cum posset collatis utriusque scriptis facillime adverti, tamen propter tardiores, hoc respondendo demonstrare curavit. Hinc tertius ejus liber adversus literas Petiliani.

Conviciis non est respondendum adversariis. August. adv. lit. Petil. l. 3. c. 1.

In eo, quam fraudulosum sit & inutile certare conviciis, sic probat: " Si & ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud quam duo maledici essemus, ut ii, qui nos legerent, alii detestatos abjicerent sana gravitate, alii suaviter haurirent malevola voluntate..... Si enim qualecumque cor habent, qui ea quæ scripsisti considerant; quid tibi profuit ad causam, quæ inter nos de communione Catholica, vel parte Donati agitur, quod relicto negotio quodammodo publico, privata quadam simultate, hominis unius vitam maledicis opprobriis insectatus es, quasi homo ille sit causa quæ inquiritur? Quomodo vero ejusmodi maledicis respondendum sit, sic docet exemplo suo: Ego quando cuique vel dicendo, vel scribendo respondeo, etiam contumeliosis criminationibus lacessitus, quantum mihi Dominus donat, frenatis atque coercitis vanæ indignationis aculeis, auditori vel lectori consulens, non ago ut efficiar homini conviciendo superior, sed errorem convincendo salubrior." Hanc regulam servant Augustini veri discipuli.

CHRISTI AN. 401.

CHRISTI AN. 400. *Tolet. Concil.* Tom. 1. Conc. nov. ed. & tom. 2. Lab. Gennad. de script. Eccl. cap. 23.

XXII. Hispanica etiam Ecclesia variis motibus agitatur, quos ut comprimerent, initio Septembris, æra 438. id est anno Christi 400., Toleti convenere novemdecim Episcopi, quorum primus subscripsit Patruinus Emeritensis. Alter doctrina celebris Olympius, qui scripsit librum fidei adversus Priscillianistas, qui naturam & non arbitrium in culpam vocabant, ostendens non creatione, sed inobedientia inserium naturæ malum. Patruinus dixit: Quoniam singuli cœpimus, in Ecclesiis nostris facere diversa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt; si placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus Episcopis in ordinandis Clericis sit sequendum. Mihi autem placet constituta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placet: ita ut si quis cognitis gestis Concilii Nicæni, aliud quam statutum est facere præsumpserit, & non in eo perseverandum putaverit, tunc excommunicatus habeatur. Postea Canones viginti constituere. Primus. " Placuit ut Diacones..... qui incontinenter cum uxoribus suis vixerint, Presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex Presbyteris filios susceperit, ad Episcopatum non admittatur.... " Tertius. Lector.... si viduam uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper Lector habeatur. Quintus. Quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus... si ad sacrificium quotidianum non accesserit, Clericus non habeatur. Duodecimus. Liberum ulli Clerico non sit discedere de Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare: nisi forte ei, quem Episcopus alius habeat de hæreticorum schismate discedentem. Decimus septimus. " Si quis habens uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. Cæterum qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repelletur." Concubinas hic vocat legitimas uxores ignobilis conditionis; leges enim Romanæ vetabant, ne civis Romanus non civi nuberet. Itaque si uxorem non liberam, vel alienigenam accepisset, ratum quidem in foro conscientiæ erat matrimonium, quoad effectus tamen civiles irritum. Illud tamen eædem leges tolerabant, dummodo alteram non superinduceret uxorem.

Idac. Chronic.

In eodem Concilio Symposius & Dictinnius Episcopi, & Comasius Presbyter, & alii cum his Gallæciæ provinciæ Episcopi, Priscilliani sectatores, hæresim ejus cum assertore eodem professionis suæ subscriptione condemnant. Et quemadmodum post Cæsar-Augustanum Concilium Hispaniæ Episcopis scripserant Siricius Papa, & Ambrosius, ut si Clerici Priscillianistæ condemnassent, quæ perperam egerant, & implevissent conditiones, quas præscriptas literæ continebant, reverterentur ad pacem, statutum est ut omnes qui accepta forma a Concilio missa subscripserint, etiam in cœlestis pacis contemplatione consistent, exspectantes pari exemplo, quod Papa qui nunc est, quid Simplicius Mediolanensis Episcopus, reliquique Ecclesiarum rescribant Sacerdotes. Errores tres ab iis sigillatim damnatos reperimus, scilicet duo esse principia. Filium Dei esse innascibilem, unam Dei & hominis esse naturam.

Greg. Tur. l. 1. cap. 47.

XXIII. Eodem anno S. Martinus octogesimo & primo ætatis suæ anno, Episcopatus autem vigesimo sexto apud Condatensem Ecclesiæ suæ vicum excedens a sæculo, feliciter migravit ad Christum tertio Idus Novembris: obitum suum longe ante præscivit: dixitque Fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Interea causa extitit, qua Condatensem Diœcesim visitaret.

S. Martini mors. Sulp. Sev. ep. 3.

Nam Clericis inter se Ecclesiæ illius discordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierum suorum non ignoraret, proficisci tamen istiusmodi ob causam non recusavit, cum frequentissimo, ut semper, discipulorum comitatu. Aliquamdiu in eo vico commoratus, pace inter Clericos restituta, cum jam regredi ad monasterium cogitaret, viribus corporis cœpit repente destitui: convocatisque discipulis, indicat se jam resolvi. Tum vero mœror & luctus omnium, ac una plangentium:

Christi An. 400.

tium: cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? invadent gregem tuum lupi rapaces: & quis nos a morsibus eorum, percusso pastore, prohibebit? Tunc ille motus his fletibus, conversus ad Dominum lacrymans respondit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. Cum jam per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen a Dei opere cessabat; pernox in orationibus & vigiliis, fatiscentes artus servire spiritui cogebat, nobili illo strato suo, in cinere, & cilicio recubans. Et cum a discipulis rogaretur, ut saltem vilia sibi sineret stramenta supponi: non decet, inquit, filii, Christianum, nisi in cinere mori. Oculis igitur ac manibus in cœlum semper intentus invictum ab oratione spiritum non relaxabat, & cum a Presbyteris, qui ad eum confluxerant, rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione relevaret: Sinite, inquit, sinite me, Fratres, cœlum potius respicere, quam terram, ut suo jam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Hæc locutus, diabolum vidit prope assistere. Quid hic, inquit, astas, cruenta bestia? nihil in me funestum reperies. Abrahæ me sinus recepit: cum hac ergo voce spiritum cœlo reddidit.

Ibid.

Testati sunt qui affuerant, jam exanimo corpore glorificati hominis se vidisse gloriam; vultus enim luce clarior renitebat. Jam vero in obsequium funeris, credi non potest, quanta hominum multitudo convenerit. Tota civitas obviam corpori ruit, cunctis ex agris atque vicis, multique ex vicinis etiam urbibus affuerunt. Monachorum duo millia convenisse dicuntur, specialis Martini gloria, ejus exemplo in Domini servitutem stirps tanta fructificaverat: aderat & virginum chorus, fletu abstinens præ pudore, cum lætandum potius illi esse sentiret, quem jam suo Dominus gremio confoveret. Sic igitur beati Viri corpus usque ad locum sepulchri hymnis canora cœlestibus turba prosequitur. Festus dies ejus in honorem institutus anno quadringentesimo sexagesimo jam in Gallia celebrabatur, ut liquet ex Synodo Turonensi, Severino Consule celebrata. Primus ex Confessoribus paulo post obitum publico cultu cœpit honorari in Occidente, siquidem illius solius Missa extat in veteri Missali Mozarabico. Ejus vitam scripsit Sulpitius Severus, eumque frequenter laudat in epistolis & dialogis. S. Brisius, ejus discipulus, quartus Turonensium Episcopus ordinatur.

Bona Card. rerum liturg. cap. 11.

Christi An. 398. Hier. ep. 41. alias 65.

XXIV. Rufinus Aquilejensis Presbyter circa idem tempus Origenis errores urbi Romæ inferens turbavit hanc Ecclesiam. Jam a duobus annis Oriente cum Melania profectus in Italiam appulerat. Origenis Apologiam, ut opus Pamphili Martyris, latine redditam Romæ publicavit, quam tamen totam ab Eusebio scriptam affirmat Hieronymus, siquidem Pamphilum nihil proprii operis scripsisse in ejus vita restatur Eusebius; eamque misit Macario Ex-Vicario Præfecti prætorii, viro Catholico & pio, adjectisque literis asseruit a quibusdam hæreticis & malevolis hominibus libros ejus esse corruptos. Non multo post Origenis de principiis libros latine reddidit, atque vulgavit; translationem vero suam prologo ornavit. Sic in eo laudabat Hieronymum: Scio quamplurimos Fratrum scientiæ Scripturarum desiderio provocatos, poposcisse ab aliquantis eruditis viris, & Græcarum literarum peritis, ut Origenem Romanum facerent, & latinis auribus eum donarent, in quo etiam Frater & collega noster Hieronymus, ab Episcopo Damaso deprecatus, cum homilias duas de Cantico Canticorum in latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeque præfatus est, ut cuivis legendi Origenem, & avidissime perquirendi desiderium commoveret, dicens illius animæ convenire quod dictum est: introduxit me Rex in cubiculum suum; asserensque quod cum in cæteris libris omnes vincat, in Cantico Canticorum etiam ipse se vicerit..... Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequimur & probatam, sed non æquis eloquentiæ viribus; unde vereor ne vitio meo accidat, ut is vir, quem ille alterum post Apostolos Ecclesiæ Doctorem scientiæ ac sapientiæ merito comprobavit, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur ... Interpretando sequar regulam præcessorum, & ejus præcipue viri, cujus supra meminimus (scilicet Hieronymi) qui cum ultra septuaginta libellos Origenis, quos Homeliticos appellavit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in latinum, in quibus cum aliquanta offendicula inveniantur in Græco, ita elimavit omnia interpretando atque purgavit, ut nihil in illis, quod a Fide nostra discrepet, latinus lector inveniat... Sic ubi ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus, quod ab eo in cæteris locis fideliter pieque de Trinitate fuerat definitum, veluti adulteratum, aut prætermisimus, aut secundum eam regulam protulimus, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam. „

Hier. ib. ante ep. 40. alias 64.

Rufinus Origenista, ejus fraus.

Christi An. 398.

Rufinus, qui suæ versioni nomen non inscripserat, licet in præfatione satis seipsum indicaret, hac arte tria præstitit: Origenis errores, si qui deprehendantur, transfert in falsarios: eorum suspicionem a se removet, Hieronymum in classem Origenistarum pertrahit, ne ipsum accusare posset, quin sibi contrarius videretur. Sic plurimos induxit in errorem. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem facere quippiam videretur, postquam sensit Fidem Apostolico ore laudatam, in plerisque violari ita, ut Sacerdotes quoque, & nonnullos Monachorum, maximeque sæculi homines, in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet Episcopi, qui de suo ingenio cæteros æstimabat; publice restitit: malens Deo placere, quam hominibus. Cernentes hæretici, scilicet Rufinus cum suis, de parva scintilla maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam jam ad culmina pervenisse, nec posse latere, quod multos deceperant, a Siricio petunt & impetrant Ecclesiasticas epistolas, ut communicantes Ecclesiæ discessisse viderentur. Has Papa concessit; hactenus Rufini virtutis magna fuerat opinio, nemo eum accusarat, & nondum de libri authore constabat; an tamen satis prudenter, judicent quorum interest. Siricius sexto Kalendas Decembris anno trecentesimo nonagesimo octavo diem extremum obiit, cum sedisset annos fere quatuordecim. Non multo post ei succedit in Pontificatum vir insignis Anastasius, apud quem delata est versio Rufini, cujus jam meminimus.

Hier. ep. 96. alias 16.

Hieron. Apolog. adv. Rufin. l. 3.

Ibid.

Paulinianus Hieronymi frater, quem mittebat in Pannoniam, ut communes eorum villas censusque venderet, sicque inchoatum suum Bethleemicum monasterium perficeret, in quo peregrinos susciperet: Paulinianus, inquam, tunc Romam pertransiens Marcellæ adfuit cum amicis suis Eusebio, Vincentio, alioque Rufino, accusationemque promovent apud Anastasium. Adducuntur testes, qui prius ab eo eruditi, & postea fuerant de hæretico errore correpti; impia ejus versio cum præfatiuncula laudatrice profertur, quæ emendata manu Scorpii, (Rufini) monstrabatur. Anastasius ad causam dicendam sæpius Rufinum evocat, qui venire non ausus frivolas prætexuit excusationes.

Christi An. 401. Apud Hier. ep. 40. alias 64.

XXV. Interea Pammachius & Oceanus scribunt Hieronymo: " Sanctus aliquis ex Fratribus schedulas ad nos cujusdam detulit, quæ Origenis volumen, quod περὶ Ἀρχῶν inscribitur, in latinum sermonem versum tenerent: Et quoniam in his multa sunt, quæ tenuitatem nostri ingenii permovent, quæque minus Catholice dicta æstimamus, suspicamur etiam ad excusationem authoris multa de ejus libris subtracta, quæ apertam impietatem ejusdem monstrare potuissent; quæsumus præstantiam tuam, ut & hoc specialiter, non tam nobis, quam universis, qui in urbe habitant, profuturum opus digneris impendere, ut supradictum librum Origenis, quemadmodum ab ipso authore editus est, ad fidem tuo sermone manifestes, & quæ a defensore ejus interpolata sunt, prodas: ut quæ etiam in his schedulis, quas ad sanctitatem tuam direximus, vel contra Catholicam regulam, vel imperite edita sunt, redarguas atque convincas. Sane subtiliter in præfatione operis sui mentionem tacito nomine tuæ sanctitatis expressit, quod a te promissum opus ipse compleverit; illud oblique agens, etiam te simili ratione sentire. Purga ergo suspiciones hominum, & convince criminantem: ne, si dissimulaveris, consentire videaris. „

Hier. ep. 41. alias 65.

Origenis doctrinam semper improbavit Hieronymus.

Hieronymus amicis bene monentibus rescribit: Origenem se tantum laudasse in duobus locis, in quibus non de dogmatibus, sed de moribus ageretur. " Laudavi, inquit, interpretem, non dogmatisten, ingenium, non fidem, Philosophum, non Apostolum. Quodsi volunt super Origene meum scire judicium, legant in Ecclesiasten meos Commentarios, replicent in epistolam ad Ephesios tria volumina, & intelligent me semper ejus dogmatibus contraisse. Addit infra eodem modo se laudasse Origenem, quo Tertullianum laudavit Cyprianus, qui eum

voca-

CHRISTI An. 401.

vocabat magistrum, multique Scriptores Catholici laudant Apollinarem contra Porphirium, & Ecclesiasticam Eusebii historiam, quamvis uterque sit hæreticus. Et ideo errores non sequor, quia scio universa quæ scripsit ..... venenata sunt illius dogmata, aliena a Scripturis sanctis, vim Scripturis facientia. Si mihi creditis, Origenistes nunquam fui: si non creditis, nunc esse cessavi. „

Hieron. Apolog. 1. *Rufini errores.*

Rufini versionem cum legisset Hieronymus, contulissetque cum Græco, illico animadvertit, quæ Origenes de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto impie dixerat: & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata, cætera autem dogmata de Angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel intermundis Epicuri, de resurrectione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora ita vertisse, ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata, & firmiora posuisse. Quantum ad quatuor Origenis libros de principiis, integros in latinum sermonem vertit, quemadmodum suaserant Pammachius, & Oceanus, ut hæreticum authorem sic proderet. Ac ne quis eum putaret consentire iis, quæ verterat, interpretationis necessitatem præfatione munivit, & docuit, quibus lector non deberet credere; misitque libros Pammachio, qui cum legisset, exhorruit, & reclusit scrinio, ne prolati in vulgus multorum animos vulnerarent. A quodam fratre rogatus ut traderet legendum, quasi statim reddituro, propter angustiam temporis, fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos, adhibitis notariis opus omne descripsit, & multo celerius quam promiserat, codicem reddidit. Eademque ineptia, quod male subripuerat, pejus alii credidit. In illis quippe confusa erant omnia, ita ut & ordine in plerisque, & sensu carerent. Quamobrem Aviro postulanti misit novum exemplar emendatissimum; atque ut sciret detestanda in eis esse quamplurima, librorum de principiis errores indicat in suis literis, quas ad eumdem scripsit. Excidit hæc Hieronymi versio.

Hieron. epist. 94. alias 59.

Apolog. Rufin. apud Hieron. Apolog. 2. adv. Rufin.

XXVI. Rufinus ut primum audiit principiorum libros integros Hieronymum fecisse latinos, intelligens se in manifesto scelere deprehensum, furere cœpit; tresque libros Apologeticos adversus eum publicavit. Anastasiique declinans judicium, ad eum dedit literas, excusans si vocatus non venerit, quippe post triginta annos parentibus redditus nollet eos deserere, & tam longi itineris labore fragilior ad iterandos labores esset infirmus. Hisque subjicit fidei professionem de Trinitate, de Incarnatione, de Resurrectione carnis, & de æternitate pœnarum satis Orthodoxam. Tres de animarum origine refert opiniones, quas inter recenset errorem Origenis: Ego, inquit, hæc singula legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor: præter hoc quod manifeste tradit Ecclesia, Deum esse & animarum, & corporum conditorem. Infra de sua versione dicit: Origenis ego neque defensor sum, nec assertor, nec primus interpres. Alii ante me hoc idem opus fecerunt. Feci & ego postremus, rogatus a Fratribus.

Origenis assertorem se declaratat præfatione operi præposita: nec quisquam ante eum pessimos de principiis libros mandarat latinis literis. Hinc sic cum redarguit Hieronymus: “ Nemo tibi objicit quare Origenem interpretatus es: alioqui Hilarius, & Ambrosius hoc crimine tenebuntur; sed quia interpretatus hæretica præfationis tuæ laudi firmasti. Ego ipse septuaginta homilias ejus transtuli, & nonnulla de tomis, ut & mala in bonorum interpretatione subtraherem, & aperte in libris de principiis ad coarguendam translationem tuam, quid lector vitaret, ostenderem. Vis Origenem in latinum vertere? habes multas homilias ejus, & tomos, in quibus moralis tractatur locus, Scripturarum panduntur obscura, hæc interpretare. Quid primus labor tuus incipit ab infamia? cur translaturus hæretica, in defensione eorum præmittis quasi Martyris scilicet Pamphili librum, & id Romanis auribus ingeris, quod translatum totus expavit Orbis? aut certe, si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas, nihil de græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare. „

Origenes & Rufinus Romæ damnati.

XXVII. Rufinum postquam per biennium exspectasset Anastasius Papa; iisdem motus rationibus damnavit, & Origenem in Occidente parum cognitum,

interpretemque judicium detrectantem eadem involvit sententia. Origenis librorum lectionem prohibuerunt Imperatores; utrumque in suis Apologiis fatetur Rufinus. Anastasius post hæc epistolas ad Orientem misit, præsertim ad Joannem Hierosolymitanum, & cauterium ei hæreseos inussit, dixitque libros Origenis de principiis latine translatos a Rufino, & simplici Romanæ Ecclesiæ plebi traditos, ut Fidei veritatem, quam ab Apostolo didicerant, per eum perderent; quandoquidem eos præfationis suæ testimonio roboravit. Damnationis epistolam Venerio, & Chromatio Episcopis misit.

Hieron. Apolog. adv. Ruf. lib. 2. Ib. lib. 3. Epist. Anast. ad Joan. ap. Garner. tom. 1.

Rufinus epistola Sancti Papæ Anastasii turbatus extitit, in quo figeret gradum non reperiens: modo dicebat eam ab Hieronymo esse compositam; nunc ad eum debuisse transmitti: rursum injustitiam scribentis arguebat; hanc ad se nihil pertinere testabatur, qui prædecessoris ejus Siricii haberet testimonium, suamque fidem comprobasse Italiam; absenti sibi factam injuriam. Quod nulli verum videri potuit, ut tantæ Urbis Sacerdos, vel innocenti injuriam facere potuerit, vel absenti. Theophilus Alexandrinus, & Sanctus Venerius Mediolanensis Episcopus, qui Sancto Simpliciano successerat, & Sanctus Chromatius Aquilejensis, & omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, post hæc Origenem hæreticum pari sententia denuntiarunt populis.

Hieron. Apol. l. 2. Martyr. Rom.

XXVIII. Post consulatum Flavii Stiliconis seu anno quadringentesimo primo, decimo sexto Kalendas Julias, Carthagine in Secretario Basilicæ Restituti: cum Aurelius Episcopus una cum Episcopis suis consedisset, adstantibus Diaconibus dixit: “ Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit charitas vestra, Fratres; videtur mihi, eligendum esse unum e nostro cœtu Consacerdotem, qui perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, Fratri Anastasio Sedis Apostolicæ Episcopo, & Venerio Sacerdoti Mediolanensis Ecclesiæ necessitatem ipsam .... valeat intimare; maxime quia tanta indigentia Clericorum est, multæque Ecclesiæ ita desertæ sunt, ut ne unum quidem Diaconum vel illiteratum habere reperiantur. Multo magis ministerium superiorum honorum inveniri non posse certissimum est; & quotidianos planctus diversarum pene emortuarum plebium jam non sustinemus; quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis, & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deum mansura est. Superiori Concilio statutum esse mecum recognoscit Unanimitas vestra, ut hi, qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & postea quam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate .... ad Ecclesiam Dei Catholicam confugientes .... per manus impositionem recepti sunt; debere talibus suscipiendum munus Clericatus non impedire nomen erroris .... sed & nonnulli ejusdem sectæ Clerici cum plebibus ac honoribus suis ad nos transire desiderant .... Hoc autem majori Fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, ut prudentiori suo consilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his, qui infantes baptizati sunt, satagimus, ut nostræ, si placet, in iisdem ordinandis consentiant voluntati .... Ab universis Episcopis dictum est: omnibus placent hæc quæ injuncta sunt peragenda. „

Codex Can. Afric. Eccl. tom. 1. Conc. nov. ed. tom. 2. Lab. *Clericorum raritas in Africa.*

Missi igitur legati ad Anastasium, quam postulatis non annuisse patet ex sequenti Synodo, quæ Idibus Septembris ejusdem anni celebrata est. “ Cum congregati, inquiunt Patres, in Ecclesia Carthaginensi consedissemus ex Africanis omnibus provinciis Episcopi, id est Aurelius .... cum collegis suis... Recitatis epistolis B. Fratris, & Consacerdotis nostri Anastasii, Ecclesiæ Romanæ Episcopi, quibus nos paternæ, & fraternæ charitatis sollicitudine ac sinceritate adhortatus est, ut de hæreticorum, & schismaticorum Donatistarum insidiis, & improbitatibus, quibus Africanam Ecclesiam Catholicam graviter vexant, nullo modo dissimulemus ... Deinde pertractatis, & consideratis omnibus, quæ utilitati Ecclesiæ convenire videbantur, annuente atque admonente Spiritu Dei, elegimus cum Donatistis, quamvis de Dominici Corporis unitate, inquieta dissensione præcisis, leniter, & pacifice agere, ut, quantum in nobis est, omnibus, qui eorum communione

Ibidem Can. 65. & seq.

T 3 & so-

Christi An. 401. & societate irretiti sunt, per provincias Africanas penitus innotescat, quam miserabili errore devincti sint .... Itaque placuit, ut ex Concilio nostro literæ darentur ad Judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videtur, ut in hoc adjuvent communem Matrem Ecclesiam Catholicam, in quo Episcopalis authoritas contemni in civitatibus potest, id est, ut judiciaria potestate quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam, faciant inhærere. Deinde placuit, ut literæ mittantur ad Fratres, & Coepiscopos nostros, & maxime ad Sedem Apostolicam, in qua præsides Frater noster Anastasius, quo noverit habere Africam magnam necessitatem, propter Ecclesiæ pacem, & utilitatem, ut ex ipsis Donatistis quicumque Clerici correcto consilio ad Catholicam unitatem transire voluerint, secundum uniuscujusque Episcopi Catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernat Ecclesiam, si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus ejusdem divisionis temporibus factum esse manifestum est .... Ut Concilium, quod de hac re factum est sub Melchiade, maneat circa eos, qui sic transire ad Catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis concisio procuretur. Per quos autem vel omni modo perfici, vel adjuvari manifesto fraternarum animarum lucris Catholica unitas in locis, in quibus degunt, visa fuerit, non eis obsit, quod contra honores eorum in transmarino Concilio statutum est, id est, ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis. „

Africani Patres dum secundam ad Anastasium destinant legationem, ostendunt in re tanti momenti nihil absque ejus consensu se facere voluisse. Eorum

Aug. ep. 61. alias 223. postulatis tandem annuisse Romanum Pontificem, fidem facit Donatistarum Clericorum in suo honore receptio. Itaque, inquit Augustinus, " Cum ad nos veniunt ex parte Donati, mala illorum non suscipimus, id est, dissensionem, & errorem, sed ipsa tollantur de medio tanquam impedimenta concordiæ, & amplectimur Fratres nostros stantes cum eis, sicut dicit Apostolus, in unitate spiritus, in vinculo pacis, & agnoscentes in eis bona Dei, sive sanctum Baptismum, sive benedictionem Ordinationis, sive consignationem Virginitatis .... Cum ergo ad Catholicam veniunt, non hic accipiunt quod habebant; sed ut prodesse illis incipiat quod habebant, accipiunt hic quod non habebant. Hic enim accipiunt radicem charitatis in vinculo pacis, & in societate unitatis, ut non ad damnationem, sed ad liberationem illis valeant omnia, quæ habent, Sacramenta veritatis ..... Et ideo dilectissime Frater, quoscumque illorum videris forte dubitantes, quo ordine suscipiantur a nobis: ostende illis istam, quam bene nosti, manum meam, & si eam apud se habere voluerint, habeant: quia testem Deum facio super animam meam, sic eos me suscepturum, ut non solum Baptismum Christi, quem acceperunt, ipsum habeant, sed etiam honorem sanctimonii, & continentiæ. „ Hæc Clericorum receptio nihil Donatistis

Codex Can. Afric. Eccl. Can. 69. adversus Ecclesiam patrocinabatur; quandoquidem & ipsi Maximianistas, quos antea schisma facientes plenarii Concilii sui authoritate damnaverant, in suis honoribus denuo recipiebant. Et tantæ multitudini facilis via reditus erat aperienda. Ecclesia multitudini peccanti sæpius eadem facilitate pœnas remisit, quo rigore plenam exegit obedientiam.

XXIX. Origenis errorum defensio, & condemnatio gravissimo tumultu concussit Orientis Ecclesiae. Theophilum Alexandrinum, ut eos proscriberet,

Hieron. epist. 58. alias 68. jam dudum hortabantur Epiphanius, & Hieronymus, qui sic ad eum scripsit: " Super nefaria hæresi, quam in multa patientia geris, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis Sanctis displicet; ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat. „ Reipsa, ut observat Epiphanius, qui ea ætate vivebat, hæresis, cujus author in suis libris fuit Origenes, tunc inter præcipuos, eosque maxime vigebat, qui monasticum vitæ genus in solitudine profitebantur. Hæsitantem adhuc causæ se-

Sozom. l.8. c.11. quentes inflammarunt. Per idem tempus quæstio non multo ante exorta in Ægypti partibus agitata est, utrum Deum humana forma præditum credere oporteat. Hujus autem opinionis erant plerique ex Monachis regionis illius, qui præ imperitia verba sacræ Scripturæ simpliciter, & incaute accipiebant, & oculos, vultum, ac manus Dei, aliaque hujusmodi audire consueverant. Hinc dicti sunt Antropomorphitæ. Theophilus in Ecclesia docuit, & in epistola,

Antropomorphitæ. quam ex more scripsit de festo Paschali, Deum intelligi oportere incorporeum, & ab humana figura alienum, oppositumque errorem copioso sermone destruxit.

Cassian. collat. 10. c. 2. Hoc tanta est amaritudine ab universo propemodum Ægyptiorum Monachorum genere susceptum, ut e contrario memoratum Pontificem velut hæresi gravissima depravatum, pars maxima seniorum ab universo Fraternitatis corpore decerneret detestandum; quod scilicet impugnare Scripturæ sacræ sententiam videretur, negans Deum humanæ figuræ compositione formatum, cum ad ejus imaginem creatum Adam Scriptura manifestissime testetur. Denique, & ab his, qui erant in eremo Sceti commorantes, quique perfectione ac scientia omnibus, qui erant in Ægypti monasteriis, præeminebant, ita est hæc epistola refutata, ut præter Abbatem Paphnutium presbyterum, nullus eam cæterorum presbyterorum, qui tribus aliis ecclesiis præsidebant, ne legi quidem aut recitari in suis Conventibus prorsus admitteret. Inter eos qui, hoc detinebantur errore, fuit C. 3.
senex in actuali disciplina per omnia consummatus, nomine Serapion, cujus imperitia tantum præjudicabat cunctis veram Fidem tenentibus, quantum ipse vel vitæ merito, vel antiquitate temporis omnes anteibat. Cumque hic sancti Paphnutii multis adhortationibus ad tramitem rectæ Fidei non posset adduci, eo quod novella hæc persuasio ei videretur; accidit ut quidam Diaconus summæ scientiæ vir nomine Photinus adveniret, quem Paphnutius ad confirmationem Fidei producens in medium, coram cunctis Fratribus sciscitatur, quemadmodum illud, quod in Genesi dicitur: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, Catholicæ totius Orientis interpretarentur Ecclesiæ. Cumque ille non secundum humilem literæ sonum, sed spiritualiter imaginem Dei ac similitudinem tradi ab universis Ecclesiarum Principibus explanaret, idque copioso sermone, ac plurimis Scripturarum sententiis approbaret, demonstraretque Dei naturam esse incorpoream, incompositam, & simplicem; his tandem senex motus, ad Fidem Catholicæ traditionis attractus est. Cumque omnes pro gratiarum actione surgentes, preces Domino pariter funderent, ita est in oratione senex mente confusus, eo quod illam Antropomorphitarum imaginem Deitatis, quam proponere sibi in oratione consueverat, aboleri de suo corde sentiret, ut in amarissimos fletus, crebrosque singultus repente prorumpens, in terramque prostratus, cum ejulatu validissimo clamaret: Heu me miserum! tulerunt a me Deum meum, & quem adorem, jam nescio. Quippe quomodo jam Deum sibi præsentem repræsentaret, ignorabat, rejecto phantasmate similitudinis humanæ.

XXX. Plerique econtra Ægyptiorum monachi venerunt Alexandriam, ac Theophilum velut impium Sozom. l.8. c.11.
e medio tollere volebant. Verum ille ad eos adhuc tumultuantes progressus: Perinde, inquit, vos aspexi, ac vultum Dei. Hoc dictum illos tantisper cohibuit; putarunt enim quod Deo vultum humanum tribueret. Proinde inquiunt: si ex animo ita credis, Origenis libros condemna. Origenes enim Deum esse purum spiritum docuerat. Theophilus, qui alios Origenis errores noverat, & aversabatur, eis respondit: Istud jampridem constitueram, faciamque sicut vobis videtur; nam & ipse iis succenseo, qui Origenis opiniones sequuntur. Hac ratione seditionem dissolvit.

Theophilus non multo post perfecit quod dudum destinarat; atque ut faceret, sanctorum virorum nomine postularat Hieronymos. Convocatis igitur plurimis apud Alexandriam Episcopis, decrevit ne quis Origenis libros legeret, aut haberet; Synodique decretum in epistola misit ad universos Episcopos. Theophili supersunt tres Paschales Epistolæ, in quibus vehementer in Origenem invehitur, ejusque confutat errores. Epiphaniæ die peracto, Pontifex Alexandrinus literas pro more dirigebat ad Ægypti ecclesiae, & monasteria, quibus & initium Quadragesimæ, & dies Paschæ designabantur. Eas latine editas cum exemplari Græco Romam ad amicos direxit

Origenis libri ubique damnati. Sulpit. Sever. dialog. 1. Cassian. collat. 10. c. 2.

CHRISTI AN. 401.

Hieron. epiſt. 87. alias 78.

direxit Hieronymus, qui de ſecunda ſic loquitur: " Vos Chriſtiani Senatus lumina, accipite græcam & latinam etiam hoc anno epiſtolam, ne rurſum hæretici mentiantur a nobis pleraque vel addita vel mutata: in qua laboraſſe me fateor, ut verborum elegantiam pari interpretationis venuſtate ſervarem.. Quam ſciatis in quatuor partes eſſe diviſam. In prima credentes hortatur ad Dominicum Paſcha celebrandum. In ſecunda & tertia Apollinarium & Origenem jugulat. In quarta ad pœnitentiam cohortatur: ſi quid autem hic minus adverſus Originem dictum eſt, & in præteriti anni, ſcilicet 401., epiſtola continetur, quo Origenem damnavit Theophilus... Orate igitur Dominum, ut quod in græco placet, in latino non diſpliceat; & quod totus Oriens miratur & prædicat, læto ſinu Roma ſuſcipiat: prædicationem quoque Cathedræ Marci Evangeliſtæ, Cathedra Petri Apoſtoli ſua prædicatione confirmet. Quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem fervore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foveis ſuis hæreticos perſecutum, ejuſque literæ doceant, damnatum in Occidente quod in Oriente damnatum eſt. „ Quis dicat errore facti contra phantaſma pugnaſſe Eccleſiam?

In Chriſto duæ naturæ ſubſiſtunt in una Perſona.

Theop. epiſt. Paſch. 1. apud Hieron.

XXXI. Theophili paſchalium epiſtolarum partes præcipuas hic annotare juvat. " In prima, quam ſecundam male ponunt editores, unam eſſe in Chriſto Perſonam, qua duæ naturæ integræ & perfectæ ſubſiſtunt, ſic docet: Perfectus Deus propria voluntate quidquid humanæ fuit & naturæ & conditionis adſumens, abſque peccato duntaxat & malitia, quæ nullam habet ſubſtantiam, infans naſcitur, Emmanuel adoratur .... & indiviſus & inſeparabilis, nec in duos Salvatores quorumdam errore ſejunctus. Unde & ad diſcipulos loquebatur: Nolite magiſtrum vocare ſuper terram: Unus eſt enim magiſter veſter Chriſtus. Neque enim cum hæc Apoſtolis diceret, a corpore, quod patebat aſpectui, divinitatis excellentiam ſeparabat. Nec quando unum ſe Chriſtum Dei Filium teſtabatur, animam dividebat & carnem: non alter, ſed unus atque idem utrumque ſubſiſtens, Deus & Homo, dum ſervus videtur, & Dominus adoratur... Quia unus Filius Patris, noſtrique Mediator, nec æqualitatem ejus amiſit, nec a noſtro conſortio ſeparatus eſt, inviſibilis Deus, & viſibilis Homo ... neque enim privavit eum Pater naturæ ſuæ nomine, poſtquam pro nobis homo & pauper effectus eſt; nec in Jordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo; ſed Filium Unigenitum: Tu es

Luc. 2.

Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Nec ſimilitudo noſtra in divinitatis eſt mutata naturam, nec divinitas in naturæ noſtræ verſa eſt ſimilitudinem: ſed manens quod a principio erat, Deus Verbum, & in ſe nos glorificans. „ Hæc ſcripta ſunt triginta annis ante damnationem Neſtorii.

In ſecunda dat Catalogum præcipuarum hæreſeon Origenis. Antepaſchale jejunium quadraginta dierum fuiſſe in tota Eccleſia aperte declarat in ejus initium & finem, & diem ſacrum Paſchæ in qualibet diligenter annotans, ut omnes Eccleſiæ hunc feſtum eodem die celebrarent. " Incipiunt, inquit, ſanctæ

Jejunium Quadrageſimæ.

Quadrageſimæ jejunia ab undecima die menſis Phamenoth, ſeu ſexta Martii, & hebdomadæ Dominica Paſſionis ſexta decima die menſis Pharmuti, ſeu undecima menſis Aprilis, & finiemus jejunia veſpere ... Sabbati, vigeſima prima die ejuſdem menſis Pharmuti, ſeu decima ſexta Aprilis, & ſequenti die Dominica Paſcha celebrabimus. Ibidem addit. Qui legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in jejuniis, & carnium eſum repudiant. „ Fideles omnes licet tunc quadraginta dies jejunarent, eodem tamen die quadrageſimam non inchoabant: hanc varietatem

Joan. Damaſc. ep. de jejun.

ſic explicat Damaſcenus: " Jejunium eſt, inquit, non modo a cibis a ſummo mane uſque ad veſperam, verum etiam a quibuſdam eduliis abſtinere; a vino ſiquidem & carnibus jejunare dicimur. Quoniam igitur ſanctorum Apoſtolorum Canon ſanxit, non jejunandum eſſe Sabbato & Dominica, ſanctamque Quadrageſimam jejunandum, ut omnigena abſtinentia quinque dies ſingulis hebdomadibus agamus, duobus vero Sabbato & Dominica ab aliquibus duntaxat cibis abſtineamus ..... Sic igitur Eccleſiæ quoque conſuetudinem ex traditione non ſcripta novimus, ut hebdomadam jejuniis præviam obſervaremus, in qua tantummodo a carnibus, & uſque ad veſperam jejunando abſtineretur ..... tum ſex deinde, ſcilicet hebdomadæ, in quibus cum tertiæ, ſextæ, nonæ & præſanctificatorum officia agerentur: tum etiam ab ovis, caſeoque & aliis hujuſmodi, ſimulque a carnibus abſtinentia eſſet. Hebdomades vero Paſſionis Xerophagia, ſeu ut ex ſiccis cibis conſtaret, lege cautum fuit; ita tamen ut præſanctificatorum miſſa non fieret. Feria vero quinta ſancta myſteria celebrarentur, in qua ſunt inſtituta. Tum deinde in ſancta tremendave Paraſceve omnimoda abſtinentia eſſet uſque ad Sabbati veſperam; cæterum veſpera Sabbati omnibus quidem eduliis veſci liceret, præterquam carnibus. Demum Dominica ſanctæ Reſurrectionis carnes comederent, quibus placeret. „ Illyrii vero, ut refert Sozomenus, Occidentales omnes, totaque Africa, & Ægyptus, & Palæſtina, qui Sabbato jejunabant, ſex ſolemnium jejuniorum hebdomades plenas numerabant. Septem vero hebdomadas computabant alii, qui Sabbato & Dominica non jejunabant, iiſque diebus a vino & carne, ovis caſeoque abſtinebant, nec niſi ſemel ſingulis diebus poſt veſperam reficiebantur. Omnes præterea per totam Paſſionis hebdomadam ſiccis cibis veſcebantur. Id vero quod ait Socrates, Romanos jejunare tres hebdomadas continuas, falſum eſſe conſtat ex D. Leonis Papæ homiliis de jejunio Quadrageſimali. Si vera ſunt quæ de quibuſdam aliis eccleſiis narrat, dicenda ſunt abuſus.

CHRISTI AN. 401.

Sozom. l. 7. c. 19.

In Antepaſchali igitur jejunio tria jejuniorum genera diſtinguebant veteres: Primo. Vel ſeptem hebdomadas, exceptis Dominicis & Sabbatis; vel ſex exceptis ſolis Dominicis, ſeu triginta & ſex dies a vino & carnibus abſtinebant, & ſemel tantum in die, ſcilicet veſpere, reficiebantur. Secundo. Paſſionis hebdomadam in xerophagiis tranſigebant, imo plurimi tribus ultimis ejus diebus omnino jejuni ex devotione perſeverabant. Sicque quadraginta duo erant jejuniorum dies ante Paſcha; ſed Sabbatum ſanctum pervigilio Paſchæ deputabatur, adeo ut Orientales, qui aliis etiam Quadrageſimæ Sabbatis non jejunabant, illud obſervarent. Quæ dum aliqui non ſatis diſtinguunt, variis Patrum textibus implicantur, nec expedire ſe valent.

Hier. ep. 43. ad Cteſiph. & ep. 38. alias 61.

XXXII. Origeniſtis damnatis, Theophilus ſuum & Synodi decretum exequitur. Iſidorum presbyterum ſuum antea ſibi chariſſimum damnat ut Origeniſtam, Eccleſiaque eliminat. Socrates & Sozomenus alias odii & damnationis cauſas referunt, ſed ex incertis rumoribus, ut Sozomenus his verbis indicat: quidam referunt, alii dicunt. Hos autem rumores forte ſparſerant Theophili adverſarii. Palladius, quem inter præcipuos Origeniſtarum Duces recenſet Epiphanius, avaritiæ, fraudis, calumniæ hic accuſat Theophilum, veramque damnationis Iſidori cauſam ſupprimit. Quam vero fidem in ea re mereatur, prudens lector ex ſequentibus judicium feret. Palladius S. Joannis Chryſoſtomi vitam & defenſionem ſtrenue ſcripſit, ſed maligne ejus cauſam cum Monachis Origeniſtis communem fecit; ut tanti Doctoris nomine velaret eorum hæreſim, & Theophilus non minus in eos, quam in Chryſoſtomum videretur injuſtus. Verborum ejus acerbitas eum prodit; ſæpe enim non narrat, ſed furit, adeo conviciis onerat Theophilum, quem inter probabiles Patres recenſent Concilia, ejuſque doctrinam laudant. Itaque S. Epiphanio credamus de eo bene monenti:

Pallad. dial. p. 53.

Epiph. epiſt. ad Joannem Hieroſ.

Palladium Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc miſericordia Dei indiget, cave: quia Origenis hæreſim prædicat, & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perverſitatem ſui inducat erroris. Nonnulli ex levibus conjecturis duplicem diſtinguunt Palladium, primum qui ſit author hiſtoriæ Lauſiacæ, quem, inquiunt, hic notat Epiphanius: alterum, qui Chryſoſtomi vitam ſcripſerit: hunc tamen fatentur fuiſſe Epiſcopum Hellenopolitanum; quem etiam authorem eſſe hiſtoriæ Lauſiacæ teſtantur Gregorius Alexandrinus & Photius. Sed & Theodorus Trimithuntis in Cypro Epiſcopus unum eundemque hiſtoriæ Lauſiacæ & dialogi ſeu vitæ Chryſoſtomi ſcriptorem Palladium diſerte facit, quæ communis eſt ſcriptorum ſententia. Demum Palladius author Lauſiacæ fatetur ſe Olympiadi Chryſoſtomi diaconiſſæ familiarem, ac Chryſoſtomi calamitatum fuiſſe participem, & ob ejus cauſam Romam profectum eſſe. Eadem autem de ſe ipſo Chryſoſtomi vitæ ſcriptor confitetur, qui cum nomen & perſonam ſuam diſſimulare ſtuduerit, quædam de ſe ipſo ſuppoſuit, unde conjecturis alterius Palladii nata eſt occaſio.

Christi An. 401. *Isidorum & alios Origenistas ejicit Theoph.* Sozom. l. 8. c. 12.

Isidorus e sede pulsus in montem Nitriæ se contulit ad monachos Origenistas, quibus postea causæ societate & communione conjunctus est. Inobedientes suo decreto Monachos post hæc insectatur Theophilus: inter eos maxime celebres erant Ammonius, Dioscorus, Eusebius, atque Euthymius, qui longi Fratres vulgo dicebantur. Hi præ cæteris Ægypti monachis Theophilo chari erant, eosque in contubernio & familiari congressu plurimum habebat. Denique Dioscorum etiam Hermopolis Episcopum constituerat. Cur autem deinceps eos graviter afflixerit, ibidem sic refert Sozomenus: Ammonius assumptis secum quibusdam, ad Theophilum profectus est; utque Isidoro communionem restitueret, rogavit. Theophilus unum ex monachis custodiæ publicæ mancipavit, quo reliquis terrorem injiceret. Ammonius autem aliique monachi, cum custos carceris eos ad necessaria victui subministranda venire existimasset, facile intro admissi sunt. Ingressi vero postea exire noluerunt. Quo cognito, Theophilus eos ad se accersit. Illi initio quidem poscebant, ut ipse adveniens, illinc ipsos educeret. Postmodum vero cedentes, se ad illum contulerunt, quos ille dimisit. Probabile non est, quod ibidem addit Sozomenus, Theophilo fuisse propositum eos committere cum monachis antropomorphitis, qui eos, quia Deum incorporeum asserebant, Origenistas vocabant. Hunc enim errorem verbis & scriptis damnaverat Theophilus, uti superius diximus. Præterea eosdem quatuor Fratres Origenis erroribus supra relatis adhæsisse, ideoque fuisse damnatos testatur S. Hieronymus, evincuntque sequentia.

Hier. ep. 43. ad Ctesiph.

XXXIII. Posthumianus monachus Gallus, quomodo Ægypti & Nitriæ monachi suis e sedibus ejecti sint, sic refert apud Sulpitium Severum. "Prospero cursu septimo die Alexandriam pervenimus, ubi fœda inter Episcopos atque monachos certamina gerebantur, ex ea ratione, quia congregati in unum sæpius Sacerdotes frequentibus decrevisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet: qui tractator sacrarum Scripturarum peritissimus habebatur. Sed Episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memorabant, quæ adsertores ejus defendere non ausi, ab hæreticis potius fraudulenter inserta dicebant: & ideo non propter illa, quæ in reprehensionem merito vocarentur, etiam reliqua esse damnanda. Cum legentium fides facile possit habere discrimen, ne falsata sequeretur, & tamen Catholice disputata retineret. Adversus hæc Episcopi obstinatius renitentes pro potestate cogebant, recta etiam universa cum pravis & ipso authore damnare; quia satis superque sufficerent libri, quos Ecclesia recepit: respuendam esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus. Cum hæc & alia hujusmodi ab Episcopis proderentur, ex studio partium orta est seditio. Quæ cum reprimi Sacerdotum authoritate non posset, sævo exemplo, ad regendam Ecclesiæ disciplinam Præfectus assumitur; cujus terrore dispersi Fratres, ac per diversas oras monachi sunt fugati, ita ut propositis edictis in nulla consistere sede sinerentur. Alexandriæ Episcopus me quidem benigne admodum excepit, & secum tenere tentavit. Sed non fuit animus ibi consistere, ubi recens fraternæ cladis fervebat invidia.

Sulpit. Sever. dialog. 1. c. 3.

Nitriæ monachi, ut ex his liquet, eadem de Origenis libris sentiebant cum Rufino, quem damnavit Anastasius Papa. Plures iis inesse errores, quos defendere non audebant, fatebantur, præsertim circa mysterium Trinitatis, sed insertos ab hæreticis. Alios vero vel sequebantur, vel improbandos non putabant. Libros vero damnari nullo modo ferebant propter quædam utilia & disputata Catholice; quæ ratio si valeret, perniciosissimi hæreticorum libri censuram non timerent, cum in iis non pauca Catholice & docte scripta reperiantur.

Pallad. vita Chrys.

Expulsionis monachorum circumstantias distinctius, sed suo more, nempe invidiose, exponit Palladius; quapropter eas summatim tantum attingemus, omissis declamationibus. Theophilus scribit Ægypti Episcopis ut expellant monachos, qui missis quibusdam causam damnationis requirunt. Quibus ille respondit: Anathematizate Origenem: illi renuentes, se ad sua monasteria recipiunt. Theophilus convocatis Episcopis, Ammonium, Dioscorum & alium excommunicat, prætexens dogmatum perversitatem. Quinque monachi, quorum unum ordinarat Episcopum, alium Presbyterum, & tres alios Diaconos, libellos manu sua subscriptos ei dant adversus tres supra memoratos Fratres. His acceptis, ille convenit Augustalem Præfectum, & contra eosdem libellum supplicem apud eum suo nomine deponit. Imperatores enim monachos Origenistas Alexandria & Ægypto expelli dato rescripto jusserant, quod supprimit Palladius. Accepto milite, Dioscorum, quem constituerat Episcopum, ejicit, & tres alios Fratres inquirit, qui in puteo latebant, imposita ejus ori storea: vacuas cellulas incendunt milites, & Theophilus repetit Alexandriam. Longi Fratres cum trecentis monachis in Palæstinam profecti sunt versus Scythopolim, commodum sibi fore domicilium arbitrati. Sed Episcopi, quibus scripserat Theophilus, eos exire coegerunt; cumque in aliis locis consistere illis non concederetur, venerunt Constantinopolim.

Christi An. 401.

Hieron. Apol. l. 2.

Hieronymo de monachorum Nitriensium punitione sic scripsit Theophilus: "Origenis hæresim in monasterio Nitriæ quidam & furiosi homines serere & fundere cupientes, prophetica falce succisi sunt:" Cui respondit Hieronymus: "Breviter rescribimus, quod totus mundus exultat, & in tuis victoriis glorietur, erectumque Alexandriæ vexillum Crucis, & adversus hæresim trophæa fulgentia gaudens populorum turba prospectet." Et in altera ad eumdem epistola: "Vox beatitudinis tuæ in toto Orbe pertonuit, & cunctis Christi Ecclesiis lætantibus, diaboli venena siluere .... Ex dispensatione Dei factum puto, ut eo tempore tu quoque ad Anastasium Papam scriberes, & nostram, dum ignoras, sententiam roborares. Verum a te nunc admoniti magis studium accommodabimus, ut hic & procul simplices ab errore revocentur .... simulque obsecro, ut si qua Synodica habes, ad me dirigas... Vincentius Presbyter ante biduum quam hanc epistolam darem, de Urbe venit, & suppliciter te salutat, crebroque sermone concelebrat, Romam & totam pene Italiam tuis post Christum epistolis liberatam." Tot tantisque pro Theophilo testimoniis, quis prudens opponat unius Palladii declamationes? ..... Sed licet juste hac in causa egerit Theophilus, an satis moderate? id unum dico: vehementiorem ejus animum multa coarguunt.

Apud Hieron. epist. 60. alias 69.

Ib. ep. 59. alias 70.

XXXIV. Joannes Chrysostomus disciplinæ & morum reformationem promovebat, nec Clericis parcens nec optimatibus, quos juxta præceptum Apostoli opportune & importune arguebat. Ardentissimum servi sui zelum comprobavit divina providentia, ostenditque Principes suæ ipsius & Imperii nusquam magis consulere incolumitati, quam cum rejectis politicis rationibus, divinum honorem ne leviter quidem imminui patiuntur. Gainas, natione Gothus, erat magister suæ gentis & Romanæ militiæ, quod imperium invitus ei concesserat Arcadius. Hic cum esset Ariana labe cum suis tribulibus coinquinatus, postulavit a Principe, ut suæ sectæ hominibus una ex Ecclesiis urbis traderetur. Imperator se deliberaturum dixit, & daturum operam ut desiderio ejus satisfieret. Joanni petitionem Gainæ indicat, ejusque potentiam commemorat, & tyrannidem eum meditari non obscure innuit; hortaturque ut hac donatione animum barbari compescat. Verum generosus ille vir Imperatori ita respondit: Noli ista promittere, Imperator, nec sancta canibus dari jube; neque enim unquam adduci possum, ut eos quidem, qui Deum Verbum palam prædicant, & laudant, ejiciam: iis vero, qui illum blasphemant, Ecclesiam Dei tradam. Nec vero barbarus ille metum tibi incutiat, Imperator. Sed ubi ambos nos accersiveris, me atque illum, tu quidem tacitus ausculta iis quæ dicentur: Ego vero linguam ejus comprimam, faciamque ne deinceps ea postulet quæ non expedit dari. His auditis, Imperator magnopere gavisus est, & postridie utrumque acciri jussit.

Theod. hist. l. 5. cap. 32.

Sozom. l. 8. c. 4. Theod. Ibid.

Gainas promissa sibi dari flagitabat. Magnus autem Joannes reclamabat, dicens non licere Imperatori, qui pietatem profiteretur, adversus res divinas quidquam præsumere. Cumque ille æquum esse diceret, ut ipse quoque ædem sacram, in qua precaretur, haberet. Omnes, inquit Joannes, tibi apertæ sunt ædes sacræ, nec ullus aditum prohibet, si orare volueris. Tunc Gainas, at ego, inquit, alterius sum sectæ, & cum consortibus meis unam ut habeam Ecclesiam peto: idque jure mihi petere videor, quippe qui multa pro Romanis bellorum discrimina pertulerim. Ad hæc Joannes: sed habes præmia

Ibid. *Chrysostomus resistit Gainæ.*

labori-

CHRISTI AN. 401. laboribus tuis multo majora, nam & magister militum, & consulari veste ornatus es. Consideres oportet quid olim fueris, & quid nunc sis; & quanta quidem fuerit prior egestas tua, quanta vero nunc rerum omnium copia: perpendi igitur quam exigui sint labores tui, & quam ampla sint præmia: nec ingratus esse velis erga eos, qui te honoribus auxerunt. *Sozom. l. 8. c. 4.* Præterea ei in memoriam revocat quomodo ab Imperatoris parente servatus, jurasset se Romanis amicum, ipsique ac liberis ejus ac legibus, quas nunc abrogare conabatur, fidum perpetuo mansurum esse. Quæ cum diceret, legem a Theodosio datam proferebat, qua vetueret ne hæretici intra urbis mœnia collectas celebrarent. Post hæc ad Imperatorem conversus, suasit ut legem servaret, satius esse dicens Imperio cedere, quam prodita Dei domo piaculum admittere. Hisque sermonibus Gainam tacere compulit, nihilque innovatum est in Ecclesiis.

Theod. ibid. Aliquanto post tempore Gainas in apertam tyrannidem erupit, collectoque per Thraciam exercitu, vastare omnia ac prædari cœpit, quibus nuntiatis omnes metu perculsi sunt. Chrysostomus rogatus ad eum legatus proficiscitur. Gainas de ejus adventu factus certior, & pristinam ejus pro pietatis defensione fiduciam memoria repetens, libenti animo obviam ei processit longissime, ejusque dextram oculis suis imposuit, & filios suos illius genibus admovit. Arma tamen non posuit, sed multa suorum cæde ab urbe repulsus est. Fravita, natione Gothus, sed bonis moribus & peritus rei militaris, Gainam trahendo, bellum fame pressum fugere compulit; *Zozim. l. 3. c. 25.* multas ejus naves demersit. Gainas tot malis fractus, superato Istro ad sua reversi cogitabat; Uldes Hunnorum Princeps coactis copiis adversus eum aciem instruit, Gainas fortiter pugnans occiditur: cujus caput Uldes misit Constantinopolim. *Marcel. Chronic.* Fravita suæ fidei ac rei bene gestæ mercedem consulatum accepit. Pietati profuit Gainæ rebellio; perturbatis enim omnibus, quasi urbs jam jam capienda esset, Catechumeni ad Baptismum festinabant, peccatores autem ad pœnitentiam; abdicatisque vitiis multi novum vitæ genus instituerunt.

Chrys. in act. hom. 41. Pallad. vit. Chrys. p. 125. Sozom. l. 7. c. 26. XXXV. Eodem tempore Constantinopolim venerunt Asiani Episcopi necessitatum quarumdam gratia. Aderant tres alii Metropolitani, scilicet ex Thracia Ammon Ægyptius, ex Galatia Arabianus, & Theotimus qui Tomitanorum & totius Scythiæ Ecclesiam gubernabat: vir erat in monastica Philosophia eruditus & enutritus, quem Hunni virtutis causa admirantes Deum Romanorum vocabant: divina quippe in eo miracula fuerant experti. Cum enim aliquando juxta regionem barbarorum iter faceret, ei occurrere quidam, qui eadem via pergerent Thomin; cumque ejus comites tanquam mox perituri lamentarentur, ipse ex equo desiliens Deum oravit. Tum vero barbari nec illo nec comitibus illius perspectis prætergressi sunt. Alias barbarus quidam eum illum opulentum esse suspicaretur, per insidias comprehendere molitus est: sublataque dextra laqueum Theotimo injicere parabat, ut ad se eum & ad contribules suos attraheret. Verum in ipso conatu, manus illius in sublime extensa, ita ut erat, permansit; nec prius invisibilibus illis vinculis liberatus est barbarus, quam aliis intercedentibus Theotimus Deum orasset pro illo. *Martyr. Rom.* Decimo Kalendas Maji inter sanctos recensetur.

Pallad. p. 126. Omnibus his duobus & viginti Episcopis congregatis atque communicantibus, Eusebius Episcopus Valentinopolitanus in Lydia Synodo libellos tradit contra Antoninum Ephesi Episcopum, septem capitula inserens: primum quidem quod conflatis sacris vasis argentum in usum filii fecisset. Secundum, quod ablatum de ingressu Baptismi marmor in balneum suum transtulisset; deinde columnas Ecclesiasticas a pluribus annis jacentes intra suum statuisset triclinium. Quartum, quod puer ejus cædem patrasset, quem adhuc haberet in ministerio irreprehensum. Quintum, quod prædia Ecclesiæ relicta a Basilica Juliani Imperatoris matre vendidisset, sibique vindicasset. Sextum, quod dimissa uxore sua, cum ea rursus congressus esset, filiosque ex ea procreasset. Septimum, quod pro lege & constituto haberet ordinationes Episcoporum vendere juxta rationem redituum. Adsunt, inquiebat, & qui dederunt, quique ordinati sunt, & ipse qui accepit, ac præterea probationes habeo. Joannes ei dixit: Eusebi Frater, quoniam sæpe fit ut accusationes quæ fiunt a perturbatione animi, faciles probationes non habeant, sine te exorari, ut cesses Antoninum scripto accusare, nobis causas molestiæ corrigentibus. Ad hæc ira accensus durioribus usus est verbis adversus Antoninum, & in accusatione persistens.

Joannes hortatur Paulum Heracleæ Episcopum, *Ibid.* nam is Antonino favere videbatur, ut eos in amicitiam compelleret. Surgensque in ecclesiam ingressus est una cum Episcopis. Erat enim sacrificii tempus: pacemque populo ex more precatus, sedit cum reliquis Episcopis. Eusebius autem clam subingressus coram populo & Episcopis alium libellum offert eadem continentem. Joannes libellum recepit, Pansophiumque Pisidiæ Episcopum orat, ut divina dona offerat. Nolebat enim perturbato animo sacrificium facere. Et post dimissionem populi sedens in baptisterio accusatorem coram omnibus advocat, hortaturque ut ab accusatione desistat. Ille in proposito persistit. Tum jubent legi libellum. Joanni dicunt seniores Episcopi: Ab eo quod est horribilius, fiat inquisitio. Si enim illud fuerit inventum verum, nullus de capitibus reliquis erit contradicendi locus. Qui enim Spiritus sancti distributionem argento vendidit, quo pacto parcet vasis sacris, aut lapidibus, aut prædiis Ecclesiæ? Joannes quæstionem inchoat, dicens Antonino: Quid ad hæc dicis, Frater Antonine? negavit ille. Interrogati sunt qui dederunt; negarunt & ipsi. Postremo ventum est ad testes: non aderant. Joannes, ut purgaret Ecclesiam, per se in Asiam ire sese ultro offert, & examen peragere.

Antoninus sibi conscius adiit quemdam e Proceri- *Ibid.* bus, orat ut inhibendum Joannem procuret, ne in Asiam abiret, promittens testes sese exhibiturum. Ille statim molitur, ut Joanni e palatio denuntiaretur, ne urbem tumultuantem desereret. Joannes cum præsente Synodo deliberat quosdam e præsentibus Episcopis in Asiam mittere ad testes interrogandos. Electi sunt tres Episcopi, Syncletius Metropolitanus Trajanopolis, Hesychius Episcopus Parii, & Palladius Hellenopolis. Cum in actis interlocuta esset Synodus, ut qui intra duos menses non occurrisset Hypæpis, Asiæ civitate, & jura sua prosecutus non fuisset, is excommunicatus esset. Hesychius Antonini amicus simulavit morbum. Syncletius autem & Palladius per literas significarunt utriusque partibus adventum suum, ut concurrentes in dictam civitatem, implerent promissa. Eusebius autem & Antoninus cum se mutuo corrupissent, partim auro, partim jurejurando, amici facti erant ante adventum Judicum. Cum autem litis causa ad civitatem Hypæpinorum venissent, sperabant rursum eludere Judices dilatione testium, quasi peregre profecti essent ob varias causas. Posthæc Judices accusatorem rogant: Intra quot igitur dies adducturus es testes? & exspectabimus. Ille scripto promisit intra quadraginta dies, aut producturum testes, aut pœnas Canonum subiturum. Et cum prædicta diu non compareret, scribunt omnibus Asiæ Episcopis, eum denuntiantes excommunicatum. Ex his liquet quænam esset illius ætatis forma judiciorum Ecclesiasticorum.

Post aliquot tempus moritur Antoninus. Rursus *Pallad. p. 533. & seq.* ab Asia venit decretum ad Joannem partim a Clero civitatis Ephesinorum, partim ab Episcopis; orabant ut emendaturus superiora descenderet, & formam Deo dignam imponeret Ecclesiæ Ephesiorum, a longo tempore afflictæ, partim quidem ab Arii sectatoribus, partim ab iis qui cum avaritia & dominandi libidine Catholicos se esse gloriabantur. Permulti enim Episcopalem Sedem pecuniis rapere festinabant. *Joannes plures Asiæ Episcopos deponit.* Joannes licet infirmus hyberno tempore in Asiam navigavit; congregatis Lydiæ Episcopis Asiæ atque Cariæ numero septuaginta, ordinationem faciunt. Accesit etiam Eusebius accusator sex Episcoporum, rogans ut ad communionem admitteretur. Etsi enim Antoninus mortuus est, supersunt qui nummos dederunt, & qui ordinati sunt. Justum visum est Synodo rem perquiri. Leguntur acta prius facta. Ingrediuntur testes; & sex illi qui pecuniam dederant, & ordinati fuerant. Initio quidem negabant. Instantibus autem testibus, partim laicis, partim presbyteris, quibus confidere videbantur, nec non & mulieribus quibusdam, quæ etiam munerum species dicebant, & loca, & tempora; quæ tandem illi confessi sunt, putantes, inquiebant,

Christi An. 401. bant, esse consuetudinem, ut videremur a coria liberati. Joannes Synodo pollicitus est: Quoad curiam quidem attinet, ego eos, Deo juvante, liberabo, exorato Imperatore. Vos autem mandate, ut ab hæredibus Antonini ipsi accipiant quæ dederunt. Præcepit Synodus ut aurum ab hæredibus Antonini acciperent, & communicarent intra Altare: essent autem jam non Sacerdotes. Acquieverunt depositi, & in eorum locum suffecti sunt non conjugati, vita & doctrina ornati. Ephesinæ vero Ecclesiæ Heraclidem suum Diaconum præfecit, virum origine Cyprium, qui olim monachus fuerat apud Scetim, & discipulus Evagrii monachi. Novatianis etiam & Quartodecimanis plures Ecclesias abstulit.

Patriarchæ functiones exercet Joannes. Sozom. l. 8. c. 6. Nicomediam post hæc profectus, Gerontium illius Ecclesiæ Episcopum expulit. Hic enim cum Diaconus esset sub Ambrosio Mediolanensi, vel fucum facere volens, vel dæmonis arte & vagia imaginationibus deceptus, retulerat quibusdam se noctu onoscelidem, seu spectrum asini pedem habens comprehendisse, & capite raso in pristinum conjecisse! qua de causa Ambrosius eum, utpote qui indigna ministro Dei locutus esset, domi ad tempus manere, & pœnitentia expiari jusserat. At Gerontius, cum & optimus esset medicus & diligentissimus, quasi Ambrosium deridens Constantinopolim perrexit. Illic brevi temporis spatio in amicitiam quorumdam, qui in palatio plurimum poterant, sese insinuavit: nec multo post Nicomediensis Ecclesiæ Episcopatum adeptus est. Ordinavit eum Helladius Cæsareæ Cappadocum Episcopus, hinc illi gratiam referens, eo quod suffragio suo splendidam in palatio militiam filio ipsius comparasset. Quæ cum didicisset Ambrosius, Nectario scripsit, ut Gerontio Episcopatum adimeret, nec se & Ecclesiasticam disciplinam contumelia affici pateretur. Verum Nectarius, quamvis id omni studio perficere conatus, nunquam tamen obtinuit, universis simul Nicomediensibus fortiter ei resistentibus. Joannes vero cum illum deposuisset, ejus loco Pansophium ordinavit. Hic uxoris Arcadii Imperatoris Pædagogus fuerat, vir pius quidem & placidis moribus ac temperatis, quem tamen inviti receperunt Nicomedienses. Exinde hi, qui depositi fuerant, & illorum necessarii, Joannem accusare cœperunt, quod rerum novarum in Ecclesia author fuisset, & contra morem institutumque majorum, ordinationum jura immutasset. At præ dolore animi atque indignatione ea quoque reprehendebant, quæ omnium judicio præclare gesta erant. Patriarchæ functiones, judicando Exarchas, & deponendo Episcopos, Chrysostomum exercuisse manifestum est.

Socrat. l. 6. c. 6. XXXVI. Eodem anno quadringentesimo primo, quarto Idus Aprilis Arcadio natus est filius Theodosius: ea occasione templorum & idololatriæ ruinam, quæ in urbe Gaza dominabatur, obtinuit D. Porphyrius ejusdem urbis Episcopus, patria Thessalonicensis. Bolland. 26. Febr. In Ægypto apud Scetim cum vitam monasticam exercuisset annis quinque, pauperibus distribuit amplissimum patrimonium, atque in Palestinam secedens, victum ex labore manuum sibi comparabat; ubi post multa sanctissimæ vitæ exempla eum accersit Hierosolymitanus Episcopus, & invitum ordinavit Presbyterum, eique credidit custodiam venerandi ligni Crucis. Hunc honorem adeptus non mutavit mores priores, sed mansit in exercitatione monastica. Erat illi alimentum panis sordidus & olera, idque post solis occasum. Tribus post annis circa annum 396. creatus est Gazensis Episcopus, multumque lacrymatus est, indignum se dicens Sacerdotio. Gazenses plurimi erant idololatræ, ibique inter deorum octo fana Marnæ seu Jovis celeberrimum habebatur. Porphyrius videns nefaria quæ fiebant ab idololatris, Constantinopolim mittit suum Diaconum, qui ejus vitam scripsit, deditque literas ad S. Chrysostomum, qui eum benigne suscepit, operaque Eutropii tunc potentissimi eunuchi impetrat edictum Imperatoris, ut clauderentur simulachra Gazæorum, & ne consulerentur amplius, traditurque in manus cujusdam Hilarii, qui urgeret executionem. Ille quidem statim comprehendit tres primores, eisque ostendit edictum, eversisque omnibus simulachris, templa clausit. Marnæ vero simulachrum sivit latenter Consuli pro eo plurimis pecuniis acceptis.

Ibid. Idololatræ quo magis videbant multiplicari Christianos, eo magis efferabantur, nec sinebant eos obire officia civilia, sed eis tanquam famulis utebantur. Eorum injurias non ferens Porphyrius, proficiscitur ad Joannem Cæsariensem, cum lacrymis rogat ut ei præbeat quietem. Joannes eum consolatus hortatur, ut æquo & forti animo pateretur, & retineret Episcopatum. Porphyrius igitur eum attestatur coram Deo, ut secum naviget ad urbem Regiam, ambo rogaturi Imperatorem ut evertat templa idolorum; acquievit Joannes. Ubi primum pervenere Constantinopolim, adeunt Chrysostomum, qui eos commendavit Amantio Imperatricis Eunucho potenti & Dei servo, qui eos introduxit ad Augustam Eudoxiam. Illa prior eos salutavit, dicens, benedicite Patres. Episcopi admirati tantam ejus demissionem, ei benedixere. Imperatrix dixit: Ne sitis anxii, Patres; spero enim in Dominum Christum Filium Dei, fore ut persuadeam Imperatori ea facere, quæ decent vestram sanctam Fidem, & vos hinc dimittat compotes desiderii: abite ergo & vos reficite, & orate pro me, ut quod in utero meo est, in lucem edam cum Dei benignitate: & dedit eis pecunias, dicens: hoc interim accipite in expensas. Episcopi, his acceptis, exeuntes magnam partem pecuniæ distribuerunt Decanis qui præerant portis.

Imperator Episcoporum negotium cum audisset ab Eudoxia, ægre tulit, timens ne dirutis templis alio fugerent Gazenses idololatræ, non sine gravi damno vectigalium. Eos, inquit, particulatim affligamus, idololatris adimentes dignitates, & alia civilia officia, eorumque templa claudi jubeamus. Augusta die sequenti accersit Episcopos, docetque responsum Imperatoris, hortatur tamen ut bene sperent. D. Porphyrius tunc memor monitorum & prædictionis beati Procopii Anachoretæ, quem Rhodum divertentes viderant, ejusque verbis credens dixit Imperatrici: Labora propter Christum, & ipse pro tuo labore est tibi daturus filium. Cum hæc audivisset Imperatrix, repleta est lætitia, & dixit Episcopis: Orate Patres, ut quomodo dixistis, Deo volente pariamus masculum: & si hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis, sanctamque Ecclesiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Paucis post diebus Imperatrix parit Theodosium, qui admodum solemni pompa baptizatus est. Imperatrici postulanti pro Episcopis in tanta lætitia concessit Arcadius quæcumque vellet, non solum templorum eversionem, sed & privilegia Christianis, & Ecclesiæ reditus adjecit: Eudoxia Porphyrio dedit ducenta pondo auri ad ecclesiam ædificandam cum xenodochio, Joanni autem aureos mille, & vasa pretiosa utrisque, ad sumptus vero centum aureos. Octavo decimo Aprilis post festa Paschalia navigarunt Gazam, quo ubi primum pervenit D. Porphyrius cum magistratibus & militibus, quos miserat Imperator, omnia deorum delubra evertit atque combussit, purgansque locum Marnæ, illic ædificavit ecclesiam. Anno sequenti triginta columnas admirabiles ei misit Eudoxia.

XXXVII. Chrysostomus ex Asia rediens turbatam suam invenit Ecclesiam, quam commendarat Severiano Gabalorum Syriæ Episcopo. Sozom. l. 8. c. 10. Hic dicendi gratia præditus, magnam eloquentiæ retulit laudem; in sententiis, & in Scripturis exponendis præstans habebatur, magnamque sui admirationem concitavit, multumque honoris & authoritatis adeptus est: ipsique adeo Imperatori & Augustæ familiaris extitit. Verum auditoribus gratificari & populum demulcere impensius studebat, absenteque Chrysostomo charior in dies auditoribus fiebat. Serapio Diaconus, homo violentus, cum cuncta Joanni celeriter nuntiasset, Ecclesiamque a Severiano turbari retulisset, Constantinopolim rediit. Forte accidit ut Severiano prætereunti Serapio non assurgeret, de industria ostendens se illum contemnere. Ea re commotus Severianus exclamavit: Si Serapio moriatur Christianus, Christus nunquam Homo factus est. Hanc nactus causam Serapio, Severianum Joanni reddidit inimicum: id solum ab eo dictum esse affirmans: Christus nunquam Homo factus est. Multos autem suæ factionis viros producebat, qui id ita dictum fuisse testificarentur. Joannes itaque nihil cunctatus Severianum urbe expulit, ut impie locutum in Deum. Imperatrix vero ubi hæc rescivit, statim eum Chalcedone revocavit. Sed Joannes, quamvis multis eum obsecrantibus, colloquium ejus detrectavit; donec Augusta in Ecclesia Apostolorum imposito Joannis genibus Theodosio filio,

illum

Christi An. 401.

illum identidem obsecrans atque adjurans ægre in gratiam reduxit cum Severiano. Reconciliationis sinceræ signa Chrysostomus multa dedit, populumque concitatum hortatus est, ut eum reciperet, ita ut nihil causæ sit, cur dissimulationis a Socrate postuletur. Die sequenti Severianus concionem habuit de pace: sed eum parum sincere egisse declaravit eventus.

Sozom. l. 8. c. 8.

XXXVIII. Ariani, quibus regnante Theodosio ademptæ fuerant Ecclesiæ Constantinopoli, extra urbem conventus Ecclesiasticos agebant. Singulis igitur sabbatis ac diebus dominicis, quibus collectæ in Ecclesiis agi solent, noctu in publicis porticibus primum congregabantur, Hymnos ad Arianam hæresim apte compositos alternatim sibi respondentes canebant, Diluculo vero easdem antiphonas canentes per mediam urbem incedebant, & extra portas egressi proficiscebantur ad locum in quo collectas celebrabant. Sed quoniam contumeliosis verbis Homousianos carpere non cessabant: frequenter enim inter canendum dicebant: ubinam sunt qui tria unam dicunt esse potentiam? Joannes veritus ne quis ex simplicioribus hujusmodi canticis ab Ecclesia abstraheretur, quosdam ex Catholica plebe eis opposuit, qui nocturnos perinde hymnos decantando, & Arianorum circa hæc studium obscurarent, & suos in professione rectæ fidei confirmarent. Verum seditiones ex eo evenere: Cruces argenteæ a Joanne erant excogitatæ, & cereas faces accensas gestabant in nocturnis illis precationibus. Ariani numero abundantes, ulcisci se instituerunt: nocte quadam prælium ineunt: & Brisa quidam Eunuchus Augustæ, qui tum hymnorum cantoribus erudiendis erat præpositus, in fronte lapide percussus est; utrimque vero nonnulli ex populo cæsi interierunt. Quibus rebus permotus Imperator, interdixit Arianis ne deinceps hymnos publice canerent. Catholici vero hymnos canere perseverarunt. Ex his rebus, & ex ecclesiasticis concionibus populi benevolentia erga Joannem in dies augebatur. Potentium autem, & Clericorum odium in eum gliscebat, ex loquendi libertate, qua adversus eos utebatur. Hos enim ille, quoties injuste agentes viderat, reprehendebat.

Pallad. vita Chrys. p. 58. & sequent.

XXXIX. Is erat rerum status, cum Ægyptii Monachi pervenere Constantinopolim. Ad Chrysostomi genua provoluti orant, succurrat miseria calumniam passis. Ille ut vidit quinquaginta hominum canitiem sacris laboribus tinctam, in lacrymas effusus est. Illi orant ut suum in patriam reditum a Theophilo impetret. Joannes sperans se eum facile placaturum, libenter negotium suscipit, admonens eos ut apud omnes religioso silentio adventus sui causam tegerent, deditque ipsis in Anastasia Ecclesia hospitium: Religiosæ mulieres victum subministrarunt. Contigerat autem sub idem tempus ut Clerici quidam Theophili Constantinopoli adessent. Hos ad se vocatos Joannes percunctatur, an præsentes monachos novissent. Illi dixerunt: Novimus eos, spiritalem eis communionem impertire noli, ne offendas Theophilum: sic Joannes eos quidem ad communionem non admisit; orare tamen eis permisit in Ecclesia. Theophilo autem scribit orans: In hoc mihi ut filio, & fratri gratificare, hosce viros amplectitor. Theophilus gratiam negavit Joanni. Econtra misit quinque supradictos monachos, quos ordinaverat, datque illis libellos precum. Quid vero in eis scriptum esset, sic dissimulat Palladius, ut tamen appareat, malæ doctrinæ seu Origenismi accusationem continuisse. Unde factum est ut in Palatio quasi præstigiatores digito monstrarentur. Monachi libellos supplices offerunt Joanni, paratos se esse dicentes falsam omnem doctrinam anathematizare, in multis accusantes Theophilum: quæ fuerint accusationum capita, reticet Palladius, qui alioqui de ei non parcit, & acerbior est in conviciis; quare, quæ in sua narratione addit, ut odiosum reddat Theophilum, & quæ quandoque parum probabilia sunt, suppressimus.

Ibid.

Rursus per seipsum, & per alios Episcopos hortatur eos Joannes, ut desinant ipsum accusare ob molestiam, quæ hujusmodi indiciis nasci solet: & scribit Theophilo: Eo desperationis homines ejusmodi devenere, ut scripto te accusent. Ceterum quod tibi videtur, rescribe: non enim me audiunt, ut a comitatu discedant. Ob ejusmodi scripta iratus Theophilus ad Joannem scribit . . . . . "Arbitror equidem non ignorare te Canonum Nicænorum decretum,, quo sancitur, ne Episcopus litem extra fines suos judicet: si autem ignoras, disce, & a libellis adversus me abstine: nam si judicari me oporteret, ab Episcopis Ægyptiis judicandus sum, non a te, qui septuaginta quinque dierum itinere hinc abes.„ Accepta lectaque ea epistola Joannes, eam quidem penes se servavit: monachis autem partis utriusque ea dixit, quæ ad pacem erant. Joannes sic dato eis responso, eos a cura sua, & cogitatione dimisit.

XL. D. Epiphanium Origenis libros aversari noverat Theophilus; quapropter ut eum sibi conciliaret, Concilii sui Alexandrini synodicam ad eum misit, simulque scripsit: Ecclesia Christi, quæ non habet maculam neque rugam, egredientes de cavernis suis Origenis colubros Evangelico ense truncavit: & secundum Nitriæ monachorum agmen contagione pestifera liberavit. Pauca ergo quæ gesta sunt, in generali epistola, quam ad omnes in commune direxi, comprehendi. Dignationis tuæ est, quæ in hujuscemodi certaminibus sæpe ante nos pugnavit, & positos in prælio consolari, & congregare totius Insulæ Episcopos, ac synodicas literas tam ad nos, quam ad Constantinopolitanæ urbis Episcopum, & si quos alios putaveris, mittere, ut consensu omnium, & ipse Origenes nominatim, & hæresis nefaria condemnetur. Didici enim quod calumniatores veræ fidei Ammonius, Eusebius, & Euthimius novo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim navigarint, ut novos, si quos valuerint, decipiant. Curæ igitur tuæ sit, ut cunctis Episcopis per Isauriam atque Pamphiliam, & cæterarum Provinciarum, quæ in vicino sunt, rei ordinem pandas. Ut omnes uno spiritu congregati, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradamus eos satanæ in interitum impietatis, quæ possidet cor. Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum, & aliquem de Clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis Patres monachorum cum aliis sanctis, & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere quæ gesta sunt.„ Epiphanius, collecto Episcoporum totius Insulæ concilio, lectionem librorum Origenis prohibuit. Misit etiam litteras ad Joannem Chrysostomum, quibus eum hortabatur, ut convocata Synodo Episcoporum suorum idem cum ipso decerneret. Hieronymo vero epistolam Theophili Paschalem secundam, & quas ab eo acceperat, & ad eum dederat litteras cum suis misit, quas omnes latine redditas in Occidente publicari curavit Hieronymus.

apud Hieron. ep. 111. alias 67.

Socrat. l. 6. c. 10. *S. Epiphanius Origenis libros damnat.*

XLI. Interea Ammonius, & qui cum eo erant monachi, libellos grandes, & verbosos componunt, & monachos, quos miserat Theophilus, tanquam calumniatores accusant, & adversus Theophilum multa scribunt. Cumque libellos obtulissent Augustis; Imperatricem adeunt in Martyrio sancti Joannis, orantque ut adversariorum monachorum libellus apud Præfectos examinaretur, Theophilus vero vel invitus adesset, & coram Joanne judicaretur. Admissa est postulatio. Alexandriam igitur missus est Elaphius, ut Theophilum adduceret; qui cum Joannem hujus injuriæ suspicaretur authorem, huic supra modum infensus, qua ratione ipsum Episcopatu dejiceret, cogitare cœpit. Hactenus quidem juste monachos Nitriæ pertinaces Origenistas, licet fortassis ferventius, fuerat insectatus; injuste vero, & cum publico scandalo Joannem persecutus est. Cum autem ejus monachorum accusatio examinaretur, illi dilationem petunt usque ad adventum Theophili, qui supplicationes dictavisset. Quapropter eos in carcerem conjectos dicit Palladius, ac postea tanquam calumniatores in Proconnesum relegatos: Sed quædam præcessere.

Pallad. pag. 62. & seq. Sozom. l. 8. c. 13.

Nec multo post Epiphanius, Theophili consiliis inductus, cum primus ex insula Cypro solvisset, ad locum haud procul ab urbe Constantinopolitana, quem septimum vocant, applicuit; factaque oratione in Ecclesia, quæ illic est, in urbem introivit. Eum ingredientem Joannes occursu Cleri totius honoravit. Invitatus tamen ut in ædibus Ecclesiasticis manere vellet, neutiquam acquievit: & cum Joanne congredi penitus detrectavit; privatim vero convocatis Episcopis, qui tum Constantinopoli morebantur, ea quæ adversus libros Origenis decreta fuerant, illis ostendit: Ac nonnullis quidem persuasit, ut decretis subscriberent: plures vero id facere recusarunt. Quin & Theotimus Episcopus Scythiæ

Sozom. l. 8 c. 14. *S. Epiphanius cum Chrysostomo non vult communicare.*

palam

CHRISTI AN. 401.

palam reprehendit Epiphanium; nam neque pium esse dicebat, eum, qui jam pridem mortuus esset, contumelia afficere: neque citra calumniam Judicia antiquiorum reprehendi, & quæ ab illis probata essent, reprobari posse. Atque hæc dicens, prolato Origenis quopiam libro, locum ex eo recitavit; cumque ea quæ recitaverat, Ecclesiis utilia esse ostendisset: Absurde faciunt, ait, qui ista vituperant: Cavendum est enim illis ne ea damnent, de quibus conscripti sunt hi libri. Absurdum est hoc Sozomeni ratiocinium, eum nullus sit liber hæreticus, qui quædam bona, & utilia non contineat. Et vivens jam damnatus fuerat Origenes. Præterea si post mortem Authoris vulgaretur liber hæreticus, num idcirco librum proscribere non posset Ecclesia?

Ibid. Joannes adhuc nihilominus reverentiam exhibebat Epiphanio, eumque hortabatur, ut collectas secum celebrare, & contubernalem ipsum habere vellet. Verum Epiphanius se neque domo ejus usurum, nec cum eo oraturum esse respondit, nisi Origenis libros prius damnasset, & Dioscorum una cum sociis expulisset. Sed cum ille ante causæ cognitionem hæc facere haud quaquam justum esse diceret, & procrastinaretur; die, quo collecta agenda erat in Ecclesia Apostolorum, Epiphanio suaserunt ut in Ecclesiam veniret, & publice coram populo tum Origenis libros, tum Dioscorum, & eos qui cum illo erant, tanquam idem cum Origene sentientes anathemate damnaret; Joannem autem ut illis faventem perstringeret. Postero igitur die cum ad id agendum progressus Epiphanius jam Ecclesiæ appropinquaret, obviam ei occurrit Serapio Diaconus missus a Joanne; præsenserat enim Joannes ea quæ pridie fuerant constituta, palamque denuntiavit Epiphanio, illum ea gerere, quæ nec justa essent, nec ipsi privatim utilia, siquidem tumultu ac seditione populi excitata, ipse tanquam ejus rei author periculum subiturus esset. His auditis abscedit Epiphanius.

Sozom. ibid.

Ammonius cum suis occurrit abscedenti Epiphanio, & ab eo quærit: Unde nos hæreticos esse judicasti? An libros nostros legisti? Cum Epiphanius diceret se id auditu accepisse: Nos vero, ait Ammonius, plane contrarium fecimus: nam libros tuos perlegimus: ex quibus unus est, qui Anchoratus inscribitur, cumque multi te tanquam hæreticum calumniari vellent, nos pro Patre, uti par erat, propugnavimus. Proinde nec tu solo auditu absentes damnare debuisti, quos nequaquam tu ipse certis argumentis inductus conviceras. Post hæc Epiphanius lenius eos allocutus ab se dimisit. Illius Sozomeni narrationis falsitas sua absurditate se prodit. Nemo enim Ammonium, & socios falsæ doctrinæ scriptis traditæ accusabat; sed rebellionis adversus suum Patriarcham, & omnes Ægypti Episcopos, qui libros Origenis damnaverant, eosque legi prohibuerant, quorum ipsi defensores erant, quemadmodum omnibus erat notissimum, & ipsimet Epiphanio, cui scripserat Theophilus, simulque miserat actus Synodi Ægyptiacæ cum relatione gestorum. Ac proinde sic facile eorum improbitatem coarguisset. Si vos recte sentire contenditis, atque injuste pati persecutionem, Alexandrinæ, & meæ Synodi sententiæ subscribite. Quanto enim id magis ab ipsis, quam a Chrysostomo postulasset? Præterea hic sibi invicem contradicunt Sozomenus, & Socrates, quorum prior scribit Eudosiam suscepta monachorum causa contumelia affecisse Epiphanium. Alter affirmat ab eadem subornatum adversus Chrysostomum. Brevi interjecto tempore, Cyprum navigavit Epiphanius: seu quod Constantinopolitanæ profectionis eum pœniteret; seu quod Deus mortem ipsi suam, ut verisimile est, prænuntiasset. Dum enim navigaret, priusquam appulisset in Cyprum, morte interceptus est. Emortualis ejus dies ignoratur. Triginta & sex annos Constantiæ Ecclesiæ præfuit; pervenit ad extremam senectutem. Quarto idus Maji eum universa veneratur Ecclesia. Adeo spectatæ virtutis vir fuit, ut, licet adversus Arianos semper strenue decertasset, eorum patronus Valens eum non tetigerit. Erudite multa scripsit: facta quædam, aliorum relatione deceptus, vel fabulosa, vel minus exacte narravit.

Socrat. lib. 6. — Hieron. de script. Eccles. — Martyr. Rom. — Hieron. epist. 6.

XLII. Quæ mortem Epiphanii consecuta sint narrans Palladius, adversarios lacerat conviciis, & maledictis: amarior autem narratio cum sit inimica veritati, illa tantum ex eo referemus, quæ conveniunt cum iis, quæ referunt alii Historici contemporanei, vel ipsemet Chrysostomus. Joannes iratus Eudoxiæ, quam putabat adversus se subornasse Epiphanium, cum esset suopte ingenio ferventior, & ad dicendum paratus, sine mora orationem habuit ad populum, quæ omnium generaliter mulierum vituperationem continebat. Eum sermonem vulgus ita accepit, quasi contra Augustam figurate dictus fuisset. Exceptus igitur a malevolis ad Principum notitiam perfertur. Quo cognito, Augusta illatam sibi contumeliam apud Imperatorem conquesta est, utrinsque communem esse dicens hanc injuriam. Theophilum urgere cœpit, ut quantocius adveniret, & Synodum congregaret. Idem quoque urgebat Severianus Gabalensis: adhuc enim reconditam animo simultatem adversus Joannem gerebat. Elapso deinde brevi temporis spatio, advenit Theophilus una cum multis diversarum civitatum Episcopis, quos ille suis litteris evocaverat: sed & Imperatoris epistola idem fuerat imperatum. Præcipue tamen confluxere qui Joanni variis de causis erant infensi. Omnes igitur ex compacto Chalcedonem conveniunt. Erat eo tempore Chalcedonis Episcopus Cyrinus quidam, genere Ægyptius, qui apud Episcopos multa contra Joannem blaterabat, impium illum, & arrogantem, & inexorabilem vocans. Sed Maruthus, Episcopus Mesopotamiæ, forte imprudens, Cyrini pedem calcavit. Ille eo vulnere graviter affectus, Chalcedone mansit: reliqui vero Constantinopolim trajecerunt. Theophilus in Ecclesiam ingredi recusavit, sed in quamdam imperialem domum, quæ Placidiana appellabatur, divertit: Chrysostomum nec sermonis participem fecit, nec precum, nec communionis, licet ab eo cum suis invitatus. Chrysostomum vocat Imperator, & jubet ut conveniat Theophilum, reique summam ab eo audiat: nam insidias, & cædes, & alia plurima causabantur adversus eum. Joannes autem sciens leges Patrum, Theophiloque honorem habens, vehementer recusavit, nec causam suscepit judicandam. Theophilus econtra, cum antea Joanni scripsisset, non oportere judicia extra limites trahi, sed causas ecclesiasticas in suis provinciis esse tractandas; Joannis judicem se constituit, & ad eum deponendum coegit Synodum, cui præfuit Paulus Heracleæ Metropolita, sub cujus ditione olim fuerat Constantinopolis; Theophilus autem fuit auctor præcipuus.

Pallad. p. 64. & seq. — Sozom. l. 8. c. 16.

CHRISTI AN. 401.

Chrys. epist. ad Innoc.

Tria in ea tractata sunt: primum de Joanne, secundum de Nitriæ monachis, tertium de Heraclide; quem Ephesiis Joannes ordinarat Episcopum. Theophilus vocat Joannis Archidiaconum, quasi jam viduata esset Ecclesia, nec Episcopum haberet; per illum Clerum omnem in se transtulit. Chrysostomi Diaconus capita accusationis viginti novem obtulit. Præcipua sunt. Quod Joannes quidam monachus, eo jubente, verberatus esset, ac raptatus, ferreaque catena dæmoniacorum more astrictus. Eique imputat carcerem monachorum, quos miserat Theophilus. Tertium, quod pretiosarum rerum magnam vim vendidisset. Quintum, quod per contumeliam appellet Clericos viles, corruptos, suis usibus sponte paratos, & triobolares. Septimum quod Severiano calumniam struxisset. Octavum, quod sycophantiis plenum librum in Clerum conscripserit. Decimum, quod Antonium sepulchrorum violatorem convictum ordinarit Episcopum. Undecimum, quod Joannem Comitem in tumultu militari ipse prodiderit. Decimum tertium. Quod mulieres suscipiat, solus cum solis, aliis omnibus foras emissis. Decimum octavum. Quod Serapionem accusatum, causamque tum dicentem, Presbyterum ordinarit. 25. Quod solus edat intemperanter, cyclopum vitam degens. Equidem solus edebat, has ob causas: Primum quidem vinum non bibebat ob capitis calorem, nisi forte per æstum rosaceo uteretur. Secundo quia stomachus ejus ob quamdam infirmitatem inordinatus esset, ita ut edulia bene præparata ipsi injucunda viderentur. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens, partim curis Ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim ut nihil divinarum Scripturarum sibi impervium esset. Talia autem, inediam, aut levem cibum amabat. 27. Quod pugno contuderit Memnonem in Apostolorum sacra æde, & sanguine ex ore ipsius manante, nihilominus Eucharistiæ obtulerit mysteria. Isacius etiam Episcopus adversus Chrysostomum libellum protulit octodecim accusationes continentem, quarum nonnullæ eædem sunt ac superiores. Septima est, quod licentiam peccandi præbeat, sic dicens: si iterum peccasti, pœni-

Phot. cap. 39.

Chrysostomi sobrietas.

Christi An. 401.

pœniteat te iterum; & quoties peccaveris, veni ad me, ego te sanabo.

Chryf. homil. anteq. iret in exil. tom. 4.

Joannes has accusationes partim inanes, partim falsas esse demonstravit, tum in epistola ad Cyriacum, tum in concione, quam tum habuit in Ecclesia. Nonnulla in extrema illius parte leguntur, quæ adversus Arcadium, & Eudoxiam acerbius dicta craduntur. " Filii filiorum aspidis, inquit, rafloruere adhuc, & semen Jezabelis deralictum est: e regione gratia certat cum Elia, cumque propugnat. Pro inde in medium mihi capromito admirabilem illum ac prædivitem vitæ præconem, Joannem dico .... cujus caput capetivit operatria, & comministra Evæ ..... Atqui cum caput accepisset, non prævaluit ..... Illegitimam quidem suam cupiditatem avidissime explevit accepto capite in disco. Vide simul & demirara solertem Dei omnipotentiam .... Insons alioqui nec ulli obnoxius culpæ, præcisione capitis imminutus est: atque is ita præfectus in dextera est Christi. Illa e diverso inevitabile luit supplicium. Rursus ille qui semen est, qui & sator spinæ in morem aculeatus, velut altera Herodias sedulo inquirit ac festinat, quo artificio petat caput Joannis: iterum saltatoriam choream haud secus gesticulando in omnium prospectum deducit .... clamat rursus Joannes: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Ecquid dicam? tempestivum est ut erumpamus in lacrymas. Nihil horum non ad ignominiam, græce adoxiam, spectat, & excurrit; sed & omnia indicat tempus .... sed age, mihi in medium profer sanctum David dicentem .... Aurum si affluat, nolite cor apponere .... An non is obtinebat ea conditio ragalis solii fastigium? nonne Regia potestate functus ordine cuncta administrabat? ne is quidem ad rapinam oculorum aciem intendebat, non ad demolitionem pietatis ejus mens devergebat, neque illi erat anxia cogitatio de cumulandis thesauris, sed delectus militaris illi erat curæ. Assensum uxoris non requirebat; fugite & vos, o mulieres, alienorum virorum conventus; viris vestris consilium ne dederitis „ (quod iniquum fit.) Hæc in antiquo interprete non leguntur; quæ si Chrysostomi esse dicantur, inter ejus nævos annumeranda sunt.

Chrysostomi depositio. Pallad. pag. 69.

Concilium continuis sessionibus depositionem, & exilium parabat Joanni, qui cum quadraginta Episcopis sedebat in triclinio Episcopii. Quibus ait: Communicate quidem cum adversariis, ne scindatis Ecclesiam, sed nolite subscribere: nullius enim facinoris mihi conscius sum, propter quod deponi meruerim. Hæc cum ita se haberent, nuntiatum est adstare qui a Theophilo missi essent. Jubet eos introire; ingressos interrogat, cujus gradus essent? dicunt, Episcopi; qui proinde ex veste dignosci tunc non poterant. Ille orat, sedeant, & dicant cujus causa adsint. Illi autem dicunt: Has solummodo schedulas legendas habemus: jubete igitur illas legi. Jubet Joannes legi. Theophili puer tunc legit; sancta Synodus ad quercum congregata (locus est sic dictus trans mare, & Rufini suburbanum, in quo erant congregati) Joanni; libellos accepimus adversum te infinita crimina continentes. Adesto igitur tecum adducens Serapionem, & Tigrium Presbyteros: iis enim opus est. Erant autem qui ad eum venerant Dioscorus, & Paulus, qui nuper in Lydia fuerant ordinati. Lectis chartulis, qui cum Joanne erant Episcopi contradicunt, denuntiantes Theophilo per tres Episcopos, Lupicinum, Demetrium, Eleusium, & Presbyteros duos Germanum, atque Severum: noli res Ecclesiæ, nec Canones Nicænos subvertere, extra limites litem judicans. Tu transito ad nos in urbem: habemus enim adversus te libellos septuaginta capitum manifesta continentes, & plures sumus quam tua Synodus. Tu enim trigesimus sedens es: Nos vero sumus quadraginta, inter quos sumus etiam septem Metropolitæ. Consentaneum est ut minor numerus a majori atque potiori judicetur. Habemus etiam epistolam tuam per quam mones Coepiscopum nostrum Joannem accusationem extra limites non debere admittere. Hinc adversarii Joannis alios accivere Episcopos, nam quadraginta quinque judicasse Chrysostomum affirmat Photius.

Joannes autem hæc rescripsit: Si quis adversus me dixerit, & adesse me vultis, manifestos inimicos meos ex conventu vestro ejicite. Sunt autem quos rejicio, Theophilus, quem revinco dixisse, in comitatum proficiscor, ut Joannem deponam. Similiter, & Acacium coarguo, qui dixerit: Ego illi ollam condio. De Severiano, & Antiocho quid attinet dicere, quos citius excipiet divina justitia. Igitur si revera me adesse vultis, eos ex consessu ejicite, & omnino veniam, non solum ad vestram charitatem, sed ad quamvis Orbis terrarum Synodum. Scitote ergo si decies millies ad me miseritis, nihil amplius ex me vos audituros. Illis egressis, venit statim Notarius habens rescriptum Imperatoris, cui inserta supplicatio Episcoporum petentium ut Joannes invitus ad judicium sisteretur, eumque ad judicium urgebat. Post factum Notario responsum, prodierunt duo Presbyteri Joannis, Eugenius, & Isacius monachus dicentes: Transi ad nos ut objecta crimina diluas. Joannes per alios Episcopos renuntiavit: Quonam tandem ordine judicatis, qui neque inimicos meos ejeceritis, & me per Clericos meos accersatis. Eadem compendiose narrat Socrates, & Sozomenus, & ipsemet Chrysostomus in suis ad Innocentium literis. Actione duodecima accusationum caput primum, & secundum examinant; deinde tertium de venditione rerum pretiosarum Ecclesiæ. Arsacius Archi-Presbyter, qui Chrysostomo successit, & Atticus Presbyter, testes adhibiti, & Elpidius, atque Acacius Presbyteri in quartum testati sunt. Ac præter eos Eudemon, & Onesimus sententiam accelerari postularunt. Itaque cum Joannes sistere se judicio noluisset, condemnarunt eum, & deposuerunt: nullum ei crimen objicientes, nisi quod vocatus non paruisset. Sententiam suam mittunt ad Imperatorem, quæ talis erat. Quoniam quorumdam criminum accusatus Joannes, & sibi conscius noluit adesse, leges talem deponunt, quod & ipse subiit. Libelli autem etiam crimen læsæ Majestatis continent. Jubebit igitur pietas vestra eum vel invitum ejici, & pœnas læsæ Majestatis dare, quandoquidem hæc inquirere nobis non licet. Erat crimen læsæ Majestatis convicium in Augustam, ut ipsi retulerunt: quod eam vocasset Jezabel.

Christi An. 401.

Sozom. l. 8. c. 17. Pallad. pag. 74.

Phot. Bibl. cod. 59.

Christi An. 403.

Sozom. l. 8. c. 17.

Scetienses monachos ad pœnitentiam invitavit Theophilus, oblivioni se daturum præterita pollicitus. Illi venientes ad Synodum, eam pro se supplicare, & sibi ignosci postularunt. Theophilus libenter in gratiam receptis communionem restituit. Dioscorus antea diem extremum obierat communione segregatus a suo Patriarcha, cujus Synodalem sententiam contempserat. Ammonius vero dum Synodus pararatur, languore correptus est: cumque ad quercum trajecisset, ingravescente morbo, non multo post diem extremum clausit, & apud vicinos monachos splendidam habuit sepulturam. Theophilus hoc audito, lacrymas fudisse dicitur, cunctisque audientibus dixisse: neminem inter sui temporis monachos parem Ammonio extitisse; non obscurum signum reconciliatæ gratiæ. Postea missa est ad Clerum Constantinopolitanum epistola tanquam e Synodo, de Chrysostomi e throno disjectione. Hæc gesta sunt anno quadringentesimo tertio.

Chryf. epist. ad Innoc. Pap.

XLIII. Arcadius rescriptum dedit ad Synodum, & cum militari manu misit Comitem, qui Chrysostomum ejiceret. Ille vero provocavit ad generalem Synodum: sed timens ne sui causa fieret aliqua seditio, sese Comiti tradidit; jamque procedente vespere, cum eum omnis populus comitaretur, tractus a curioso urbis per mediam civitatem vi abducitur, & in navem conjectus noctu abnavigat; venitque in prædiola ad Prænetum Bithyniæ. Constantinopoli populus horrendum in modum tumultuabatur. Et qui prius infenso in Joannem animo erant, miseratione movebantur, eumque calumniam passum esse dicebant. Tunc Severianus cum in Ecclesia verbum Dei prædicaret, visus est importune carpere Joannem. Ejus dicta plebis animos ad majorem pervicaciam provocarunt. His accessit ingens terræ motus, Regia contremuit. Eudoxia perterrita persuadet Arcadio exulem revocare; missoque confestim Brissone Eunucho potentissimo, ex Præneto Joannem reduxit. Imperatrix propria manu sic ad eum scripserat: Ne arbitretur tua sanctitas me conscivisse quæ adversum te gesta sunt: Ego innocens a sanguine tuo sum; homines facinorosi, & corruptelis vitiorum contaminatissimi hanc in te commentitiam machinam concinnarunt. Testis mearum lacrymarum est Deus. Quod cum cognovisset populus, statim ostium Propontidis navigiis obtexit. Universi etenim obviam processerunt.

Chrysostomus revocatur. Theod. 5. c. 34. Chryf. ser. post redit. Theod. ibid.

Christi An. 403.

Socrat. ibid. Chrys. epist. ad Innoc.

XLIV. Joannes redux, negabat se urbem ingressurum esse, nisi prius in majore Judicum Concilio innocentiam suam probasset; mansit interim in suburbano, quod Marianæ appellabatur. Plebs has moras indigne ferens, statim in ipsos Imperatores maledicta congessit. Qua de causa Joannes redire coactus est; obviam ei processit multitudo vulgi cereas faces præferens, eumque cum summa reverentia in Ecclesiam deducit, inducentibus eum Episcopis triginta, & Imperatore: orant omnes ut in Episcopali Cathedra sedere, & pro more solito pacem populo precari velit. Cum ille recusasset, diceretque id Judicum decreto fieri debere; vel ut qui ipsum condemnaverant, mutata sententia, nunc absolverent; compulerunt, uti mos est Episcopis, pacem populo dare, & in Episcopali solio considere. Coactus itaque extemporalem habuit orationem: sumptoque argumento ex elegantissima similitudine, figurate indicavit, Theophilum quidem tentasse vim inferre Ecclesiæ suæ, perinde ac olim Regem Ægyptium uxori Patriarchæ Abrahami. Populum vero, ob propensum erga se animum, & Imperatores ob prolixam benevolentiam laudibus prosecutus, tantos multitudinis plausus, totque acclamationes in laudem Imperatoris, & Augustæ excitavit, ut orationem imperfectam abrumpere fuit coactus.

Sozom. l. 8. c. 15.

Theophilus ambigens quid facto opus esset, licet Joannem publice accusare vellet, quod contra præscripta legum, post depositionem, Sacerdotio fungeretur, non tamen satis fiduciæ habebat. Notabat enim se hoc facto Imperatorem, & Proceres offensurum. Igitur accusatoribus Heraclidis judicium contra absentem constituit, ratus ex ea re probabiliorem se causam deponendi Joannis arrepturum. Cœperunt igitur in Heraclidem, & Palladium Hellenopolis inquirere. Joannes monachus, & Isacius Episcopus libellum porrigunt accusantes Heraclidem, quod Origenista esset, & Cæsareæ Palæstinæ in furto deprehensus fuisset, Aquilini Diaconi vestimenta furatus; & quamvis talis esset, Joannes eum Ephesiorum Episcopum ordinasset. Sed cum Joannes ejusque fautores dicerent, de absentibus fieri judicium non debere, econtra Theophilus contenderet admittendos esse accusatores Heraclidis. Hinc reliqua Alexandrinorum multitudo, inde populus Constantinopolitanus rixari aggressi, in se mutuo impetum fecere: adeo ut multi vulnerati, quidam etiam interfecti sint. Itaque Severianus, & reliqui Episcopi metu conterriti, exceptis iis qui Joanni adhærebant, omnes ex urbe aufugerunt. Ipse etiam Theophilus nihilo cunctatus ineunte jam hyeme fugiens, una cum Isacio monacho in Ægyptum navigavit. Joannes multitudini in dies gratior apparuit, quo quidem tempore Serapionem Diaconum suum Heracleæ in Thracia Episcopum constituit.

Phot. cod. 59.

Sozom. ibid.

Socrat. l. 5. c. 17.

Theophilum interroganti cuidam cur libros, quos damnaverat, legeret? respondisse refert Socrates, Origenis libros esse similes prato floribus ornato. Si quid ergo in illis mihi occurrit boni, illud decerpo. Si quid vero spinosum apparuerit, hoc vero utpote quod pungit, missum facio. Episcopus, & Patriarcha id potuit absque ulla contradictione, vel justa reprehensione. Non eadem est ratio privatorum, qui superiorum legibus obtemperare, quamvis docti, & eruditi tenentur.

S. Nilammon.

XLV. Theophilo naviganti forte accidit, ut ejus navis secundo vento appelleret Geras, parvum oppidum, quinquaginta circiter stadiis distans Pelusio. Ejus loci episcopo tunc mortuo, cives Nilammonem Ecclesiæ suæ antistitem elegerant, virum bonum, & qui ad Monasticæ Philosophiæ culmen pervenerat. Is degebat juxta urbem in cella, in qua se ipsum incluserat, & januam lapidibus obstruxerat. Recusabat autem Sacerdotium suscipere. Theophilus ad eum accedens, hortari cœpit, ut ordinari se ab ipso pateretur. Ille cum sæpius recusans Theophilo non persuaderet, tandem crastino die, inquit, id fac si tibi ita videtur, o Pater, ut mihi liceat hodie res meas disponere. Postridie cum ex compacto venisset Theophilus, & cum eo oraret, Nilammon inter orandum ex hac vita migravit. Eum quo par erat cultu indutum publica sepultura honorarunt, Ecclesiam quoque circa ejus tumulum incolæ ædificarunt, diemque illius obitus celeberrimum agere perseverarunt. Natalis ejus in cœlo dies in Martyrologio Romano sexto Januarii recolitur.

Sozom. ibid.

XLVI. Dum in Oriente dissensiones fovent infensi Chrysostomo Episcopi, Africani Antistites Ecclesiæ scissuras reparare student in duplici Synodo, Arcadio, & Honorio Augustis quintum Consulibus, seu anno quadringentesimo secundo, sexto Kalendas Septembris, in civitate Milevitana, in secretario Basilicæ, cum Aurelius Episcopus Carthaginensis in Concilio universali consedisset, adstantibus Diaconis. Statutum est ut decreta Conciliorum Hipponensis, & ultimi Carthaginensis legerentur, & confirmarentur, quibus decretum erat, ut posteriores Episcopi prioribus deferrent, salvo jure primatus Numidiæ, & Mauritaniæ. Victorinus, & Xantippus Episcopi inter se litigabant de primatu Numidiæ, quem uterque sibi asserere satagebat. In Africa enim Primates, excepto Carthaginensi, instituebantur non secundum civitatis dignitatem, sed secundum tempus ordinationis; ita ut Primatialis sedes non esset in Metropoli Provinciæ; sed quandoque in exiguo oppido, in quo ætate major reliquis Episcopus sedem habebat. Sex autem erant in Africa Provinciæ Ecclesiasticæ, scilicet, duæ Numidiæ, Bizaceos, Mauritania Sitifensis, Mauritania Cæsariensis, & Tripolitana, quarum unaquæque suum habebat Primatem. Quibus tamen omnibus præerat unus, scilicet Carthaginensis Episcopus. Causa est adjudicata Xantippo, qui consultis senioribus inventus est prior ordinatus. Deinde placuit omnibus Episcopis, ut matricula, & archivus Numidiæ, & apud primam sedem sit, & in Metropoli, id est Constantina, quæ prius Cirtha dicebatur. Deinde placuit ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur per provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem seu annum, & diem: ut nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur. Item placuit ut, quicumque in Ecclesia vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur. Maximianus Bagajensis Episcopus a Donatistarum schismate recedens, sedis dimissionem misit Synodo, quæ jussit, ut ad eum, & ad ejus plebem litteræ darentur, ut & ipse ab Episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant. Castorius ejus frater ipsi suffectus est. Eodem anno Honorius Mediolano derelicto, Ravennæ sedem constituit, quæ deinceps Imperatorum Regumque Italiæ regia sedes extitit. Treviris pariter excisis incursione Francorum, quos Stilico debellavit, sedes præfecturæ Gallicanæ translata est Arelatem.

Christi An. 403.

Conc. tom. 2. novæ edit.

Africæ Primates.

Leog. Ep. 9.

D. Aug. Ep. 59. alia. 217. cod. can. Ecc. Afric. c. 86.

c. 89.

c. 90.

c. 88.

Claud. l. 1. de cons. Stilic.

XLVII. Anno sequenti quadringentesimo tertio, Theodosio, & Rumorido Consulibus, octavo Kalendas Septembris, Carthagine in Basilica regionis secundæ, cum Aurelius Episcopus in universali Concilio consedisset, dixit: Jam dudum ... habito Concilio destinavimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cætu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis causam narrare. Haud dubie loquitur de legatis, quos ante biennium miserant ad Romanum Pontificem, qui concessit ut Donatistæ redeuntes ad Ecclesiam, suum in Clero locum retinerent, uti postularant Antistites Africani. Et quoniam quarumdam Provinciarum legati deesse videbantur, de iis inquisitum est. Lucianus, & Sylvanus Episcopi, legati Mauritaniæ Sitifensis dixerunt: Sero ad Cæsarienses fratres nostros tractoria venit. Et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc Concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt. Alippius Tagastensis postea dixit: Nos quidem de Numidia venimus, & sancti fratres Augustinus, & Possidonius: sed de Numidia legatio mitti non potuit; quod adhuc tumultu Tyronum Episcopi propriis necessitatibus in civitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Tirones hic dicuntur desertores militiæ, qui prædonum more per Africæ Provincias grassabantur, quos Imperator datis ad Hadrianum præfectum Prætorio rescriptis compesci voluit. Aurelius Episcopus dixit: Non dubium est, quod prædicti fratres, & coepiscopi nostri Numidiæ, cum gesta Concilii acceperint, & suos adhibebunt consensus, & in effectum deducere maturabunt quæcumque in placitum venerint. De Tripolitanis vero fratribus hoc potui condiscere, quod Dulcitium fratrem nostrum destinarint legatum; sed quia non potuit occurrere ... credendum est accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ retardaret ejus adventum.... Sed placita Concilii ad eosdem transmittentur. Ab universis dictum est: Hæc quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent. Ex his apparet forma Ge-

Conc. tom. 2. novæ edit. tom. 2. Lab. cod. can. Afric. eccl.

neralium

CHRISTI AN. 403.

neralium Synodorum Africæ. Episcopus Carthaginensis omnium Primas jure sedis suæ ad sex alios aliarum Provinciarum Primates mittebat tractoriam epistolam, qua Synodum indicebat. Illi, convocatis suis Suffraganeis, legatos ad Synodum destinabant. Si qui justa de causa abessent, ad eos dirigebantur decreta Synodi, quæ rata haberent.

Ibid.

His præmissis Aurelius dixit: Professio vestra omnium hoc deprompsit, debere unumquemque nostrum in civitate sua per se convenire Donatistarum præpositos, aut adjungere sibi vicinum collegam, ut pariter eos in singulis quibusque civitatibus & locis per magistratus, vel seniores locorum conveniant.... Si videtur charitati vestræ, forma conventionis eorum recitetur, ut hunc tenorem prosecutionis omnes, si placuerit, teneamus. Ab universis Episcopis dictum est: Recitetur. Lætus notarius recitavit.... " Convenimus vos ex Concilii nostri Catholici authoritate missi, de vestra correctione gaudere cupientes. Hanc ergo pacificam ex charitate venientem commonitionem nostram contemnere non debetis... Ut congregato vestro Concilio deligatis ex vobis, quibus causam assertionis vestræ committatis: ut & nos possimus hoc facere, ut etiam de nostro Concilio deligantur qui cum iis, quos delegeritis, constituto loco, & tempore, quidquid quæstionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant; & tandem aliquando adjuvante Domino Deo nostro, finem veternosus error accipiat: ne propter animositatem hominum infirmæ animæ & ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile dilucescet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. „ Ab universis Episcopis dictum est: Satis placet, hoc fiat. Et subscripserunt. His constitutis, Septimio Proconsuli libellum sequentem offerunt, Idibus Septembris: " Multa contra divinas Leges ab hæreticis de parte Donati Ecclesia Catholica sustinet, unde petimus sublimitatem tuam, ut cum eos de hac re per magistratus, sive in civitatibus, sive in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiam nobis præberi gestorum, & eos ex allegatione nostra honeste convenire præcipias. „

Catholici Donatistas de pace conveniunt.

Collat. Carth. 3. die.

Prosper & Marcel. in chron. Aug. l. 3. contra Crescon. cap. 45.

XLVIII. Eodem anno D. Anastasius Papa cum annos quatuor & aliquot menses sedisset, pie moritur, successoremque accepit Innocentium primum. Conditionem a Catholicis superius propositam communi consilio Donatistæ Episcopi recusarunt, verbis maledictione & amaritudine plenis, quamvis eorum sectatores ad ejusmodi collationem sæpe provocarint. Sed hic non stetere. Crispinus Calamensis Donatista Episcopus a Possidio ejusdem civitatis Catholico Episcopo apud acta conventus, ad Concilium suorum primo distulit. Deinde repetita conventione rursus apud acta respondit: Recedant a me impii, vias eorum nosse nolo. Hanc ejus responsionem cum docti indoctique riderent; ac ipse si teneret vias Domini, etiam impios docere deberet. Subito post paucos dies iter agenti Possidio, alius Crispinus ejus Presbyter tetendit insidias armatorum, in quas pene jam inciderat, nisi, iis prospectis atque nunciatis, ad quemdam fundum fugiens divertisset. Tunc Crispinus domum, in qua cum suis se Possidius incluserat, sæpire armis, lapidibus circumtundere, ambire flammis, aditum ex omni parte moliri. Quæ vero aderat incolentium multitudo, memor periculi sui, si in eo loco aggressum tantum facinus impleretur, partim illum deprecabatur ut parceret, partim ignes suppositos extinguebat. Cum ille nihilo segnius cœptis fervidus atque inexoratus instaret, cessit aliquando ictibus janua, ingressi sunt, sauciatisque jumentis, quæ in inferiore domus parte compererant, de superioribus Possidium deposuerunt, afficientes plagis & contumeliis. Ubi ne gravius sævirent, intercessit ipse Crispinus, velut aliis rogantibus flexus, reipsa eorum testimonium in facinore formidans. Hæc postquam facta sunt nota in oppido Calamensi, exspectabant quemadmodum Crispinus Episcopus in suum Presbyterum vindicaret. Accessit etiam protestatio municipalibus gestis expressa, cujus timore vel pudore cogeretur exercere Ecclesiasticam vindictam. Quod cum omnino contemneret, tantusque fieret Donatistarum tumultus, ut itinera clauderentur, defensor Ecclesiæ inter leges non siluit, Crispinusque jussus est solvere decem auri libras, quam mulctam hæreticis constituerat senior Theodosius.

Ib. c. 46.

Possid. in vit. Aug. num. 12.

CHRISTI AN. 403.

Ille provocavit ad Proconsulem, negans se esse hæreticum. Augustino instante, Possidius & Crispinus de ipsa diversa communione per tres dies conflictum secum egerunt, magna populorum Christianorum multitudine causæ exitum apud Carthaginem, & per totam Africam exspectante. Crispinus Proconsulari sententia est pronuntiatus hæreticus; ne mulctam solveret, intercessit Possidius, & impetravit: Crispinus appellavit Imperatorem, qui rescripsit: Donatistas ad vim legum omnium contra hæreticos latarum, ubique teneri debere. Ex quo & Judex, & Officium, & Crispinus, quod minime fuerat exactus, præcepti sunt denas auri libras Fisci juribus inferre. Sed protinus opera data est per Catholicos Episcopos, præcipue per Augustinum, ut illa condemnatio Principis dimitteretur indulgentia: & Domino adjuvante perfectum est. Qua diligentia, & sancto studio multum crevit Ecclesia.

Aug. l. 2. cont. lit. Petil. cap. 83. Idem ep. 88. alias 68. Possid. vit. Aug. num. 12.

Crispinus idem, cum Mappaliæ emisset possessionem emphyteuticam, octoginta Catholicos metu subactos rebaptizare contra leges non dubitavit. Augustinus cum eo per literas expostulavit, sed de accepta satisfactione non apparet. Ad amicam collationem provocarat Proculejum Donatistam Hipponensem Episcopum, qui eam recusavit: Augustinus tunc datis literis sub persona Catholicæ Ecclesiæ Donatistas exhortatus est, ut resipiscentes redirent ad Catholicam communionem; cognita suorum imbecillitate, qui collationem devitarent, simulque proponit efficacissimas reditus ad totius Orbis unitatem rationes. Exacerbati Donatistæ, vias armatis Circumcellionibus obsederunt, dum forte iret rogatus ad visitandas, instruendas & exhortandas Catholicas plebes, quod ipse frequentissime faciebat; sed non sine Dei providentia evenit, ut ductoris errore per aliam viam cum suis comitibus veniret, atque per hunc errorem manus impias evaderet; Deoque liberatori gratias egit.

Aug. ep. 28. alias 8.

Augustinus corrigit Hieronymum.

XLIX. Alypius e Palæstina redux, de Hieronymi ingenio, eruditione, & virtute multa narraverat Augustino, qui cum præterea quædam ejus opuscula circa Scripturas sacras legisset, ad eum scripsit, adhuc Presbyter circa annum 395. " Petimus ego, inquit, & nobiscum petit omnis Africanarum Ecclesiarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui Græce scripturas nostras quam optime tractaverunt, curam atque operam impendere non graveris. Potes enim efficere, ut nos quoque habeamus tales viros illos, & unum potissimum, quem tu libentius in tuis literis sonas. De vertendis autem in Latinam linguam sanctis literis Canonicis laborare te nollem, nisi in eo modo quo Job interpretatus es: ut signis adhibitis, quid inter hanc tuam & septuaginta, quorum est gravissima authoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebræis exemplaribus invenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit..... Legi etiam scripta, quæ tua dicerentur, in epistolas Apostoli Pauli, quarum unam ad Galatas cum enodare velles, venit in manus locus ille, quo Apostolus Petrus a simulatione perniciosa revocatur. Ibi mendacii patrocinium susceptum esse vel abs te, vel a quopiam, si alius illa scripsit, non mediocriter doleo, donec refellantur ea quæ me movent; mihi enim videtur exitiosissime credi aliquod in sanctis libris haberi mendacium, id est, eos homines, per quos nobis illa Scriptura ministrata est atque conscripta, aliquid in suis libris fuisse mentitos. „ Hieronymus hæc Pauli verba explicans: Cum vidissem quod non recto pede incederent ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Et Paulus inquit, eadem arte, qua ille, scilicet Petrus, simulabat, ei restitit in faciem: & loquitur coram omnibus, non tam ut Petrum arguat, quam ut hi, quorum causa Petrus simulaverat, corrigantur. Hanc autem simulationem mendacium esse contendit Augustinus.

Hieron. in ep. ad Gal. c. 2.

Profuturo in Palæstinam proficiscenti hanc epistolam commiserat Augustinus. Profuturus paulo post electus Episcopus, ac deinde in brevi defunctus est: non perlata est. Quod cum cognovisset Augustinus, aliam de eodem argumento uberius scripsit post biennium: hortatur in ea Hieronymum, ut illud opus corrigat. Paulus, cui hanc crediderat, maris pericula veritus, velanon fecit, imprudenterque aliis permisit ut sibi commissas Augustini literas transcri-

Christi An. 403. & 404.

berent: earumque exemplaria in Italiam, & Romam usque perlata sunt. Sisinnius Diaconus has in Insula maris Adriatici inventas perrulit ad Hieronymum, qui apud Augustinum conquestus est, quod librum adversus se scripserit, & Romam miserit.

Aug. ep. 67. alias 12.

Rescripsit Augustinus circa annum 402. Deum nostrum testor, hoc me non fecisse; sed si forte aliqua in aliquibus meis scriptis reperiantur, in quibus aliter aliquid quam tu sensisse reperior, non contra te dictum, sed quid mihi videbatur, a me scriptum esse, puto te debere credere. Ita sane hoc dixerim, ut ego non tantum paratus sim, si quid te in meis scriptis moverit, fraterne accipere, quid contra sentias; aut de correctione mea, aut de ipsa tua benevolentia gavisurus: verum hoc etiam a te postulem & flagitem. „ (Magna Augustini pro veritate libertas cum humilitate conjuncta,) Accepta hac satisfactione, per Asterium Hippodiaconum respondit

Hieron. epist. 69. alias 95.

Hieronymus, an agnosceret priores literas, priusquam eis responderet, eique adversus Rufinum mittit Apologiam.

Responsionem hanc priusquam acciperet Augustinus, eidem scripsit per Cyprianum Diaconum, cujus studium, diligentiam, fidemque laudat, simulque mittit duas priores epistolas: hortaturque iterum ut potius Septuaginta versionem latine reddat quam textum Hebræum.

Augustinus laudat versionem Hieron.

" Non parvas, inquit, Deo gratias agimus de opere tuo; quo Evangelium ex Græco interpretatus es: quia in omnibus nulla offensio est, cum scripturam Græcam contulerimus. Unde, si quisquam veteri falsitati contentiosus faverit, prolatis collatisque codicibus vel docetur facillime, vel refellitur. Et si quædam rarissima merito movent, quis tam durus est, qui labori tam utili facile non ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit? ..... Ac per hoc plurimum profueris, si eam Græcam scripturam, quam Septuaginta operati sunt, Latinæ veritati reddideris: quæ in diversis codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit; & ita suspecta ne in Græco aliter inveniatur, ut inde aliquid proferri, aut probari dubitetur. „ Ex his liquet quam utilis & necessaria fuerit versio D. Hieronymi, pariterque quanta etiam tum fuerit Septuaginta interpretum versionis authoritas, quam cum in suis commentariis exposuerint Græci Patres, non video cur ex eorum traditione haberi emendata non possit. Si pura autem repræsentetur, certa est ejus authenticitas, quandoquidem ea usi sunt Apostoli, & ipsamet Ecclesia.

Augustinus ex Hieronymi literis intelligens, eum suis nonnihil offensum, perinde ac si ipsum vere offendisset, culpam agnoscens, illius veniam deprecatur. Ejusque laudans Apologiam adversus Rufinum

Aug. ep. 73. alias 15. Hieron. epist. 74. alias 89.

ut moderatam, deplorat tantos inter viros tam amarulentam incidisse discordiam. Hieronymus vero tribus Augustini epistolis acceptis per Diaconum Cyprianum respondit, & quidem copiose. Interpretationem suam de Petro reprehenso acriter tuetur, tum rationibus, tum authoritate Origenis & Chrysostomi, qui, inquit, dudum in Pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam. Unde colligunt critici, hæc scripta esse circa exitum anni quadringentesimi quarti.... Demum refellit rationes quibus eum a nova veteris Testamenti versione deterrebat Augustinus. Erudite quidem scribit, sed vehementius. Augustinus vero solide & pacifice, sic rursus scripsit Hieronymo: Facessant, inquit, istiusmodi querimoniæ, sit inter nos pura germanitas, &

Hieron. epist. 75. alias 96.

deinceps non quæstionum, sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti Fratres, qui nobiscum Domino serviunt, affatim te salutant.

Aug. ep. 82. alias 19. Ad Gal. 2.

Augustinus quæstionem hanc gravioris momenti ratus, illam novis literis prosequitur, Petrumque merito & vere a Paulo fuisse reprehensum docet, idque confirmat his Scripturæ verbis: " Cum viderem, quia non recte ingrediebantur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: unde concludit: si verum scripsit Paulus, verum est quod Petrus non recte ingrediebatur ad veritatem Evangelii. Id ergo faciebat, quod facere non debebat; præsertim cum in ea epistola Paulus sic prolocutus sit. Quæ autem scribo vobis: Ecce coram Deo quia

L. 1. in Pelag. cap. 8.

non mentior. „ His cum non responderit Hieronymus, & postea scripserit Petrum in ea re fuisse reprehensibilem, finita est controversia. Augustinus ibidem laudat ut utilem ejus ex Hebræo veteris Testamenti interpretationem, rogatque ut eam ad se mittat: " Ut, inquit, tanta latinorum interpretum, qui qualescumque hoc ausi sunt, quantum possumus imperitia careamus. „

Christi An. 404.

S. Paulæ vita & mors. Hieron. epist. 86. alias 27.

L. Hieronymum inter has concertationes gravius afflixerat mors illustris fœminæ Paulæ. Hæc post quinque annos Romæ in piis operibus exactos, navigarat in Orientem, ut loca sacra Christi mysteriis nobilitata inviseret, ibidemque usque ad obitum perseveravit. Post virorum monasterium quod viris tradiderat gubernandum, plures Virgines, quas congregavit tam nobiles, quam infimi & medii generis, in tria monasteria divisit prope Bethleem, ita duntaxat ut in opere & cibo separatæ, psalmodiis & orationibus jungerentur. Post cantatum Alleluja, quo signo vocabantur ad collectam, nulli residere licitum erat: mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio per ordinem psalterium cantabant. Die tantum Dominico ad Ecclesiam procedebant, ex cujus latere habitabant. Revertentes instabant operi distributo, & vel sibi, vel cæteris indumenta faciebant. Unus omnium erat habitus; linteamine ad tergendas solum manus utebantur. A viris tanta separatio, ut a spadonibus quoque eas sejungeret, ne ullam occasionem daret linguæ maledicæ. Si qua vel tardior veniebat ad psalmos, vel erat in opere pigrior, variis eam modis aggrediebatur; si erat iracunda, blanditiis: si patiens, correptione. Excepto victu & vestitu, nullam habere quidquam patiebatur. Jurgantes inter se sermone lenissimo fœderabat. Lascivientem adolescentularum carnem crebris & duplicatis frangebat jejuniis, malens eis stomachum dolere, quam mentem. Si vidisset aliquam comptiorem, contractione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens: munditiam corporis atque vestitus, animæ esse immunditiam. Quam linguosam, garrulam, ac procacem, rixisque perspexerat delectari, & sæpius commonitam nolle converti, inter ultimas, & extra conventum sororum, ad fores triclinii orare faciebat, & separatim cibum capere: ut quam objurgatio non correxerat, emendaret pudor.

Quid memorem clementiam & sedulitatem inter ægrotantes, quas miris obsequiis, & ministeriis confovebat? cumque aliis languentibus large præberet omnia, & esum quoque exhiberet carnium, quas proinde sanæ non degustabant, si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in aliis clementiam, in se duritiam commutabat. Mense Julio incidit in ardorem febris; cumque respirasset, & medici persuaderent ob refectionem corporis opus esse vino tenui, ne aquam bibens in hydropem verteretur; D. Epiphanius rogante Hieronymo voluit suadere ut vinum biberet. Cum post multa hortamina exisset foras, quærenti Hieronymo quid egisset, respondit tantum profeci, ut seni homini pene persuaserim, ne vinum bibat. In luctu mitis erat, tarda ad loquendum, velox ad audiendum, Scripturas sacras memoriter tenebat, quas interprete Hieronymo cum filia Eustochio didicerat. Illa tandem quod optabat, invenit, ut plenius Domino jungeretur. Sensit adesse mortem, & nihilominus quasi ad suos pergeret, illos versiculos susurrabat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Cumque ab Hieronymo interrogaretur cur taceret, an doleret? græco sermone respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quieta & tranquilla perspicere. Post hæc obmutuit, & clausis oculis, quasi jam mortalia despiceret, usque ad expirationem animæ eosdem repetebat versiculos. Digitumque ad os tenens, Crucis signum pingebat in labiis. Ibid. Psal. 25.

Aderant Jerosolymorum, & aliarum urbium Episcopi, & Sacerdotum inferiores gradus, ac Levitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium Virginum & monachorum chori repleverant. Translata Episcoporum manibus, & cervicem feretro subjicientibus; cum alii Pontifices lampadas, cereosque præferrent, alii choros psallentium ducerent, in media Ecclesia speluncæ Salvatoris est posita. Viduæ & pauperes in exemplum Dorcadis vestes ab ea præbitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam se perdidisse clamabat. Juxta specum Domini condita est. Dormivit sancta Paula septimo Kalendas Februarii, tertia sabbati post solis occubitum. Honorio Augusto sexies & Aristæneto Consulibus, seu anno 404. Vixit annos quinquaginta sex, menses octo, diebus viginti & uno. Defunctæ Ibid.

epi-

Christi An. 404.

epitaphium stricta & soluta oratione scripsit Hieronymus.

Paul. ep. 29. alias 10. — Pallad. Laus. c. 118. c. 119.

LI. Melania senior, quam ante aliquot annos redeuntem è Palæstina hospitio exceperat S. Paulinus, vicissimque ab ea acceperat frustulum sanctissimæ Crucis, cujus opposita postea restinxit incendium, Melania, inquam, postea quam Romam pervenit, Apronianum ex ordine clarissimorum Avitæ neptis suæ virum adhuc gentilem catechesi instituit, ac Christianum fecit. Albinam quoque filii sui uxorem adduxit ad religionem Christianam. Melaniam quoque juniorem neptem suam confirmavit in sancto continentiæ proposito. Hanc admodum juvenem parentes invitam nuptum dederant Pitiano Severi urbis præfecti filio. Cum autem duo ei nati filii decessissent, dixit marito suo: Si vellet nos Deus degere in hoc mundo, & frui rebus mundanis, filios mihi natos non accepisset immaturos. Post aliquod tempus Deus misertus adolescentis, ei quoque zelum immisit religionis, ut ipse quoque mundi universæ renuntiaret materiæ terrenæ. Melania igitur junior anno suæ ætatis vigesimo mundo renuntiat, omniaque sua serica indumenta dedit ecclesiis.

Paul. pœm. 17. alias 20. — pag. t. 2. ad an. 397.

LII. S. Nicetas Romatianæ in Dacia Episcopus circa idem tempus venit ad limina Apostolorum; eum benigna rursus excepit Paulinus, qui ejus apostolatum versibus laudavit. Hic utriusque Daciæ populos barbaros, Bessos scilicet, Getas, seu Gothos & Scythas Evangelii prædicatione mites reddidit & Christianos; quatuor etiam ecclesias intra septa monasterii construxit, unam quidem, in qua patrum numerosus coetus seorsim lingua græca Deo immolabat sacrificium laudis; alteram, in qua Bessi propria ipsorum lingua vota & preces reddebant Deo; tertiam in qua Armeni lingua patria Domino litabant; quartam, in qua fratres ab immundo spiritu vexati una cum magistris illorum obsequiis deditis Salvatori Christo gratiarum actiones referebant. Sic igitur ab illis sacer divinæ psalmodiæ canon septies in die explebatur. Cum vero sacra communionis collecta peragenda erat, Missæ officium ab initio ad divinorum Evangeliorum lectionem singuli in propria ipsorum ecclesia facientes: Sic omnes, exceptis duntaxat energumenis, in magna utentium lingua græca Ecclesia congregabantur, ibique divinis mysteriis impertiebantur. Quatuor igitur illæ nationes suis idiomatibus utebantur in orationibus, & in Missa cathechumenorum: Fidelium vero Missam simul lingua græca celebrabant: Quæ duo si rite distinguantur, evanescent multa quæ circa sacrorum mysteriorum celebrationem in lingua vulgari commenti sunt recentiores. Missæ enim Syriaco, Græco & Latino sermone primum compositæ, eodem semper celebratæ sunt, quamvis illæ linguæ desierint esse vulgares.

Card. Bon. rer. liturgic. l. 1. c. 5. — Prosper. in chron. — Oros. l. 7. c. 38. — Zozim. l. 2. c. 7. — Claud. de consul. 6. Honor. — Theod. hist. l. 5. c. 26. — Innoc. Ep. 23. tom. 1. concil. nov. edit.

Alaricum Gothorum Regem, qui Italiam invaserat, ad Pollentiam non sine multo Romanorum sanguine devictum cum capere facillime potuisset, cum victo maluit pacisci Stilico, ut Imperio propugnando necessarius semper videretur. Honorius postea Consul ovans Romam ingressus est; sæculares quidem ludos non exhibuit: sed gladiatorium munus instantibus gentilibus indulsit. Cum detestandum illud spectaculum ederetur, Telemachus monasticæ vitæ deditus, qui ab Orientis partibus profectus, ejus rei causa Romam ingressus, venit in amphitheatrum, & in arenam descendens, gladiatores qui inter se pugnabant compescere conabatur. Sed cruentæ cædis spectatores, rem ægre ferentes, & Dæmonis, qui eo sanguine oblectabatur, furorem animis suis concipientes, pacis authorem lapidibus obruerunt. Quo cognito Imperator, tetrum illud spectaculum penitus abolevit.

LIII. Hilarius Episcopus, qui Toletanæ Synodo præsens adfuerat, interea comite Elpidio Presbytero Romam venit. Ejus querelas de dissensionis schismate, quo vexabantur Hispaniarum Ecclesiæ, in Presbyterorum Synodo audivit Innocentius, atque ad pacem, canonumque observationem literis hortatus est Hispaniarum Episcopos. Hæc autem fuit causa, & origo schismatis. Carthaginensis & Bæticæ Episcopi cum iis non communicabant, qui Gallæciæ Episcopos Priscillani sectatores in suam communionem receperant: eos enim licet priores errores anathematizarent, in suo gradu recipi nolebant. Præterea canones in ordinationibus non observati conquestus est Hilarius. "Quantos enim, inquit Innocentius hos abusus reprehendens, ex iis qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad Sacerdotium comperimus; e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? Quantos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, severa necessario præcepta sunt executi? Quantos ex Curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt? Quantos qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi Sacerdotii pervenisse? Quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis Clericorum oportuerat pervenisse! Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas providere debebit, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur." Hoc tempore florebat sanctus Asterius Amasææ in Ponto Metropolita: extant varia ejus opuscula diversis temporibus à viris doctis publicata.

Socrat. l. 6. c. 18. — Sozom. l. 8. c. 20. — Cod. Theod. l. 1. de imagin. Imper.

LIV. Eodem anno quadringentesimo quarto, Honorio sextum & Aristenœto Consulibus, cum argentea Imperatricis statua dedicaretur, ad meridianam Ecclesiæ, quæ Sophia dicitur, plagam, super porphiretica columna collata, ante ædem magni Senatus; seu in medio illius plateæ, quæ Senatus ædem inter & ecclesiam interjacebat, illicque plausus & cantus, & saltatorum ac mimorum publica spectacula ederentur, quæ mysteria divina turbarent (Is statuarum usus Constantinopoli non constitit) verum & Provincias pervagatus est: eoque insania processit, ut cum adorationis fastigia erigerentur (quod postea lege prohibuit Theodosius junior) hæc Joannes ad contumeliam Ecclesiæ gesta esse in sermone ad populum criminatus est. Imperatrix vero cum recens adhuc esset memoria offensarum præteriti temporis, quasi injuriam passa denuo exarsit: deditque operam ut alia rursus Synodus congregaretur. Joannes id ubi sensit, nequaquam cessit, sed adhuc apertius eam in Ecclesia vituperans ad iram excitavit. Quo quidem tempore celebrem illam orationem habuit, hunc in modum exorsus: Rursus Herodias furit, rursus saltat: rursum Joannis caput in disco gestit accipere. Ea res Augustam multo amplius exacerbavit: vocat Episcopos, & præcipue Theophilum, qui venire noluit, sed misit tres Episcopos, eisque dedit Canonem quartum Antiochenæ Synodi, quæ sub Constantio celebrata est anno 342. Sed adulteratum: in eo enim legebatur: si quis Episcopus, aut Presbyter injuste, sive juste depositus, ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit: hic jam excusationis non habeat locum; sed omnino expellatur. Legitimus autem Canon adverbium illud, injuste, non continebat. Alii quoque Episcopi Metropolitani Syriæ, Cappadociæ, Ponti & Phrygiæ, tum Leontius Ancyræ, & Acacius Berœæ Constantinopolim advenerunt, & cum Joanne communicarunt; quod ægre tulit Arcadius.

Pallad. dial. p. 76. & seq. — Sozom. Ibid. — Socrat. Ibid.

Cum natalis Christi dies jam adesset, Imperator more solito ad Ecclesiam non processit, sed Joanni per internuntios significavit, se non communicaturum cum illo, priusquam de objectis criminibus satisfaciens innocentiam suam approbasset. Cum vero Joannes respondisset, paratum se esse ad causam dicendam, ejus accusatores ob excelsam illius fiduciam animis eum cadere viderentur, Episcopi, qui aderant, reliqua quidem omnia scrutari supersederunt, de hoc autem uno quæstionem habendam esse dixerunt, ac Joannem respondere jusserunt: quod depositus, antequam Synodus ei licentiam dedisset, in Episcopali solio consedisset, licet sacerdotalis Canon, scilicet Antiochensis, id diserte prohiberet: Joannes respondit: Episcopos plurimos, qui post priorem Synodum cum ipso communicaverant, istud decrevisse. Leontius ait: Plures fuere, o Joannes, qui te in Synodo condemnarunt. Quod verum videtur, siquidem Joannes ad aliam confugit responsionem, quam refert Theodoretus, & indicat Palladius; ne præsens quidem, inquit, damnatus sum, sed jussu Imperatoris in exilium relegatus, rursus ejusdem præcepto sum revocatus. Denique contendit, non Ecclesiæ Catholicæ, sed Arianorum Canonem illum esse. Diu de hac ultima responsione disce-

Theod. l. 5. c. 34.

Christi An. 404.
Pallad. pag. 79.

diſceptatum eſt; Ammonius & Leoutius cum Acacio, Antiocho, Cyrino Chalcedonenſi, ac Severiauo ingreſſi ad Imperatorem, monent, evocandos eſſe ex parte Joannis decem Epiſcopos; erant autem cum eo plures quadraginta, ad conciliandam Canonibus authoritatem. Qui cum veniſſent: Elpidius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus dixit: Imperaroris ne diutius manſuetudinem vexemus, id unum fiat, fratres noſtri Acacius & Anriochus ſubſcribant, ejuſdem ſe eſſe fidei, ac eos qui Canones ediderunt, quos tanquam ab orthodoxis editos proponunt: & ſolura controverſia eſt. Arcadius dixit: nihil iſto mihi videtur utilius. Illi promittunt ſubſcribere, nec tamen fecerunt: ſed ſententiam iu illum dixerunt. Imperator igitur Joanni ſignificavit, non poſſe ſe ad Eccleſiam venire, eo quod ille duabus jam Synodis eſſet condemnatus. Itaque Joannes deinceps quievit, nec amplius ad Eccleſiam perrexit. Omnes qui ejus partibus adhærebant, collectas variis iu locis ſeorſim agere inſtituerunt, & Joannitæ ſunt nominati.

Joannes damnatus.
Socrat. Ibid.

Cod. Theod. l. 4.

LV. Imperator timens, ne populus, qui favebat Chryſoſtomo, tumulrus excitaret, ſi de ſede deturbaretur, dedit legem, quam direxit Anthemio magiſtro officiorum, qua tumultuoſi conventiculi prohibentur. Er quia officia, quæ ſub magiſtro officiorum Conſtantinopoli erant, Palatina ſcilicet, id eſt ſcholæ clibaniorum, qui erant cataphracti equites clibano ſeu thorace tecti, ſovendis iſtis conventiculis conferre poterant, utpote quorum numerus erat magnus, prohibita ſunr iſta officia, his ſeſe conventiculis, nempe Joannirarum, miſcere, ſub exauctorationis, & bonorum proſcriptionis pœna. Joannes autem bimeſtri ſpatio in publicum non proceſſit. Exeunre jam quadrageſima, conquerentes Epiſcopi, qui adverſus eum coavenerant, calcari leges Eccleſiaſticas, damnationiſque ſententiam in ſe ipſos reaipere ſe ajebant, utpote juſtiſſimam, jubebantque, ut ex civitate excederet, alioqui nec populum unquam quieturum eſſe; quippe ferventiores cuſtodire Joannem cœperant noctu, atque interdiu Epiſcopalem domum alternis circumſidentes. Joanni ergo denuntiat Imperator, ut Ecclesia egrediatur. Ille renuntiat: Hanc ego a Deo accepi Eccleſiam, ut curam geram ſalutis populi, nec poſſum eam relinquere: ſi autem id vis, me ejicito, ut deſerti ordinis excuſationem habeam tuam authoritatem. Quadraginta Epiſcopi, qui cum Joanne erant, adeunt Auguſtum & Auguſtam in Martyriis orantes cum lacrymis, ut Chriſti Eccleſiæ parcerent, maxime propter Paſcha, & propter eos qui regenerandi erant, ut Sacerdotem ſuum ea reciperet; non auditi ſunt. Joannis autem Presbyteri, qui Dei timorem habebant, Paſcha celebrarunt in publicis thermis, quæ Conſtantianæ dicebantur, ibique publicas vigilias agebant, alii Scripturas divinas legentes, alii Catechumenos baptizantes. Antiochus & Acacius, aliique Joannis adverſarii adeunt magiſtrum officiorum, orantes ut ejuſmodi cœtus diſſipet; qui Lucium quemdam gentilem, ut dicebatur, rectorem numeri ſcutariorum miſit, mandans ut moderate Eccleſiam ingreſſus populum convocaret. Sed non auditus eſt. Rurſus præcipiunt ei, ut vel populos ad Eccleſiam adduceret, vel vi turbatos impediret ne feſtum celebrarent. Hic aſſumptis ſecum Clericis ex parte Acacii egreſſus eſt, tirones ſecum habens diſtrictos gladios geſtantes quadraginta.

Socrat. ibid.
Sozom. l.8. c.22.
Pallad. p. 81.
Socrat. ibid.
Pallad. p. 83.

Chryſ. epiſt. ad Innoc.

Repente multitudo militum, inquit Chryſoſtomus, ipſo magno Sabbato, ad veſperam jam incliuante die, in Eccleſiam irrueus, Clerum omnem vi ejecerunt, & armis altare undique circumſeſſum eſt: & mulieres, quæ in ſacris Ædibus ad Baptiſmum ſe exuerant, metu acerbæ illius irruptionis, uudæ aufugerunt; cum ne quidem eam, quæ mulieres decet, veſtem induere permitterentur. Multæ etiam acceptis vulneribus exturbantur, & ſanguine implebantur piſcinæ, & ſacri latices cruore rubeſcebant. Neque hic malum ſubſtitit, ſed ubi ſacra erant repoſita irrumpentes, quorum aliqui, ut comperimus, ne initiati quidem erant, & viderunt omnia quæ intus erant: & ſanctiſſimus Chriſti Sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum veſtes effundebatur, fiebantque omnia ut in barbarica captivitate. Vulgus in ſolitudinem expellebatur, & univerſus populus extra civitatem degebat, erantque in tanto feſto vacuæ Eccleſiæ, & plures quam quadragiota Epiſcopi, qui nobiſcum communicabant, cum plebe temere & nulla de cauſa pellebantur: ubique ululatus & lamenra, & ſontes lacrymarum per fora, per domos, per ſolitudines, & omnes civitatis regiones his calamitatibus implebantur: nobis enim condolebant non modo Catholici, ſed & hæretici, & Judæi & Gentiles, & quaſi capta civitate, ita in tumultu ac perturbatione & ejulationibus omnia erant. Atque hæc fiebant præter ſententiam Principis, cum nox ingrueret: Epiſcopis hæc comparantibus, quos non pudebat campiductores præeuntes pro Diaconis habere. Ubi vero illuxit dies, omnis civitas extra muros demigravit, feſtom diem celebrant ſub arboribus, & in ſaltibus. Palladius his multa addit atrociora, quorum nullatenus meminere vel Chryſoſtomus, vel Socrates, qui tum Conſtantinopoli morabatur, vel Sozomenus, qui eadem ætate vivebat.

Christi An. 404.

Sozom. l.8. c.21.

Circa idem tempus vir quidam dæmoniacus, aut dæmoniacum ſimulans, deprehenditur pugionem habens, tanquam ad occidendum Joannem paratus, nondum tamen id facinus aggreſſus. Qui comprehenſus a multitudine, perinde ac ſi pretio conductus fuiſſet ad cædem perficiendam, ad Præfectum urbis perductus eſt. Sed Joanoes miſſis quibuſdam Epiſcopis hominem liberavit, priuſquam tormentis ſubjiceretur. Poſt hæc ſervus Elpidii Presbyteri, qui Joanni aperte erat inimicus, effuſo curſu in ædes Epiſcopales irrupit. Quem quidam ex iis, qoi ſorte illic aderant, cum cognoviſſet, impetum ejus repreſſit, cauſam curſus interrogans. Ille nullo reſponſo dato, protinus hominem ſica percutit: alterum deinde qui priore percuſſo inclamaverat, ſimiliter vulneravit, tertium quoque præter illos transfixit. Tandem vero cum omnes qui aderant, commoti clamorem ingentem ſuſtuliſſent, ille averſus ſugere cœpit. Et cum illi, qui eum perſequebantur, procul poſitis inclamarent, ut fugientem comprehenderent, accurrens quidam ex balneo, qui jam intus domum redibat, hominem apprehendit, lethalique vulnere ab eo percuſſus exanimis concidit. Ad extremum cum a populo undique circumdatus ægre admodum captus eſſet, ductus eſt in palatium. Teſtatique cives has eſſe inſidias inimicorum Joannis, clamabant, & ſicarium, & eos, qui illum ad hoc invitaſſent, pœnas dare oportere. Præfectus urbis, cum eum tanquam judicaturus accepiſſet, populi furorem compeſcuit.

Sozom. l.8. c.22.
Pallad. p. 88.
Joanes ejicitur.

Quinto die a Pentecoſte, urgentibus Joannis adverſariis, qui conteſtabantur ſe ejus damnationem io ſuum caput recipere, Imperator, miſſo Patricio Notario, Joanni denuntiat: Ubi res tuas Deo commendaveris, egredere Eccleſia. Joannes poſt hanc juſſionem ex Epiſcopio diſcedens cum Epiſcopis, Venite, inquit, oremus, & Angelo Eccleſiæ valedicamus. Protinus quiſpiam ex religioſis proceribus hæc ei ſignificat: Quandoquidem Lucius vir audax paratus eſt in publico lavacro cum militibus ſuis, ſi ſorte contradicas, aut differas, vel invitum te trahere atque expellere, plebs autem civitatis commovetur: feſtina clam egredi, ne te defendens populus cum militibus pugnam committat. Tunc Joannes in ſacrario valedicens Epiſcopis, qui ſecum erant, Manere, inquit, hic interim, ut modicum quieſcam. Ingreſſus autem baptiſterium, *Olympiadem* vocat, quæ ab Eccleſia non diſcedebat, ſimul & Pentadiam, & Proclam Diaconiſſas, & Silvinam Nebridii uxorem, quæ viduitatem ſuam honeſtate ac modeſtia decorabat; atque eis dixit: Venite, o filiæ, audite me. Quæ ad me attinent, ut video, finem habent: curſum meum conſummavi, & forte vultum meum non amplius videbitis: hoc unum eſt quod rogo: ne qua veſtrum a ſolita erga Eccleſiam benevolentia avellatur; & quicumque reluctans ad ordinationem fuerit deductus, ex conſenſu omnium, ei tanquam Joanni caput veſtrum ſubmittite: non poteſt enim Eccleſia eſſe ſine Epiſcopo. Ita miſericordiam conſequamini, & memores eſtote mei in orationibus veſtris. Illæ lacrymis perfuſæ ad ejus pedes advolvebantur. Tunc innuens cuidam e Venerandis Presbyteris ait: Tolle eas hinc, ne populum perturbent; ſic igitur paululum retentæ viſæ ſunt acquieſcere, & ſic abiit in partem Orientalem. In Occidentali autem parte, ubi eſt magnum Eccleſiæ veſtibulum, jumentum, cui ſolebat Joannes inſidere, ſtare ante portam juſſit, ut populum ex ea parte exſpectantem abs ſe dimoveret, egreſſuſque clam cum Cyriaco & Eulyſio, parvoque impoſitus navigio, protinus in Bithyniam tranſportatur.

Chryſ. ep. 137.

LVI.

CHRISTI AN. 404.
Sozom. ibid.

LVI. Nonnulli ex ejus adversariis prævidentes si populus id sensisset, fore ut insequeretur, ac rursus eum redire cogeret, fores Ecclesiæ occludere properarunt. Sed qui in plateis erant, cum hæc cognovissent, alii ad mare cucurrerunt tanquam eum assecuturi: alii metu conterriti fugam arripuerunt, eum post tantum tumultum tantamque perturbationem Imperatoris ira exspectaretur. Hi vero qui in Ecclesia erant, adhuc magis aditus obstruebant, ad portas confluendo, & semetipsos mutuo impellendo. Tandem vero ægre portas magna vi reserarunt, cum alii eas lapidibus perfregissent, alii ad se retraherent, & turbam, quæ a tergo erat, retrorsus repellerent. Dum hæc aguntur, ignis repente exortus magnam Ecclesiam, quam ædificarat Constantinus, undequaque corripuit: & cum universam percurrisset, ædem quoque amplissimam Senatus, quæ illi ad meridiem vicina erat, combussit: cujus rei culpam sibi mutuo adscribebant: Joannis quidem insidiatores accusando fautores illius, quod Synodi judicium moleste tulissent; isti vero calumniam se pati asseverantes, sibique imputari facinus illorum, qui ipsos una cum Ecclesia incendere voluissent. Soli ædiculæ, in qua sacrorum vasorum reposita erat copia, pepercit ignis, qui a vespera usque ad diluculum progrediens cætera consumpsit.

Marcell. chron. Sozom. l.8. c.22. Pallad. p. 95.

Hæc contigere die vigesima Junii anno quadringentesimo quarto. Quæstiones diras propter illud incendium habuit Optatus Præfectus urbis, religione Gentilis, ideoque Christianis infensus. Joannis amicos multis malis affecit, & multos eorum capitali animadversione sustulit; noctu Cucusum Armeniæ Joannem perduxerunt, ubi degere literis Principis jussus erat. Alii Cyriacum Emesenum & Eulysium Bostrensem Episcopum cum reliquis Clericis, qui cum eo profecti erant, Chalcedonem abductos, custodiæ manciparunt: innocentes postea pronuntiati dimissi sunt. Alii per urbem circumeuntes, eos, qui delati fuerant quod Joanni faverent, comprehenderunt, & in custodiam datos, ut Joanni anathema dicerent, coegerunt. Quorum incolumitati consulens Chrysostomus scripsit adversariis: Etsi in aliis non dedistis mihi locum defensionis, saltem in rebus Ecclesiæ audiar, an author sim, ut dicitis, hujus

Ib. c. 24.

incendii. Sed nihil obtinuit. Eutropius ejus Lector ad indicandos eos, qui ignem Ecclesiæ injecerant, in judicium inductus, tametsi loris & fustibus cæderetur, & latera ei ac genæ unguibus lacerarentur: quamvis faces ardentes corpori admotas sustinuisset, idque adhuc adolescens, & teneri corporis, nihil se scire confessus est: Qui post tormenta in carcerem conjectus illic animam exhalavit: mediaque nocte sepultus est, cum Deus morti ejus testimonium præbuisset visione psallentium. Tygrius quoque Presbyter vestimentis exutus, & tergo flagris cæsus, vinctusque pedibus ac manibus, in equuleo extensus membris dissolutus est. Erat natione barbarus, Eunuchus quidem, sed non origine. Qui cum in domo cujusdam potentis servus fuisset, domino suo

Martyr. Rom. Chron. pas.

probatus libertatem promeruerat. Postea vero ad Presbyterii gradum promotus, processu temporis moribus commodissimis apparuit, & placidus, atque erga pauperes ac peregrinos, si quisquam alius, benignissimus: post tormenta relegatus in Mesopotamiam in Domino obdormiit. Sanctorum Eutropii & Tigrii memoriam recolit Ecclesia pridie idus Januarii.

Sozom. l.8. c.23.

LVII. Septem post diebus, nempe sexto Kalendas Julias, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur Arsacius frater Nectarii: erat admodum senex, jam enim octogesimum ætatis annum impleverat, vir mansuetus. Verum laudem illam, quam omnium consensu adeptus fuerat Presbyter, imminuerunt postea quidam Clerici, qui quodcunque ipsis libitum fuerat, agebant, facta vero illi imputabant. Præcipue infamarunt illum, ea quæ Joannis fautoribus postmodum acciderunt. Nam cum illi eum haud quaquam sustinerent, nec cum ipso, nec cum consortibus ipsius communicare, aut precationem facere vellent, eo quod permixtos illis videbant Joannis inimicos: atque idcirco seorsum congregati in extremis civitatis partibus collectas celebrarent; ipse de ea re ad Imperatorem retulit. Tribunus itaque cum militibus in congregatos impetum facere jussus, plebem quidem fustibus & saxis cædens fugere compulit. Nobiliores vero, & eos qui Joannis partes ardentius tuebantur, custodiæ tradidit. Cum vero, sicuti fieri solet, cum militibus licentia conceditur, mulieres ornatu suo per vim spoliatæ sunt, dum alii monilia, zonas & torques diripiunt, alii inaures simul cum auriculis ipsis detrahunt, cumque ingens perturbatio ac luctus in urbe extitisset, ne sic quidem pristinam erga Joannem benevolentiam abjecerunt. Ac publice quidem non amplius conveniebant. Multi vero nec in forum; nec ad balnea procedebant. Quibusdam vero ne tutum quidem erat domi manere, sed indicto sibi ipsis exilio, urbe excedebant, cum alii multi viri boni, tum honestæ mulieres.

Martyr. Rom. 27. Decemb. Sozom. ibid.

Amore erga Chrysostomum & vitæ sanctitate, qua meruit in Sanctorum catalogum referri, celebris in iis fuit Sancta Nicarete Virgo Bithyna: nobili genere apud Nicomedienses orta erat: hæc omnium religiosarum mulierum modestissima; in moribus & sermone, ac victu modum atque ordinem servans; usque ad exitum vitæ suæ semper divina rebus humanis anteposuit: animi quoque fortitudine & prudentia ad tolerandos adversæ fortunæ casus prædita fuit; adeo ut cum amplissimo patrimonio injuste spoliata esset, minime tamen indignaretur: sed paucis sibi relictis, propter bonam ac prudentem dispensandi rationem, ipsa licet provecta jam ætate, una cum domesticis necessaria cuncta haberet, & aliis abunde suppeditaret. Porro cum esset admodum ingeniosa, & promptæ erga omnes humanitatis, medicamenta diversi generis præparabat ad usus pauperum ægrotantium. Per quæ multis etiam familiaribus suis sæpe numero subvenit, qui ex medicis suis nullum fructum perceperant. Nam divino aspirante nutu, quæcumque aggressa fuerat, felicem exitum sortiebantur. Verum licet talis tantaque esset, plerisque ignota erat. Nam ob modestiam animi perpetuo latere studebat: ita ut nec honorem Diaconissæ unquam ambierit, nec Virginibus Ecclesiasticis præesse, licet sæpius eam Joanne hortante, voluerit. Virgines autem Ecclesiasticæ dicuntur eæ, quæ non in monasteriis, sed in paternis ædibus habitabant, atque in Ecclesiæ matriculam referebantur. Cum igitur ingens metus omnibus injectus esset, tandem ubi apparuit populum non amplius tumultuari, Præfectus urbis in publicum procedens, tanquam quæstionem habiturus de incendio, & de curiæ conflagratione, multos gravibus suppliciis affecit.

Sozom. l.8. c.24. *S. Olympias.*

Sancta Olympias diaconissa in hoc rerum discrimine fortitudinem animi sui declaravit: nam cum eamdem ob causam in judicium adducta esset, interroganti Præfecto, Cur Ecclesiam incendisset, respondit: Non est hoc vitæ meæ institutum. Ego enim facultates meas, quæ multæ erant & maximæ, templis Dei instaurandis impendi. Cumque ille diceret, sibi probe cognitam illius vivendi rationem, subjecit illa: Tu ergo in accusatoris locum transi, & alius de nobis judicet. Porro cum accusatio testibus destitueretur, Præfectus nihil habens quod jure culparet, paulo clementius ad aliud crimen se convertit: ac veluti consulendi gratia, tam Olympiadi, quam reliquis mulieribus amentiam exprobravit, quæ communionem Episcopi sui aversarentur, cum resipiscere ipsis liceret, seque molestiis omnibus liberare. Cæteræ quidem Prefecto illa præcipienti cesserunt. Olympias vero, minime æquum est, inquit, ut quæ in multitudine per calumniam capta, in judicio vero nullius criminis convicta sum, ad defensionem trahar querelarum, quæ in judicium non venerint. Permitte igitur mihi, ut adversus priorem accusationem patronos adhibeam: nam si contra jus ac leges coacta fuero communicare illis, quibus non oportet, non faciam id quod piis nefas est facere. Præfectus ergo cum ei persuadere non posset, ut cum Arsacio communicaret, tum quidem eam dimisit, quo advocatos suos instrueret. Altero autem die cum eam exhiberi jussisset, magno auri pondere mulctavit. Sic enim illam a sententia sua sese abducturum putabat. Verum illa pecunias contemnens nullatenus cessit, & relicta Constantinopoli, in urbe Cyzico domicilium fixit.

Pallad. p. 163. *S. Olympias.*

Sancta Olympias parentibus orbata, Nebridio urbis Constantinopolitanæ Præfecto nupserat. Post viginti menses vidua, quamvis genere & opibus, atque cognitione plurium scientiarum, nec non ingenio liberali, & forma, atque ætatis flore exornata esset, secundas non admisit nuptias. Theodosius senior eam Elpidio cognato suo, Hispano in matrimonium dare cupiebat. Respondit illa: si me voluisset Rex meus cum viro vivere, virum mihi non abstulisset. Urbis Præfecto jussit Imperator, ut ejus bona servarentur,

Christi An. 404.

rentur, usque dum triginta ætatis annos expleſſet. Qui incitante Elpidio, sic eam vexavit, ut ne facultatem quidem haberet cum insignibus Episcopis colloquendi, neque ad Ecclesiam accedendi, ut præ angustiis animi in conjugii volontatem decideret. Illa vero Deo gratias agens hæc Theodosio renuntiavit: Imperatori debitam, & congruam Episcopo virtutem in me humilem exhibuisti Domine, mandans grave onus meum custodiri: majus autem feceris, si illud pauperibus & Ecclesiis distribui jusseris. Ego enim jam dudum vanam gloriam ex ejusmodi distributione deprecata sum, ne negligerem animæ divitias rebus terrenis implicita. Theodosius reversus a bello adversus Maximum jussit eam bonorum suorum habere potestatem, audita virtutis ejus magnitudine. Abstinebat ab animatis, rarius, & semper cum tunica, balneo utebatur propter stomachi infirmitatem. Vestis ejus erat vilis, vita sine ulla inani gloria, benigni mores, juges lacrymæ, immensa charitas, opem ferens viduitati, curam gerens orbitatis, protegens senectutem, ægrotos invisens, in omnes utens misericordia, profusa in pauperes, multisque infidelium in cathechesi institutis uxoribus, etiam ad victum ferens auxilium, innumerabiles servos restituit in libertatem. Immensas in piis operibus dispersit divitias, indiscriminatim opem ferens omnibus. Non urbs, non rus, non solitudo mansit expers ejus largitionum: sed & Ecclesiis suppeditavit ad donaria deputata sacrificio, & monasteriis, & cœnobiis, & xenotrophiis, & custodiis, & relegatis, & ut semel dicam, in omnem orbem dispersit eleemosynas: adversariis suis beneficia pro persecutionibus reddidit; sanctis Episcopis conjuncta fuit amicitia; sed impensius coluit Chrysostomum, cui vitæ necessaria subministrabat, ut nihil rerum Ecclesiasticarum in suos usus attingens, & curis omnibus liber, se ipsum in Dei obsequium penitus impenderet. Ea de causa facta ejus persecutionis particeps. Quin & crimen ei datum est, quod facultatibus suis sustentasset longos fratres Origenistas, quorum errores prorsus ignorabat, Theophiloque brevi reconciliandos putabat opera Chrysostomi, cujus consiliis in ea re regebatur. Ejus fidei & morum integritatem agnovit Ecclesia, quæ eam inter sanctas viduas veneratur decimo sexto Kalendas Januarii. Plures pias fœminas memorat Chrysostomus, quas in ea calamitate multa passas suis litteris consolatus est. Pentadia Timasi Consulis vidua in judicium vocata carceris molestia pertulit. His tamen malis non cessit, authoreque Chrysostomo Constantinopoli remansit, ut alias ejus causa in periculum adductas juvaret.

Pallad. Laus c. 144.

Pallad. p. 151.

Martyr. Rom.

Chrys. ep. 180. alias 94.

l. 37. cod. Teod. de Epis.

Tumultus tantos, quibus urbs regia concutiebatur, ut sedaret Arcadius, quarto Kalendas Septembris sequentem legem dedit Studio Præfecto. "Quoniam personæ ad inquisitionem perpetrati incendii, ut tui culminis suggestio patefacit, nequeunt inveniri, Clericos carceris custodia relaxamus, ita ut navibus impositi ad lares proprios revertantur. Nec proscriptionis periculo domus careant, quas Episcopos vel Clericos peregrinos post publicationem Edictorum, & nostræ Serenitatis affatus probabitur suscepisse. Pari forma servanda, si quæ domus cives Clericos nova ac tumultuosa conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperint. Ad observandos siquidem seditionis aditus id nostro sedit arbitrio, ut omnes Episcopi & Clerici, & peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur."

Chrys. ep. 146. alias 122.

LVIII. Chrysostomus aliquamdiu Nicææ subsistens, Gentiles, qui in Phœnicia erant, ad Fidem adducere laboravit. Ibidem cum monachum casæ suæ inclusum invenisset, perfecit ut in Phœniciam proficisceretur, Constantioque Presbytero suas perferret literas, quibus eum hortabatur ut pium illud opus promoveret. Jussus inde proficisci Cucusum, Nicæa solvit quarto die mensis Julii, deducentibus eum militibus, quorum in se humanitatem laudat. Nihilominus molestia itineris, & doloris in febrem incidit. Et tamen diebus noctibusque iter facere coactus est: in eoque miserrimo statu absque medicis, & balneis ægro necessariis dies triginta permansit. Ut in Cappadociam venit, magno agmine sancti Patres Monachi & Virgines ei obviam prodiere, flentesque dicebant: Satius fuisset solem radios suos subtrahere, quam Joannis os conticere. Cæsaream tandem appulit, ibique paululum recreatus est. Clerici omnes, Monachi & Virgines & medici ei adfuerunt, a quibus perquam officiose atque perhumaniter acceptus est, omnibus omnia ei subministrantibus. Magistratus frequenter eum invisebat; tandem se paululum remisit ejus tertiana febris. Pharetrius urbis Episcopus nusquam apparuit; nec mirum, quippe per literas Chrysostomi depositioni consenserat. Ejus tamen Presbyteri, eo generosiores, Chrysostomo communicarunt. Jam de discessu cogitabat, cum nuntiatum est Isauros cum magna hominum manu Cæsariensem regionem populari, ac incendisse ingens oppidum. Pharetrius his iratus commovet monachos, qui minantur se Chrysostomi domum incensuros, ni quamprimum abscedat, perficitque ne nobilis matrona in sua villa ei daret hospitium, quo tutus esset ab Isauris. Hora igitur meridiana Chrysostomus quamvis febre laborans, lecticam ingressus, plebe lacrymante, proficiscitur: & divertit in villam Seleuciæ. Illa vero Pharetrii importunitati cedens, Chrysostomo nuntiari curat, instare Isauros. Intempesta igitur nocte surgens, profectus est. Cum admodum petrosa esset via, mulus in genua prolapsus, Chrysostomum cum lectica humi prostravit. Egressus ea ea ut potuit, in montibus tenebrisque, ejus manum tenente Evethio Presbytero, perreptavit. Exantlatisque tot laboribus Cucusum venit, ubi statim convaluit. Divertit apud Dioscum virum nobilem, qui eum per famulum Cæsareæ rogarat, ne domui suæ alteram anteferret; nullumque officii genus erga eum prætermisit; quin etiam ejus causa ex ædibus suis in villam migravit; insuperque domum ei ad tolerandam hyemem idoneam extruxit. Affuit ei Sabiniana Diaconissa licet senior, eodem ipso die, quo venit, itineribus difficillimis eum subsecuta, ut cum eo commoraretur. Hanc perquam humane Ecclesiæ alumni exceperunt. Constantius quoque Presbyter religiosissimus jampridem hic erat, nam cum Chrysostomo per literas egerat, ut ipsi huc veniendi potestatem faceret.

Idem ep. 122. alias 155.

Ep. 143. alias 125.

Christi An. 404.

Epist ad Olymp. 14.

Idem epist. 13.

Chrys. epist. ad Cyriac.

LIX. Adelphius Cucusi Episcopus eum benignissime excepit, vel sedem suam ei cedere paratus; cujus consuetudine plurimum delectabatur & reficiebatur, non minus quam omnium officiis. Ibidem anno uno moratus est. Quo tempore tractatum edidit, ad suam aliorumque consolationem. Cujus argumentum est, quod nemo læditur nisi a se ipso; tunc etiam scripsit plurimas literas, quæ solæ supersunt. Præcipuæ & longiores sunt ad Olympiadem, quæ tales desiderabat consolationes, atque ad patientiam adhortationes ut plurimum continent, simulque eorum, quæ circa ipsum gerebantur, eam facit certiorem.

Chrys. ep. 14. ad Olymp.

Heraclidi, quem Ephesi Episcopum constituerat, & Nicomediæ in carcerem detruserant ejus adversarii, permittit ut sedem dimittat, atque ita molestiis omnibus defungatur. Quid egerit, incertum est; quatuor autem annos egit in vinculis. Ibidem ait: Marutham Episcopum, quantum in te fuerit, omnibus officiis complecti non desinas, ut eum e barathro extrahas: nam ejus opera ad Persidis negotia egeo. Maruthas Chrysostomi adversariis consenserat in Synodo ad quercum. Hic postea cum eo in gratiam rediisse, ac fovisse ejus partes videtur. Ibidem Olympiadem orat ut per hyemem detineat Gothorum legatos, qui mortuo suo Episcopo Unila cum Regis literis venerant, ut alium postularent, quem consecrare & mittere nitebatur Chrysostomus: ac proinde se pro legitimo urbis Regiæ Episcopo gerebat; Arsacium vero habebat ut intrusum. His subjicit: Hilario Episcopo maximas gratias ago: per literas enim a me petiit, ut sibi in urbem suam abeundi potestatem facerem, compositisque rebus se ad nos rediturum spopondit. Quoniam igitur ejus præsentia non parum utilis est, siquidem vir pius est, constantique ac fervido animo, eum hortare, ut cum eo profectus fuerit, statim redeat. Ac proinde da operam, ut epistola nostra, & celeriter & tuto ipsi reddatur. Hæc Epistola erat formata, quam suis suffraganeis concedebant Metropolitani, ut peregre proficiscerentur.

Ep. 176. alias 204.

In Epistola vero ad Pæanium sic ejus zelum laudat: "Multos eorum, qui illic sunt, potes, vel sola presentia tua ad meliorem frugem traducere. Novi ego quam multa gesta sint istic a te præclara facinora, zelum, vigilantiam, animæ laborem, fiduciam, libertatem, qua Episcopis restitisti, cum tempus id requireret, tametsi cum ea qua decuit moderatione. Ac laudabam te quidem ob hæc tanta; multo vero amplius nunc, cum licet nemo te istic adjuvet, sed alii fuge-

Christi An. 404.

fugerint, alii relegati sint, alii sese abdiderint, tu in acie solus stes, nec ullum ordinis desertorem fieri sinas, sed eos etiam, qui adversariorum partes sequebantur, quotidie ad tuas mira suavitate traducas. Neque te propter hoc laudo tantum, sed etiam quod in uno constitutus loco universi terrarum Orbis curam geras, Palæstinæ, Phœniciæ, Ciliciæ negotiorum, quæ potissimum curare debes. Nam Palæstini quidem ac Phœnices, ut probe novi, hominem illum ab adversariis missum non admiserunt. Ægenses autem, & Tarsenses a partibus illorum stant, ut audivi. Multam igitur adhibeas sollicitudinem oportet, vigilantiam multam, ut huic quoque parti remedium afferas, & ad propinquum tuum, dominum meum Theodorum Episcopum scribas. " Hinc liquet quam miserabilis esset Ecclesiarum Orientalium facies, dum alii Chrysostomo adhærerent, alii ejus adversariis consentirent: unde mala plurima nata sunt. D. Hieronymus eum juste damnatum putans, de ejus exilio Theophilo sic gratulatus

Hieron. epist. 88. nov. ed.

est: Nos Joannem, qui dudum Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, Deo placere semper optavimus, & causas perditionis ejus in quas ferebatur improvidus, nequaquam credere voluimus. Sed ille, ut cætera ejus flagitia taceam, Origenistas in suam recipiens familiaritatem, & ex his plurimos in Sacerdotium provehens; atque ob hoc scelus, beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter Episcopos clarum in Orbe sydus effulsit, non parvo mœrore contristans, meruit audire: cecidit, cecidit Babylon.

LX. Interea negotii cujusdam necessitas tunc exe-

Socrat. l. 7. c. 8.

git, ut Maruthas Episcopus Mesopotamiæ ab Imperatore ad Regem Persarum destinaretur, qui eum cum eximia pietate præditum esse deprehendisset, magnum illi honorem exhibuit, & tanquam Dei vere amicum auscultavit. Ea res offendit animos Magorum, qui apud Regem Persarum plurimum valent. Verebantur enim ne persuaderet Regi, ut Christianam Religionem amplecteretur: etenim diuturnum capitis laborem, quo Magi eum liberare non potuerant, Maruthas precibus suis curaverat. Fraudem ergo comminiscuntur Magi. Et quoniam Persæ ignem colunt, solebatque Rex ignem perpetuo ardentem in æde quadam adorare, hominem quemdam sub terra occultantes eo tempore, quo Rex adorare consueverat, exclamare jusserunt, foras exturbandum esse Regem, impie enim illum egisse, qui Sacerdotem Christianorum Deo carum esse existimet. His auditis Isdegerdes Persarum Rex, licet Marutham reverentia prosequeretur, dimittere tamen in animo habebat. Maruthas vero orationibus vacans, Magorum fraudem detexit. Itaque Regem adiens: Noli, inquit, o Rex, amplius deludi. Sed ingressus, postquam vocem audieris, effossa humo fraudem deprehendes. Non enim loquitur ignis, sed hominum fraus & machinatio illud facit. Rex ad ignis ædiculam redit, cumque eamdem vocem iterum audisset, locum effodi jussit, deprehenditque hominem, qui vocem illam emittebat. Inflammatus ira, Magorum gentem supplicio decimationis addixit: Maruthæque permisit, ut ubicumque vellet, Ecclesias ædificaret. Exinde apud Persas Christiana Religio latius propagata est.

Ibid.

Maruthas legatione perfunctus, reversus est Constantinopolim. Sed non longo post tempore legatus iterum missus est ad Persas. Magi, ne Rex eum admitteret, terrum fœtorem excitarunt eo loci, quo Rex procedere solitus erat: eumque a Christianis excitatum esse calumniati sunt. Rex, qui suspectos jam dudum Magos habebat, fœtoris hujus authores diligentius investigans, deprehendit illius odoris artifices esse Magos. Rursus ergo multos ex illis supplicio affecit: Marutham vero majore adhuc in honore habuit, Romanosque deinceps dilexit, eorumque amicitiam amplexus est. Parum autem abfuit quin ipse Christianus fieret, cum Maruthas & Abdas Persidis Episcopus alterum miraculum edidissent, siquidem dæmonem, quo Regis filius vexabatur, depulerunt, cum prius jejuniis ac precibus incubuissent. Verum Isdegerdes, antequam perfecte Christianus esset, morte præventus est. S. Maruthæ memoriam celebrat Romanum martyrologium pridie nonas Decembris.

Sozom. l. 8. c. 24. Pallad. dial. p. 144.

LXI. Iisdem temporibus Antiochiæ mortuus est Flavianus Episcopus. Porphyrius Presbyter, Constantium pariter Presbyterum sapientem & integris moribus, ut æmulum accusavit apud Imperatorem, qui reum in Oasim relegavit, favebat enim Joanni. Constantius id ubi scivit, in Cyprum fugit, postea contendit ad Joannem, ut ipsum audiret. Porphyrius vero Antiochensis Ecclesiæ Sacerdotium suscepit; sed cum condemnationi Joannis subscripsisset, multi in Syria ab Ecclesiæ illius communione sese abruperunt, & seorsim collectas celebrantes, multas ærumnas, ac molestias perpessi sunt. Etenim studio eorum, qui in palatio plurimum poterant, ea lex la-

L. ultima cod. Theod.

ta est: Rectores Provinciarum moneantur, ut conventus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione suffulti, spretis sacrosanctis Ecclesiis, alio convenire conantur. His qui ab Arsacii, Theophili, Porphyrii Reverendissimorum sacræ legis Antistitum communione dissentiunt, ab Ecclesia procul dubio repellendis. Datum decimo quarto Kalendas Decembris, Constantinopoli, Honorio Augusto sextum, & Aristæneto Consulibus, seu anno quadringentesimo quarto.

Socrat. l. 6. c. 19. Sozom. l. 8. c. 27. Phot. Bibl. cod. 77.

Chrysostomi injurias multis calamitatibus ultus est Deus. Pridie Kalendas Octobris ejusdem anni, Constantinopoli & in suburbanis grando immensæ magnitudinis cecidit: quarto post die Imperatrix Eudoxia ex abortu vivendi finem fecit. Cyrinus quoque Chalcedonensis Episcopus, qui præ cæteris Joanni conviciatus fuerat, cum ob fortuitum pedis dolorem, quem Maruthas imprudens calcaverat, alterum ei crus a medicis exsectum fuisset, miserabili exitu interierat.

Pallad. dial. p. 9.

LXII. Chrysostomum sede dejectum ad Innocentium Papam appellasse constat ex monumentis sequentibus. Theophilus primus omnium ad Pontificem Romanum dedit litteras, quibus significabat Joannem fuisse depositum. Innocentius responsum distulit dum rei totius seriem plenius cognosceret. Post triduum advenerunt quatuor Episcopi e partibus Joannis, Pansovius Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ secundæ, Eugenius Phrygiæ, qui epistolas reddiderunt, unam quidem Joannis, alteram quadraginta Episcoporum de communione Joannis: tertiam Cleri. Joannes expositis iis, quæ in duabus Synodis adversus se contra jus egerant ejus adversa-

Chrysostomus provocat ad Rom. Pontificem. Pallad. vir. Chrys. p. 20.

tii, sic concludit: " Domini mei maxime venerandi & religiosissimi, cum hæc ita se habere didiceritis, eam, quæ vos decet, fortitudinem & studium quæso ostendite, ut tanta iniquitas, quæ Ecclesias invasit, reprimatur. Si enim hic mos invaluerit, & si licebit cuivis in alias invadere provincias, idque ex tantis intervallis, & ejicere quos quis voluerit, ex authoritate sua quodlibet agendo, scitis omnia pessum itura. Ne igitur tanta confusio omnem quæ sub cœlo est terram invadat, rogo ut per epistolas denuntietis ea, quæ tam inique acta sunt ab una parte, absentibus nobis, & non declinantibus judicium, nullum habere robur, sicut ex sua natura nullum habent, & ut qui talia ausi sunt, Ecclesiasticarum legum pœnis subjiciantur. Nos vero, qui nec convicti, nec reprehensi sumus, nec rei demonstrati, litteris vestris frui date, & charitate vestra, cæterisque omnibus ut antea. Si vero qui talia patrarunt, velint nunc quoque crimina objicere, ob quæ nos injuste ejicerunt, datis nobis actis, & cum libelli & accusatores apparuerint, incorruptis judicibus sedentibus, causam dicemus, & ostendemus extra culpam nos esse eorum, quæ nobis objiciuntur .... " Hæc ipsa etiam scripta est ad Venerium Episcopum Mediolani, & ad Chromantium Aquilejæ Episcopum. Vale in Domino.

Pallad. ibid. p. 23. Sozom. l. 8. c. 26. *Innocentius infirmat judicium datum adversus Joannem*

Innocentius utrique parti pares litteras communionis misit, improbans factum judicium adversus Joannem, & dicens debere aliam cogi Synodum Occidentalium & Orientalium. Paucis post diebus advenit Petrus Theophili Presbyter cum Martyrio Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono, qui reddiderunt ejus litteras, actorumque Synodi ad quercum commentarios. His perlectis, in prima sententia persistit Innocentius, Theophilumque hortatus est, ut si judicio confideret, sisteret se ad Synodum, quæ, inquit, secundum Christum cogitur, & ibi expositis criminationibus, sub testibus Nicæni Concilii Canonibus, alium enim Canonem Romana non admittit Ecclesia, irrefragabilem authoritatem habebis. Quibus verbis Antiochenos Canones respuit. Modico post tempore venit Theotecnus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter reddens epistolas viginti quinque Episcoporum, quibus docebant, Joannem urbe expulsum, & Cucusum in exilium esse missum, atque suc-

censam

CHRISTI AN. 404.

censam esse ecclesiam. Innocentius ei etiam dedit communicatorias literas, & ad Joannem, & ad omnes ei communicantes Episcopos, cum aliter opem ferre non posset, eo quod ad malum potentes quidam obstarent. Paulo post venit Paternos Presbyter afferens literas Acacii, Pauli, Antiochi, Severiani, aliorumque Episcoporum, in quibus calumniabantur Joannem, quasi ecclesiam incendisset; cui respondere nequidem dignatus est Innocentius, adeo falsa apparuit hæc accusatio, cujus defensionem nequidem attulerat Joannes. Post paucos dies Romam advenere Cyriacus Synnadorum Episcopus, & paulo post Palladius Hellenopolis Episcopus, fugientes persecutionem, propter superius edictum datum adversus eos, qui Arsacio, Theophilo, & Porphyrio non communicarent, cujus exemplum protulere. Post Palladium venere Germanus Presbyter cum Cassiano Diacono, qui erant e partibus Joannis, litteras totius Cleri Joannis reddentes, quibus scribebant Ecclesiam ipsorum vim esse perpessam, Episcopo ejecto in exilium, ostenderuntque breviculum, quo sacra vasa tradiderant coram Judicibus, Studio Præfecto urbis, & Eutychiano Præfecto Prætorii, calumniam a Joanne depellentes.

Sozom. l. 8. c. 26.

Innocentius per Cyriacum Diaconum scripsit. Primo Joanni, quem cohortatur ad tolerantiam, atque ut ipsa animi conscientia se consoletur, præsertim cum sacræ literæ universos fere sanctos variis modis vexatos, & tanquam in examine quodam probatos esse testentur. Secundo Presbyteris & Diaconis, & universo Clero ac populo Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ est sub Joanne Episcopo. " Quis ferre possit ea quæ ab illis admissa sunt, quos præ cæteris decebat tranquillitatis ac pacis & concordiæ esse studiosos. Nunc præpostero more ex sedibus Ecclesiarum suarum exturbantur innoxii Sacerdotes. Quod pridem primus ac præcipuus injuste perpessus est frater & comminister noster Joannes, Episcopus vester, qui in judicio auditus non est. Nullum crimen profertur, nullum auditur: & quodnam est hoc perditum consilium? ne fit, aut ne quæratur ulla species judicii, in locum viventium Sacerdotum alii substituuntur: quasi qui ab hoc facinore auspicati sunt, aliquid boni habere, aut aliquid recte egisse, a quocumque judicari possint ... Quod autem spectat ad Canonum observantiam, solis illis parendum esse dicimus, qui Nicææ definiti sunt. Quos solos Canones sectari & agnoscere debet Ecclesia Catholica. Quod si a quibusdam alii proferantur, qui a Nicænis Canonibus dissentiant, & ab hæreticis compositi esse arguantur, hi a Catholicis Episcopis rejiciendi sunt .... Necessaria est cognitio Synodi, quam & Nos jam pridem congregandam esse diximus. Hæc enim sola est, quæ hujusmodi tempestatum motus sedare possit ... Jam diu cogitamus quomodo œcomenica Synodus congreganda sit, ut turbulenti motus cœlestis Numinis arbitrio tandem conquiescant. " Innocentius, qui sententiam depositionis datam adversus Chrysostomum declarat irritam, integrum relinquit judicium adversus monachos Origenistas, & adversus Dioscorum Hermopoleos Episcopum, quem e sede sua dejecerat Theophilus, nec eorum memoriam restituit.

Innocentii decretalis ad Victric. Concil. tom. 2. nov. edit. & rom. 2. Lab. *Clericorum continentia.*

LXIII. Ecclesiæ Romanæ normam atque authoritatem de quibusdam disciplinæ legibus postularat S. Victricius Rothomagensis. Innocentius inhærens antiquis Ecclesiæ statutis, quid sequendum sit, exponit in tredecim articulis; plerique non differunt a decretali Siricii Papæ ad Himerium: potiores sunt: Articulus tertius: " Si majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem Apostolicam, sicut Synodus Sardicensis statuit, post Episcopale judicium referantur. Nonus. Quod dignum & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia debet; ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Duodecimus. Quæ Christo spiritualiter nupserunt, & velari a Sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se junxerant, de sæculo recesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi fuerit defunctus, quanto & illa magis tenenda est, quæ immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit? Decimus tertius. Hæ

Solemnis professio est impedimentum dirimens.

vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper manere promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum a Deo tenebatur. „ Solemnis igitur professio virginitatis dirimit matrimonium subsequens, non item simplex promissio, vel etiam votum, licet illud reddat illicitum. Hi duo articuli citantur ex hac epistola Innocentii in Concilio Turonensi secundo, & ibi approbantur. Hanc quoque decretalem Dionysius exiguus inseruit integram in codice Romanæ Ecclesiæ. Quam proinde male sugillant aliqui Heterodoxi. Data est decimo quinto Kalendas Martias, Honorio Augusto secundum, & Aristæneto Consulibus, seu anno quadringentesimo quarto.

Paulin. epist. 10. alias 28. *S. Victricius.*

Victricius militiam primum professus est, sed amore Christi succensus, eamdem postea reliquit, sacræque militiæ se dedit. Viennæ eum apud B. Martinum vidit Paulinus Nolensis, & magna deinceps dilectione complexus est, quanta tunc licuit copia veneratus ejus sanctitatem, excusavitque postea per literas, quod curis hujus sæculi tunc contenebratus, eum non agnoverit ut vivum martyrem. Quibus verbis innuit eum pro Fidei propagatione multa passum. Victricius octavus Rotomagensis Episcopus creatus est circa annum 390., eamque Ecclesiam plurimum illustravit. Nunc Rotomagum, inquit Paulinus, & vicinis regionibus tenus nomine pervulgatum, in longinquis etiam Provinciis nominari venerabiliter audimus, & inter orbes sacratis locis nobiles cum divina laude numerari; nec immerito, in ea quippe cultus divinus & pietas ejus opera plurimum floruit. Morinis etiam in Belgio Evangelii lumen intulit, ac multis in locis Ecclesias & monasteria constituit. Prædicavit etiam Nerviis, quos tenui antehac spiritu fides veritatis afflaverat, sed ejus laboribus tunc refulsit clarius, incaluit ardentius, & propius apparuit, Deique nomen ab his populis sanctificatum est. Sed a quibusdam malevolis accusatus quasi de Fide minus recte sentiret, Romam venit Victricius, seque Fidei veritatem & virtutem habere comprobavit. Paulinus, qui eum Nolam brevi itinere venturum speraverat, hac spe frustratus, victoriam literis sic ei congratulatus est. Hæc tentatio sanctitatis tuæ multis in profectum Evangelii venit: quia nemo in te confusus est, elucente gratia Christi & veritate Fidei tuæ non solum in directione doctrinæ tuæ, sed etiam in virtute conversationis, quæ in cœlis est. Ibidem exponit mysteria Trinitatis, & Incarnationis, Apollinarisque errorem diligentius refellit. S. Victricius colitur die septima mensis Augusti.

Idem epist. 37. alias 27.

Ea iisdem Paulini literis innotescunt plures sanctissimi Galliarum Episcopi. S. Delphinus Burdegalensis, qui eum baptizavit, & Aligonensem condidit Ecclesiam. Ejus successor in Episcopatu fuit S. Amandus, qui a prima pueritia Christo militaverat, & sacris literis enutritus, nulla conversationis terrenæ & carneæ labe pollutus, invenit gratiam in conspectu Altissimi. S. Aper, qui a foro ad Christum transiit, provectusque ad Sacerdotium, in solitudinem se recepit, non otium sectans, sed majoribus Ecclesiæ utilitatibus se præparans; Tullensis factus Episcopus, in eo munere se talem præstitit, ut inter Sanctos referri meruerit. S. Florentius Cadurcensis, ejusque frater & successor D. Alethius, cujus summam in Scripturis peritiam sic laudat Hieronymus: Satis miratus sum cur, purissimo fonte vicino relicto, nostri tam procul rivuli fluenta quæsieris: habes istic sanctum virum Alethium Presbyterum, qui viva, ut ajunt, voce, & prudenti disertoque sermone possit solvere quæ requiris. S. Exuperius Tolosanus vir maximæ fidei & pietatis. D. Simplicius Viennensis: D. Diogenianus Albigensis: D. Dynamius Engolismensis. S. Venerandus Claromontanus primum Senator, deinde Episcopus, & D. Artemii successor. D. Pegasius Petragorius.

Epist. 10. alias 15. Epist. 7. & 12. alias 21. Epist. 10. alias 32. Hieron. epist. ad Algas. Epist. 48. Gregor. Tur. hist. l. 2. c. 13.

LXIV. Sulpicio Severo arctiori conjunctus est amicitia Paulinus, & multas ad eum scripsit epistolas, & sic laudat, quod ingentes reditus pauperibus distribuisset, possessionesque suas Ecclesiæ donasset, ut Deo serviret impensius. Tu, Frater dilectissime, ad Dominum miraculo majore conversus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii levior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro, id est, fori celebri-

Severus Sulpitius. Paul. 24. alias 2. Idem epist. 5. alias 2.

CHRISTI AN. 404.

celebritate diversans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti servila peccati jugum, & lethalis carnis & sanguinis vincla rupisti. Neque te divitiæ de matrimonio familiæ consularis aggestæ, neque post conjugium peccandi licentia, & cœlebs juventus ab angusto salutis introitu, & arduo itinere virtutis, in mollem illam & spatiosam multorum viam revocare potuerunt . . . . . Christum secutus, nec minoris domesticis opibus ingenii facultatis laudem ab hominibus non accipiens, & inanis gloriæ sublimiter negligens, Piscatorum prædicationes Tullianis omnibus, & tuis literis prætulisti.

Gennad. cat. vir. illust.

Severus igitur cognomento Sulpitius Primuliacensis in Aquitania Presbyter, vir fuit genere, & literis nobilis, sed paupertatis atque humilitatis amore magis conspicuus: amicus sanctorum virorum Paulini Nolensis, & Martini Turonensis Episcopi, cujus vitam scripsit, & tres dialogos, in quibus de conversatione monachorum Orientalium, ipsiusque S. Martini multa narrat. Ecclesiasticorum purissimus scriptor, & Christianus Salustius, historiam sacram a mundo condito usque ad annum Christi quadringentesimum duobus libris compendiose comprehendit. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. Illum aliqui cum Sulpitio Episcopo Bituricensi male confundunt, qui annos centum sexaginta & plus Severo nostro posterior est.

Synodus Taurinensis. Hieron. ep. 4. Conc. tom. 1. nov. ed. tom. 2. vet.

LXV. In Provincia Narbonensi tres de primatu contendebant Episcopi. Ut pacis bonum conservaretur, ad eorum lites componendas viginti circiter Episcopi decimo Kalendas Octobris Taurini convenere. Proculus Massiliensis Episcopus, vir magni nominis, quem sanctum doctissimumque Pontificem nominat Hieronymus, eum se tanquam Metropolitanum Ecclesiis, quæ in secunda Provincia Narbonensi positæ videbantur, diceret esse debere, atque per se ordinationes in memorata Provincia summorum fieri Sacerdotum: siquidem assereret easdem Ecclesies, vel suas parochies fuisse, vel Episcopos, a se in eisdem Ecclesiis ordinatos. Et e diverso ejusdem regionis Episcopi aliud defenserent, ac sibi alterius Provinciæ Episcopum præesse non debere contenderent.

C. 1.

Reipsa Provinciæ Viennensis erat Massilia. Id judicatum est a Synodo contemplatione pacis atque concordiæ, ut non tam civitati ejus, quæ in altera Provincia sita est . . . quam ipsi potissimum deferretur, ut tanquam pater filiis honore Primatus adsisteret . . . . . Hæc igitur tantum in vita ejusdem forma servabitur, ut in Ecclesiis Provinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse ordinatos constiterit, Primatus habeat dignitatem.

C. 2.

Illud deinde inter Episcopos urbium Arelatensis, & Viennensis, qui de Primatus honore certabant, a sancta Synodo definitum est; ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat: & ipse, juxta Canonum præceptum, ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est, ut, si placeat memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his viciniores sibi intra Provinciam vindicet civitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita ut memores unanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius sibi usurpando, quod est alii propius, inquietet. Hic agebatur de Metropoli Ecclesiastica, civilem enim Metropolim constabat esse Arelatem, quæ Treviris stantibus, secundum dignitatis locum obtinebat; iis vero iocensis, facta est sedes Præfecti Prætorio Galliarum. Ac proinde Taurinensis Synodi Patribus persuasum non erat S. Trophimum a S. Petro missum fundasse Arelatensem Ecclesiam; alioquin ei statim causam adjudicassent. Nec tamen earum Ecclesiarum origines ad medium tertii sæculi differimus, sed initio secundi cum Lugdunensi, vel aliquanto post institutas putamus. Colligimus secundo Metropolim Ecclesiasticam civili non semper fuisse alligatam. Idque confirmatur: constabat enim civitatem Aquensem tunc civilem fuisse Metropolim, nec tamen ejus Episcopum Metropolitani jura inter alios obtinuisse . . . . Felix Trevirensis Episcopus ab Ithacianæ partis Episcopis ordinatus, eis semper adhæserat, itaque decrevit sancta Synodus: ut quoniam legatos Episcopi Galliarum, qui Felici communicant, destinarunt, si qui ab ejus communione se voluerint sequestrare, in Synodi pacis consortium suscipiantur, juxta literas venerabilis memoriæ Ambrosii Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio legatis præsentibus recitatæ sunt. Eoque exemplo liquet Patres & Synodos in enumeratione Ecclesiarum, non semper secutos esse dignitatis ordinem, sed eum quem rerum gestarum series vel narrationis postulabat. Lazarus, inquit Zozimus Papa, in eodem Concilio pro calumniatore damnatus est, cum Britii innocentis Episcopi vitam falsis objectionibus appetiisset. Britius autem S. Martini successor fuit in Turonensi Episcopatu. Illius autem damnationis in actis nulla superest memoria.

Aug. Ep. 185. alias 50.

LXVI. Eodem anno 404. Africani Præsules Carthagine convenientes, Imperatoris auctoritatem adversus Donatistas implorandam decreverunt. Quibusdam videbatur esse petendum ab Imperatoribus, ut ipsam hæresim juberent omnino non esse, pœnam constituendo eis, qui in ea esse voluissent. Augustini vicit sententia, scilicet postulandum, ut eorum violentiam non paterentur Catholici. Legati mittuntur ad comitatum Theasius & Evodius Episcopi, quibus sequens datum est commonitorium. Cum Domini auxilio pissimos Imperatores adierint, ut eis insinuent, quemadmodum Donatistæ respuentes amicam collationem multos Episcopos & Clericos insidiis oppresserint, Ecclesies aliquas invaserint: ipsorum jam clementiæ est consulere, ut Ecclesia Catholica, eorum protectione muniatur . . . . Itaque petendum. Primo Catholicis per civitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum per diversa loca sine ulla dissimulatione tuitio præbeatur . . . . Secundo, ut legem illam, quæ a religiosæ memoriæ eorum Patre Theodosio, de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias Catholici provocati contestationem deposuerint . . . . Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate repetatur; ut eis relinquendi vel sumendi jus adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatistarum errore perseverare voluerint. Demum Aurelio Carthaginensi cura commissa est, ut Synodi nomine scriberet Imperatoribus, & præcipuis magistratibus, judicibusque Africæ, ut dum legati redirent, tuitiones per ordines civitatum, & possessores prædiorum Ecclesiæ Catholicæ impertiant, legatosque commendaret Romano Episcopo, vel aliis, ubi fuerit Imperator.

Augustinus Felicem Manichæum convertit.

LXVII. Hipponem postquam rediit Augustinus, septimo idus Decembris ejusdem anni, contra Felicem Manichæum præsente populo biduo in Ecclesia disputavit. In hanc urbem venerat eumdem seminaturus errorem, unus enim erat ex doctoribus eorum, quamvis ineruditus liberalibus litteris, sed tamen versutior Fortunato. Illius gesta inter Augustini opera habentur.

D. Aug. de act. cum Fel. l. 1.

Felix cum agnovisset epistolam Manichæi quam fundamenti vocant, cujus initium est: Manichæus Apostolus Jesu Christi: dixit Augustinus: Proba nobis quomodo iste Manichæus sit Apostolus Jesu Christi: non enim eum in Evangelio inter Apostolos legimus . . . . Felix dixit: Sanctitas tua mihi probet, quod in Evangelio scriptum est, vado ad Patrem, & mitto vobis spiritum sanctum paracletum, qui vos inducat in omnem veritatem. Quibus verbis Manem designari putabat: Augustinus legit in Evangelio: Ego mitto promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate quo ad usque induamini virtute ex alto . . . Tum legit in actis: Tempore quo suppletus est dies Pentecostes, fuerunt simul omnes in uno: & factus subito de cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & implevit totam illam domum, in qua erant sedentes . . . . Et impleti sunt omnes Spiritu sancto . . . Audisti nunc jam Spiritum sanctum, & quomodo missus sit . . . . Felix dixit: Manichæi doctrinam evacuet de duodecim Apostolis, quem volueris . . . . . Augustinus tunc legit hæc verba D. Pauli: spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide . . . . prohibentes nubere, abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum

Luc. 24.

1 ad Tim. 4.

cum

CHRISTI AN. 404.

cum gratiarum actione fidelibus . . . . quia omnis creatura Dei bona est. Ego, inquit, hoc de vobis, & de talibus, qui dicunt aliquam creaturam Dei immundam esse, & qui dicunt omnem concubitum, & qui fit cum uxore, fornicationem esse . . . Felix ad alia divertens dixit: non tantum ego possum contra tuam virtutem, quia mira virtus est gradus Episcopalis, deinde contra leges Imperatorum: & superius petivi compendiose, ut me doceas quid est veritas: Et si docueris me quid est veritas, patebit quod teneo mendacium esse.

Ibid.

Augustinus hactenus dicta, quibus Felix non responderat, repetens, his subjecit: " Dixisti quod te terreat Episcopalis authoritas, cum videas quanta pace inter nos agamus, quanta tranquillitate disputemus, quemadmodum populus audiat tranquillissimus, sicut decet Christianos. Dixisti etiam timere te leges Imperatorum. Hoc pro vera fide non timeret, quem Spiritus sanctus impleret . . . . Jam in medio es, quare times, nisi quia quod dicas, non habes? nam si Imperatores timuisses, ante tacuisses. Nunc vero cum hesterno die libellum curatori dederis, & publice clamitaveris, cum codicibus suis te paratum esse incendi, si aliquid mali in eis fuerit inventum: unde heri leges flagitabas quasi fortis, hodie veritatem fugis ut timidus? Post aliquas tricas lectum est in eadem Manichæi fundamenti epistola: Ita autem fundata sunt ejusdem splendidissima regna super lucidam & beatam terram, ut a nullo unquam moveri aut concuti possit . . . Augustinus dixit: Tertia illa lucida, ab ipso Deo facta erat; an genita de illo erat; an coæterna illi erat? . . . Felix dixit: Est illi coæterna . . . imo tres sunt, Pater ingenitus, terra ingenita, & aer ingenitus, omnia æqualia sunt. Augustinus dixit: Hoc tantum una substantia est. Felix dixit: Una. Tum lectum est quod sequebatur: Locis vero beatissimæ Pater, sciens labem magnam ac vastitatem, quæ ex tenebris surgeret, adversus sua sancta impendere sæcula, nisi quid eximium & virtute potens Numen opponat . . . Augustinus tunc dixit: Ipse Deus non est mutabilis. Tu qui paulo ante dixisti: Quia Pater, qui generavit ibi lucis filios, & aer & ipsa terra, & ipsi filii una substantia sunt, & æqualia sunt omnia, oportet ut dicas mihi: huic substantiæ utique incorruptibili quomodo poterat nocere gens tenebrarum? „ Felix trium dierum dilationem postulavit ut responderet, & cautionem dedit eligens Bonifacium civem, qui eum eo die sisteret.

Aug. l. 2. de Act. cum Fel.

Pridie Iduum Decembrium cum ventum esset ad Ecclesiam, Augustinus Felicem interrogavit: " Si Deo nihil nocere poterat, quare bellum gessit cum gente tenebrarum, in quo bello naturæ dæmonum misceret substantiam suam, quæ hoc est, quod ipse, sicut jam dixisti? Si autem ei nocere poterat, non incorruptibilem Deum colitis, qualem veritas & doctrina Apostolica testatur . . . . Felix post aliquas tergiversationes voluit probare duas esse naturas, unam bonam, alteram malam, quia Christus dicit duas arbores: Arbor bona nunquam facit fructum malum, & arbor mala nunquam facit fructum bonum . . . Et Apostolus dicit: Prudentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. Augustinus paucis ostendit hæc intelligenda esse de libero arbitrio, quo quisque peccat, si velit, & non peccat, si nolit, quandoquidem Christus subjicit: Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum. Cum ergo dicit, aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat, non naturam. Idque ex Manichæi libro, qui thesaurus dicebatur, comprobavit. Itaque Felix propositam quæstionem solvere cum non posset, post aliquot altercationes dixit: Dic jam quid vis faciam? Augustinus dixit: Ut anathematizes Manichæum, cujus sunt istæ tantæ blasphemiæ. Sed si ex animo facis, tunc fac, nemo enim te cogit invitum. Felix dixit: Deus videt si hoc ex animo facio. Sed hoc peto ut confirmes me. Prior tu anathematiza Manichæum . . . Et spiritum ipsum qui in Manichæo fuit, & per eum ista locutus est. Augustinus accepta charta scripsit hæc verba: Augustinus Episcopus Ecclesiæ Catholicæ, jam anathematizo Manichæum, & doctrinam ejus, & spiritum, qui per eum tam execrabiles blasphemias locutus est, quia seductor erat, non veritatis, sed nefandi erroris. Et nunc anathematizo supradictum Manichæum & spiritum erroris ipsius. Et cum eamdem chartam Felici dedisset, etiam ille manu sua hæc verba scripsit: Ego Felix, qui Manichæo credideram, nunc anathematizo eum, & doctrinam ipsius, & spiritum seductorem, qui in illo fuit, qui dixit Deum partem suam genti tenebrarum miscuisse, & eam tam turpiter liberare, ut virtutes suas transfiguraret in fœminas contra masculina, & ipsas iterum in masculos contra fœminea dæmonia, ita ut postea reliquias suæ partis configat in æternum globo tenebrarum. Has omnes & cæteras blasphemias Manichæi anathematizo. „ Et uterque subscripsit.

Matt. 12.

Ad Rom. 8.

C. 20.

CHRISTI AN. 404.

Aug. l. 2. retract. c. 9.

Augustinus non multo post scripsit librum de natura boni adversus Manichæos: ubi ostendit naturam incommutabilem Deum esse & summum bonum, atque ab illo esse cæteras naturas, sive spiritales, sive corporales, atque omnes, in quantum naturæ sunt, bonas esse: & quid, vel unde sit malum, & quanta mala Manichæi ponant in natura boni, & quanta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorum. Secundinus quidam inter Manichæus auditor, scripsit ad eum velut amicus, honorifice objurgans, quod oppugnaret literis illam hæresim, & admonens ne faceret, atque ad eam potius sectandam exhortans, cum ejus defensione, & Fidei Catholicæ reprehensione. Huic respondit Augustinus, illudque opus omnibus, quæ adversus illam pestem scripserat, facile præposuit. Demum Hilarius vir quidam Tribunitius, laicus Catholicus, adversus Dei ministros iratus, morem, qui tunc esse apud Carthaginem cœperat, ut hymni ad altare dicerentur de Psalmorum libro, sive ante oblationem, sive cum distribueretur populo quod fuisset oblatum, maledica reprehensione ubicumque poterat, lacerabat, asserens fieri non oportere: cui respondit jubentibus Fratribus. Hic liber excidit.

Ib. c. 10.

Aug. l. adv. Secund. C. 11.

Innocentii decretalis Conc. tom. X. nov. ed. tom. 2. Lab.

LXVIII. Sanctus Exuperius Tolosanus Episcopus circa idem tempus consuluit Innocentium, cujus præcipua responsa hic subjicimus. " Proposuisti, inquit, quid de his observari debeat, quos in Diaconii ministerio, aut in officio Presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricii Episcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore Ecclesiastico priventur, nec admittantur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri . . . Si tamen ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ, quæ ab Episcopo Siricio ad Provincias commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis venia remittetur; ita ut de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos sic retineant, ut eis non liceat ad potiora conscendere . . . Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio detegentur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse; illi sunt modis omnibus submovendi. Et hoc quæsitum est, quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiæ simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio denegaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia . . . . Sed posteaquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam terrore depulso communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis. „ Eucharistiam, quæ morituris datur, viaticum dici nemo negat: communionis igitur nomine Eucharistiam, non absolutionem Sacramentalem intellexit Innocentius.

Continentia clericorum.

Ibid.

Occulta peccata non subjacent publicæ pœnis.

De adulteris autem sic respondet: " Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant: & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud Sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur. „ Occulta igitur peccata publicæ pœnitentiæ non subjacebant. In sexto capite conjuges etiam adulteros, qui post separationem aliud matrimonium contrahunt, declarat

CHRISTI AN. 404.

rat adulteros, in tantum ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, adulterium commisisse videantur, juxta verba Christi. Et ideo tales omnes a communione fidelium abstinendos. His subjecit Canonicorum librorum indicem, eosdem continentem, quos recenset Canon Synodi Tridentinæ. Hæc decretalis data est decimo Kalendas Martias, Stilicone secundum & Anthemio Consulibus, seu anno quadriagentasimo quinto. D. Exsuperium sic laudat Hieronymus: " Esuriens pascit alios: & ore pallente jejuniis, fame torquetur aliena: omnemque substantiam Christi visceribus erogavit. Nihil illo ditius, qui Corpus Domini canistro vimineo, Sanguinem portat in vitro. Qui avaritiam ejecit e templo. Qui absque funiculo & increpatione cathedras vendentium columbas, id est, dona Spiritus sancti, mensasque subvertit mammonæ, & nummulariorum æra dispersit, ut domus Dei domus vocetur orationis. Cujus merita præstiterunt, ut a barbaris Tolosa non vastaretur. "

Hieron. epist. 95. alias 4.

Vigilantii errores confutat Hieronymus.

Hieron. l. adv. Vigil. Gennad. descript. Eccl.

LXIX. Sisinnius monachus ab Exuperio missus ad Ægypti & Palæstinæ monachos eleemosynas detulerat, & de quibusdam quæstionibus Hieronymo literas dederat, qui per eum remisit commentarios suos in Prophetam Zachariam. Presbyteris vero Ripario & Desiderio misit responsionem suam ad libros Vigilantii, quos ad eum miserant, scripserantque parœcias suas vicinia istius esse maculatas. Vigilantius Presbyter, natione Gallus, ex viculo Calagurri prope Convenas, ubi aliquamdiu exercuit cauponarism, postea Barcilonensis parochiæ ecclesiam tenuit in Catalania, ubi priusquam hæresim evomeret, Paulino notus & charus fuit, qui eum in Palæstinam proficiscentem Hieronymo commendavit; quem licet beneficum, eo quod Origenis opera legeret, illius erroribus infamavit Vigilantius. Paulino rescripsit Hieronymus: Eadem absenti significo quæ præsenti quoque locutus sum: me ita Origenem legere, ut Apollinarium, & cæteros tractatores, quorum, in quibusdam, libros Ecclesia non recipit. Non quod omnia dicam esse damnanda, quæ in illorum voluminibus continentur: sed quod quædam reprehendenda confitear. Verum quia operis mei & studii est multos legere, ut ex plurimis diversos flores carpam, non tam probaturus omnia, quam quæ bona sunt electurus, assumo multos in manus meas, ut a multis multa cognoscam secundum illud quod scriptum est: Omnia legentes, quæ bona sunt, retinentes.

1. ad Thess. 5.

Hieron. epist. 37. alias 52. Idem advers. Vigil.

Circa annum 404. Vigilantius rursus os fœtidum aperuit contra sanctorum Martyrum reliquias, Catholicos, qui eas susciperent, appellans Cinerarios, & idololatras, qui mortuorum hominum ossa venerentur; vigilias sacras pariter execrabatur. Gentilium ritum appellabat accensorum usum cereorum: continentiam vero hæresim, & pudicitiam libidinis seminarium. Episcopos habuit sui sceleris consortes, qui non ordinabant Diaconos, nisi prius uxores duxissent, nulli cœlibi credentes pudicitiam: " Quid facient, inquit, eum coarguens Hieronymus, Orientis Ecclesiæ? Quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ, quæ aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt. "

Ibid.

Sanctorum cultus.

Errores de Reliquiis sic refellit: " Quis, o insanum caput, aliquando Martyres adoravit? Quis hominem putavit Deum? Honorem tamen eis deberi & venerationem sic probat: Ergo sacrilegi sumus quando Apostolorum Basilicas ingredimur? sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt? Sacrilegus Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis de Judæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portaverunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis; & tanta lætitia, quasi præsentem viventemque Prophetam cernerent, susceperunt; ut de Palæstina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudes una voce resonarent? videlicet adorabant Samuelem & non Christum, cujus Samuel & Prophetes & Levita fuit. Etenim, ut clarius exponit in epistola ad Riparium, honoramus reliquias Martyrum, ut eum cujus sunt Martyrem adoremus. Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dominum .... " Hæc celebritas contigit decimo

CHRISTI AN. 405.

quarto Kalendas Junias, pompam deducentibus Arcadio Augusto, & Anthemio Præfecto Prætorio, & Exconsule, & universo Senatu: repositæ fuat ad tempus in sanctissima Ecclesia magna; & postea translatæ in Ecclesiam ejusdem Prophetæ prope septimum.. Et infra. " Dicis in libello tuo, quod.. postquam mortui fuerimus, nullius sit pro alio audienda oratio .... Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti; quanto magis post coronas, victorias, & triumphos?... Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris: sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus, & vigilemus ad lucem... Quod si qui per imperitiam... hoc pro honore Martyrum faciunt, quid inde perdis?... hi secundum fidem suam habent mercedem... Nam per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria jam sole rutilante ... ad signum lætitiæ demonstrandum. " Hinc patet cereos accendere, vel non accendere, rem esse disciplinæ, quæ suam habet utilitatem, ac proinde male reprehenditur. Tum addit: " Malefacit ergo Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria? & non solum unius Urbis, sed totius Orbis errant Episcopi. " Ejus hæresis authorem esse dicit Eunomium. Provocat ad miracula, quæ fiebant in Basilicis Martyrum, quæ non negabat ipse Vigilantius. Cujus hæresis Ecclesiarum traditioni sic adversabatur, ut brevi se ipsa corruerit.

Sozom. l. 8. c. 27

Chrysostomi cura pro Ecclesiis.

LXX. Joannes in exilio degens magis inclaruit. Nam cum pecuniis abundaret, quas cum alii multi afferebant, tum Olympias Diaconissa ad eum mittebat, plurimos captivos ab Isauris redemit, ac suis restituit. Multis etiam egentibus necessaria subministrabat. Eos vero, quibus pecuniis non opus erat, oratione sibi conciliabat. Eratque admodum carus tum Armenis, apud quos degebat, tum finitimis omnibus. Multi quotidie ad eum confluebant ex urbe Antiochia, & ex reliqua Syria, ac Cilicia. Amicorum tamen muneribus moderate utebatur, quædam non admittens, alia impendens in utilitatem Ecclesiarum, præsertim Phœniciæ, quarum præcipuam curam gerebat. Gentilium furorem hic rursus arsisse cum accepisset, compluresque monachos partim vulneribus affectos esse, partim etiam mortem obiisse, Rufinum Presbyterum literis mirum in modum hortatus est, ut nulla interposita mora illuc quam celerrime proficisceretur. " Certum enim habeo, inquit, fore, ut si preces, & lenitatem, & mansuetudinem, & tolerantiam, & patientiam, eamque quam soles animi fortitudinem exhibueris, vel aspectu solo adversarios in fugam conjicias, ipsorumque furorem extinguas, atque eorum, qui partes nostras tuentur, animos recreas, ac denique multa bona efficias... si vel hoc duntaxat audierimus, te Phœniciæ fines attigisse, jam sine cura erimus ..., Est enim mihi probe perspecta animi tui vigilantia, mentis tuæ cura & sollicitudo, sagacitas, concinnitas, comitas, fortitudo, robur, constantia. Quare quam sæpissime velim ad nos scribas ... Quin de sanctorum Martyrum reliquiis sine cura esto: confestim enim per religiosissimum Dominum meum Presbyterum Terentium ad Dominum meum religionis laude præstantem Trejum Arabissi Episcopum scripsi. Nam & ipse multas & minime dubias habet: quas paucis diebus in Phœniciam ad te mittamus ,... festina igitur ut ante hyemem ecclesias, quæ tecti expertes sunt, perficere queas. " In hunc usum destinavit pecunias, quas sæpius rogatus acceperat a Diogene viro nobili. Altaria vel ab his primis sæculis sine Sanctorum reliquiis non fuisse consecrata, ex his intelligimus.

Chrys. epist. 58. alias 51. Idem ep. 191. alias 126.

Idem epist. 55. alias 54. Idem ep. 186. alias 123.

Aliis eadem de causa scripsit, præsertim Gerontio Presbytero, qui eo etiam se contulit. Phœniciæ quoque Presbyteros & Monachos, qui Gentiles in Christiana religione instituebant, literis cohortatus est, ne ob exortum tumultum secedant. " Quin potius, inquit, quo plures difficultates vobis objiciuntur, gravioresque fluctus ac major perturbatio, eo quoque constantius laboretis .... ne tantus labor vester fructu careat, susceptaque in animarum cultu opera deleatur ..... Neque enim vobis tanta merces constituta erat, cum negotia sine ulla difficultate ac molestia conficiebantur, quanta nunc, cum magna difficultas proponitur .... Ego, ut omnia, tam in indumentis,

CHRISTI AN. 405. Idem ep. 113. alias 206. & seq.

quam in calceamentis, ac fratrum alimentis, eadem qua prius copia & affluentia vobis suppeditentur, imperavi ... Hac etiam de causa Joannem religiosissimum Presbyterum misimus, ut vos cohortetur. „ Theodulo Diacono, & monachis Gothis, qui in monasterio promoti degebant Constantinopoli, ut Gothicæ Ecclesiæ curam diligenter gererent, scripsit ut rursus dent operam, ut negotium, scilicet consecrationis novi Episcopi dilatione aliqua protelet ur: sperabat enim, ut in præcedentibus literis insinuat, se brevi Ecclesiæ suæ restituendum.

CHRISTI AN. 404. Chrys. epist. 5. alias 6.

Hyemis asperitas, quæ magna est in Armenia, anno 404, gravior quam solebat exorta, graviores Chrysostomo stomachi dolores invexit. " Quamvis, inquit, ignem etiam accenderem, & gravissimum fumum perferrem, & cubiculo inclusus tenerer, & sexcentis vestibus memet obvolverem, nihilominus tamen extremos cruciatos patiebar: quippe cum vomitus subinde orirentur, capitis dolores, cibi fastidia, perpetuæque vigiliæ ... Verum post duos menses, simul atque ver affuit, omnia sponte sua dilapsa sunt ... Verum, inquit in altera epistola, fames & pestis imminent. Atque hæc mala perpetuus latronum impetus jam parturit, qui jam longissime grassantur, atque omnes undique vias intercludunt. Andronicus in eorum manus incidit, atque ab ipsis dimissus salutem est consecutus. Quam ob rem te rogo, ne quem posthac huc mittas. Quanta fuerit Armeniæ vastitas, in aliis duabus litteris descripsit. Nos, inquit, ex aliis & aliis locis in alia migrare cogimur .... Tandem aliquando his malis nonnihil sedatis loca deserta relinquentes Arabissum confugimus. Est autem nobis hæc sedes quovis carcere deterior. Singulos in dies præ foribus nostris mors est, Isauris omnia invadentibus, atque igni & ferro tum corpora, tum ædificia delentibus.

Idem Ep. 14. alias 15. Idem ep. 183. alias 127. Ep. 70. alias 69.

Zosim. l. 5.

„ His nunciatis, Arbazacius dux mittitur, latrones fuga dilapsos intra montes persecutus complures eorum villas cepit, adeoque prorsus eos in potestatem facillime redegisset, & incolis oppidorum securitatem solidam parasset; nisi voluptatibus deditus, multum de vigore suo remisisset, ac pecuniæ manus porrigens, bono publico divitias prætulisset. Joannes jussus est Arabissi manere.

Pallad. dialog. p. 96. Idem p. 27.

LXXI. Interea Romæ ejus causam urgebant illius amici. Demetrius Pessinuntis Episcopus, qui Orientem percurrerat, prædicans Romanorum communionem cum Joanne, ostensis Papæ Innocentii literis, rursus Romam venit afferens epistolas ab Episcopis Cariæ, quibus Joannis communionem complectebantur. Domitianus Presbyter œconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & Vallagas Presbyter Nisibenus Papæ reddiderunt Optati Præfecti acta, in quibus Olympias & Pentadia ex genere Consulum & Diaconissæ ad ejus tribunal deductæ, coactæ sunt communicare cum Arsacio, aut fisco dare viginti auri libras. Ascetæ & virginea ostendebant sulcata latera in eculeo, & in tergo verberum notas. Innocentius amplius non sustinens, misit ad Honorium, singillatim quid ferrent epistolæ illæ, subjungens. Quibus permota ejus pietas, jubet Occidentalium Synodum cogi, eorumque sententiam ad se referri. Italiæ Episcopi congregati orant Imperatorem scribat fratri suo Arcadio, ut jubeat Thessalonicæ Synodum fieri, quo facilius utraque pars Orientis & Occidentis in unum accurrere possit. Ille Episcopo Romanæ Ecclesiæ scribit, mittat quinque Episcopos, & Presbyteros Romanæ Ecclesiæ duos, & Diaconum unum, qui ferant suam ad fratrem epistolam, cujus hæc sententia erat: " Tertio jam scribo ad mansuetudinem tuam rogans, ut quæ ex compacto contra Joannem Constantinopolitanum gesta sunt, emendentur, & ut videtur, nondum perfectum est. Quare denuo scripsi per hosce Episcopos & Presbyteros multum sollicitus de pace Ecclesiastica, per quam & nostrum Imperium pacem obtinet, ut jubere digneris Orientis Episcopos Thessalonicæ convenire ... Quænam sit occidentalium de Joanne Episcopo sententia, ex omnibus epistolis, quæ ad me scriptæ sunt, duas subjunxi, ejusdem cum cæteris sententiæ, unam Romani, alteram Aquilejensis Episcopi ... Obsecro clementiam tuam, Theophilum Alexandriæ Episcopum etiam nolentem se sistere jubeas ... Ut Episcoporum qui adfuerint Synodus minime impedita, convenientem temporibus nostris pacem sanciat. „

Innocentius agit pro Chrysostomo.

Nonnulli laudant quamdam Innocentii epistolam ad Arcadium Imperatorem, quem excommunicat: sed non obscuras suppositionis notas habet: duas tantum hic indicabimus. Primo sic in ea legimus: Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam a Christianismo alienationem. Innocentius vero Theophilo scripsit: Frater Theophile, nos quidem habemus te & fratrem Joannem nobis communicantes, ut in prioribus literis mentem nostram manifestam fecimus, ac ne nunc quidem ab eo proposito desistentes, rursus eadem tibi scribimus. Secundo Palladius, qui tum Romæ Chrysostomi causam agebat, & minima quæque ei faventia prosequitur, Socrates & Sozomenus authores contemporanei, nec aliqui ex latinis illius epistolæ mentionem fecere. Primus omnium septimo sæculo illius meminit Georgius Alexandrinus.

CHRISTI AN. 404.

Pallad. dialog. p. 31.

Æmilianus Beneventi Episcopus, Gaudentius Brixii, Cythegius, & Marianus cum Valentiniano & Bonifacio Presbyteris, cum accepissent literas Imperatoris Honorii, Innocentii, & Italorum Episcoporum, nec non commonitorium Synodi totius Occidentis, publica evectione Constantinopolim profecti sunt cum Cyriaco, Demetrio, Palladio, & Eulysio Episcopis. Commonitorium autem continebat Joannem judicium ingredi non debere, nisi prius ipsi restituta fuisset & Ecclesia, & communio, ut sublata causa detrectandi judicii, sua sponte consessum iniret.

Aug. Ep. 185. alias 50.

LXXII. Carthaginensis Synodi posterioris legati cum ad comitatum pervenissent, quid agerent, non habuerunt. Jam enim lex fuerat promulgata, ut tantæ immanitatis hæresis Donatistarum omnino esse non sineretur impune, pecuniariis damnis propositis, & in Episcopos & ministros eorum exilio constituto. Jam enim legatos prævenerant quædam Episcoporum querelæ gravissimæ, qui mala fuerant ab iis multa perpessi; præcipue horrenda cædes Maximiniani Bagajensis Episcopi Catholici. Dicta inter partes Judicis sententia, obtinuerat Basilicam, quam invaserant. Hunc igitur stantem ad altare irruentes, fustibus & telis, & lignis altaris effracti immaniter ceciderunt, pugione etiam percusserunt in inguine. Cumque graviter sauciatum per terram traherent, exundanti venæ pulvis obtrusus sanguinem abstinuit, cujus effusione ibat in mortem. Deinde eum ab eis relictum, nostri cum Psalmis auferre tentarent, illi eum de portantium manibus abstulerunt, male mulctatis fugatisque Catholicis, quos ingenti multitudine superabant. Inde in quamdam turrim levatum adhuc spirantem abjecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, & a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus, collectus, & ad religiosam domum asportatus, adhibita magna cura, post multos dies ab illa desperatione recreatus est. Occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiam trans mare nuntiaverat: quo posteaquam venit, & vita ejus inopinatissima apparuit, cicatricibus suis tam multis, tam ingentibus, non frustra famam mortuum se nuntiasse monstravit. Auxilium ergo petivit ab Honorio, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendæ Ecclesiæ. Quod si prætermisisset, inquit Augustinus, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. His igitur & aliis permotus Imperator, Ravennæ pridie idus Februarii Stilicone & Anthemio Consulibus, seu anno quadringentesimo quinto dedit legem, quæ dicta est edictum unionis, vetabat enim ne quis se Donatistam diceret. Alia lege sancivit: ut quisquis post hæc fuerit rebaptizasse detectus, Judici offeratur, ut facultatum omnium publicatione mulctetur .. Ea præterea loca, quæ feralibus sacrilegiis deinceps constiterit præbuisse secretum, fisci viribus applicentur... Moderatores vero Provinciarum, si in contemptum sanctionis hujusmodi præbuerint consensum, sciant se viginti libris auri mulctandos. Officia autem sua simili condemnatione subjuganda. Tertio nonas Martii rescriptum dedit ad Diotimium Africæ Proconsulem: Edictum quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa proponi volumus, ut omnibus innotescat.

CHRISTI AN. 405. L. 38. cod. Theo. de hær. L. 4. cod. Theod.

L. 2. cod. Theod. de relig. August.

Ibid.

Donatistæ frequentes redeunt ad Ecclesiam.

" Jam vero cum ipsæ leges venissent in Africam, præcipue illi, qui quærebant occasionem, aut sævitiam furentium metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad Ecclesiam continuo transierunt. Multi etiam, qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem vero causam ipsa hæresis

haberet

CHRISTI AN. 405.

haberet, nunquam antea cogitaverant, nunquam quærere, & considerare voluerant, mox ubi cœperunt advertere, & nihil in ea dignum invenere, propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate Catholici facti sunt. Docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorum autem præcedentium authoritatem & persuasionem secuti sunt multi, qui minus idonei erant per se ipsos intelligere, quid distaret inter Donatistarum errorem, & Catholicam veritatem. Ita cum magna agmina populorum vera Mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbæ duræ, & in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoque plurimi simulando communicaverunt, alii paucitate latuerunt. Sed illi, qui simulabant, paulatim assuescendo, & prædicationem veritatis audiendo, ex magna parte correcti sunt. „ Hæc Augustinus, qui cum antea schismaticos & hæreticos non authoritate legum, sed sola exhortatione & persuasione reducendos putaret, legum necessitatem & utilitatem cum experientia cognovisset, eosdem legibus pœnisque temporalibus compellendos, ut redeant ad Ecclesiæ unitatem, approbavit atque defendit.

Hæreticos legibus coercendos docet Augustinus.

Idem expresse docet in Epistola ad Bonifacium Comitem. " Quomodo, inquit, Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quæ contra jussa Domini fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est; aliter quia etiam Rex est. Quia homo est, ei servit vivendo fideliter; quia vero Rex est, servit, leges justa præcipientes, & contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelsa quæ contra præcepta Dei fuerant constructa, destruendo: sicut servivit Josias, talia & ipse faciendo . . . In hoc ergo serviunt Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges . . . . Quis mente sobrius Regibus dicat, nolite curare in regno vestro, a quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri; non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit esse sive religiosus, sive sacrilegus; quibus dici non potest, non ad vos pertineat, in regno vestro quis velit pudicus esse, quis impudicus? Cur enim, cum datum sit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & sacrilegia permittantur? An fidem non servare levius est animam Deo, quam fœminam viro? Aut si ea, quæ non contemptu, sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda, numquid ideo negligenda sunt? melius est quidem, quis dubitaverit, ad Deum colendum doctrina homines duci, quam pœnæ timore, vel dolore compelli; sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, quod experimentis probavimus, prius timore vel dolore cogi, ut postea possent doceri, aut quod jam verbis didicerant, opere sectari .... Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios ut redirent, si perditi filii coegerunt alios ut perirent? Quamvis etiam illos, quos non coegerunt, sed tantum seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges, in ejus gremium revocentur, blandius pia Mater amplectitur, & de illis multo amplius, quam de his, quos nunquam perdiderat, gratulatur.

Conc. nov. ed. tom. 1. codex Can. Ec. Afr. Lab. tom. 2.

LXXIII. Eodem anno, decimo Kalendas Septembris, Carthagine celebratum est Concilium. In eo statutum est: ut quia apud Carthaginem tantum unitas facta est, dentur etiam literæ ad Judices, ut & in aliis Provinciis & civitatibus operam impendi jubeant unitati. Ut gratiarum actiones de Carthaginensi Ecclesia pro universa Africa, de exclusione Donatistarum cum Episcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ sunt etiam literæ Papæ Innocentii, ut Episcopi ad transmarina pergere facile non

L. 59. cod. Theod. de hær.

debeant: quod & ipsum Episcoporum sententiis confirmatur. Legatis auditis Diotimo Africæ Proconsuli rescripsit. Honorius: Donatistæ superstitionis hæreticos, vel fatentes, vel convictos, legis tenore servato, pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Datum sexto Idus Decembris Ravennæ anno 405.

LXXIV. Judices dum has leges exequerentur, Grammaticus quidam Donatista Cresconius, cum

Aug. l. 2. retract. cap. 26.

invenisset librum, quo primas Petiliani Epistolæ partes redarguebat Augustinus, putavit ei respondendum: quem quatuor libris confutavit Augustinus: ita sane ut tribus perageret, quod universa responsio

flagitabat. Sed cum videret de sola Maximianensium causa, quos ut schismaticos damnaverant, & eorum aliquos rursus in honoribus suis receperunt, baptismumque ab eis extra suam communionem datum non repetiverunt, responderi posse ad cuncta quæ scripsit, etiam quartum librum addidit, in quo idipsum diligenter atque evidenter ostendit: collatum ab hæreticis baptisma non esse iterandum. " Quamvis, inquit, hujus rei de Scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earumdem tamen Scripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod universæ jam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum Scripturarum commendat authoritas; ut quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, hujus obscuritate quæstionis, eamdem Ecclesiam consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat. „ Quænam vero tot inter sectas, quæ Christiano nomine censentur, vera sit Ecclesia, sic ostendit: " Cohibeant itaque se frumentorum per totum mundum tanta ubertate crescentium impii desertores, & non audeant de quorumdam zizaniorum paucitate gloriari . . . . Alii quippe hic, alii vero alibi, atque alibi hæretici, diffusa ubique Catholica unitate, confligunt. Ubique enim est illa, de qua exierunt, qui esse ubique minime potuerunt, dicentes, secundum id quod de illis prædictum est: Ecce hic est Christus, ecce illic, alii hoc loco, alii alias variarum præsumptionum vel potius amputationum proprias particulas ostendentes, atque impia superbia radicem unde fracti sunt, abnegantes. „ En igitur juxta Augustinum duo characteres veræ Ecclesiæ, quibus facile dignoscitur: Primus: Ut per totum Orbem diffusa sit: Secundus: Ut semper extiterit, nec ab antiqua Ecclesia per separationem exierit; qui duo characteres soli Romanæ Ecclesiæ conveniunt. Omnium enim aliarum Ecclesiarum initium monstratur per separationem a Catholica, & non sunt ubique diffusæ.

CHRISTI AN. 405. Aug. l. 1. adv. Cresc. cap. 33. *Ecclesiæ authoritas.* Idem l. 3. c. 67. *Ecclesia vera.*

LXXV. Arsacius cum Ecclesiam Constantinopolitanam sexdecim mensibus administrasset, anno 405., die tertio Idus Novembris obiit. Cum autem multi Episcopatum illum ambirent, eam ob causam quarto post obitum illius mense, Arcadio sextum, & Anicio Probo Consulibus, seu anno quadringentesimo sexto ordinatus est Atticus, qui unus fuerat ex Joannis insidiatoribus. Huic patria fuit Sebastia urbs Armeniæ; cæterum ab ineunte ætate in monastica Philosophia institutus fuit a monachis Macedonianis, qui tunc temporis in hujus sapientiæ studio apud Sebastiam florebant, progressi e schola Eustathii olim illius urbis Episcopi. Postea vero jam virilem ingressus ætatem, ad Catholicam Ecclesiam se transtulit. Porro cum esset natura magis, quam disciplina prudens, in rebus agendis summæ fuit dexteritatis, & ad struendas atque vitandas insidias solertissimus: Moribus autem blandus fuit, ita ut plerisque gratus esset: in concionibus vero Ecclesiasticis mediocris, adeo ut sermones illius, nec digni qui exscriberentur, nec prorsus eruditionis expertes auditoribus viderentur. Nam cum studiosus esset elegantiæ, si quando tempus nactus fuerat, probatissimos quosque veterum scriptores lectitabat. Et quoniam indoctus esse videbatur, cum de illis dissereret, ipsos etiam doctos plerumque latuit. Porro erga suæ opinionis homines gnavus atque industrius fuisse dicitur: iis vero, qui diversam sectam sequebantur, terribilis: ita ut quoties volebat, metum illis incuteret: rursus vero mutatus, mitis eis appareret. Imperatoris rescriptum priori gravius adversus eos, qui ei non communicabant, obtinuit: Si quis non communicat Theophilo, Porphyrio & Attico, Ecclesia quidem ejiciatur; & a propriis facultatibus abigatur; & adversus laicos, qui in dignitatibus essent constituti, suo honore & dignitate excederent, milites cingulum amitterent, reliqua plebs, atque opifices gravi auri pondere mulctati subjacerent exilio. Hinc divites ei communicarunt, pauperiores vero donorum pollicitationibus ad ejus communionem adducebantur. Nonnulli tamen patria & possessionibus posthabitis fugerunt Romam, vel ad montes, vel in Ascetarum monasteria. Plebs vero fidelis magna cum afflictatione preces sub dio peragebat.

CHRISTI AN. 405. & 406. Socrat. l. 6. c. 20. *Atticus qualis.* Sozom. l. 8. c. 27. Pallad. dial. p. 95.

Ejus factionis homines cum audissent Papæ & Italorum legatos advenire, quasi in contumeliam Orientalis Imperii hæc acta essent, calumniari cœperunt, eosque, quasi externo Imperatori molesti fuissent, cum ignominia dimitti curarunt. Cum

Sozom. l. 8. c. 28.

CHRISTI AN. 406.

Chrys. epist. 27. aliat 163.

igitur præter Græciam Athenas navigarent, detenti sunt a tribuno militum, qui statim eis adjunxit centurionem, nec sineas eos Thessalonicam accedere, ne redderent literas Anysio Episcopo, qui cum cæteris Macedoniæ Episcopis Chrysostomo savebat, qui eis per literas gratias egit, conjectos io duo navigia dimisit. Ingruente postea Austro vehementi post tres dies jejuni appulere Constantinopolim juxta suburbana Victoris, ubi retenti ab exactoribus portuum, retro discessere, & conclusi sunt maritimo Thraciæ castello, Athyra dicto, Romani quidem in una domo, Græci in pluribus.

Patricius Notarius ad eos venit, eorum literas petens, quas cum dare noluissent: qui enim fiari potest, ajebant, ut qui legati sumus, literas Imperatoris, & Episcoporum, ipsi Imperatori non reddamus? Postremum missus ast Valerianus tribunus, qui rupto Marianoi Episcopi pollice signatam Imperatoris Epistolam cum reliquis abstulit. Postridie miserunt qui legatis tria millia numismatum darent, orantes ut aum Attico communicarent, & de Joannis judicio tacerent. Quibus non assentientes orabant, ut sine periculo ad suas Ecclasias redirent. Valarianus post aliquot dies Romanos in deterrimam navem conjecit cum vigioti militibus, qui Lampsacum aum appulissent, inde mutata nave vigesimo die applicaeruot Hydruntem Calabriæ, inscii prorsus quid actum esset da quatuor Græcis Episconis, qui cum eis profecti erant, vel quo in statu essent res Chrysostomi.

Pallad. dialog. p. 194. *Persecutio adversus communicantes Chrysostomo.*

Diaconus quidsm, qui simul cum eis iter fecerat, postea retulit, eos fuisse ralegatos, Cyriacum quidem Emesenum Palmyræ in Persarum castello esse; Eulysium Bostrensem in asstello Arabum Saracenis adjacente, Palladium in vicinia Æthiopum custodiri in oppido, Syene dicto, Demetrium in Oasi Mazicibus proxima. Præfecti & milites, qui eos deducebant, pecuniis enium penitus abreptis, atque inter se partitis, eos vearunt inhumanissime. Sævitum est pariter in alios amicos Chrysostomi. Serapion, quem Heracleæ in Thracia constituerat Episcopum, cum aliquamdiu in Gothorum monasterio delituisset, deprehansum tandem, & post multas calumnias crudeliter cæsum Judices in patriam suam relegarunt.

Ibid. P. 195.

Hilarius vir sanctus & senex in iotimum Pontum pulsus ast, plagis concisus a Clero; hic per decem & octo annos panem non gustavit, olera sola, & frumentum coctum edens. Brisso, Palladii frater, Ecelesia sua ultro derelicta, in agello suo degens, terram propriis msnibus fodiebat. Elpidius Laodiceæ Episcopus, & Papus per totum tricooium de scala domus suæ non descendarunt, precationibus vacaotes. Heraclidas Ephesius per quadriennium Nicomediæ in carcere inclusus ast. Episcopi reliqui de communione Joannis, omni spe abjecta, alii quidem aommunicarunt Attico, & in alias Thraciæ Ecclesiss translati sunt, alii vero delituere. Presbyterorum alii in Arabiam & Palæstinam amandati sunt. Tigrius in Mesopotamiam relegatus est, Philippus in Ponto axul mortuus est. Plures Constantinopoli latuere, alii in patrias suas abierunt. Sophronius Diaconus in Thebaidis carcere inclusus est. Stephanus monachus,

P. 196.

qui Romanorum Epistolas detulerat, ob idipsum varberatus, decem menses Constantinopoli in carcere vitam egit. Cum autem ei communio cum Attico proposita esset, & non acquievisset, lateribus & pectore ungularum violentia laceratis, Christi provi-

P. 197.

dentia servatus, post decimum aurationis suæ mensem Pelusium ralegatus est. Persecutionem hanc post-

Theod. hist. l. 5. cap. 34.

quam iodicavit Theodoretus, subjicit: plerique eorum, qui injurias fecerant, pœnas dederuat, & per ea quæ passi suat, emolumentum aliis attulerunt. Cæterum hanc injustitiam præcipua detestati sunt Episcopi Europæ. A communione enim eorum, qui hæc fecerant, se ipsos sapararuat. Illyriciani quoque omnas eorum partibus sasa adjunxerunt. Orientalium vero urbium quam plurimi aommunionem sceleris refugerunt, corpus tamen Ecclesiæ haudquaquam disciderunt. Suspensa igitur fuit commonio, sed ad schisma dissensio non processit.

Chrysostomus hæc ax multorum relatione cum accepisset, Romano Pontifici ac primariis Italiæ Episcopis per litersa gratias egit quam maximas, hortatusqua est ne difficultatibus deterrerentur, sed suam, quæ totius esset Ecclasiæ, causam strenua agerent. Similes litaras scripsit Eulogio Cæsariensi, & Joanni Hierosolymitano, quorum exemplum pro sua defensiona sequebantur alii Palæstinæ Episcopi. Scripsit etiam illustrissimis Romanis matronis Faltoniæ Probæ, Julianæ, & Italicæ, quibus commendat Joanoem Presbyterum, & Paulum Diaconum, quos ex toto Oriente fugaverat persecutio.

CHRISTI AN. 406.

Theod. hist. l. 5. cap. 34. Pallad. dialog. p. 97.

Joannis inimici, præsertim Severianus & Porphyrius, & quidam alii Syriæ Episcopi, ut alio transferretur, moliuntur. Ejus enim gloriæ splendorem apud omnea ferre non poterant. Itaque missum ad Comitatum, & rescriptum obtinent, ut transferretur Pityuntem, locum regionis Tzanorum desertissimum ad littus Ponticis maris situm, quem accolebant crudelissimi barbari. Eum deducebaot duo milites. Et unus quidem ax ais oonnihil humanitatis osteodebat; alter autem usqua adeo crudelis arat & atroa, ut blanditias, quæ sibi ab occurrentibus fiabant, ut Sancto parceret, injurias reputaret, eumqua cum imber esset vehemans, vel æstus maximus, proficisci cogebat. In urbe, vel vico, ubi balneorum solatium erat, non permittebat morari; molestissimum illud iter fuit trium mensium. Cum autem

Chrysostomi mors.

Comana prætergressus, in martyrio quinque aut sex millibus dissito mansisset, eadem ipsa nocte apparuit ei illius loci martyr, D. Basiliscus Comanorum Episcopus, qui Nicomediæ sub Maximino, una cum sancto Luciano Presbytaro passus est, dicens: Macta aoimo Frater Joannes, crastina enim die una erimus. Sequenti igitur die oravit milites, ut ad horam quintam usque ibi remanerent. Illi varo non auditis ejus precibus inde abscessarunt. Confectis circiter triginta stadiis, rursus ad martyrium, unde discesserant, redierunt, cum graviter ille sa haberet, raversus aandidas vestes requirit, & jejunus induit, omnibus ad calcaamentum usque mutatis: reliquas præsentibus distribuit. Et sumptis Dominicis symbolis, aoram astaotibus ultimam orationem fecit. Et cum dixissat more suo: Gloria Deo propter omnia, & ultimum Amen obsignasset, ad Christum transiit. Corpus ejus, quod egregio certamine perfunctum fuerat, juxta loculum sancti Martyris Basilisci depositum ast octavo decimo Kalaadas Octobris, Honorio septias, & Theodosio iterum Consulibus, seu

CHRISTI AN. 407.

anno quadringentesimo septimo. Excessit annos natus sexaginta, post annos novem, & meoses septem Episcopatus, ex quibus annos tres, & totidem menses, & dies novem egit in axilio. Tanta autem multitudo Virginum, Monachorum, & qui sanctitatis testimooium habebant, aderat e Syria, Cilicia, Ponto, atqua Armenia, ut plerique putarent quasi dato sigon convenissa.

Theod. ibid.

Post mortem tanti Doctoris, Occidentalea Episcopi, Episcoporum Ægypti, & Orientis, & Bosphori, ac Thraciæ commuoiooem non prius admiserunt, quam divini illius viri nomen una cum raliquis defunctis Episcopis consignassent. Atticum vero Arsacii successorem, qui multas ad ipsos legationes misarat, non susceperuat, nisi posteaquam nomeo illius in sacraa rabulas retulisset.

Procl. de trad. D. Missæ.

LXXVI. Plurium ejus operum jam meminimus. Ejus liturgiam, qua magna anni parte utuntur Græcæ Ecclesiæ, atque in earum Euchologio typis impresso Venetiis habetur, sic laudat Proclus Constantinopolitanus, qui vidit Chrysostomum: Haud multo post Pater ille noster, aurea præditus lingua Joannes, de ovium salute, ut pastorem decet, strenua cura sollicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamquo respicians, fibras omnes ac radices satanici prætextus prorsus voluit avellara, & idcirco multa præcidit, & aoncisiori pressioriqua orationa sacrum conficiendum constituit, ne sensim homines, qui libertatam quamdam, & inartiam quam maxima amplectuntor, fallacibus adversarii rationibua decepti, ab ejusmodi Apostolica hac & divina absterriti traditione, aam omitteroot. Nullus profecto morta-

Suid.

lium ab omni ævo tanta dicendi copia abundavit, quanta solus ditatus arat, & solus absque fuco illud aureum & divinum Chrysostomi nomen, ut quodam hæreditario jure, consecutus est. Ejus vero scriptorum aumerum recensere non hominis ast, sed Dei potius omnia cognoscentis. Novum & vetus Testamentum aruditissimis commentariis explicavit. Ipsius non est opus imperfectum in Matthæum, innumeris quippe scatet erroribua, præsertim airca mysterium sanctissimæ Trinitatis, a quibus maxime abhorrebat Chrysostomus, qui aliunde ipsum Matthæi Evangelium integrum optime axposuit. Epistola pariter ad Cæsarium, quam Petrus martyr Florentinus, Calvi-

nista,

CHRISTI AN. 407. nista, primus sub ejus nomine publicavit, dum in Anglia adversus Catholicam Fidem de Transubstantiatione panis & vini in Corpus Christi & Sanguinem disputaret, supposititia merito videtur, tum quia non extat in antiquis manuscriptis operum Chrysostomi, tum quia ejus author impugnat errorem Eutychis, qui Chrysostomo longe posterior est.

Chrysostomus docet confessionem sacramentalem esse necessariam. Chrysostomum confessionem sacramentalem respuisse ut necessariam contendunt Protestantes adductis multis ejus authoritatibus, quas nihil eorum causæ patrocinari demonstrarunt Doctores Catholici. Nos juxta nostrum institutum selectos quosdam ex ejus operibus textus hic subjicimus, ex quibus quid ea de re senserit tantus Doctor, evidenter intelligitur. “ Qui igitur, inquit, pharmacum adhibere quis possit morbo ei, cujus genus nequaquam intelligat? ..... Quam ob rem multa quidem arte opus est, ut qui laborant Christiani, ultro sibi ipsis (Chrys. l. 2. de Sac. c. 3.) persuadeant, Sacerdotum curationibus sese submittere oportere, neque id solum, sed ut etiam curationis ac medicinæ nomine gratiam illis habeant ... Equidem complures recensere possim, quos constat in extrema mala adactos, non ob aliud, nisi quod digna ab eis pœna, & quæ peccatis par esset, exigeretur. (C. 4.) Neque enim temere ad delictorum modum oportet, & mulctam ipsam adhibere; sed tanquam conjecturis quibusdam explorandus est delinquentium animus; ne qua fiat, ut dum consuere vis quod interruptum est, scissuram facias deteriorem. „ Quæ in superiori libro retulimus ex capite quinto libri tertii de Sacerdotio, non minus expresse probant solvendi peccata potestatem a Christo datam Sacerdotibus, quibus peccatores subjicere se tenentur, ut cognitis eorum peccatis convenientem medicinam adhibeant. (Idem hom. 31. in c. 12. ad Heb.) “ Nos, inquit alio in loco, ei scilicet peccatori, persuadeamus, quod peccaverit, ut agat pœnitentiam, & cum pœnitentiam egerit, liberetur a suppliciis. Quomodo, dic quæso, de peccatis assequi veniam poteris, si ea nondum sis confessus? .... Peccatum au(Idem hom. 38. in Matt.)tem ita maculat, ut nulli fontes, nulla flumina, sed lacrymæ solum atque confessio mundare queant ... In peccatis igitur, quæ commisimus; confitendis nemi(Idem hom. 33. in Joan.)nem vereamur, Deum duntaxat, ut decet, formidemus .... Jam vero contrarium fieri video, nam (Hom. de mulier. Samar.) eum, qui nos judicaturus est, non reformidamus, eos vero qui nullatenus nos læserunt, perhorrescimus, & ignominiam ab ipsis incurrendam reformidamus: quapropter in iis, quæ timemus, pœnam sustinemus; qui enim homini peccata detegere erubescit, Deo vero cernente facere non erubescit, neque confiteri vult & pœnitentiam agere, in die illa extremi judicii, non coram uno vel duobus, sed universo terrarum Orbe spectante traducetur. „ Significantioribus verbis suas assertiones de necessitate confessionis sacramentalis non exprimunt Theologi. Jam vero si contendant adversarii Chrysostomum pugnantia locutum, hac absurda responsione omnem ei adimunt authoritatem. Pœnitentiam publicam (CHRISTI AN. 407.) ejus ætate perseverasse evincunt hæc ejus verba, quibus aliorum exemplo redarguit peccatorem, qui (Idem hom. 3. in epist. ad Eph.) cum maculata conscientia ad sacram mensam accedere non verebatur. Audis, inquit, præconem stantem & dicentem: quicumque estis in pœnitentia, abite. His verbis post Missam Catechumenorum, fuisse dimissos publice pœnitentes fatentur omnes periti. Ejus vitam septimo sæculo scripsit Georgius Alexandrinus: sed, ut observat Photius, ipse non pauca, præter historiæ fidem, narrasse visus est. (Phot. Bibl. cod. 96.)

LXXVII. Eodem anno quadringentesimo septimo, Idibus Julii, Carthagine habita est Synodus generalis totius Africæ. (Codex Can. Afric. Concil. tom. 1. nov. ed. & tom. 2. Lab. C. 96. C. 97.) Quoniam constitutum fuerat in Concilio Hipponensi, ut singulis annis contraheretur Concilium Africæ plenarium .... “ Placuit ut non sit ultra fatigandis Fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, undequaque ad Sedem Carthaginensem datæ literæ fuerint, congregandam esse Synodum in ea Provincia, ubi opportunitas persuaserit: causæ autem quæ communes non sunt, in suis Provinciis judicentur. Si autem fuerit provocatum, & eligat qui provocaverit Judices, & cum eo ille, contra quem provocaverit: ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare. Sardicenses enim Canones eis non innotuerant, ut constabit ex sequentibus. Placuit etiam ut petant ex nomine Provinciarum omnium Legati perrecturi Vincentius & Fortunatianus, a gloriosissimis Imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi secretaria ..... (C. 98.) Alter Canon est de erectione novi Episcopatus. (C. 102.) Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario uniuscujusque Provinciæ, & Primatis, atque consensu ejus, ad cujus Diœcesim ea Ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant .... (*Matrimonium indissolubile.*) Placuit ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungatur; sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petendum est promulgari. „ Honorius legatis postulata concessit, nempe defensores, simulque concessa Ecclesiæ privilegia confirmavit. Donatistis etiam resipiscentibus pœnas relaxavit sequenti lege: Ut igitur priores, quas statuimus leges, in (L. 38. cod. Theod.) excidium sacrilegarum mentium, omni executionis urgeri jubemus effectu, ita hos, qui simplici fide religionis, licet sera, confessionem maluerint, censemus datis legibus non teneri. (L. 41. cod. Theod.) Quæ ideo sanximus, quo universi cognoscant, nec prophanis hominum studiis deesse vindictam, & ad rectum redeuntibus cultum, legum quoque adesse suffragium. Data est decimo septimo Kalendas Decembres anno quadringentesimo septimo.

TEXTUS GRÆCI
LIBRI XVIII.

NUm. XXXI. Joan. Damasc. Epist. de Jejun. Ἐξ ὧν ἁπάντων εἰς συναίσθησιν κατηντήσαμεν ἐννοιῶν, ὅτι νηστεία ἐστὶν οὐ μόνον ἡ παντελὴς ἕωθεν μέχρι ἑσπέρας ἀσιτία, ἀλλὰ καὶ ἡ τινῶν βρωμάτων ἀποχή. νηστεύειν γὰρ εἶναι καὶ κρεῶν λεγόμεθα· ἐπεὶ τοίνυν κοινῶς τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων διατετύπωται, μὴ νηστεύειν σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, καὶ νηστεύειν τὴν Ἁγίαν τεσσαρακοστὴν, συχνὸν τὰς μὲν πέντε τῆς ἑβδομάδος τὴν παντελῆ ἀσιτίαν νηστεύειν· ταῖς δὲ δυσὶ τοῦ σαββάτου καὶ τῆς Κυριακῆς ἡμέραις τὴν τινῶν βρωμάτων ἀποχὴν προσέταξαν ...... οὕτω τοίνυν καὶ τὴν συνήθειαν τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἐπιστάμεθα, μίαν προνήστιμον ἑβδομάδα, ἐν ᾗ μόνων τῶν κρεῶν ἀποχὴ καὶ οὐ μέχρι ἑσπέρας νηστεία ἐπιτελεῖται ...... ἐξ δὲ, ὡς ἀεὶ αἱ βουλευσάμεναι καὶ προηγιασμέναι ἐπιτελοῦντες, ὠόν τε, καὶ τυρὸν, καὶ τῶν λοιπῶν μετὰ τῶν κρεῶν ἀποχῇ. τῇ δὲ τῶν παίδων ἑβδομάδι ξηροφαγίαν νομοθετοῦσιν, ἡ μέντοι προηγιασμένη τελετὴ, ἣν ἡ καὶ ἀπήρξατο, ἕως τῇ παρασκευῇ τῇ Ἁγίᾳ καὶ φθινῇ παντελὴς ἀσιτία μέχρι τῆς τοῦ σαββάτου ἑσπέρας· καὶ τῇ μὲν ἑσπέρᾳ τοῦ Σαββάτου, τῶν μὲν λοιπῶν ἐδεσμάτων, τῶν κρεῶν οὐ μετέχουσι· τῇ δὲ ἁγίᾳ τῆς Ἀναστάσεως Κυριακῇ, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν κρεῶν μετέχουσιν οἱ βουλόμενοι.

Num. LXII. Chrys. Ep. 1. ad Innoc. sub finem; quæ est 122. ad divers. μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, Κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν, καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀνακόψαι. εἰ γὰρ τοῦτο κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένοιτο τοῖς βουλομένοις εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι παροικίας ἐκ τοσούτων διαστημάτων, καὶ ἐκβάλλειν, οὓς ἂν ἐθέλοι τις, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν πράττειν, ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται, καὶ πόλεμός τις ἀκήρυκτος πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκουμένην, πάντων πάντας βαλ-

βαλλόντων, καὶ βαλλομένων. ἵνα ἂν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακλήθητι αἱ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημέναι ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ ἂν οὐδὲ ἔχει τὴν οἰκείαν φύσιν· οἱ δὲ οὕτως παρανομήσαντες, ἐλεγχόμενοι τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων· ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐλεγχομένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων δεῖν ἀπολαύειν συνεχῶς, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν. εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν οἱ οὕτω παρανομήσαντες, ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον ὑπομνημάτων ἡμῖν οὐ δοθέντων, οὐ λιβέλλων, οὐ κατηγόρων φανέντων, δικαστηρίου καθίσαντος ἀδεκάστου, καὶ δικασόμεθα, καὶ ἀπολογησόμεθα, καὶ ἀποδείξομεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ ἂν καὶ ἐσμέν.

Num. LXX. idem Chrys. Ep. 2. ad Rufi. quæ est 191. Καὶ τῶν λειψάνων δὲ ἕνεκεν τῶν Ἁγίων Μαρτύρων ἀμέριμνος ἔσο. καὶ γὰρ ἀδεῶς ἐπέσταλα τὸν κύριόν μου τὸν εὐλαβέστατον Ἐπίσκοπον Ὀτρήϊον Ἀραβισσοῦ. αὐτὸς γὰρ ἔχει καὶ ἀναμφισβήτητα καὶ πολλά. καὶ μετ' ὀλίγων ἡμερῶν ἀποστελοῦμέν σοι αὐτὰ εἰς τὴν Φοινίκην.

Num. LXXVI. Chrys. Lib. 2. de Sacerd. Πῶς ἄν τις προσαγάγοι τῆς νόσου τὸ φάρμακον, ἣς μὴ τὸν τρόπον οἶδε; . . . . διὰ τοῦτο πολλῆς δεῖ τῆς μηχανῆς, ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ χάριν εἰδῶσι τῆς ἰατρείας αὐτοῖς . . . . . . καὶ πολλοὺς ἂν ἔχοιμι λέγειν, τοὺς εἰς ἔσχατα ἐξοκείλαντας κακὰ, διὰ τὸ δίκην ἀπαιτηθῆναι τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαν. οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως· μή ποτε ῥάψαι τὸ διερρωγὸς βουλόμενος, χεῖρον τὸ σχίσμα ποιήσῃ, καὶ ἀνορθῶσαι τὸ καταπεπτωκὸς σπουδάζων, μείζονα ἐργάσῃ τὴν πτῶσιν.

Idem Hom. 31. in Epist. ad Hebræos in morali. Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὸν (τὴν ψυχὴν) πείθωμεν, ὅτι ἥμαρτεν, ἵνα καὶ μετανοήσῃ, καὶ ἵνα μετανοήσασα ἀπαλλαγῇ τῶν κολάσεων. πῶς ἀξιοῖς συγγνώμης τυχεῖν, εἰπέ μοι, ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μηδέπω αὐτὰ ὁμολογήσας.

Idem Hom. 57. in Matth. ed. Eton. Ἡ δὲ ἁμαρτία τοσαύτην ἐντίθησι κηλῖδα, ὡς μηδὲ μυρίαις πηγαῖς αὐτὴν ἐκκαθαίρεσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ μόνοις δάκρυσι καὶ ἐξομολογήσεσι.

Idem Hom. 33. in Joan. Μιμησώμεθα τοίνυν τὴν γυναῖκα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι μὴ αἰσχυνώμεθα ἀνθρώπους, ἀλλὰ φοβώμεθα ὡς χρὴ Θεὸν (τὸν καὶ νῦν ὁρῶντα τὸ γινόμενον, καὶ τότε κολάζοντα τοὺς μὴ μετανοήσαντας νῦν.) ἀλλὰ νῦν γε τοὐναντίον ποιοῦμεν. τὸν μὲν γὰρ μέλλοντα κρίνειν, οὐ δεδοίκαμεν· τοὺς δὲ οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάπτοντας, τούτους φρίττομεν, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν αἰσχύνην τρέμομεν. διὰ τοῦτο ἐν ᾧ δεδοίκαμεν, ἐν αὐτῷ τὴν τιμωρίαν δίδομεν. ὁ γὰρ αἰσχύνης ἀνθρώπων ἐφορώμενος νῦν μόνον, Θεοῦ ὁρῶντος μὴ αἰσχυνόμενος πρᾶξαί τι ἄτοπον, μὴ θέλων μετανοῆσαι καὶ μεταβαλέσθαι, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐνώπιον ἑνὸς καὶ δευτέρου, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης, παραδειγματίζεται.

Idem Hom. in Mulier. Samarit. Ὁ γὰρ ἐπαισχυνόμενος ἀνθρώπῳ ἀποκαλύψαι τὸ ἁμάρτημα, Θεοῦ δὲ ὁρῶντος μὴ αἰσχυνόμενος πρᾶξαι, μηδὲ θέλων ὁμολογῆσαι, καὶ μετανοῆσαι, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐνώπιον ἑνὸς καὶ δύο, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης παραδειγματίζεται.

LIBER XIX.

Christianorum peccata ulturus Deus immittit barbaros, qui Romam & Provincias Occidentis vastant & occupant. SS. Piniani & Marcellæ virtus tunc maxime enituit. Donatistarum vero schisma in Africa letalem ictum accepit ex collatione Carthaginensi, in qua primas partes pro Catholicis egit Augustinus, demonstrans quænam esset vera Christi Ecclesia, & pro eadem causa multum laboravit. Synesius e Philosopho Episcopus, doctrina, zelo disciplinæ, & pietate floruit in Ægypto. In communione Ecclesiæ diem extremum clausit Theophilus, Patribus annumerandus. Honorii zelum pro Religione, Imperii Occidentis reparatione remuneratur Deus. Arcadio succedit Theodosius junior.

Christi An. 407.

I. Incipiunt luctuosissima Romanæ Reipublicæ tempora, quibus concussum Occidentale Imperium tandem penitus concidit. Anno 407. innumerabiles & ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceann & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, Hunni vastarunt. Mogunsiacum nobilis quondam civitas capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti: Rhemorum urbs præpotens, Ambiani, Attebatæ, extremique hominum Morini, Tnmacns, Nemetus, Argentratus, translati in Germaniam. Aquitaniæ novemque populorum, Lugdunensis, & Narbonensis Provinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta; quas foris gladius, intus vastabant fames. Hos quidem barbaros in arma sollicitarat Stilico, ut turbatis rebus Imperium usurparet. Sed, ut observat Salvianus Massiliensis Presbyter, Gallorum peccata ense barbaro Dei Numen ulciscebatur. Plurimi, inquit, ac nobilissimi, prope idem omnes, pene unus gurges, omnium gula: pene unum lupanar, omnium vita ,.. & miramur, si terræ vel Aquitanorum, vel nostrorum omnium a Deo barbaris datæ sunt, cum eas, quas Romani polluerunt fornicatione, nunc mundent barbari castitate. Radagaisus Rex genere Scytha, culti idololatriæ deditus, barbariex immanitatis feritate sævissimus, cum ducentis armatis Sarmatarum millibus, Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, spondens, in contemptum Christi, Romanorum sanguinem diis suis libare, si vinceret. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, fit omnium Paganorum in urbe concursus: hostem esse eum utique virium copia, tum maxime deorum præsidio potentem: urbem autem ideo destitutam, & mature perituram, quia deos & sacra perdiderit. Magnis querelis ubique agitur, & continuo de repetendis sacris celebrandisque tractatur. Fervent tota urbe blasphemiæ, vulgo nomen Christi tanquam lues aliqua præsentium temporum probris ingravatur. Quamobrem justus Deus perire Paganum hostem voluit, & Christianum prævalere permisit, ut Pagani confunderentur. Stilico sumptis secum universis copiis (erant autem numeri militum triginta millia, quibus adjunxere se Huldin & Sarus Hunnorum & Gothorum Duces) cum omni exercitu Arnum trajecit sequens barbarus. Sed non sinit Deus rem potentiæ suæ virtutem hominum, & maxime hostium videri. Fesulanis montibus transitum prohibentibus, instantibus ex altera parte Romanis, qui commeatus prohibebant, tanti illi, tamque immanes hostes, esurientes, & sitientes, languentesque confecti sunt, ne uno quidem vulnerato Romanorum. Radagaisus clam suos deseruit, sed fugiens captus cum filiis, ac paulo post interfectus est. Honorius in Deum gratus, Gentilium templa demoliri, aras & idola subverti, amplissimosque eorum reditus Fisco addici lege præcepit.

Bed. hist. l. 1. c. 11.

Hieron. epist. 91. alias 11.

Occiden. Imperii miser status.

Oros. l. 7. cap. 38.

Salvian. de gubern. l. 7.

Isidor. in chron.

Christi An. 407.

Oros. l. 7. cap. 37.

Aug. de civit. l. 5. c. 23.

L. 19. cod. Theod. de Pag.

Bri-

CHRISTI AN. 407.

Sozim. l. 8. c. 2. Bed. hist. l. 1. c. 11.

Britannicæ legiones, veritæ ne barbari has etiam Regiones invaderent, ad Tyrannos eligendos se vertere. Gratianus municeps Tyrannus creatur, & occiditur. Hujus loco Constantinus ea infima militia, propter solam spem nominis, sine merito virtutis eligitur, qui continuo ut invasit Imperium, in Gallias transit, omnesque Galliarum exercitus sibi conciliat; sed sæpe a Barbaris incertis fœderibus illusus, detrimento Reipublicæ fuit. Interea Stilico, Eucherium filium suum, jam a puero Christianorum persecutionem meditantem, in Imperium quoquo modo substituere nitebatur, ideoque tot barbaras gentes excitarat in Honorium, sperans miser sub hac necessitatis circumstantia, quod & extorquere Imperium ab Honorio posset in filium; & gentes barbaræ tam facile comprimi, quam commoveri valerent. Tandem ubi Imperatori, exercituique tam ingentia damna patefacta sunt, Ravennæ occisus est Stilico decimo Kalendas Septembris, Basso & Philippo Consulibus, seu anno quadringentesimo octavo. Interfectus est post paucos dies Eucherius filius ejus, paucique cum iis satellites tantarum molitionum morte puniti sunt. Olympius Christianus, suæque religionis studiosus, qui Stiliconis consilia nudaverat, creatus est Magister officiorum.

Mors Stiliconis. CHRISTI AN. 408.

August. epist. 97. alias 129.

II. Defuncto Stilicone, ethnici & Donatistæ tumultuantur, Catholicis periculose & vehementer infesti. Jactabant leges adversus se Stilicone vivo missas, vel inscio, vel nolente Imperatore esse constitutas; ac proinde nullam habere vim. Quapropter multi Episcopi, graviter Ecclesia perturbata, profecti sunt pene fugientes ad Comitatum. Olympium, qui ad Ecclesiæ defensionem ultro suam opem obtulerat, literis adiit Augustinus, orans priusquam etiam Episcopi delegati pervenirent, tot malis remedium afferat, quo religiosissimi Imperatoris erga Ecclesiam animus innotescat, & sciant omnes, leges, quæ pro Christi Ecclesia missæ sunt, non Stiliconem, sed magni Theodosii filium curasse mittendas. Africani Antistites decimo Kalendas Julias delegarant Fortunatium Episcopum. Carthagine rursus congregati tertio Idus Octobris, legationem susceperunt Restitutus & Florentius Episcopi contra Paganos & hæreticos, eo tempore quo Severus & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Evodius, Theasius & Victor cæsi sunt. Legationis primæ hanc causam refert Augustinus. Calamæ in Numidia Kalendis Juniis, festo Paganorum sacrilega solemnitas agitata est, nemine prohibente, tam insolenti ausu, quod nec Juliani temporibus factum est, ut petulantissima turba saltantium in eodem prorsus vico ante fores transiret Ecclesiæ. Quam rem indignissimam Clericis prohibere tentantibus, Ecclesia lapidata est. Deinde post dies ferme octo, cum leges notissimas Episcopus ordini replicasset, & dum ea quæ jussa sunt, velut implere disponunt, iterum Ecclesia lapidata est. Postridie nostris ad imponendum perditis metum, quod videbatur, apud acta dicere volentibus, publica jura negata sunt. Eodem ipso die, ut vel divinitus terrerentur, grando lapidationibus reddita est; qua transacta continuo tertiam lapidationem, & postremo ignes Ecclesiasticis tectis atque hominibus intulerunt; unum servorum Dei, qui oberrans occurrere potuit, occiderunt, cæteris partim ubi potuerant latitantibus, partim qua potuerant fugientibus: cum interea se occultaret Episcopus, ubi se ad mortem quærentium voces audiebat. Nemo compescere, nemo subvenire tentavit illorum, quorum esse gravis posset authoritas.

Conc. tom. 2. nov. edit.

Gentilium audacia.

August. epist. 91. alias 102.

Ibid.

Calamam non multo post profectus Augustinus, ut Christianos consolaretur afflictos, Paganos etiam admisit, ut hac occasione admoneret eos, quid facere deberent, si saperent, non tantum pro removenda præsenti sollicitudine, verum etiam pro inquirenda salute perpetua. Nectarius vir inter eos primarius reorum pœnam ab Augustino literis deprecatus est, illud pretendens: Episcopum fas non esse, nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentem Deum veniam aliorum mereri delictis.... & addit: De damnis facilis potest haberi taxatio, tantum supplicia deprecamur. Cui rescripsit Augustinus. Hoc omnino servare conamur, ut severiore censura nemo plectatur, neque a nobis, neque ab alio ullo intercedentibus nobis; & salutem hominibus cupimus impertire, quæ posita est in recte vivendi felicitate, non in male faciendi securitate... Nobis itaque cordi est, neque Christianam amittere mansuetudinem, neque perniciosum cæteris imitationis exemplum in illa civitate relinquere..., non prætereira vindicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus, Christianos neque mortem reorum, neque tormenta, neque egestosam vitam postulare, sed puniantur in iis divitiis, unde falsorum deorum argentea fabricavere simulacra, pro quibus servandis vel adorandis, usque ad Ecclesiæ Dei prosilire incendium, & pauperum sustentacula diripienda præbuere, sanguinemque fuderunt. Catholicorum postularis annuens Honorius dedit legem sequentem. " Omnia quæ in Donatistas, qui & Montenses vocantur, Manichæos, sive Priscillianistas, vel in Gentiles, a nobis generalium legum authoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci. Ita ut ædificia quoque vel horum, vel Cælicolarum etiam, qui nescio cujus dogmatis novi conventus habent, Ecclesiis vindicentur. ,, Datum decimo septimo Kalendas Decembres Romæ, Basso & Philippo Consulibus, seu anno quadringentesimo octavo. Alia lege Judæos & Donatistas repressit, animadversionis justæ supplicium decernens adversus reos. Cælicolæ, qui hic nominantur, quasi medii fuere inter Judæos & Christianos: qui eis præerant, majores vocabantur: eorum unus novum Baptismum apud eos instituit, & multos illo sacrilegio seduxit... Hanc legem Donato Africæ Proconsuli misit Imperator; quapropter ad eumdem literas dedit Augustinus, orans ne Donatistas coerceat, non occidat: alioquin, inquit, necessitas nobis imposita erit ut etiam occidi ab eis eligamus; potius quam eos occidendos vestris judiciis ingeramus.

August. epist. 90. alias 201.

Ep. seq.

Ep. 104. alias 254.

CHRISTI AN. 408.

L. 43. cod. Theod. de hær.

Leges pro Ecclesia confirmat Honorius.

III. Eodem anno Kalendis Maji Arcadius mortuus est, Imperii sui post mortem Patris decimo quarto, quatuor fere mensibus inchoato; vixit annos unum & triginta, vir mitis ac placidus, sed ab uxore Eudoxia, & servis suis regebatur. Successorem Imperii reliquit Theodosium filium octennem, & filias tres, Pulcheriam decennem, Arcadiam & Marinam. Anthemius Præfectus Prætorio summam rerum sub illo administravit, omnium sui temporis prudentissimus habitus est, nihil unquam inconsulto agere solitus: sed de rebus agendis cum plurimis familiarium consultabat. Pulcheria post quinque annus supra ætatem sapiens virginitatem suam Deo consecravit, & sorores suas ad idem vivendi genus informavit, ne quem alium virum in palatium introduceret, utque æmulationis & insidiarum occasionem omnem excluderet; atque ut omnes actorum suorum testes haberet, sacram mensam ex auro & lapidibus pretiosis in Ecclesia Constantinopolitana pro virginitate sua, & pro fratris Imperio dedicavit.

Theodosius junior imperat.

Sozom. l. 9. c. 1. Socrat. l. 2.

IV. Alaricus Gothorum Rex, qui Imperatori Theodosio in bello contra Eugenium Tyrannum auxilio fuerat, eaque de causa dignitatibus Romanis fuerat ornatus, mortem Stiliconis, quocum fœdus & amicitias junxerat, graviter tulit; plures Gothorum numeri, qui Stiliconi faverant, adeoque male mulctati, ad eum confugientes, ad expugnandam urbem Romam incitarunt. Cum igitur missis ad Honorium legatis de pace repulsam tulisset, Romam obsidere aggressus est. Ajunt quemdam monachum ei Romam properanti suasisse, ut urbi parceret, nec tantorum malorum author existeret. Cui respondit Alaricus, se non sua sponte hæc aggredi, sed quemdam sibi assidue molestum esse, qui ipsum urgeat, Romamque expugnare jubeat. Ingenti igitur agmine barbarorum ad ripas Tybris apposito, ne alimenta civibus importarentur, prohibuit. Porro cum obsidio diutius protraheretur, & fames simul ac pestis urbem premeret, pluresque e servis ad Alaricum transfugerent; hi qui in Senatu Pagani erant, necesse esse dicebant, ut in Capitolio & in aliis templis sacrificaretur. Etenim Etrusci quidam, a Præfecto urbis ad hoc acciti, fulminibus ac tonitruis barbarum hostem sese abacturos spondebant. Idque a se factum jactabant Narniæ, quæ est urbs Tusciæ, quam prætergrediens Alaricus haudquaquam ceperat. Innocentium Papam clam permisisse eis facere quæcumque scirent, mentitur Zozimus, in Principes Christianos ubique contumeliosus, qui neglectis Gentilium cæremoniis urbis excidium imputat. Sed Aruspices nihil urbi profuisse declaravit exitus. Certe qui mente valebant, hæc Romanis ex Dei indignatione evenisse perspiciebant, ob vindictam eorum,

CHRISTI AN. 408. & 409.

Socrat. l. 7. c. 10.

Vastationem Roma redimit.

Philostorg. l. 12. n. 3. Sozom. l. 9. c. 6.

quæ

CHRISTI AN. 408. & 409.

quæ præ luxu atque intemperantia, erga cives atque peregrinos injuste egerant. Omnis impudicitiæ turpitudo a Romanis admittitur, inquit Salvianus, & a barbaris vindicatur. Romani omni spe auxilii destituti pacem redemerunt. Itaque placuit ab urbe solvi quinque millia pondo auri, argenti triginta millia, tunicarum sericarum quatuor millia, vellerum coccineorum tria millia, piperis tria librarum millia. Cum nullæ essent pecuniæ publicæ, privatorumque collationes non sufficerent, ex ornamentis Numinum, statuisque aureis & argenteis tributum suppeditatur.

Zozim. l. 5.

Innocentius Papa legatos Honorio miserat qui sequentem adversus Aruspices legem retulerunt: "Mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprii sub oculis Episcoporum incendio concrematis, Catholicæ Religionis cultus fidem tradere, nunquam ad errorem præteritum redituri: non solum urbe Roma; sed etiam omnibus civitatibus pelli decernimus." Datum octavo Idus Februarii, Ravennæ, Honorio octavum, & Theodosio tertium Consulibus; seu anno quadringentesimo nono. Jovius vero Præfectus Prætorio Italiæ cum Alarico collocutus, pacem, quam non iniquis conditionibus impetrare potuisset, sua distinuit imprudentia. Alaricus Romam reversus, Romanos vi compulit, ut Attalum, Præfectum urbis, Imperatorem crearent. Alaricus vero magister utriusque militiæ constituitur. Attalus inductus a quibusdam vatibus, ipsum citra pugnam Africa potiturum esse pollicentibus, Constantem cum exigua manu misit Carthaginem. Ipse vero Ravennam versus exercitum movit: oblatumque ab Honorio Imperii consortium recusavit. Dum in eo statu res essent, quatuor circiter armatorum millia ex Orientis partibus Ravennam insperato appulere, quibus murorum custodiam commisit Honorius. Interea Heraclianus occiso Constante, in portubus ac littoribus Africæ custodes apposuit, & mercatorum naves Romam navigare vetuit. Qua de causa cum fames urbem premere cœpisset, Romani legatos ad Attalum misere. Ille quid agendum esset ambigens, Romam rediit. Alaricus animadvertens frustra se laborare in negotio, quod in sua potestate situm non esset, de abolendo ejus Imperio paciscitur cum Honorio. Attalus igitur eodem anno, quo nomen Imperatoris acceperat, Imperii insignia deposuit. Honorius vero præteritorum veniam omnibus concessit, ita ut eam dignitatem singuli retinerent, quam prius habebant. Hujusmodi rei exitum permoleste tulerunt tum Pagani, tum Ariani: Pagani, quia Tertullum Gentilem in annum sequentem Consulem designarat Attalus; Ariani vero Ecclesiarum potestatem iterum se adepturos sperabant, quia pendebat ab Alarico.

L. 12. cod. Theod. de mathem.

Zozim. ibid.

Sozom. l. 9. c. 8.

Idem c. 9.

Alaricus post hæc cum Imperatore sermones habuit de pace. Sarus vero natione barbarus, qui trecentos circa se milites habebat, fœdus inter Romanos & Gothos haudquaquam e re sua fore consideravit. Itaque cum suis repente irruens quosdam Gothos interfecit. Quam ob causam ira simul ac metu percitus Alaricus, eadem, qua venerat, via revertitur, & Romam iterum obsessam proditione cepit, nono Kalendas Septembres, Flavio Varane solo Consule, seu anno Christi quadringentesimo decimo, suisque copiis permisit ut Romanorum opes diriperent, sed præcepit, ut si qui in sancta loca, præcipueque in sanctorum Petri & Pauli Basilicas confugissent, hos imprimis inviolatos securosque esse sinerent. Atque hæc res impedimento fuit ne urbs Roma funditus interiret; nam qui illic servati sunt, quorum fuit ingens multitudo, urbem denuo instaurarunt. Barbari Romam depopulati, maximam partem admirandorum illic operum incendio consumpserunt, multos quoque Senatorii ordinis variis affectos suppliciis interemerunt; stupra multa commissa sunt, & violatæ etiam sanctimoniales.

Ibid.

Roma capta & direpta.

CHRISTI AN 410.

Prosper & Marcel. chro.

Oros. l. 7. c. 39.

Socrat. l. 7. c. 10.

In hac triduana urbis direptione quædam contigere exempla virtutum. Gothus miles Arianus cum Catholicam mulierem eximia forma præditam vidisset, hanc captus pulchritudine trahebat ad stuprum. Cum autem reluctaretur mulier, totisque viribus obsisteret, barbarus nudato gladio mortem ei minatus est; & levi brachio, utpote qui ob amorem parcere ei vellet, superficie tenus collum percussit. Tum mulier multo cruore perfusa, cervicem gladio subjecit, optabilius esse ducens, ut cum castitate moreretur. Sed cum barbarus adhuc terribilius irruens nihil proficeret, admiratus castitatem mulieris, duxit eam in Basilicam Petri Apostoli; cumque eam tradidisset Ecclesiæ custodibus, simul sex aureos ad victum ei comparandum, ut marito servaretur, præcepit. Alter Gothus potens & Christianus sacram Deo virginem jam ætate provectam in quadam Ecclesiastica domo reperit: cumque ab ea aurum argentumque honeste exposceret, illa fideli constantia esse apud se plurimum, & mox proferendum spopondit, & protulit. Dumque expositis opibus attonitum barbarum magnitudine, & pondere, ac pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate videret, Virgo Christi ad barbarum ait: Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt: præsume, si audes, de facto tu videris: ego quia defendere nequeo, contendere non audeo. Quæ cum Alarico Gothus significasset, Petri in Basilicam vasa referri jussit. Domus a Basilica longo intervallo dissidebat: itaque magno spectaculo super caput elata, palam aurea atque argentea vasa portantur, exertis undique ad defensionem gladiis pia pompa munitur, hymnos Deo Romanis barbarisque concinentibus publice canitur.

Sozom. l. 9. c. 10.

CHRISTI AN. 410.

Oros. l. 7. c. 39. Cassiod. l. 12.

V. Ingressos pariter Gothos vultu intrepido excepit S. Marcella nobilis fœmina: cumque posceretur aurum, & defossas opes vili excusaret tunica, non tamen fidem fecit voluntariæ paupertatis. Cæsam fustibus flagellisque, ajunt non sensisse tormenta, sed hoc lacrymis, hoc pedibus eorum prostratam egisse, ne filiam Principiam ab ea separarent, ne sustineret adolescentia quod senilis ætas timere non poterat. Christus dura corda mollivit. Utramque ad B. Pauli Apostoli Basilicam duxere barbari. Marcella gratias egit Deo quod filiam integram sibi reservasset; quod pauperem illam non fecisset captivitas, sed invenisset. Post aliquot dies obdormivit in Domino. Circa idem tempus diem extremum obiit illustris Pammachius. Innocentius Papa tunc aberat, cui hoc Dei Numen indulsit, ut dum Ravennæ moratur, peccatoris populi non videret excidium. Barbari tertia die qua ingressi urbem fuerant, sponte discedunt, captivamque abducunt Placidiam Honorii sororem, quæ postea nupsit Ataulfo Alarici fratri, atque successori. Dionysius quoque diaconus captivus a Gothis abductus est, qui tamen eum propter peritiam & virtutem ut dominum coluere. Onusti spoliis Romanorum, nullo in urbe præsidio relicto, in Campaniam & Lucaniam migrantes, Nolam Campaniæ urbem vastaverunt: cum ab eis teneretur, Paulinus Nolensis tunc Episcopus, ex opulentissimo divite voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus, sic in corde suo precabatur: Domine, non excrucier propter aurum & argentum: ubi enim sint omnia, tu scis; omnia quippe pauperibus distribuerat. Affirmat etiam Augustinus, tunc non solis beneficiorum affectibus, verum etiam ipsis hominum aspectibus confessorem apparuisse Felicem; ex quibus infert Sanctorum animas multa nobis a Deo obtinere beneficia. Alaricus dum in Siciliam trajicere parat, apud Consentiam subita morte defunctus est. Gothi Basentium amnem de alveo suo captivorum labore derivantes, Alaricum in medio alveo cum multis opibus sepeliunt, amnemque meatui proprio reddentes, ne quis locum scire posset, captivosqui interfuerant, extinguunt, Regemque Ataulfum constituunt.

S. Marcellæ virtus & mors.

Hieron. epist. 96. alias 16.

Marcel. chron.

Aug. l. 1. de civit. Dei c. 10.

Aug. l. de cura pro mort. cap. 16.

Paul. Diac. l. 13.

VI. Hispanias eadem, vel majora vitia perdiderunt. Sed hoc illis accessit ad manifestam impuritatis damnationem, ut Vandalis potissimum, id est, pudicis barbaris traderentur. Devastantibus omnia barbaris, interim in urbibus, ad quas confugerant Hispani, pestilentia & fames dira grassabatur, adeo ut humanæ carnes vi famis fuerint devoratæ; matres quoque necatis & coctis filiorum suorum sint pastæ corporibus; bestiæ occisorum cadaveribus assuetæ, quosque hominum fortiores interimerent, horum carnibus pastæ, passim in humani generis efferarentur interitum; & ita quatuor plagis, ferri, famis, pestilentiæ, bestiarum, ubique in toto Orbe sævientibus, prædictæ a Domino per Prophetas suos adnuntiationes implerentur. Britanni vero cum cernerent vacua esse præsidia, Constantius enim Tyrannus milites secum eduxerat in Gallias, in libertatem sese asseruere.

Salvian. lib. 7.

Orientis, Ægypti, Africæ littora olim dominatricis Urbis servorum & ancillarum numero complebantur. Plurimi enim capta urbe sibi fuga consulerant;

Hieron. præf. in Ezech. lib. 3.

CHRISTI AN. 410.

Prophetiæ de ruina Romæ impleta.

luerant; ipsa quoque Bethleem quotidie nobiles quondam utriusque sexus, atque omnibus divitiis affluentes, tunc suspiciebat mendicantes. Quibus quoniam opem ferre non poterat, condolebat Hieronymus: iis tamen ut quoquomodo subveniret, explanationes in Ezechielem, quas jam ad tertium librum perduxerat, & pœne omne studium omisit. Tantæ urbis casu Orbem pariter ruiturum existimavit Hieronymus, & instare Antichristi adventum atque finem sæculi. Videbat enim in Romæ excidio adimpletas de illius ruina prophetias, divisumque inter barbaros Romanum Imperium. Nam & in Oriente barbarorum subitus impetus limitem Ægypti, Palæstinæ, Phœnicis, Syriæ percurrit adinstar torrentis, cuncta secum trahens, ut vix manus eorum misericordia Christi potuerit Hieronymus evadere. Etiam in illis solitudinibus Ægypti, ubi monasteriis separata ab omni strepitu, quasi secura, delegerant, a barbaris interfecti sunt fratres. Fugientibus undequaque monachis, Arsenius exivit plorans, & dicens: Perdidit mundus Romam, & monachi Schetim.

Hieron. epist. 78. alias 82.

August. ep. 199. alias 112.

Hieron. præf. in l. 10. Isai. Ruf. ep. ad Ursi.

Rufini mors.

VII. Pinianus vir clarissimus ex adventu Alarici Romæ ruinam præsagiens, una cum Melanis seniore, & Melania juniore, atque socru Albina junioris matre Melaniæ, distractis bonis, quæ in Italia habebat, trejecit in Siciliam, ubi amplas possessiones habebat; eos fugientes comitatus est Rufinus, qui dum Rhegium, aliaque ejus tractus loca incenderet Alaricus, Origenis homilias in Numeros latine reddidit, & paulo post diem extremum obiit. De ejus fide variæ sunt Doctorum sententiæ. Religiosam tamen cum eo amicitiam semper coluere S. Pinianus, utreque Melania, & S. Paulinus Nolensis, qui cum vocat virum vere sanctum & pia doctum, & postea amicissimis eum literis invitans, priusquam in Orientem remearet, simul hortatus est ad benedictiones duodecim Prophetarum exponendas, quod & præstitit, historico, morali, & mystico sensu de iis disserens. Illum sic laudant Gennadius Massiliensis & Honorius Augustodunensis Episcopus: Rufinus Aquilejensis Presbyter, non minima pars Doctorum Ecclesiæ, in transferendo de græco in latinum elegans habens ingenium, maximam partem græcorum Bibliothecæ latinis exhibuit. Sed translata Periarchon Origenis volumina damnavit Anastasius Papa; Gelasius autem de eo in Romano Concilio sic judicavit: Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam D. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus quæ D. Hieronymum sentire cognoscimus. Hieronymus autem eum inter authores hæresis Pelagianæ recenset. E. Cardinalis Norisius edidit libellum, quo suos errores, & sibi imputatos Rufinus damnat. Sed utrum hæc palinodia sit Rufini Aquilejensis, an alterius ejusdem nominis, incertum est. Eusebii historiæ, quam latine transtulit, duos libros addidit: sed negligenter eos scripsit, non ea rerum gestarum monumentis, sed ex quorumdam relationibus, quem secutus, & imitatus est Socrates.

Paulin. epist. 28. alias 9. Idem epist. 47. alias 48. Honor. de script. Eccl.

Hieron. præf. in l. 4. Jer.

Pinianus cum audisset Alaricum parare classem ad invadendam Siciliam, ipse cum tota familia Carthaginem adnavigavit, ibique ex congestis pecuniis locupletavit ejus Ecclesiæ pauperes; inde ad S. Alypium Tagastam profectus est. Augustinus ad eos literas dedit, quibus se excusat, quod propter ingruentem hyemem & statum Hipponensis Ecclesiæ titubantem, ad eos invisendos minime accurrere valuisset. Eum comite Alypio prævenit Pinianus, Hipponensique Ecclesiæ multa largitus est. Liberalitate tanta permotus populus, volebat eum sibi habere Presbyterum: quod metuens, per Alypium admonuit Augustinum, qui promisit se nunquam invitum ordinaturum esse. Post paucos dies dum sacræ rei interesset Pinianus, subito populi tumultu ad Presbyterium postulatur. Quem ut sedaret Augustinus, de sua promissione monet, adjecitque quod si sua fide violata illum haberent Presbyterum, se Episcopum non haberent. Hac illi responsione paululum turbati, subinde multo ardentius excitantur, horrendoque clamorum tumultu in eadem voluntate persistentes, Augustinum saniora consulentem non audiebant. Pinianus tunc ad Augustinum misit Dei servum, qui ei diceret, se velle populo jurare, quod si esset ordinatus invitus, ex Africa omnino discederet; continuoque per alium eidem mandavit, se jurasse in ea urbe mansurum, si ei Clericatus sarcinam nolenti nullus imponeret. Augustinus populo promissionem aperuit: illi inter se mussitantes petiverunt, ut adderetur eidem promissioni, ut si quando illi ad suscipiendum Clericatum consentire placuisset, nonnisi in ipsa Hipponensi Ecclesia consentiret. Quod sine dubitatione annuit, statim læti promissa impleat, postulant. Sed cum ejus verba a Diacono dicta recitarentur, & omnia placuissent, ubi nomen interpositæ necessitatis, propter quam alio discedere ei liceret, insonuit, continuo reclamatum est, nihil aliud, quam fraude secum agi populo existimante. Pinianus igitur jussit auferri nomen necessitatis, & dixit, quæ a Diacono audita erant, se mandasse, se jurasse, eaque se esse facturum. Responsum est, Deo gratias. Subscripsit Pinianus.

August. ep. 126. alias 237.

Idem ep. 126. alias 225.

CHRISTI AN. 410.

Conquesti sunt Albina filiique ipsius & Melania, Hipponenses pecuniæ cupiditate virum prædivitem vindicare voluisse. Sequenti die clam reversi contendebant nullius vigoris esse juramentum vi & metu extortum, in eamque opinionem inclinabat Alypius, qui ea de re scripsit ad Augustinum, qui datis literis, apud Albinam suos cives excusavit, avaritiæ suspicionibus satisfaciens. Fatetur vim illatam, seque a perditis timuisse graviora; concludit juramentum a Piniano sancte præstandum, sequentesque circa juramenta proponit regulas: " Si certa mors, inquit, intentaretur, ut aliquid illicitum ac nefarium servus Dei se juraret esse facturum, mori malle, quam jurare debuerat, ne jurationem scelere impleret. Secundo. Propter ipsam mortem evitandam certum perjurium non debere committi . . . . Tertio. Non secundum verba jurantis, sed secundum exspectationem illius cui juratur, quam novit ille qui jurat, fidem jurationis impleri. Unde perjuri sunt, qui, servatis verbis, exspectationem eorum quibus juratum est, deceperunt: & perjuri non sunt, qui etiam verbis non servatis, illud, quod ab eis, cum jurarent, exspectatum est, impleverunt. Proinde quia Hipponenses sanctum Pinianum non sicut damnatum, sed sicut charissimum inhabitatorem suæ civitatis habere voluerunt, etsi verbis ejus non satis comprehendi potuit, usque adeo tamen in promptu est, quid ab illo exspectaverint, ut quod nunc post jurationem absens est, neminem moveat eorum, qui audire potuerunt, certa eum causa profectorum esse, cum voluntate redeundi. Ac per hoc perjurus non erit, nisi eorum exspectationem deceperit: non autem decipiet, nisi non voluntatem mutaverit apud eos habitandi, aut aliquando discesserit sine dispositione redeundi. Quod absit ab ejus moribus & fide, quam Christo & Ecclesiæ debitam servat. „ Melania senior dum esset in Africa, amisit Publicolam nepotem suum, qui solus ex perillustri familia supererat, atque ita modeste flevit, ut magno exemplo fuerit Christianæ constantiæ; insignemque ejus virtutem laudarunt Paulinus & Augustinus. Paulo post Jerusolymam navigavit, ibique intra quadraginta dies obiit in bona senectute: plurima reliquit pro sumptibus monasterii, quod erat Jerosolymis. Hanc ut sanctam veneratur græca Ecclesia.

Juramentis leges. Aug. ep. 125. alias 224.

Paulin. epist. 44. Pallad. Laus. c. 118.

VIII. Quam a pecuniarum appetitu alienus esset, hac occasione probavit Augustinus. Honoratus monasterii Thagastensis Clericus Thiavensi Ecclesiæ, quæ nuper ad unitatem Catholicam redierat, Presbyter præpositus est, priusquam bona sua pauperibus vel monasterio dedisset: haud dubie legitimo prohibitus impedimento, communem hanc & antiquam necdum observarat consuetudinem; vi cujus ea Thagastensi monasterio vindicabat Alypius: Ecclesiæ vero Thiavensi donanda putabat Augustinus. Dimidium ei dare ea lege consensit Alypius, ut ejus valorem suo monasterio provideret Augustinus, qui conditionem recepit: Re deinceps diligentius considerata, scripsit Alypio: videtur mihi hæc regula esse in rebus hujuscemodi retinenda: ut quidquid eo jure, quo talia possidentur, ejus fuerit, qui alicubi Clericus ordinatur, ad eam pertineat Ecclesiam, in qua ordinatur. Hinc plerasque Ecclesiarum possessiones ex Episcoporum & Clericorum patrimoniis provenisse liquet. Postea librum de unico Baptismo scripsit Augustinus, ut responderet Petiliano Constantiensi Donatistarum Episcopo.

August. epist. 83. alias 239.

August. retract. l. 2. c. 34.

IX. Iisdem temporibus Donatistarum furor invaderet Africam, nec prædicari a Catholicis veritatem contra suum patiebantur errorem. " In regione

Possid. vit. Aug. cap. 13

nostre

CHRISTI AN. 410. August. ep. 111. alias 122. *Donatistarum furor in Catholicos.*

nostra Hipponensi, inquit Augustinus, Clericorum Donatistarum, & Circumcellionum latrocinia sic vastant Ecclesias, ut barbarorum fortassis facta mitiora sint. Quis enim barbarus excogitare potuit quod isti, ut in oculos Clericorum nostrorum calcem & acetum mitterent, quorum membra etiam cætera plagis horrendis vulneribusque sauciarunt? Deprædantur etiam domos aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt, & talia cæteris comminando, multos etiam rebaptizari compellunt. Pridie quam ista dictavi, ex uno loco per hujusmodi terrores quadraginta & octo animæ mihi rebaptizatæ renunciatæ sunt. Restitutum etiam Presbyterum, qui propria & libera voluntate unitatem

Idem Ep. 88. alias 68.

nostræ communionis elegit, de domo sua raptum, & pro arbitrio immaniter cæsum, in gurgite etiam cœnoso volutatum, buda vestitum, cum quibusdam dolendum, quibusdam ridendum in pompa sui facinoris ostentassent, abductum inde quo voluerant, via post dies duodecim dimiserunt, & postea interfecerunt, Innocentiique Presbyteri Catholici digito præciso oculum effoderunt. „ Donatistas ad omne facinus audaces fecerunt calamitates temporum, quibus leges silent. Imo & Honorius ruente Imperio necessitate compulsus remissior fuerat tam in Paganos, abrogata lege, qua in palatio militare prohibebantur, quam in hæreticos, quibus rituum suorum exercendorum, & conveniendi potestatem fecerat; verebatur enim ne Donatistæ tot legibus exasperati Attali Tyranni partes in Africa sequerentur. Verum Attalo exauthorato, cum securior esset Africæ status, Episcopi ut tot malis aliquod afferrent remedium, decimo octavo Kalendas Julii anno quadringentesimo decimo Carthagine convenere. In hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas, Florentius, Possidius, Præsidius, & Benenatus Episcopi. Legatorum petitioni Honorius concessit sequentem legem: Sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna & proscriptionis & sanguinis, si ultra convenire per publicum exsecranda sceleris sui temeritate tentaverint. Data est octavo Kalendas Septembres, postridie scilicet ejus diei, quo Roma a Gothis expugnata vastata est, & missa Heracliano Africæ Comiti.

Conc. tom. 1. in cod. Afric. nov. ed. l. 51. cod. Theod. de hær.

X. Ea quoque legatione impetratum Honorii decretum sequens ad Marcellinum tribunum, ut Catholicos inter & Donatistas de religione collatio institueretur ... " Quamvis una sit omnium & manifesta sententia, Catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu, & cœlesti sententia comprobatam; studio tamen pacis & gratiæ, venerabilium virorum Episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas Episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat civitatis, ut electis etiam Sacerdotibus, quos pars utraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, ut conversos animos populorum etiam clementia nostra, sicut desiderat, celerius possit agnoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum Episcopi declinaverint convenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si provocati adesse contempserint, cedat cum Ecclesiis populus, qui Doctores suos silentio cognoverit superatos, & victum se aliquando gratuletur: sciatque si non præceptis nostris, vel Catholicæ legis veris imperiis serviendum. Cui quidem disputationi principe loco te volumus residere . . . omnemque vel in congregandis Episcopis, vel evocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere, ut ea quæ ante mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia servaturus, ut ea quæ circa Catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum authoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione remota, integra & inviolata custodias . . . . Omnia sane, quæ vel in unum Episcopis congregatis disputatio confirmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet, ut quid ad confirmandam Catholicam Fidem præceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. Vale Marcelline carissime nobis. „ Data pridie Idus Octobris, Ravennæ, a Varone Consule, id est anno 410. Flavius Marcellinus Notarius & Tribunus, quem collationi ut Judicem præfecit Honorius, attributis ei officia-

Honorii edictum pro collatione. Conc. tom. 1. nov. ed. & tom. 2. veteris.

libus omnium Africæ tribunalium, quorum ope omnes cogat ad obedientiam, vir fuit pietate insignis, Augustino & Hieronymo familiaris. Theodosius junior duas etiam leges promulgavit adversus Montanistas, quos omnibus oneribus subjiciens a militia repellit, ne militum privilegiis & immunitatibus fruerentur, sicque publicis oneribus se subtraherent, & adversus Eunominianos, quos omnis donationis & testamenti declarat incapaces.

CHRISTI AN. 410. L. 48. & 49. cod. Theod. de hær.

XI. Synadis, quæ Phrygiæ Pacatianæ urbs est, Theodosius Episcopus hæreticos Macedonianos acriter persequebatur, eos non ex urbe solum, verum etiam ex agris expellens. Ut pecunias ex iis colligeret, Clericorum suorum manus armans, diversis eos machinationibus appetebat; adeo ut judiciorum etiam nexibus eos adstringere non cessaret. Præcipue Agapetum illorum Episcopum variis affecit molestiis. Constantinopolim profectus edictum Præfectorum Prætorio flagitavit. Dum hujus rei causa moram faceret, Agapetus re communicata cum universo Clero, & populo qui sub ipso erat, ad concionem vocato, persuasit ut Consubstantialis fidem amplecterentur. Quo confecto, cum ingenti multitudine venit ad Ecclesiam; cumque orationem celebrasset, cathedram, in qua Theodosius sedere consueverat, occupavit; adunatoque populo fidem Consubstantialis deinceps prædicans, Ecclesiarum quæ ad Synadensem Episcopatum pertinent, compos factus est. Haud multo post adest Theodosius præfecturæ auxilium secum adducens: ignarusque eorum quæ gesta fuerant, confestim ad Ecclesiam pergit. Unde ab omnibus simul expulsus, iterum Constantinopolim regressus est. Ibi coram Attico casum suum deploravit. Atticus rem ex utilitate Ecclesiæ cessisse considerans, Theodosium consolatus est, monens ut patienti animo quietum vitæ genus amplecteretur, & publica commoda privatis rationibus anteferret. Agapeto vero scribit: ut Episcopatum retineat.

Socrat. l. 7. c. 3.

Sed nec miraculis eadem tempora caruerunt. Judæus quidam plures jam per annos paralyticus in lecto jacebat, qui cum omnia medicorum remedia frustra expertus esset, tandem ad Christianorum Baptismum confugit, eumque sincera fide suscipiens, simul atque ex baptisterii fonte levatus est, morbo penitus caruit, ac deinceps sanus permansit. Quo prodigio permoti multi Gentilium suscepta Fide ad Baptismum accesserunt.

Ibid. c. 4.

XII. Marcellinus interea ut receptum Imperatoris edictum exequeretur, sequens misit per omnes Africæ provincias: Quoniam Clementia principalis Concilium fieri intra Africam universale decrevit, utriusque partis justa poscentibus Episcopis, huic me disputationi principe loco Judicem voluit residere. Unde cunctos per Africam tam Catholicæ, quam Donatianæ partis Episcopos hujus edicti tenore commoneo, ut intra quatuor menses, qui dies intra diem Kalendarum Juniarum sine dubio concludetur, ad civitatem Carthaginem Concilii faciendi causa convenire non differant . . . . Universos etiam cunctarum Provinciarum curatores, Magistratus, & ordinis viros . . . . & seniores singulorum locorum sub pari admonitione convenio, sub propriæ existimationis dignitatis reatu, salutisque periculo, quatenus in civitatibus locisque, in quibus consistunt, utriusque partis Episcopos convenire ... festinent ... ita ut tam Imperialis præcepti forma, quam tenor hujus innotescat edicti . . . Illud etiam scire Donatianæ partis Episcopos volo, si quis eorum affuturum se esse responderit, Ecclesiam sibi primitus cum omni jure suo, quæ forte a Catholicis juxta præceptum Imperiale retinetur, sine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam. Si vero omnes, vel singuli in locis suis positi se adfuturos esse responderint, & Ecclesias, & ea loca, quæ eorum fuisse, vel eos tenuisse constiterit, per supradictorum ordinum instantiam eorum juri dominioque reddenda, ut reformato iisdem primitus statu, disputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti negotii summam mihi committere voluit Augustissimus Princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, ut si de mea persona aliquid cunctationis affertur, alium mecum Judicem, quem ipsi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel superioris, vel similis dignitatis residere non abnuam. Sive autem cum alio, sive solus in hoc negotio judicaturus interero, nihil aliud me, nisi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonstrare, & quod veri invenerit fides, per admi-

CHRISTI AN. 411. Ibid. August. brevicul. collat. *Marcellini edictum pro collatione.*

rabile

CHRISTI AN. 411. rebile mysterium Trinitatis . . . . judicaturum me esse promitto . . . . . Noverint etiam sive pro Donatistis, sive pro Catholicis lata fuerit sententia, in nullo se Donatistarum Episcopos aliquam molestiam esse passuros, sed liberos, & ab omni injuriæ genere alienos ad propria redituros. Datum decimo quarto Kalendas Martias anno quadringentesimo undecimo.

Aug. post coll. ad Don. c. 24. & 25. August. brev. coll. c. 11. *Collationis leges.* Conc. t. 1. nov. ed.

XIII. Ducenti septuaginta Donatistarum Episcopi Carthaginem ex omnibus Africæ Provinciis convolatunt: nullus absuit, nisi quos domi tenuit corporis ægritudo. Carthaginem ingrediuntur die 18. Maji cum tanta speciosi agminis pompa, ut tam magnæ civitatis oculos in se intentionemque convertant. Ducenti octoginta sex adfuere Catholici Episcopi, qui non eadem pompa ingressi sunt Carthaginem. Utraque pars Marcellinum literis fecit certiorem se advenisse Carthaginem collationis ineundæ gratia. Marcellinus tunc in secundo edicto præscripsit sequentes collationis leges: Hujus authoritate propositi omnes utriusque partis Episcopos censui commonendos, ut ante cognoscant, non amplius quam septenos ambarum Episcopos partium mutuæ inter se disceptationis habituros esse colloquium, quos in officium disputandi suarum partium subrogaris electio: siquidem certum deligi ex partibus numerum præcepit Imperialis authoritas. Aderunt alii quoque septeni, delecti judicio suæ cujusque partis Episcopi: qui servata primitus per omne colloquium moderationa silentii, ad hoc se tantum intelligant interesse, ut si qui ex disputantibus utrinque septenis conferre consilium cum suorum quoque voluerint, cum eodem illic secedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi proprium revertatur ad locum . . . . Erit autem collationi aptissimus locus Thermarum Gargilianarum, in quem die Kalendarum Juniarum eosdem Episcopos solos, qui designati sunt, oporteat convenire . . . Ita tamen ut reliqui omnes utriusque partis Episcopi ante diem, qui prædestinatus est examini, ratum se habituros quidquid a septenis utrimque Coepiscopis suis fuerit actitatum, Epistolia ad meam dicationem currentibus utrinque designent. Quibus Epistolia etiam testimonium omnes apud me propriæ subscriptionis adjungent . . . . . a me vero ita per omnia promulganda sententia est, ut in publicam dimissa notitiam toto Carthaginis populo Judice ponderetur. Ita quippe oculis non solum urbis hujusce, verum etiam universæ Provinciæ totus emensæ disputationis ordo pandetur, ut tam prosecutiones disputantium Episcoporum, quam prosecutionum mearum series subsecuta, digestis in publico voluminibus explicetur . . . . . Id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessario provisum. Noverint omnes oportere servari, scilicet ut interfatibus meis me penitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes Episcopi suis in scheda prosecutionibus universi absque ulla prorsus excusatione subscribant. Ii autem qui excipiendi funguntur officio, præter eos, qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus Ecclesiastici alternis debebunt astare Notarii: quorum fidei ne qua vacillet ambaga, quaterni Episcopi partium singularum delecti suorum judicio præponantur, ut eosdem exceptores ac Notarios pervigili ac sollicita observatione custodiant; quatenus cum iisdem exceptoribus ac Notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt: ut confestim ea cum a septenis Episcopis subnexa subscriptione, celerem exspectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem collationis diem, descriptioni subscriptionique gestorum locum diei subsequentis efficiet procrastinata cognitio; ita ut si quid forte præcedenti collationi superérit, in diem tertium recurrat examen . . . . . Donec autem emenso exitu quæstionum omnes expedita veritas enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas, tam mei sigilli, quam illorum octo custodum signabit impressio. Maximianistas a Catholicis reprobatos, & a Donatistis damnatos exclusit a collatione.

Ibid. August. brev. coll. c. 4. Donatistæ rescripserunt non sibi placere quod in edicto suo posuit, ut hi soli ex Episcopis convenirent ad collationis locum, quos ad ipsam causam peragendam cæteri delegissent. Qua de re, inquiunt, sinceritatem tuam plurimum exhortamur, ut prioris edicti fide servata, cunctos nos ad te venire præcipias, ut quemprimum de numero nostro constet, quos adversarii paucos esse sæpe mentiti sunt, ut rite omnibus ordinatis, quæ nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur. Scripserunt autem Catholici: Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique servandæ, & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has literas intimamus . . . Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii, quibuscum agimus, demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi Christiani usquequaque crescendo jam magnam partem Orbis implerent, & in cætera dilatarentur, implendam subito Ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum periisse contagio, & in sola remansisse parte Donati: Si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores Episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur pro sola æterna salute consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere Ecclesiam Christi omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum provinciarum, multarum gentium spatia feracissima populorum copia jam tenentem, & sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse . . . Sic ejus nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem Episcopatus amittant . . . Poterit quoque unusquisque nostrum honoris sibi socio copulato vicissim sedere eminentius, sicut peregrino Episcopo juxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenietur . . . Aut si forte Christiani populi singulis delectantur Episcopis . . . utrique de medio secedamus, & Ecclesiis singulis damnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in Ecclesiis singulis invenientur, unitate facta, per loca necessaria singuli constituantur Episcopi. Quid enim dubitemus Redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? Quam prompte in illam abdicationem consenserint ferre trecenti Episcopi Catholici, testatur Augustinus. Duo ibi vix inventi sunt quibus displiceret: unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est; alter voluntatem suam tacito vultu significavit. Sed posteaquam illum senem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante sententiam, ille vultum etiam mutavit. Aug. l. de gest. cum Emerit. N. 6.

Ib. N. 17. August. brev. coll. c. 7. Utriusque partis literas Marcellinus publicavit edicto. Donatistarum notoriæ responderunt Catholici: concedentes eis quod petierant, ut universi qui venerant, præsentes essent in eo loco, ubi erat futura collatio: cum tamen illic ex Catholicis Episcopis illi soli adessent, quos edicto suo cognitor definierat: ut si aliquis tumultus existeret, quod Catholici valde metuebant, non imputaretur illis, qui paucissimi adessent, sed eis potius, qui multitudinem suam præsentem esse voluissent. In eisdem literis etiam tota ipsa causa comprehensa est, ut ostenderetur Ecclesia Catholica non esse pars Donati, sed illa potius quæ per totum mundum fructificaret & cresceret . . . & quia nihil ei præjudicarent quicumque in ea mali fuissent, divino in fine judicio separandi. Et quia nec in ipsum Cæcilianum majores eorum aliquid probare potuerunt, qui judiciis Ecclesiasticis, & maxime Imperatoris, apud quem ab eis fuerat accusatus, innocens inventus, & pronuntiatus est . . . . Interea Carthagine duas conciones habuit Augustinus, hortatusque est fideles ne cum Donatistis de religione contenderent, sed etiam eorum injurias, & contumelias patienter ferrent, omni studio pacem custodientes, nec eorum quisquam ad collationis locum veniret, quemadmodum prohibuerat Marcellinus. Sed, inquit, deprecamini nobiscum Dominum solemnibus jejuniis, quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro causa. Jam enim jejunemus post Pentecosten solemniter, & utique jejunemus, etiamsi ista causa non esset. Jam igitur instituta erant jejunia quatuor Temporum post Pentecosten, de quibus hic agit Augustinus. *Jejunia post Pentecosten.*

August. brevic. coll. c. 10. Episcopi Catholici tertio Kalendas Junias convenientes constituere mandatum, quod biduo post Marcellino exhibitum est . . Hoc mandato, sicut in superioribus literis, tota causa comprehensa est, ut causa Ecclesiæ, quæ toto, sicut promissa est, terrarum

Orbe

Christi An. 411.

Orbe diffunditur, a causa Cæciliani, qualiscomque illa fuisset, sic distingueretur, us ostenderetur malos in Ecclesia, qui vel ignoranter, vel pro unisate pacis tolerantur n bonis, non eis ad mala consentientibus obesse non posse . . . Deinde ipsins Cæciliani caosa non mala fuisse certis docnmentis demonstraretur . . . Id autem eo consilio a Catholicis factum est, ne forte, sicus fama jactabat, aliquas moratorias præscriptiooes Donatistæ ingerere conarentur: Ideo in eadem Synodo, cui præsidebant Aurelius Carthagincosis, & Silvanus Primas Numidiæ, elegeruot octodecim Episcopos, qui omnium nomine collationi intetessent. Hæc, inquiunt, exequenda mandamus Fratribus & Coepiscopis nostris,

Collat. 1. cap. 55.

Aurelio, Alypio, Augustioo, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio. Quod maodatum se suscepisse testantor subscriptionibus suis, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, ratum habituri quidquid, adjuvante Domino, io hac defensione peregerins. His autem adjungimus, eum quibus ubi opus fuerit, consilium habeaot, Novatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium & Scillatium: ad eustodiendam vero conscriptionem gestorum, Denterium, Leonem, Asterium, & Restitutum.

Donatistæ priores dederant sequens maodatum. Post consulatum Varanis, seu anno 411. Januarius, Primianus, & cæteri, Primiano, Pesiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudeotio, Adeodato Coepiscopis nostris præsentes præsentibus salntem. Manda-

Collat. 1. n. 148.

mus vobis Ecelesiæ Dei causam, desensoresque vos facimus adversua traditores persecutoresqoe nostros, qui nos in judicio Marcellioi, per supplicationem suam proposito edicto, inquietare volueruos, ut eorum intentiooibua respondeatis. Quidquid egeritis pro statu sanctæ Ecelesiæ, ratum nos habituros nostra subscri-

August. ep. 141. alias 152.

ptione profitemur. His adjuoxere septem alios, cum quibus, ubi opus esset, consilium pertractarent, & quatuor, qui gestis conscribendis custodes essent.

Collatio Carthaginensis.

XIV. Illuais taodem dies collationis, cujus acta sic incipiunt. Post consulatum Varanis, seu anno 411. Kalendis Juniis Carthagine io secretario Ther-

Ibid.

marum Gargilianarum, præsentibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris devotissimis, Protectoribus domesticis, adstantibus Urso, Petronio & Liboso Ducenariis, Bonifacio & Evasioapparitotibus illustrium atque eminentium potestatum. Ab utraque parte dati erant quatuor notarii, ut bini cum exceptoribus Proconsulis & Judicis alternarent, ne aliquid se dixisse

Aug. ib.

aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum.

Ingressis universis Episcopis partis Donati; ingressis etiam octodecim, quos elegerant Catholici; Marcellinns pauca modeste præfatus, jussit legi acta, quæ supra recensuimus. Marrialem exceptorem legentem sæpius interpellarunt Donatistæ, quibus ita satisfecit Marcellinus, us ordinem sibi propositum prosequeretur. Id unom Petiliani dictum observandum: noo decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petivimus primum: Marcellinus enim id eis indulserat. Post lectionem mandati Catholicorum, cui subscripseraot ducenti sexaginta sex Episcopi. Cooflictus hic exortus est & aliquamdiu pro-

August. brevi. coll. c. 15.

ductus, eum Donatistæ exigerent eorum præsentiam, qui mandato subscripserant, objicientes, quod eis suppositis, qui Episcopi oon fuerint, potuisseot fallere cognitorem, quo præsente subscripsisse legebantur, & quod antiquis cathedris alios Episcopos addidesint, ut numerus augeretur. Catholici autem ne sui præsentarentur, resistebant, vereotes ne illi tumultnm aliquem præpararent, per quem prorsus abrumperetur ipsa collatio, quam fieri Donatistæ omoino nolle videbaotur: sed volontati eorum cessere Catholici.

Ingressis igitur Episcopis Catholicis, omoes singillatim recitati, & in medium procedentes a Donatistis recogniti suot . . . Ita factum est ut omnino nullius Catholici recitaretur subscriptio, de eo-

Collat. 1.

jus præsentia dubitarent. Donatistæ pariter recogoiti suns ipsismet efflagitantibus. Quos inter inventus est quidam Felix nomine, qui se dicebat orbis Romæ Episcopum; & alter jam mortuus, quem inter ab-

N. 217.

sentes inseruerant. His peractis, Marcellinus dixit: Remaocaot utriusque partis Episcopi, qui electi sunt, & alii exeant. Quibus egressis, octodecim ex utraque parte remansisse cogniti sunt. Sed quoniam hora diei undecima jam emensa erat, Marcellious utrorumque consensu in perendiourn diem collationem distulit. Christi An. 411.

XV. Tertio die Juoii præsentibus iisdem officialibus in eumdem locum conveoere utriusque partis Episcopi delegati. Marcellinus dixit: Deprecor ut vel nunc sedere dignemini. Petilianus dixit: Patribus nostris absentibus non sedemus, maxime cum lege divina consessus prohibeatur, ne eum hujusmodi adversariis nostris coosidere velimus. Catholici ne moræ fierent, nihil responderunt. Marcellinus stando se cognitorum esse respondit, suumque sessum auferri jussit. Surrexeruot etiam Episcopi Catholici. Marcellious Donatistarum notsriam, hesterno die sibi oblatam, recitari præcepit. Postulabant ut sibi maodatum Catholicorum ederetur, quo considerato, posseot in diem constitutum instructi adesse, eo quod exceptores eum conscriptione gestorum occurrere non valerent. Marcellinus jussit fieri quod petebant. Postea quæsivit, utrum eis placeret, quod edicto proposuerat, ut prosecutionibus suis unusquisqoe subscriberet. Augustinus dixit: Nos in hoc consensisse literis nostris expressimus. Donatistæ se multum moveri dixerunt, quia hoc coosuetudo non haberet. Marcellinus dixit: Ergo ad iotegram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab utraque parte delectis, qui Notariis & Exceptoribus videntur appositi. Petilianus dixit: Edantur nobis primitus gesta, tuoe respondebimus. Hic ortus est diuturnus conflictus eum eis: eum consensus eorum, quo placuerat ut illo die res ageretur, sæpe recitaretur ex tabulis. Et cum se notas ignorare dicerent, petentes ns prius eis ederentur gesta conscripta, cognisor jussit, ot quod eorum Notarii exceperant, perlatis codicibus, qui signati custodiebantur, eis recitaretur, ne contra suum conseosum venireot; eumque & ipsi sæpe de gestorum editione causarentur . . & in petenda dilatione vehementer perstarent: Catholici ne gesta multis verbis onerarentur, petieruot cognitorem, ut eis quam petebaot dilationem concederet. Et concessa est sex dierum dilatio. Marcellinus dixit: Utrum sexto Iduum Juniarum die, omnibus ambagibus amputasis, negotium sit principale tractandum, pars utraque designet. Augustinus dixit: Nos . . . ad diem sextum Iduum Juniarum adjuvante Domino Deo nostro adfuturos nos ad persgendum principale oegotinm Ecclesiæ pollicemur. Emeritus Donatista dixit: Diem statutum, hoc est, sextum Iduum Juniarum, si Deus jusserit, observabimus: ita tamen ut acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus Judex, quo possit esse tractatus. Marcellinus dixit: Septimo Iduum Juniarum die, msturiois horis vobis gesta tradentur. Edicite utrum alia die, id est, sexto Iduum Juniarum adesse dignemini, ut principale negotium peragatur. Emeritus dixit: Aderimus ad Judicium, si quæ statuit Nobilitas tua, habuerint effectom. Marcellinus dixit: Exceptores constituto die, id est septimo Iduum Juniarum, gesta edere festinabunt, ita us Notarii partis utriusque in dictando oon desint. Sciat autem utraque pars officio se cavere debere de perceptione gestorum, hora pariter designata. Sacerdotale vero est, ut, amputatis ambagibus, nulla morarum impedimenta nectantur.

Collat. 2. num. 4.

August. brev. coll. c. 1.

August brev. coll. 2. Coll. 2. num. 13. & seq.

August. brev. coll. 2.

Coll. 2. num. 65.

XVI. Tertio die collationis, id est, sexto Idus Junias, ingressis partibus: ubi constitit degestis parti utrique traditis, Marcellinus jussis priocipale negotium proponi. Responsum est a Donatistis, ut prius quæreretur qui essent, qui agerent, & flagitabans ut exprimerentor qui petiisseot ab Imperatore istam fieri collationem. Volebant enim, ut constaret Catholicos esse petitores. Catholici resistebant, & perseveranter instabaot, us Ecclesiæ causa potius ageretur. Marcellinus Imperasoris edictum recitari jussit, quo collationem petiisse Catholicos declaratum est; eamque esse concessam . . . . . . Rursus postularuot, ut mandatum Catholicorum, quo mandaverant peti ab Imperstore collatiooem, eosdemque legatos, quos ad hanc impetrandum miserant, sibi ederent atque proderent . . . Hoc eum intelligerent Catholici, ad hoc inquiri, ut invenirentur occasiones, quibus prolixi temporis moræ ac dilationes ingererentur, asserebant omnino quod peterent ad causam non pertinere . . . Et vehemeoter urgebantur etiam a Marcellino, ut, remotis omnibus morarum interpositionibus, & aliarum iorerpooendarum inquisitionibus, id potius ageresur quod ea collatione agi ab Imperatore præceptum est. Ioter hæc

August. brev. coll. 2.

sunt,

Christi An. 411.

etiam de Catholico nomine, apud quos potius eſſet, pauca ab utraque parte invicem dicta & objecta ſunt, & juſſum eſt principali cauſæ potius reſervari. Petilianus dixit: Catholicos nos eſſe acta contineant. Marcellinus dixit: Neceſſe eſt me eos eo nomine appellare, quo eos appellare voluit clementiſſimus Imperator . . . . . certum eſt poſt habitum conflictum eos Catholicos nuncupandos, apud quos veritas fuerit deprehenſa.

Coll. 3. N. 91. & ſeq.

Ibid.

Donatiſtis adhuc altercantibus, & quærentibus, ut eorum adverſarii proponant, utrum eos in judicium provocent: ut cum ex eorum reſponſione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propoſitiones reſpondere valeamus . . . Auguſtinus dixit: " Eccleſia, quod audire non vultis, & neceſſe eſt audiaris, quoniam tot teſtimoniis, & divinis eloquiis proclamatur toto terrarum Orbe diffuſa, cujus communionem videmur tenere, falſis criminationibus a vobis appetita eſt. Unde exiſtit veſtra ſeparatio quam dolemus. Iſtæ criminationes quibus inſectari ſoletis Eccleſiam toto, ſicut promiſſa eſt, Orbe diffuſam, hodie audire volumus utrum veræ ſint. Si enim veræ ſunt iſtæ criminationes, quas Eccleſiæ memoratæ objicere conſueſtis, ſi eam pollutam, maculatam, everſam, deſtructam, & extinctam, neſcio quibus noſtris criminibus demonſtrare potueritis, ſupererit ut quæramus utrum apud vos remanſerit, quam ubique periiſſe clamatis. Si autem illa perire non potuit, ſupereſt ut eam vos agnoſcatis, & litem tandem aliquando finiatis. „

Ibid.

Marcellinus dixit: Accepiſtis proſecutionem partis adverſæ, cui reſpondere dignamini . . . Emeritus Donatiſta dixit: . . . Intelligit præſtantia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis de longe poſitis præjudicare poſſe, cum inter Afros hoc negotium ventiletur, ſed magis hoc exſpectari, ut quicumque ex veridica cognitione fuerit ſuperatus, is ab Orbe videatur eſſe rejectus. Intelligant e diverſo venientes propoſitionibus reſpondere debere, quid perſonæ gerant, dicere non morentur, ut eorum intentionibus reſpondere valeamus. Auguſtinus dixit: Perſonas primo die judicii eſſe firmatas & ſequenti etiam die interlocutionis tuæ. Marcellinus dixit: Aliud quæſitum eſt. Auguſtinus dixit: " Quia dicit eum peregrinis Chriſtianis non ſe habere aliquam rationem, ſed hoc totum quod agitur, inter Afros agi, Afrorum Chriſtianorum Catholicorum hæc vox eſt. Nos univerſo Orbi Chriſtiano communione adhæremus. Hanc Eccleſiam eligimus retinendam, quam in Scripturis invenimus . . . . . Catholon enim ſecundum totum dicitur: Qui autem a toto ſeparatus eſt, partemque defendit ab univerſo præciſam, non ſibi uſurpet hoc nomen, ſed nobiſcum teneat veritatem. „ Gaudentius Donatiſta dixit: Catholicum nomen putat ad Provincias vel ad gentes referendum, cum hoc ſit Catholicum nomen, quod Sacramentis plenum eſt, quod perfectum, quod immaculatum, non ad gentes; nam doceat ſibi omnes gentes communicare, & plenus eſt Catholicus.

Quænam vera Eccleſia.

August. brev. coll. 3. cap. 3.

Donatiſtæ loquentes interpellant, & novas tricas refricare cœperunt, modo mandatum ſupradictum petendo, modo de petitoris perſona, ut conſtaret, inſtando, modo ut de his ipſis quæ perierant, judicaret cognitor, exigendo, de quibus jam toties fuerat interlocutus, & eos illa fruſtra petere pronuntiaverat. Siquidem de petitoris perſona conſtabat ex Imperatoris edicto; atque ita eorum petitioni ſatisfactum eſſet. Emeritus Epiſcopus dixit . . . cum iſte cardo ſit cauſæ, ut is qui alterum in judicium vocat, inſtituere actionem debeat, & provocare ad reſponſionem, advertat præſtantia tua eos proſequi debere, utrum nobis, vel quam inſtituant actionem, ut reſpondere poſſimus. Marcellinus dixit: Edicet pars Catholica, utrum e diverſo ſiſtentibus aliquid objiciendum credit. Auguſtinus dixit: Nos collationem popoſcimus, ubi objecta diluamus, non ubi objiciamus diluenda. Quandoquidem cum illi objecta probare non potuerint, quid ſint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifeſtum erit omnibus, & a tua ſublimitate judicabitur. Nunc ingreſſi ſumus diluere criminationes eorum, quas ſolent Eccleſiæ, quam tenemus, objicere. Mandatum quoque ipſorum hoc continet adverſus traditores & perſecutores noſtros ... Hæc crimina diluenda ſuſcepimus ... aut probentur, aut purgentur .... Tunc juſſit Donatiſtas cognitor objecta a ſe crimina probare. Inſtant illi ut de perſona pronuntiaret .... Et pronuntiavit cognitor dicens: ſi collationem pars utraque petiviſſet, cum eſſe petitorem, qui crimina objiceret. Et exegerunt Donatiſtæ, ut probaretur a Catholicis, utrum collationem utrique petiverint. Ubi cognitor cum dixiſſet: Hoc Catholici probare debebunt; ortus eſt iterum moratorius conflictus de Catholico nomine, & Donatiſtarum & Cæcilianiſtarum. Deinde obtulerunt Catholici geſta habita in judicio præfecturæ, quibus probarent Donatiſtas collationem petiiſſe. Quæ cum juſſiſſet cognitor rurſus recitari; rurſus illi ad præterita redierunt poſtulata. Ubi ſuam cauſam quibuſdam inconſideratis & temerariis reſponſionibus vulneraverunt. Cum enim Marcellinus dixiſſet: Suſcipiat officium acta, quæ ab utriſque partibus offeruntur, & conferat tempus, ut quæ priora eſſe conſtiterit, eadem recitentur. Petilianus dixit: Senſim in cauſam inducimur, & ad alia ſe convertit, ne legerentur. Quibus tamen recitatis Marcellinus dixit: Libellus datus a vobis evidenter oſtendit ſchiſmatis & hæreſeos crimen objectum; quod probare vos convenit. Donatiſtæ vero ſe convertunt ad alias quæſtiones, & ſæpius repetebant: utrum teſtimoniis legis, an publicis geſtis Catholici agere mallent? Et dicebant: Ut ſi teſtimonia divinæ legis eligerent, facerent omnium legum publicarum, geſtorumque jacturam. Si autem publicis legibus & geſtis agere potius vellent, omitterent divina documenta: & tamen ſi hoc eligerent Catholici, ut publicorum geſtorum potius agerent, dicebant ſe Donatiſtæ nec hoc permiſſuros, ut ea quæ a Catholicis offerebantur geſta legerentur, eo quod haberent validam temporis præſcriptionem.

Christi An. 411.

Coll. 3. August. brev. coll. 3. cap. 4.

Coll. 3. num. 50.

N. 178.

August. brev. coll. 3. c. 5.

Coll. 3. n. 190.

Marcellinus dixit: Etiam proſecutione viri venerabilis Petiliani id conſtat fuiſſe ſignatum, ut utrum pars Catholica . . . jure publico agi vellet, an certe divinis teſtimoniis, evidenter oſtenderet. Sed denuo ad quæſita reſponſum eſt; ita ut evidentiſſime monſtraretur, ſi crimina non objicerentur, a documentis publicis diſcedendum, quæ probari non poſſe aliter niſi publicorum certum eſt atteſtatione geſtorum: Si vero cauſa Eccleſiæ tractaretur, legalia tantum teſtimonia proferrentur. De quibus quid placeat, evidentius deſignetur ..... Petilianus dixit: Pervidet igitur ſublimitas tua ſenſim nos ad cauſæ interna deduci. Atque ad alia tranſiit ... Auguſtinus itaque dixit: Jam diximus unde agamus potius, id eſt, utrum publicis documentis, an divinis teſtimoniis: in veſtra eſt poſitum poteſtate. Si enim a criminibus hominum ceſſatis, & nos ceſſabimus a publicis documentis, & ſolam Eccleſiæ cauſam divinis teſtimoniis aſſeremus. Si autem ab hominum criminibus non deſiſtitis, neceſſe eſt nos, & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre ... Reſpondeant ad breve interrogatum meum. Hæc eis ſæpius a Catholicis & ipſo cognitore repetita & inculcata ſunt, multis & variis modis multarum proſecutionum illis ad eadem redeuntibus, & eadem repetentibus, ne ageretur cauſa, & ne geſta legerentur, quæ jam in manibus eſſe cernebant. Sed aliquando vicit cognitor tam longas obſtinationes, & juſſit recitari quæ a Catholicis data ſunt, & cœpit tandem agi cauſa propter quam tot Epiſcopi convenerant. Quod mirabiliter factum eſt, ut cum Donatiſtæ propterea quærerent petitoris perſonam, ne perveniretur ad cauſam, ipſa ioquiſitio petitoris ſubito in medio mitteret cauſam.

N. 197.

August. brev. coll. 3. c. 6.

Lecta eſt igitur relatio Anulini Proconſulis, ubi oſtendit Donatiſtas Cæciliani cauſam ad Imperatorem Conſtantinum detuliſſe. Quam lectionem ineptis interrogationibus interpellarunt Donatiſtæ & proſecuti ſunt. Marcellinus vero juſſit recitari acta, quæ ipſi obtulerunt, & ſic reditum eſt ad quæſtionem juris de Eccleſia. Itaque Romulus receptor cœpit legere literas, quas Donatiſtæ ab univerſo Concilio ſuo ſe accepiſſe dicebant, quibus reſponderetur mandato Catholicorum, quod primo die actionis fuerat allegatum. Emeritus legentem ioterpellat, dicens: non legit, non diſtinguit ſenſus. Auguſtinus dixit: ipſi legant; concedamus eis quod ipſi nobis concedere noluerunt. Habet Deus, Donatiſta eas legit. Hoc in eis exponebant Donatiſtæ: Eccleſiam Domini in Scripturis dici puram, ſanctam, immaculatam, ac proinde non recipere impios, quos aliquando rejectos exemplis probabant; inferebant etiam nullum ſchiſmaticorum hæreticorumque baptiſmum eſſe: Unde enim fieri poteſt, ſi una eſt Eccleſia, & in-

Coll. 3. num. 25. August. brev. coll. 3. num. 8. Ad Eph. 5. 2. Cor. 11. Coll. 3. n. 258.

CHRISTI AN. 411. divisus est Christus, ut foris positus baptismum consequatur? Scripturarum testimonia quibus probabant Catbolier eamdem Ecclesiam habere in se permistos simul bonos & malos, dicebant intelligenda de peccatoribus occultis. Denique querebantur se per centum annos gravem passos esse persecutionem. Marcellinus dixit: Id quod lectum est, gestis præsentibus adhærebit . . . & ad hæc omnia pars e diverso sistens respondere cogatur. (Coll. 3. n. 259.)

Ibid. N. 261. Augustinus dixit: " Animadvertit nobilitas tua in hac epistola duo quædam genera vel objectionum, vel rerum inserta, quibus respondere debeamus; unum de divinis Scripturis . . alterum de criminationibus humanis, quæ objicienda putaverunt. Ad hæc duo paucis, si Dominus adjuverit, respondebimus . . . Quæstio est de Ecclesia, utrum permixtos malos usque in finem habitura prædicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos in hoc sæculo. Utraque testimonia divina sunt; & utique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intel- Matth. 3. lectorem inveniant. Aream esse Ecclesism non ego dixi, non quisquam nostrum, sed Evangelium loquitur, ubi scriptum est, venturum qui ventilabrum ferat in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreo. „ Emeritus negavit in Evangelio legi aream: dum relegitur, Petilianus dixit: De occultis reis hoc dixit Evangelista, non de evidentibus . . Augustinus dixit: Prosecutio nostra pro ipsorum epistola habeatur; legi cœpit. Nullus a nobis relatus est strepitus, nulla interturbatio. Permittat ut finiam quod cœpi eloqui, & respondeant . . . Marcellinus dixit: Justa postulantur; patientiam ejusdem prosecutioni certum est debere commodari. Augustinus dixit: " Ergo, ut dicere cœpe- N. 265. *Ecclesia complectitur bonos & malos.* ram, divina sunt testimonia de zizaniis & tritico, esque intelligere conati. Verum tamen de retibus aliquando confessi sunt, quod bonos & malos habitura est Ecclesia; sed eos dixerunt esse Sacerdotibus incognitos, & ideo non præjudicare bonis, quia ignorarentur . . Constat jam quod Ecclesia habest N. 281. & bonos & malos, zizania scilicet & triticum . . . De latendo, & de non latendo quæstio est, utrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolersre, ne desererent bonos . . Hoc probamus. Dicimus nos non negligendam quidem Ecclesiasticam disciplinam, & ubicumque fuerint proditi mali, coercendos esse, ut corrigantur, non solum sermone correctionis, verum etiam excommunicationibus & degradationibus, ut humilem locum salutis in Ecclesia quærant . . sicut declarat Apostolus dicens: Si quis non obaudivit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo. „

In actis reliqua desunt, quæ sic supplet Augustinus in eorum breviculo. " Dicimus quod non solum in ea latentes peccatores nesciantur, sed plerumque propter August. brev. coll. 3. cap. 9. pacem unitatis etiam cogniti tolerentur. Sic ostendentes divina testimonia consonare, ut & illa quibus commendaretur Ecclesia cum malorum commixtione, hoc tempus ejus significarent, qualis est in præsenti sæculo; & illa testimonia, quibus commendatur non habere commixtos malos, illud ejus tempus significarent, qualis venturo sæculo in æternum futura est ..... „ De Prophetis etiam, quia dixerant Donatistæ non eos communicare illis, in quos mala tanta dixerunt; responderunt Catholici, quod unum templum fuerit, quo universi utebantur ... Nec quemquam Prophetarum, qui tanta dixerunt in malos, constituisse sibi alıud templum, sacrificia, Sacerdotes... Deinde commemoratum qualis separatio bonis hoc tempore ab impiis & malis fieri debeat, ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet, & vitæ morumque dissimilitudine. Ostenderunt demum Donatistss propriis factis esse condemnstos. In collationis loco sedere noluerant, quia scriptum est: Non sedi in concilio impiorum; ibidem autem sequitur, & cum iniqua gerentibus non introibo. Cum ergo, inquit Augustinus, illi intrassent cum eis, quos impios putarent, quare etiam non sederunt? Ibi commemorata etiam causa Mxximianistarum, ubi & se & illos quibus dilationem dederant in Maximiani schismate positos, in damnatione ejusdem Primiani socios, tamen illius contagio dixerunt non esse pollutos, qui Cæciliani criminibus Orbem Christianum usque ad terminos terræ periisse contenderent.

Donaristæ, qui loquentem Augustinum sæpius interpellaverant, cum iis respondere non possent, sæpius eadem per eadem replicabant: deinde objecerunt, quod duas Catholici dixerint Ecclesias: unam, CHRISTI AN. 415. quæ nunc haber permiatos malos; aliam, quæ post resurrectionem eos non habitura est. Respondit Augustinus, unam esse Ecclesiam, sed in duplici ac diverso statu, quod & ipsi fateri cogerentur, siquidem agnoscant malos latentes esse in Ecclesia, qui in cœlis non erunt. Cyprianique testimonio confirmavit Cyprian. in Ecclesia nunc esse malos, qui coercentur. Hæc ep. 51. cum inter eos agerentur, promisit cognitor de his se quæ satis audisset, extrema sententia judicaturum: & jussit illud agi potius, unde exstiterit prima causa dissidii. Donatistis vehementer resistentibus, recitari jussit Marcellinus, quod a Catholicis oblatum, jam legi cœperat, & fuerat interruptum. Sic peracta est causa Ecclesiæ, quam magnopere Catholici curaverant a Cæciliani causa distinguere, quæ postea peracta est.

XVII. Recitatæ sunt igitur duæ relationes Anu- August. brev. coll. 3. cap. 12. lini Proconsulis ad Constantinum. Prior Donatistarum accusationes adversus Cæcilianum continebat; in secunda denos ex utraque parte ad causam instruendam mitti jubebat Imperator. Tum lectæ sunt ejusdem Imperatoris literæ ad Episcopos, ubi eis causam Cæciliani injunsit audiendam. Inde legi cœpit Episcopale judicium Melchiadis Papæ & Romanæ Synodi, in qua Cæciliani ordinatio legitima declarata est. Tunc urgentibus Donatistis, qui Mensurium Cæciliani decessorem tradidisse sacras Scripturas accusabant, legerunt ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum Numidiæ Primatem datam. Sed ea ea constabat illum abstulisse atque servasse Scripturas sacras, dimisisse autem ethnicis quædsm reproba scripta hæreticorum. Recitarunt etiam Secundi literas ad Mensurium, quæ solsm rerum gestarum in Numidia tempore persecutionis narrationem continebant. Catholici patienter eas audierunt, quamvis testati fuerint eas esse fsmiliares, nec ad causam Ecclesiæ pertinere. Denique recitatum est a Donatistis Concilium ferme septoaginta Episcuporum Donatistarum contra Cæcilianum, ubi eum absentem damnarunt, tanquam a traditoribus ordinatum.

Obtulerunt Catholici Acta Cirtensis Concilii sub Ibid. Secundo Tigisitano, in quo plures eorum, qui damnarant Cæcilianum, fuerant confessi se tradidisse Scripturas. Donatistæ contenderunt Cirtense Concilium esse falsum. Primo: Quia contra Ecclesiasticam consuetudinem diem & Consulem haberet. Secundo. Quod persecutionis tempore non potuit Concilium congregari. Catholici in Melchiadis Concilio diem & Consulem demonstrarunt, Catholicorumque Concilia Consules & dies semper habuisse dixerunt. Ad secundum responderunt: Cirtense Concilium anno sequenti post persecutionem fuisse celebratum, quod indicabant acta Martyrum, quæ protulersnt Donatistæ: nam gesta Martyrum, quibus ostendebatur tempus persecutionis, Consulibus facta sunt Diocletiano novies, & Maximiano octies, pridie Idus Februarias. Gesta autem Episcopalia decreti Cirtensis post eorumdem consulatum, tertio nonas Martias. Addidere, tempore persecutionis duodecim Episcopos in domum privatam convenire potuisse, quandoquidem servente persecutione congregationes fieri solebant: sicut ipsis gesta Martyrum monstrabatur, qui confitebantur in passionibus suis se collectam & Dominicum egisse. Deinde Donatistæ longa prosecutione egerunt, ut ex auctoritate Carthaginensis Concilii confirmaretur Cæciliani damnatio. Responsum est a Catholicis, illud Carthaginense Concilium sic non præjudicare absenti Cæciliano, quemadmodum non præjudicavit absenti Primiano Concilium eorum, a quibus in Maximiani causa dsmnatus est. Hic Donatistæ de Maximiani causa coarctati dixerunt, nec causam causæ, nec personam præjudicare personæ. Quam sententiam in ore habere solebant Catholici, cum Donatistæ aliorum crimina aliis objicientes suam separationem defenderent, & Orbem Christianum nescio quibus Afrorum criminibus accusarent.

Inter hæc tandem cognitor compulit Donatistas, ut contra Concilium judiciumque Melchiadis, quo Cæcilianus purgatus atque absolutus legebatur, si haberent aliquid, dicerent. Tunc Donatistæ Melchia- Ib. c. 18. dem cœperunt crimine traditionis arguere. Id ut probaretur, legerunt gesta prolixissima, quæ multos tradentes sonuerunt, ubi nomen Melchiadis omnino non sonuit. Cum cognitor miraretur aliud promissum, aliud recitatum; illi gesta alia recitarunt, in qui-

CHRISTI in quibus legebatur Melchiades misisse Diaconos cum
AN.411. literis Maxentii Imperatoris, & literis Præfecti Prætorio ad Præfectum urbis, ut ea reciperent, quæ
tempore persecutionis ablata Maxentius Christianis
jusserat reddi. Sed his quoque gestis nullum Melchiadis crimen cognitori apparuit. Donatistæ suam
accusationem urgebant, conjecturis & vanis suspicionibus, quas spernens cognitor jussit recitari Con-
C. 19. stantini judicium; & recitatum est, quemadmodum
se inter partes Cæciliani causam cognovisse ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumniosos cognovisse testatus est, commemorans etiam
in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum Episcopale
judicium, cui judicio jam plurimi ex dissensione
C. 20. consenserant. Quæsivit cognitor a Donatistis quid
contradicerent. Post aliquas tricas, petierunt Optatum legi, unde se probaturos dicebant Cæcilianum
ab Imperatore damnatum. Recitatus est Optatus:
in cujus verbis cum nulla Cæciliani damnatio reperiri potuisset, jussit Cognitor totam paginam legi.
Et ex officio recitatum est. Cæcilianus omnium
supramemoratorum sententiis innocens est pronuntiatus. Quod risum omnium movit. Alia quædam
gesta legerunt, quæ ipsis contraria inventa sunt. Ex
quibus etiam accepta opportunitate, recitanda obtulerunt gesta Proconsularia, quibus absolutus est Felix
Aptungensis, Cæciliani ordinator, & omnium necessariarum personarum testimonio a traditionis crimine
C. 25. innocens comprobatus. Urgere deinde Cognitor cœpit,
ut si qua posteriora gesta Donatistæ haberent contra
absolutionem Felicis vel Cæciliani, jam jamque proferrent. Hic illi nihil omnino proferentes, sed ea,
quæ jam toties dixerant, rursus quasi a capite redire,
& ea replicare conati sunt. Quapropter Cognitor dixit: Si contra nihil est quod legatis, exire dignamini,
ut possit plena de omnibus scribi sententia. Et utrisque exeuntibus, sententiam scripsit, quam rursus
intromissis partibus recitavit, jam nocte profunda,
quamvis a prima luce incœpisset collatio.

August. XVIII. Sententiam suam die vigesima sexta Junii
brev.coll. publicavit Marcellinus: in ea declarat: Universalis
3. c. ult. Ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de quo nihil reprahensibile potuit approbari, non debere subverti, nec etiam eorum qui se a corpore Ecclesiæ
separarunt, latam adversus eam præjudicate valuisse
sententiam, tot judiciis patefacta Donato authore
schismatis comprobatione, Cæciliani innocentia, &
Felicis ejus ordinatoris purgatione. " Unde, inquit,
universos ordinis viros, dominos etiam fundorum,
authores, conductores tam domus divinæ, quam etiam
privatarum possessionum, senioresque omnium locorum, hujus edicti authoritate commoneo, quatenus
memores legum, dignitatum, æstimationis, salutisque propriæ, Donatistarum conventicula in omnibus
civitatibus & locis prohibere contendant, ita ut
Ecclesias, quas eis humanitate mea absque Imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas, Catholicis tradere sine ulla dilatione festinent...
quas quidem si unitati Catholicæ consentire voluerint, eorum esse sat certum est .... Hi autem qui
post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant pœnam se Imperiali arbitrio
præstitutam ulterius vitare non posse ... Unde unusquisque Donati communionis Episcopus ad loca propria sine ulla debet inquietudine ac molestia remeare ... Hi autem qui in prædiis suis Circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi
eorum insolentiam omnimodis comprimere & refrænare gestierint, maxime ea loca a Fisco occupanda.,,
Datum Carthagine post consulatum Varanis, seu anno
411. sexto Kalendas Julii.

Donatistarum schisma, quod annorum circiter centum spatium implevit, lethalem ictum revoluto sæculo ex collatione tandem accepit; & sensim ad
Aug.l.de paucos redactum est. Donatistas, inquit Augustinus,
gest. cum in Nomine Christi in gremium Catholicum magna
Emerit. ex parte suscepimus, ita ut pene omnes communioni Catholicæ sociatos esse gaudeamus. Eorum
ferocissimi colendis agris, amisso Circumcellionum
& opere & nomine inserviunt, servant castitatem,
tenent unitatem. Quos ut in pace confirmarent,
collationis acta singulis annis semel in Ecclesiis legi
publice curabant Episcopi. Præsentibus vobis, ibidem
ait Augustinus, Fratrem & Coepiscopum meum
Deuterium obstringo, ut quemadmodum fit apud
Carthaginem, apud Tagastam, apud Constantinam,

apud Hipponem, apud omnes diligentes Ecclesias, CHRISTI
sic etiam facere non pigrescat. Ut annis omnibus AN.411.
per jejuniorum dies, id est, quadragesimam ante
Pascha, quando vobis maxime jejunantibus plus vacat audire, eadem gesta collationis, per annos singulos, universa a capite in finem recitentur. Sed
quoniam fatigabant sua prolixitate lectorem, eorum Aug.l.2.
breviculum scripsit Augustinus, quo quisque sine retract.
labore sciat quid actum sit. Imperatorem appella- cap. 39.
tunt Donatistæ, causari temere cognitorem præmio
fuisse corruptum, ut etiam nocte contra eos proferret sententiam; antea suis tertiæ diei subscriptionibus inseruerant, salva appellatione. Ejusdem colla- August.
tionis acta variis mendaciis depravare conati sunt. post coll.
Augustinus vero librum alium scripsit ad Donatistas
laicos, ne a suis Episcopis seducerentur ulterius.
" Confessi sunt, inquit, contra Ecclesiam Catholicam, quæ toto Orbe terrarum diffunditur, nihil se
habere quod dicerent, quia divinis sanctarum Scripturarum testimoniis oppressi sunt, quibus Ecclesia
designatur, incipiens a Jerusalem crevisse per loca,
in quibus Apostoli prædicaverunt, & inde diffundi
per cæteras gentes ... Dum autem confirmant Ecclesiam, cui nos communicate, ipsos autem non
communicare manifestum est, olim se victos esse
testantur ... Quisquis ergo ab hac Catholica Ecclesia
fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere
existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate
disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac Ecclesia bene
vixerit, nihil ei præjudicant peccata aliena, quia
unusquisque in ea proprium onus portabit, sicut
Apostolus dicit.,, Idque confirmat ipsamet confessione Donatistarum, qui dum Maximiani exemplo
urgerentur, dixerant: nec causa causæ, nec persona
personæ præjudicat; & confirmaverunt verbis suis
quod nos antea de Ecclesia dicebamus.

Hoc erat Donatistas inter & Catholicos totius Act.col.3
controversiæ caput; Ecclesiam maculatam & destructam ubique periisse, atque in sola parte sua remansisse contendebant Donatistæ, sed nullo, inquit Augustinus, Scripturarum testimonio id probare poterant. Catholici vero divinis testimoniis demonstrabant promissam toto terrarum Orbe diffusam Ecclesiam, cui ipsi communicabant, extra cujus unitatem
non esset salus. Quicumque ergo idem ac Donatistæ
præsupponunt principium, atque ab unitate vel a *Ab Ec-*
doctrina Ecclesiæ recedunt, iisdem authoritatibus *clesia Ca-*
tum divinis tum humanis ac Donatistæ damnantur *tholica se*
ut schismatici, vel etiam hæretici, iisque dicimus *separare*
cum Cassiodoro: " Audiant a finibus terræ Eccle- *non licet.*
siam clamare, & ipsi eam localem dicere protinus Cassiod.
conquiescant: contra vocem mundi quis possit audiri? in Ps. 60.
Impudentissimum est adversum trium testimonium
loqui, & contra generalem sententiam non erubescunt impudenter armari. Cur novis inventionibus
animas fatigant? Accipiant certe quod credant, non
quod sua iniquitate pervertant. Orat fidelis populus
a finibus terræ, quia factus est Dominus spes ejus,
posteaque se auditum hymnidica exultatione gratulatur, quoniam in conspectu Domini jugiter apparebit: quid jam satisfaciat, si hoc non satiat? Videmus quotidie fieri quod promisit. Videmus mundum
ad Fidei Christianæ regulas convenire; &, proh dolor! falsitas nititur abscondere quod decrevit veritas
indicare.,,

XIX. Cum quidquid in collatione gestum fuerat, CHRISTI
latamque sententiam accepisset Honorius insequente AN.412.
anno quadringentesimo duodecimo, tertio Kalendas *Honorii*
Februarii, hanc legem dedit adversus Donatistas: *lex ad-*
" Cassatis, quæ pragmatici, vel adnotatione manus *versus*
nostræ potuerint impetrari, & manentibus his, *Dona-*
quæ etiam dudum super hoc definita sunt, & vete- *tistas.*
rum Principum sanctione servata, nisi ex die pro- Cod.
latæ legis omnes Donatistæ, tam Sacerdotes, quam Theod.
Clerici, Laicique Catholicæ se, a qua sacrilege de- Lex 52.
scivere, reddiderint, tunc Illustres singillatim pœnæ
nomine Fisco nostro, auri pondo quinquaginta cogantur inferre: Spectabiles, auri pondo quadraginta: Senatores auri pondo triginta: Clarissimi,
auri pondo viginti: Sacerdotales auri pondo triginta:
Principales auri pondo viginti: Decuriones auri pondo
quinque: negotiatores & plebei auri pondo quinque:
Circumcelliones argenti pondo decem. Qui nisi a
conductoribus, sub quibus commanent, vel procuratoribus, executori, exigendi, fuerint præsentati,
ipsi teneantur ad pœnam: ita ut nec domus nostræ

Christi An. 412.

homines ab hujuscemodi censura habeantur immunes. Uxores quoque eorum maritalis segregatim mulcta constringat ... servos etiam dominorum admonitio, vel colonos verberum crebior ictus a prava religione avocabit .... Clerici vero ministrique eorum, ac Sacerdotales ablati de Africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea prosecutione mittantur; Ecclesiis eorum, prædiisque, si quæ in eorum Ecclesias hæreticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique Catholicæ vindicatis. „

Possid. vit. Aug. cap. 13. *Expedit legibus compellere hæreticos.* August. ep. 185. alias 50.

Hac lege multi ex Donatistis emendati sunt, eorum Episcopi cum suis Clericis & plebibus communicaverunt, & pacem tenentes Catholicam, multas eorum persecutiones, usque ad membrorum amputationem, & internecionem, pertulerunt. Nonnulli ea potius exacerbati plus quam antea insanierunt, imo non pauci furore pereiti, mortem sibi conscivere. Illius legis æquitatem sic defendit Augustinus: " Magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas Imperiales leges, ab illa secta, ubi per doctrinas dæmoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inviti, ut in Catholica postea bonis præceptis & moribus sanentur assueti. Nam multi eorum, quorum jam in unitate Christi, pium Fidei fervorem charitatemque miramur, cum magna lætitia Deo gratias agnot, quod illo errore caruerunt, ubi mala ista bona putaverunt .... Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie confitentur, quod jam olim volebant esse Catholici, sed inter eos habitabant, inter quos, id quod volebant esse, non potebant per infirmitatem timoris, ubi si unum verbum pro Catholica dicerent, & ipsi & domus eorum funditus everterentur? Quis est tam demens, qui neget illis debuisse per jussa Imperialia subveniri, ut de tanto eruerentur malo, dum illi, quos timebant, timere coguntur; & eodem timore aut etiam ipsi corriguntur, aut certe cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, a quibus antea timebantur. Si autem se ipsos occidere voluerint, ne illi qui liberandi sunt liberentur ... Quid hic agit fraterna dilectio? Utrum dum paucis transitorios ignes metuit caminorum, dimittet omnes æternis ignibus gehennarum: & tam multos vel jam volentes, vel postea non valentes per Catholicam pacem ad vitam venire perpetuam, relinquet ire in interitum sempiternum, cavendo ne quidam voluntario moriantur interitu, qui vivunt ad impedimenta salutis aliorum .... Ita cum magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbæ duræ, & in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoque plurimi simulando communicaverunt, alii paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant, paulatim assuescendo, & prædicationis veritatem audiendo .... ex magna parte correcti sunt... Horum ergo populorum congregationes per plurimas Africæ regiones ab illa perditione liberatorum, si sub uno conspectu videres, tunc diceres nimiæ fuisse crudelitatis, si dum timetur ne homines desperati & istorum innumerabili multitudini nulla æstimatione comparandi, suis & voluntariis ignibus cremarentur, isti in æternum perdendi, & sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur. „

Synes. epist. 57.

XX. Hisce temporibus Episcopus Cyrenes, seu Ptolemaidis erat Synesius Philosophus, patria Cyrenensis, eruditione sua clarus, originem ducens ab Euristene, qui Dorienses in Spartam deduxit: Philosophiæ operam dederat Alexandriæ, Ibidem Theophili viri nobilis filiam duxit uxorem. Anno 397. legationem suscepit pro patria apud Arcadium, egregiaque de regno oratione ejus commovit affectum, nihil tamen ei adulatus. Cyrenem ut rediit, vivebat, oratione, & libris, & venatione vitam distinguens, moribus adeo integris, ut admirationi asset etiam Christianis, qui in locum defuncti Episcopi illum Sacerdotem eligunt, hortanturque ut salutaris regenerationis lavacrum, & Sacerdotii jugum subeat.

Evagr. l. 1. c. 15. *Synesius fit Episcopus licet invitus.* Synes. ep. 105.

Ille rei novitate perculsus, prolixe Eutropio fratri suo scripsit, tresque causas aperuit, ob quas oblatum Episcopale munus nequaquam sibi recipiendum judicaret .... " Ego, inquit, cum meipsum considero, omnino inferiorem sentio, quam ut Episcopali fastigio respondere possim ... Episcopum divinum esse hominem oportet, utpote qui ab omni ludo peræque, atque Deus ipse alienus, & inexorabilis esse debeat. In iis autem quæ ad Deum pertinent, non ille sibi uni vacans, sed communissimus omnium esse debet; ut qui legum Doctor sit, & quæ legibus consentanea sunt, loquatur. „ Se vero ab ea perfectione multum distare profitetur. Secundam detrectandi Sacerdotii causam sic explicat: " Mihi, & Deus ipse, & lex & sacra Theophili manus dedit uxorem. Quare hoc omnibus prædico ac testor, neque me ab ea prorsus sejungi velle, neque adulteri instar cum ea clanculum consuescere. „ Quo vel uno exemplo constat, injunctam Episcopis fuisse continendi necessitatem, nam uxorem retinere si eis liberum fuisset, inepta prorsus fuisset ejus excusatio. Tertiam affert causam, quod ipse Platonicæ Philosophiæ præceptis imbutus, a præcipuis aliquot Fidei Christianæ capitibus dissentiret. " Nunquam, inquit, profecto mihi persuasero animum origine esse posteriorem corpore, mundum cæterasque ejus partes una interire nunquam dixero. Tritam illam ac decantatam resurrectionem sacram quidpiam atque arcanum arbitror, longeque absum a vulgi opinionibus comprobandis ... Si autem ad Episcopale munus vocer, nolo ementiri dogmata; horum Deum, horum homines testes facio; affinis est Deo veritas, apud quem criminis expers omnis esse cupio. „ Hinc aliqui hæreticum Synesium ad Episcopale munus fuisse promotum putarunt, sed non leviter errarunt; hæc enim dixit, ut Episcopatum declinaret, quæ ut Philosophus didicerat. Idque unum juravit, si fieret Episcopus, dogmata ementiri nollet, non autem quod ita sentiret, & reipsa nunquam ejus fides postea venit in suspicionem, sed pura perseveravit; vel Theophilus, qui ut Patriarcha comprobavit ejus electionem, ejus animum a Platonicis dogmatibus ad exactam divinæ revelationis fidem traduxit, priusquam eum Baptismo & sacris Ordinibus initiaret, circa annum quadringentesimum decimum.

Christi An. 410. Synes. epist. 66. *Atticus amicos Chrysostomi recipit.*

Theophilum postea de quodam Alexandro per literas consuluit, qui Basinopolitanus in Bithynia Episcopus Chrysostomi manibus fuerat consecratus: " orta vero contentione, inquit, in ejus a quo electus erat, amicitia perseveravit, & illius partes secutus est. Quid autem scienti id exponam, vel ei ipsi potius cujus opera omnis illa compositio reconciliatioque perfecta est? cum præsertim libellum quemdam scitum & eruditum perlegerimus, quem ad beatum, ni fallor, Atticum scripseras, quo tu illum ad recipiendos homines, scilicet amicos Chrysostomi, adducebas, & hactenus quidem communis Alexandro causa fuit cum cæteris defectoribus. Præcipuum hoc vel commune cum paucis, quod tertius ferme abhinc annus est ab sopitis dissensionibus reconciliataque pace, neque dum tamen, quam sortitus erat Sedem repetiit, manet autem apud nos, quasi nihil sua intersit, si quis eum privati loco habeat .... scis igitur quemadmodum egi, Pater omni veneratione dignissime: in Ecclesiam quidem admittere illum nolui, nec sacram cum eo mensam communicavi: domi vero per æque ac innoxium observavi, quæ mea agendi cum nostris ratio est ... Itaque nostræ interrogationis summa est: an Alexandrum habere ut Episcopum oporteat, nec ne? „ Ex his liquet post Chrysostomi mortem, ut quicumque ejus partes fuarant secuti, eos in suam communionem ac pristinum gradum reciperet Atticus Constantinopolitanus, ei authorem fuisse Theophilum, qui tamen Chrysostomi nomen in sacra dyptica referre noluit, sed & ejus memoriam laceravit in famoso libello, quem ex imprudenti zelo latine transtulit Hieronymus; Theophili responsum ad nos non pervenit.

Facund. lib. 6.

Synesii observantia erga Patriarc. Synes. epist. 67.

XXI. Ex aliis ejusdem literis cognoscimus, quid circa Episcopi ordinationem in duobus Pentapolis oppidis egerit, Palæbisca & Hidrace, quam ei commiserat Theophilus. Paulus Erithrensis hæc duo oppida sibi vindicarat; nam cum antea suæ essent diœcesis, Athanasius ob locorum distantiam Syderium eis præfecerat Episcopum; qui nec prædecessorem, nec successorem habuerat. Theophilus delegarat Synesium, qui in eis proprium ordinaret Episcopum; sed populi studium in Paulum evincere non potuit. Itaque conventum dimisit, & ad quartum diem adesse jussit. Quid autem in ea gestum sit, sic refert: " Dicta dies advenerat, & jam populus aderat ad reclamandum ... media e turba libellus profertur. Rogat aliquis ut in publicum omnibus legeretur. Nihil hic præter obtestationem continebat: desinerem violenter tentare plebis animos, deliberationemque tantisper differrem, dum liceat sibi ad beatitudinem tuam decretum de ea re, ac legatum mittere, ac me potius orabant, ut iis per literas advocatus essem,

Ibid.

quæ

CHRISTI AN. 410. que didiceram edocens ... ajebant has urbes Erithro contributas decreto Theophili : quod negabant antiquoudum asse. Quamobrem statues pro sua humanitate humaniora de illo : mihi vero iu urbem redeundum est, ibi ejus, quod mihi faciendum sit, tesseram & signum præstolabor. „ Ibidem subjicit, se litem composuissa de castello, quod, ut comperit, per fraudem Paulus occuparat, qui agnita culpe locum illum vineis & olivetis consitum æquis conditionibus a Dioscoro Dardanensi redemit. De variis negotiis ibidem tractat.

Ibid. “ Mandatum, inquit, insuper hoc mihi erat, ut Jasonem audirem, qui multa & indigna a Presbytero collega passum sa essa ajebat. Hæc igitur eo modo se habent. Lamponiauum Jasou iujuriarum convicit : ille convictionem confessioue præveniens, pœnas luit, ab Ecclesiasticis conventibus separatus. Supplex eum populus condonari sibi petiit. Sed ego solvendi jus ad Pontificiam Sedem, scilicet Alexandrinam, rejeci. Tantulum hoc ergo mihi sumpsi, si Lamponiano præstituta mortis dies adessa videretur, tam umnibus, qui eo tempore interessent, Presbyteris concessi, ut eum in Ecclesiæ communionem reciperent; nullus enim, quantum in me erit, Ecclesiasticis vinculis constrictus morietur. „ ... Deinde conqueritur de quibusdam Sacerdotibus, qui alios maleficiorum accusabant, ut exercituum Præfectis injusta lucra conciliarent. “ Quamobrem, inquit, scribe, obsacro, & edicto præcipe na cui simile quicquam facere liceat. Nam & magno beneficio me deviuxeris, & eos mecum, qui tranquilliori sunt animo, & oppressis subvenies ... Verum ego quinam ii siut, significare nolui, neque si tu noris, nominatim quemquam redargue, ne in fratrum offensionem incidam. Quos etsi privatim vehementer increpavi, Deus condonabit .... Unum adhuc constituendum superest, statimque scribendi finem faciam. Vagantur quidam apud nos Vacantivi, ut usitata in Rapublica voce nonnullorum nequitiam expressios declarem. Hi certam quidem nullam sedem babere voluut, qui quam habebant antea, reliquerunt, non calamitate expulsi, sed sponte locum mutantes : honoribus porro fruuntur, eo vagantes, ubi majus compendium est. Mihi vero, reverende Pater, ita videtur, oportere iis, qui suas Ecclesias deseruerint, omni Ecclesia interdici, & priusquam illuc redeuntes se receperint, neminem eos ad altare admittere, neque ad primas sedes invitare, sed vulgares illos iu plebeis subsellitis relinquere, cum iu Ecclesiam irruperint, cito enim referent se, ubi de honore periclitati fuerint. „ Synesii, quamvis Metropolitani, summa reverentia & observantia arga Patriarchalam Sedem Alexandrinam elucet in hac Epistola, quam sic inchoat : Mihi quidem & libet, & divina prope imposita necessitas, pro lege id habendi quidquid thronus ille statuerit : ad eum refert de causis majoribus; ordinationes Episcoporum nonnisi ex illius jussu perficit; excommunicationis a canonibus decretæ, cujus sententiam tulerat, absolutionem ai reservat. Hancque communem Ecclesiæ fuissa disciplinam minime dubitandum est : idque multis aliis clarescit exemplis. Nicænumque decreverat, ut Patriarcha omnium suæ diœcesis Ecclesiarum potestatem haberet.

Presbyteros suos iu alia Epistola hortatur, ut acri- Synes. epist. 5. ter, tamen Christiane, resistant hæreticis; “ Eos audio, inquit, qui ex impia Eunomii secta suut, Quintianum nescio quem prætendentes, rursum adulterari Ecclesiam, & falsos doctores simplicium animorum laqueos præfigere. Ad quos deducendos, ejusque solim rei gratia qui missi nuper a Quintiano sunt, navigarunt. Causa igitur illa impietatis color est, sive potius pro impietate certamen. Quamobrem videte ne adulterini isti Presbyteri, novique diaboli, & Quintiani Apostoli, clam vobis, qui præestis gregi, insiliant, neve clam tritico lolium afferant ... Scitis quinam illos agri suscipiant ... Sagaci fures odoratu perscrutamini ... Amputetur vero omnis lucri causa contentio, omnia Dei causa suscipiantur ... Quisquis per Ecclesiæ tuendæ speciem marsupium auget, atque hoc ipso, quod iis temporibus utilis esse videatur, quæ vim animi efflagitant, sibi potestatem conciliat, is est quem nos extra Christianum consortium amandatum volumus.. Non Deo milites deerunt, Ecclesiis idonei, commilitones inveniet : hic quidem mercedis expertes, sed in cœlis plena mercede donandos. Ejusmodi vos sitis. „

Quam ipse fortis esset in ulciscendis divinis inju- CHRISTI AN. 410. riis, Provinciæ Præfectus expertus ast. Andronicus Beronicensis Pentapolis præfecturam pecunia redeme- Synes. epist. 58. rat : horrenda ad carnificinam instrumentorum genera primus iutulit; digitale, pedum distortorium, præ- *Synesii* lum, & nasi pressorium, & auribus ac labris distra- *fortis* hendi forcipes ... Edicta sua Ecclesiæ foribus affixit, *zelus.* uefariis suis sceleribus iuviolabilis mensæ supplicationem intercludens, Dei vero Sacerdotibus aa intentans, quæ nullus autea Tyrannus. Cum nonnullam adversus inimicum occasionem nactus esset, qui nuptias affectabat, quas ille prohibebat, furialibus illum suppliciis torquere instituit .... Postquam condolere illi Ecclesiam sensit, quia e vestigio accurrimus, inquit Synesius, ut ai adsideremus ... ille furore præceps ... incitanta e satellitibus Thoaute, quo ad publicas calamitates administro utitur, tandem sceleratissimam vocem furori suo affiuem apposuit, frustra illum dicens spem aliquam iu Ecclesia collocassa; uec quemquam ex Andronici mauibus ereptum iri, non si pedem ipsum Christi manibus amplectatur. In banc ille vocem imperita meuta eer prorupit. Synesius suo Clero Ptolemaide convocato, banc adversus eum edidit sententiam : “ Andronico ajusque sociis, Thoauti & ejus sociis nullum Dei fanum aperiatur. Omnis illis religiosa ædes ac septa alaudautur. Nulla diabolo in paradiso pars est, qui si elam irrepserit, expelletur. At cum privatim omuibus & Magistratibus præcipio eodem eum illo neque tecto, neque mensa uti, tum Sacerdotibus imprimis, qui nec viventes illos salutabunt, nec mortuos funebri pompa deduceut. Sin quisquam damnatos receperit, noverit divisam a se Ecclasiam, quam unam esse vult Christus. Atque hic sive Levita, siva Sacerdos sit, sive Episcopus, apud nos in Andronici locu reputabitur, ueque cum eo dextram juugemos, nec eadem ex meusa vescemur unquam : tantum abest, ut aum iis arcana mysteria communicemus, qui eum Andronico & Thoante partem aliquam habere voluerint. „

Hocce judicium cum supradicta relatione ad umnes Synes. epist. 57. Episcopos transmisit Synesius, qui etiam illud in publico Ecclesiæ conventu recitavit, premissa quidem oratione, qua quot quantaque passus sit in Episcopatu, quem coactus susceperat, axponit : populumque hortatur, ut, sui misertus, alium eligat Episcopum. Omnibus reclamautibus differendum iu aliud tempus ratus : Andronici facinus exponit.

Andronieus hac excommuuicatione perterritus, Synes. literarum missionem antevertit, inquit Synesius, epist. 72. supplicem se esse simulans, & pœnitentiam promittens, quam mihi omnes admittendam existimabant, me uno axcepto. Mihi aum nosse penitus hominem videbar, qui facile omnia & diceret, & faceret, idque adeo exspectabam & prædicebam, quslibet illum de causa ad ingenium esse rediturum .... sed pluribus unum obsistere pervicacis est animi, senioribus præsertim juniorem; itaque deprecantibus, ut nondum literas dimitterem, sed ea lege reciperem, ut in ejusdem secum conditionis homines non amplius sæviret, sin sponsionem illam defugerit, pœna constituta remaneret, & ubique publicaretur. Andronicus brevi rediit ad ingenium, & magnam ad excommunicationis causas accessionem fecit. Priorem igitur sententiam ad Episcopos misit Synesius monens, ut Andronicum nemo existimet, aut appellet Epist. 58. Christianum : sed tanquam a Deo execratos omni Epist. 89. Ecclesia eum omni familia excluderetur. Andronicus non multo post in gravissimas iucidit calamitates, extremumque adiit vitæ periculum. Synesius tunc pro eo sic intercessit, ut potentibus etiam viris ejus gratia molestus fuerit, eumque ex funesto tribuuali extraxit, cæterisque in rebus leviores ei multo calamitates reddidit, & Theophilo commendavit.

XXII. Aliquamto post Theophilus Alexandriuus CHRISTI AN. 412. Episcopus, morbo veterni correptus, axtremum diem Socrat. obiit, Honorio nonum, & Theodosio quintum l. 7. c. 7. Consulibus, sau anno quadringentesimo duodecimo, Vita PP. Idibus Octobris. Moriens dixissa fartur : Beatus es de compunct. Abba Arseni, qui semper hanc horam ante oculos l. a. n. 5. habuisti. Episcopus scripsit adversus Origenem uuum Gennad. & grande volumen, in quo omnia pene ajus dicta, script. & ipsum pariter damnat, ac simul edocet, non a cap. 33. se aum primum, sed a Patribus maxime Hera- *Theophili* cla fuisse & a Presbyterio ejectum, & de Ecclasia *mors &* expulsum, & de civitate fugatum. Sed & An- *opera.* tropomorphitas hæreticos, qui dicunt Deum humana figura & membris constare, disputatione

CHRISTI AN. 412.

longissima confutans, & divinarum Scripturarum testimoniis arguens, & convincens eos, ostendit Deum incorruptibilem & incorporeum, juxta fidem Patrum credendum, neque ullis omnino membrorum lineamentis compositum, & ob id nihil ei in creaturis simile per substantiam. Paschæ etiam recursum, additis quibusdam illius festivitatis rationibus & expositionibus, Theodosio obtulit. Tres etiam ejus Paschales epistolæ, quas latine vertit Hieronymus, inter ejusdem Patris opera reperiuntur. In Conciliorum collectione extant etiam octodecim illius responsa canonica, & edictum de pervigilio Epiphaniæ, quod incidebat in diem Dominicum; quamobrem circa illius jejunium sic statuit: " Et mos & decorum a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus . . . Quia ergo accidit ut jejunium sanctorum Theophaniorum in hunc diem incideret; dispensemus & ad utrumque scienter procedamus: ut & paucos dactylos sumentes, simul & hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi Resurrectionem non honorant: & dici jejunii quod debemus, reddamus, vespertinam congregationem expectantes, quæ hic Deo dante peragetur. Congregemur ergo hic ab hora nona, seu tertia post meridiem, cum aliis jejunii diebus nonnisi vespere convenirent fideles. Epiphaniæ die Christi baptismi & secundum carnem nativitatis solemnitatem sub una festivitate concelebrant Ægyptii. Ibidem habetur ejusdem commonitorium, quod accepit Ammon Episcopus prope Lyco, quæ est regio Ægypti: decem Canones continet, sextus sic habet: " De iis qui ordinandi sunt, hæc erit forma, ut quidquid est Sacerdotalis ordinis, consentiat, & eligat, & tunc Episcopus approbet: vel certe ordinet in media Ecclesia, assentiente ipsi Sacerdotali ordine, præsente populo, & Episcopo interrogante an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente, decet præsentibus sanctis Ordinationes pro ecclesia fieri. „ Septimus vero sic edicit: " Quæ in sacrificii rationem offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, Clerici divident: & nec Catechumenos ex iis bibat vel comedat, sed solum Clerici, & qui cum eis sunt fideles fratres. „ Hic loquitur de panis & vini reliquiis, quæ a fidelibus offerebantur, assumptisque ad sacrificium necessariis, inter Clericos dividebantur.

Concil. tom. 1. nov. ed. c. 2. vet.

Cassian. coll. 10. cap. 2.

XXIII. Theophilum in communione Romanæ Ecclesiæ esse defunctum, quamvis ejus res gestas adversus Chrysostomum improbaverit, evincunt Leonis Papæ literæ ad Martianum Augustum: Sed sanctæ, inquit, memoriæ Theophilus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus. Ejus scripta ut Orthodoxa a quinto Synodo laudantur cum reliquis Patrum probabilium. Orta est de illius successore contentio; alii quidem Timotheum Archidiaconum, alii vero Cyrillum sororis Theophili filium in ea sede collocare studebant. Cumque ob id mota esset populi seditio, Timothei quidem partibus favebat Abundantius Dux militum Ægypti. Quamobrem tertio post obitum Theophili die Cyrillus ordinatus, majori cum potestate ac Theophilus ad Episcopatum accessit, ex eo enim tempore Episcopi Alexandrini principatum quemdam obtinere, & cuncta agere pro imperio cœperunt. Statim igitur Cyrillus, clausis Novatianorum ecclesiis, quotquot erant Alexandriæ, primo quidem sacra earum vasa atque ornamenta abstulit: deinde Episcopum illorum Theopemptum omnibus suis facultatibus nudavit. Synesius quantum supervixerit, & quo anno obierit, incompertum est: non pauca ejus ingenii monumenta supersunt, quinque scilicet orationes, quarum stylus est sublimis quidem & grandis, sed qui ad popularem simul dictionem aliquantum inclinet; nihil est in eis quod ad scientiam Ecclesiasticam pertineat. Habemus etiam centum quinquaginta quinque ejus epistolas, venustate ac dulcedine fluentes, cum sententiarum robore ac densitate. Hymnos etiam sacros composuit jam Episcopus.

Socrat. l. 7. c. 7.

S. Cyrillus fit Episcopus.

Phot. cod. 26.

XXIV. Donatistæ, qui post collationem in schismate pertinaces permanserant, non tantum verbis, & scriptis, sed etiam cædibus sævierunt adversus Catholicos. In diœcesi Hipponensi Circumcelliones & quidam eorum Clerici Restitutum Presbyterum Catholicum exceptum insidiis trucidarunt, Innocentiumque pariter Presbyterum e domo raptum, effosso oculo, digitoque amputato truncaverunt. Marcellinus Tribunus, habita in reos quæstione moderata, non tormentis ungularum atque flammarum, sed virgarum, confessionem scelerum eruerat. Augustinus veritus ne ex legum severitate, qualia fecerant, talia paterentur, intercessit pro iis apud Marcellinum, obtestans ut per Christi misericordiam eos puniat, citra supplicium capitis, ut congruit Ecclesiæ mansuetudini. Scripsit etiam ad Apringium Proconsulem Marcellini fratrem & Christianum, sub cujus jura venturi erant, ut eis mortis & mutilationis pœnam remitteret. Simul deprecatus est Marcellinum, ut acta judiciaria, quibus Donatistarum crimina probantur, quamprimum, uti promiserat, ad se mitteret. " Ea, inquit, in Ecclesia Hipponensi jam jamque cupio recitari, ac si fieri potuerit, etiam per omnes Ecclesias in diœcesi constituras; ut audiant homines . . . . refugientes Catholicam pacem, velut ne criminibus polluantur alienis, & in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam immanium tantam multitudinem perdurantes . . . . qui se inde non recessuros etiam demonstrata sibi Catholica veritate, & Donatistarum perversitate dixerunt. „ Sic autem pro iis pœnam sanguinis deprecatur, ut dimitti nolit impunitos, ne fiant audaciores: In tanta quippe crudelitate quæcumque præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Præterea, inquit, modo Macrobius Episcopus eorum stipatus cuneis perditorum utriusque sexus, hac atque illac circumit, aperuitque sibi basilicas, quas possessorum quantuluscumque timor clauserat . . . Nunc vero postquam Carthaginem profectus est, etiam in fundis ipsius basilicas aperuit, populosque congregavit: cum ipso etiam erat Donatus Diaconus rebaptizatus: si Proconsul vel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi, & forte ille persistit velle gladio vindicare . . . Etiam in gestis jubete alligari epistolas meas, quas de hac re singulas vobis mittendas putavi: vel hoc saltem præstet ut in custodiam recipiantur, atque hoc de clementia Imperatorum impetrare curabimus, ne passiones servorum Dei, quæ debent esse in Ecclesia gloriosæ, inimicorum sanguine dehonestentur.

Donatistarum furor.

August. ep. 134. alias 160.

CHRISTI AN. 412.

Ep. 133. alias 159.

Ep. 139. alias 158

In fine ejusdem epistolæ, quantis occupationum acervis obruatur, sic exponit: Si rationem omnium dierum & lucubrationum aliis necessitatibus impensarum tibi possem reddere, graviter contristatus mirareris, quanta me distentant, quæ differri omnino non possunt, nec agere illa permittant: in quæ me petendo & admonendo urges volentem, & ineffabiliter, quia non possum, dolentem. Cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulum vaco, qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare, nec contemnere oporteat: non desunt quæ dictanda præpono, sic in articulis temporum constituta, ut dilationem non ferant. Sicut mihi fuit breviatio gestorum collationis nostræ satis operosa, cum viderem neminem se velle tanto aggeri literarum legendo committere: sicut mihi fuit etiam epistola ad ipsos laicos Donatistas de hac eadem collatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminavi; sicut epistolæ duæ non breves, una ad dilectionem tuam, altera ad virum Illustrem Volusianum, & libri de Baptismo parvulorum: sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quæstionibus quibusdam quinque, quas mihi proposuit; cui non continuo respondere vides quam minime oporteat. Charitas enim, quæ tanquam nutrix fovet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subveniendi, infirmiores fortioribus anteponit.

Ibid. *Augustini occupationes.*

XXV. Episcopi Catholici eodem anno Cirtham convenerant, ut instituerent rationem, qua Donatistarum calumniis occurrerent: huic Synodo præfuit Sylvanus Primas Numidiæ; illius acta periere. Sed superest epistola ad populum factionis Donatianæ, quam dictavit Augustinus. Brevissimam Carthaginensis collationis exhibet historiam; ostenditque in multis mendaciis convictos esse Donatistas, qui etiam cum ventum fuisset ad causam Cæciliani, multa etiam contra se dixerunt, & legi voluerunt, quæ ibidem recenset. Hinc sic eos redarguit: " Mendacibus illis victis atque convictis creditis, cum vobis hæc mendacia jactant, cognitorem præmio fuisse corruptum, ut contra eos sententia ferretur. Quid enim aliud solent victi homines dicere? & si aliquid dedimus judici, ut contra eos pro nobis pronuntiaret; ipsis quid dedimus, ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent, verum etiam recitarent? „ Demum eos hortatur ut

August. ep. 141. alias 151. *Cirthensis Synodi Synodica.*

paci

Christi An. 412. paci Christi & unitati consentiant: & Sacramenta Christi, inquit, quæ in sacrilegio schismatis ad judicium habetis, utilia & salubria vobis erunt, cum in Catholica pace habueritis caput Christum, ubi charitas cooperit multitudinem peccatorum. Hæc ad vos scripsimus decimo octavo Kalendas Julias, Honorio nonum Consule, seu anno 412.

Augustinus circa idem tempus scripsit Saturnino & Euphrati Presbyteris, aliisque Donatistarum Clericis: gratulatur eis de ipsorum reditu ad Ecclesiam, quæ tot sacræ Scripturæ testimoniis commendatur, quibus ita cesserunt inimici ejus, ut faterentur contra Ecclesiam transmarinam, quam tamen Catholicam esse confessi sunt, se causam non habere: cui nos communicamus, ut conjungi mereamur membris Christi, compaginem corporis ejus fidelissimæ charitatis amplectamur affectu . . . . . Demum hortatur ut sua fideliter agant ecclesiastica officia pro gradibus suis. Ex quibus intelligimus Clericos Donatistas fuisse in suis gradibus receptos. Cirtensibus etiam ad Ecclesiæ Catholicæ societatem conversis gratulatus est, admonens ut non ipsi, sed Deo tam mirabilem conversionem tribuerent. Haud dubie pro iis multum laboraverat.

August. l. de 83. quæst. XXVI. Augustinus quasdam etiam solvit quæstiones a viris primariis propositas: scilicet quomodo Reipublicæ moribus conveniret Religio Christiana. " Qui, inquit, doctrinam Christi adversam dicunt esse Reipublicæ, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites jussit, dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales Reges, tales Judices, denique debitorum ipsius Fisci redditores & exactores, quales esse præcipit doctrina Christiana, & audeant eam dicere adversam esse Reipublicæ, imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse Reipublicæ. Ut quid autem ad illud respondeam quod dicunt, per quosdam Imperatores Christianos multa mala imperio accidisse Romano? hæc generalis conquestio calumniosa est. Nam si apertius certe de præteritis Imperatoribus aliqua commemorarent, possem similia, vel etiam fortasse graviora de Imperatoribus non Christianis & ego commemorare, ut intelligerent vel hominum hæc esse vitia, non doctrinæ . . . . Ex quo enim tempore pessumire cœperit Romana Respublica, litteræ loquuntur ipsorum, longe antequam Christi nomen eluxisset in terra . . . . Salustius non tacet quando primum insueverit exercitus populi Romani amare signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim & publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Quando ergo nec hominibus, nec ipsis etiam, quos Deos putabant, morum corruptorum & perditorum avaritia rapacitasque parcebat, tunc cœpit perire laudabile illud decus salusque Reipublicæ. Quos deinde vitia pessima successus habuerint, & quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. „ Christi An. 412.

Eodem anno Tyranni, qui in Galliis purpuram sumpserant, a Constantio Honorii Duce debellati & occisi sunt. Atque ex eo tempore hæ omnes Provinciæ sub potestatem Honorii rediere. Trevirorum civitas a Francis direpta incensaque est. Provincias Hispaniæ, barbari ad pacem ineundam Domino miserante conversi, sorte ad habitandum sibi dividunt. Gallæciam Vandali occupant & Suevi; Alani Lusitaniam & Carthaginem; Vandali cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Hispani barbaris dominantibus se subjiciunt. Burgundiones circa annum 406. Rhenum transgressi partem Galliæ Rheno conjunctam obtinuerunt, & post decem annos sunt Christiani, sed Ariani. Sozom. lib. 9. Oros. l. 7

TEXTUS GRÆCI
LIBRI XIX.

Num. XX. Synes. Epist. 105. Ἐγὼ δὲ καταμανθάνων ἐμαυτὸν, εὑρίσκω πανταχόθεν ἐνδεέστερον, ἢ ὡς ἁρμόσαι τῇ τῆς ἱερωσύνης σεμνότητι . . . . τὸν δὲ ἱερέα, ἄνδρα δεῖ θεσπέσιον εἶναι, ὥσπερ πρὸς μὲν παιδείαν ἅπασαν, ἴσως καὶ Θεῷ ἀμείλικτον εἶναι χρή. οὗ ἕνεκα περὶ τὴν ὑπόθεσιν, ὑπὸ μυρίων ὀμμάτων φρουρεῖται. ὧν οὐδὲν ἢ μικρὸν ὄφελος, εἰ μή τις εἴη κατεσκευασμένος ὁσίως τε καὶ πρὸς ἅπασαν γλυκυθυμίαν ἐπιτήδειος. τὰ δέ γε πρὸς τὸν Θεὸν, οὐκ ἂν ἴδιος, ἀλλὰ κοινότατος εἴη, νομοδιδάσκαλος ὢν, καὶ νενομισμένα φθεγγόμενος . . . . . . ἐμοὶ τοιγαροῦν, ὅ, τε Θεὸς, ὅ, τε νόμος, ἥ, τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ, γυναῖκα ἐπιδέδωκε. προαγορεύω τοίνυν ἅπασι, καὶ μαρτύρομαι, ὡς ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔτε ὡς μοιχὸς αὐτῇ λάθρα συνέσομαι.

Num. XXI. Idem Synes. Ep. 58. Ἀνδρονίκῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ, Θόαντι, καὶ τοῖς αὐτοῦ μηδὲν ἀνοιγέσθω τέμενος τοῦ Θεοῦ· ἅπας αὐτοῖς ἱερὸς ἀποκεκλείσθω, καὶ σηκὸς, καὶ περίβολος. οὐκ ἔστι τῷ διαβόλῳ μέρος ἐν παραδείσῳ, ὃς κἂν λάθρᾳ διαδύῃ, ἐξελαύνεται· παραινῶ μὲν οὖν καὶ ἰδιώτῃ παντὶ, καὶ ἄρχοντι, μήτε ὁμορόφιον αὐτῇ, μήτε ζῶντας αὐτοὺς προσειπεῖν, μήτε τελευτήσαντας συμπροπέμψαι. εἰ δέ τις ὡς μικροπολίτιν ἀποσκυβαλίσει τὴν ἐκκλησίαν, καὶ δέξεται τοὺς ἀποκηρύκτους αὐτῆς, ὡς οὐκ ἀνάγκη τῇ πτωχῇ πείθεσθαι· ἴστω σχίσας τὴν ἐκκλησίαν, ἣν μίαν ὁ Χριστὸς εἶναι βούλεται, ὁ δὲ τοιοῦτος, εἴτε λευΐτης ἐστὶν, εἴτε πρεσβύτερος, εἴτε Ἐπίσκοπος, παρ' ἡμῖν ἐν Ἀνδρονίκου μοίρᾳ τετάξεται, καὶ οὔτε ἐμβαλοῦμεν αὐτῷ δεξιὰν, οὔτε ἀπὸ τῆς αὐτῆς ποτε τραπέζης σιτησόμεθα· πολλοῦ δὲ δεήσομεν κοινωνῆσαι τῶν ἀπορρήτων τελετῶν, τοῖς ἐθελήσασιν ἔχειν μερίδα μετὰ Ἀνδρονίκου, καὶ Θόαντος.

Num. XXII. Theophil. Alex. Tom. 1. conc. Hard. Καὶ τὸ ἔθος, καὶ τὸ πρέπον, ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν κυριακὴν τιμᾷν, καὶ ἐν αὐτῇ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῇ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπρυτάνευσε. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα· καὶ ὀγδόη, ὡς ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συνέβη, τὴν τῶν Ἁγίων Θεοφανίων ἡμέραν εἶναι, ταύτην οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρας ἐπισημότητος χαρίζομεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν· καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστείᾳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, παραμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐνάτης ἐνταῦθα. ἐκεῖνο ὅτι μὲν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον· ἴσμεν δὲ αὐτῷ συνυφεστηκότα τὸν ἴδιον αὐτοῦ Θεὸν Λόγον, τὸν ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀπορρήτως γεγεννημένον ..... ἐχθρὰ γὰρ λίαν ἡ γέννησις, καὶ θεοπρεπὴς, καὶ πέρα σωματικῆς φαντασίας..... ὅτι δὲ ἐστιν ἀσύγκριτον παντελῶς δέχει τοῦ Υἱοῦ πρὸς ἡμῶν νοεῖσθαι τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸς ἡμῖν προσεμπεδοῖ λέγων ὁ Υἱός· ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει . . . αἴρεται δὲ πάλιν ὕψει καὶ τὴν τῆς κτίσεως ὑπόνοιαν μείζων, ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος τοῦ Λόγου γέννησις. οὐδὲ γὰρ ἦν χρόνος καθ' ὃν οὐκ ὄντα νοοῦμεν, μᾶλλον δὲ αἰῶνές εἰσι τῶν αἰώνων ποιητὴς, καὶ χρόνου παντὸς ἀπῳκισμένην ἔχει τὴν ὕπαρξιν· καὶ γέγραφε πρὸς Μωσέα· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τοῦτό μου ἐστὶν ὄνομα. ἐκεῖνο ὁ ὢν Λόγος τῷ ὄντι Πατρὶ συνυφεστηκὼς νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἐξ αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο καρπὸς τῆς τοῦ ὄντος οὐσίας τὸ οὐκ ὄν· καίτοι τῶν κτισμάτων τὰ ὅσα πάρεστι τὴν τοῦ δύνασθαι γεννᾷν λαχόντα δύναμιν, οὐχ ἑτεροῖα γεννᾷν εἰωθότα, ἰσοκόπα δὲ μᾶλλον κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐμπεφυκότων ἑαυτοῖς, εἶτα πῶς οὐκ ἂν εἴη τῶν ἐκπρεπεστέρων τὸν ἰδίων ὑπερῆσθαι κτισμάτων τὸν δημιουργόν; γεγέννηκε τοίνυν ἐξ αὐτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ ὁ Λόγος, σοφία τε, καὶ δύναμις . . . . . ἡ γὰρ τοῦ Πατρὸς ἰδιότης ἐν μάλα καὶ σαφῶς ἐν Υἱῷ διαφαίνεται, καὶ γράφει μὲν ὥσπερ αὐτὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, ὑπάρχει δὲ αὐτὸς τῷ Πατρὶ, καὶ ἐνέξει πρὸς αὐτὸν τῇ ταυτότητι τῆς φύσεως, μόνῳ διαφέρων τῷ εἶναι Υἱός . . . . . γέγραφε δέ που καὶ Παῦλος ἡμῖν.... ἡμῖν γὰρ εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ. σιωπῇ δὲ ὅπως ἵνα μὲν Θεὸν ὀνομάζῃ τὸν Πατέρα, ἵνα δὲ Κύριον τὸν Υἱόν. ἀλλ' ἑνὸς ὄντος Κυρίου τοῦ Υἱοῦ, Κύριος ἂν τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὡς Θεός. καὶ μὴν καὶ ἑνὸς Θεοῦ λεγομένου τοῦ Πατρὸς, Θεός ἐστιν ὁ Υἱός, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων κατὰ φύσιν Κύριος. ἕψεται γὰρ πάντως θεότητι μὲν τῇ κατὰ φύσιν ἡ κυριότης· κυριότητι δὲ τῇ κατὰ ἀλήθειαν ἡ τῆς θεότητος δόξα. ἐκεῖνο ἐνδοιαζέτω μηδεὶς, ὡς ὁ Λόγος ἐν ἀρχῇ Θεός τε καὶ πρὸς Θεὸν ὢν ὁ Λόγος.... ὄντος... Πατρὸς ἀεὶ τοῦ Πατρός· οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ γέγονε· πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη συνυφεστάναι τὸν ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν.

LIBER XX.

Pelagius monachus negat originale peccatum, & gratiam interiorem actualem esse necessariam ad Christiane vivendum. Hos errores spargens in Africa Cælestius, damnatur in Synodo Carthaginensi: utrumque pluribus libris confutant Hieronymus, & potissimum Augustinus. Joannes Hierosolymitanus S. Stephani & aliorum reliquias divinitus inventas honorifice transfert, sed favet Pelagio, qui tamen in Synodo Diospolitana suos errores dissimulans damnat, ne ipse damnetur. Afrorum judicium confirmat Innocentius, & plures scribit decretales. Oblata subdola fidei confessione novum judicium postulant Pelagius & Cælestius; in quorum favorem Afris scribit Zozymus Papa, nec tamen eos absolvit: imo pleniore informatione recepta utrumque damnat. Ejus sententiæ subscribunt omnes Episcopi, exceptis octodecim Italis, quorum nomine ad universale Concilium provocat Julianus Ecclanensis. Eorum appellatione contempta, depositi pelluntur in exilium, & multas leges adversus Pelagianos promulgat Honorius Imperator. S. Alexander extinguit Antiochenum schisma: & S. Chrysostomi memoria restituitur. S. Marcellinus moritur.

CHRISTI AN. 405.

Mercator in com.

I. Um in Africa Donatistarum schisma decrescit, Pelagianorum pestilens error emergit. Illius originem sic refert Marius Mercator: Quæstio, inquit, contra Catholicam Fidem apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Cilicia a Theodoro quondam Episcopo oppidi Mopsuesteni jam dudum mota, nunc usque penes paucos eorum admodum occulte roditur, nec ea palam profertur, progenitores videlicet humani generis, Adam & Evam mortales a Deo creatos, nec quemquam posterorum sui prævaricatione transgressi læsisse, sed sibi tantum nocuisse ... hanc impiam, & non minus inimicam rectæ Fidei quæstionem, sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice, Rufinus natione Syrus, vel potius Aquilejensis, ut vult Hieronymus, (Syrus dictus est, quia in Syria diu commoratus est) Romam primus invexit, & ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, & per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit, atque instituit impiam vanitatem .... Ineunte quinto sæculo Romam venit Pelagius; ingenii, scientiæ & pietatis opinione brevi inclaruit. Reipsa antequam proderetur hæreticus, scripsit studiosis viris necessarios tres de fide Trinitatis libros: & pro actuali conversatione Eulogiarum ex divinis Scripturis librum unum, Capitulorum indiciis in modum sancti Cypriani Martyris præsignatum. Non mirum igitur, si viris sanctis, & præsertim D. Paulino Nolensi factus sit familiaris, uti postea gloriabatur, & notus & approbatus Augustino, qui eum vocat bonum & prædicandum, acerrimique ingenii virum. Ejus errores, argumentaque librorum, quos adversus eos scripsit Augustinus, ipsismet D. Doctoris verbis exponemus.

Gennad. de script. Eccl.

Aug. de gestis Pelag. c. 22.

Depravatus Pelagius in colloquiis & scriptis prava dogmata imprimis adversus Christi gratiam disseminavit circa annum quadringentesimum quintum. Episcopus quidam, cum hæc Augustini verba, da quod jubes, & jube quod vis, eo præsente commemorasset, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotius, pene cum eo litigavit. Eodem anno ad S. Paulinum scripsit: Hanc Epistolam legi, inquit Augustinus, & inveni eum per totam non immorari, nisi in facultate & possibilitate naturæ, & pene ibi tantum Dei gratiam constituere. Ausus est & ante vastationem urbis Romæ in Apostolum Paulum commentarios condere, & his edere de quorum amicitia præsumebat; hi libris Hieronymi vulgo subjungi solent, dicunturque a Cassiodoro repurgati. In iis Scripturæ testimoniis abutitur ad errores suos stabiliendos, quos sic exponit Augustinus Pelagianæ hæresis debellator gloriosissimus. "Hi, scilicet Pelagiani, Dei gratiæ ... qua diffunditur charitas in cordibus nostris, ut Fides per dilectionem operetur, in tantum inimici sunt, ut sine hac posse hominem credant facere omnia divina mandata. Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adjutorio gratiæ Dei ad ejus mandata facienda, correptioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret, dicens: Ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Dicendo utique, ut facilius possint, voluit credi, etiamsi difficilius, tamen posse homines sine gratia divina facere jussa divina. Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adjuvante per suam legem atque doctrinam, ut discamus quæ facere, & quæ sperare debeamus: non autem ad hoc per donum Spiritus sancti, ut quæ didicerimus esse facienda, faciamus. Ac per hoc divinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur; charitatem autem dari negant, qua pie vivimus: ut scilicet cum sit Dei donum scientia, quæ sine charitate inflat, non sit Dei donum ipsa charitas, quæ, ut scientia non inflet, ædificat. Destruunt etiam orationes, quas facit Ecclesia, sive pro infidelibus, & doctrinæ Christi resistentibus, ut convertantur ad Deum; sive pro fidelibus, ut augeatur in eis Fides, & perseverent in ea. Hæc quippe non ab ipso accipere, sed a seipsis homines habere contendunt; gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Quod quidem Pelagius in Episcopali judicio Palæstino damnari metuens, damnare compulsus est; sed in posterioribus suis scriptis hoc invenitur docere .... In id etiam progrediuntur, ut dicant vitam justorum in hoc sæculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula & ruga; quasi non sit Christi Ecclesia, quæ in toto terrarum Orbe clamat ad Deum: Dimitte nobis debita nostra. Parvulos etiam negant secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit, quod eis oporteat secunda nativitate dimitti: sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem Dei, sed tamen æternam & beatam quandam vitam. Ipsum quoque Adam dicunt etiamsi, non peccasset, fuisse corpore moriturum; neque mortuum merito culpæ, sed conditione naturæ. "

Aug. l. de dono persev. c. 20.

Pelagii errores.

Aug. l. de grat. Christi c. 35. Mar. Merc. in lib. ad Theod. Imp.

August. hær. 88.

Matth. 6.

CHRISTI AN. 405.

Librum

CHRISTI AN. 405.

Librum de hæresibus, in quo sic Pelagianam exponit hæresim Augustinus, eum extremo vitæ tempore, etiam post retractationes scripserit, ut constar ex ejus ad Quod Vult-Deum epistola, & Pelagium, in posterioribus suis operibus eadem docuisse testetur: manifestum est Pelagianos a principio sui erroris, constanter negasse gratiam interiorem, quæ a Deo detur per modum virtutis & adjutorii, esse necessariam ad credendum, & Dei mandata perficienda, & salutem consequendam. Quam gratiam eum disputationum initio simpliciter negaret, postea ut fucum faceret imperitis, gratiæ quidem nomen admisit, intelligens liberum arbitrium gratis a Deo datum, & legem atque doctrinam, quæ numqnam negaverat. Demum admisit dari gratiam interius adjuvantem, cujus ope, quæ facere per liberum jubemur arbitrium, facilius impleremus; sed, ut observat Augustinus, hoc dicens, errorem suum integrum retinebat, scilicet homines posse sine illa gratia facere divina mandata. Idem docet in libro de gratia Christi, quem post damnatum a Zozimo Papa Pelagium scripsit. "Hanc iste, inquit, gratiam Christi eum constituat non in virtutis ejus auxilio, sed imitationis exemplo; quid amplius de illo sperare debemus, ubicumque gratiæ nomen sub ambigua generalitate commendat." Demum libro secundo operis imperfecti, quod opus morte præventus finire non potuit, scribit Augustinus: "Hoc est occultum & horrendum virus hæresis vestræ, ut velitis gratiam Christi in exemplo ejus, non in dono ejus: dicentes, quia per ejus imitationem fiunt justi, non per subministrationem Spiritus sancti." Quatuor igitur hæresis Pelagianæ diversi status, quos aliqui invexere, commentitii sunt. Falso autem & erronee cum Jansenio affirmant quidam Recentiores, Pelagium tandem aliquando admisisse, gratiam interius adjuvantem ad opus salutare perficiendum esse necessariam, in eo vero fuisse hæreticum quod vellet eam esse talem, ut voluntas posset ei consentire, vel eam abjicere. Ex eo errore per necessariam consequentiam deducuntur quinque Jansenii propositiones. Omnis enim gratia repudiabilis tunc esset gratia Pelagiana, & nulla esset gratia sufficiens.

Pelagii errores.

Jans. l. 6. de hær. Pelag. c. 2. & 2.

Mar. Merc. in comm. Gennad. descript. Eccl. c. 44. Aug. l. 2. contra duas ep. Pelag. c. 3.

II. Pelagio adhæsit Cœlestius ejus discipulus, nobilis quidem natus, & illius temporis auditorialis scholasticus, sed naturæ vitio eunuchus matris utero editus. Hic antequam Pelagianum dogma incurreret, imo adhuc adolescens, scripsit ad parentes suos de monasterio epistolas in modum libellorum tres in omnibus Deum desiderantibus necessarias, ut inquit Gennadius. Augustinus hunc vocat virum acutissimum & acerrimi ingenii, qui si corrigeretur, plurimis profuisset. Præterea de præceptore & discipulo ita pronuntiat: Quid inter Pelagium & Cœlestium in hac quæstione distabit, nisi quod ille, nempe Cœlestius, apertior, iste occultior fuit: ille pertinacior, iste mendacior, vel certe ille liberior, hic astutior. Ambo ante urbis Romæ expugnationem Rufinum Aquilejensem secuti, cum Piniano & Melania, in Siciliam se receperunt, sed necdum palam innotuerant ut hæretici. Anno sequenti, scilicet quadringentesimo undecimo, navigarunt in Africam, Hipponensique littore excepti venere Carthaginem, ubi Pelagium semel vel iterum vidit Augustinus, quando, inquit, entre collationis, quam cum hæreticis Donatistis habituri eramus, occupatus fui; ille vero etiam ad transmarina properavit, scilicet in Palæstinam transiit, ubi per diu moratus est. Cœlestius vero Carthagine substitit, in eaque urbe jam ad Presbyterii honorem subrepserat: verum cum hæresim non dissimulanter prædicaret, deprehensus fuit, & per libellum a Paulino antea Diacono Ambrosii accusatus apud Aurelium Carthaginensem, tanquam hæretica capitula quædam non solum doceret, sed & per Provincias conspirantes sibi diversos, qui hæc per populos disseminarent, misisset.

Cœlestii errores & damnatio.

Aug. l. de gest. Pelag. c. 22.

Mar. Merc. in comm. c. 1.

CHRISTI AN. 411.

Mar. Merc. ib. Aug. l. de gest. Pelag. c. 11.

Accusationis septem capitula continebat libellus: Primum, Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset. Secundum, quod peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum. Tertium, quod parvuli, qui nascuntur, in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quartum, quod neque per mortem, vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per Resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. Quintum. Quod lex sic mittit ad regnum cœlorum, quomodo & Evangelium. Sextum. Quod & ante adventum Domini fuerunt homines sine peccato. Septimum. Infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam. Aurelius convocatis aliquot Episcopis qui tum aderant, ad Synodi judicium vocavit Cœlestium, qui interrogatus de traduce peccati, respondit, se dubium esse, ita tamen, inquit, ut cui donavit Deus gratiam peritiæ, consentiam: quia diversa ab ijs audivi, qui utique in Ecclesia Catholica constituti sunt Episcopi. Paulinus Diaconus dixit: dic nobis nomina eorum. Cœlestius dixit: S. Presbyter Rufinus, Romæ qui mansit cum S. Pammachio, ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit; alios vero licet interpellatus non potuit appellare. Interrogatus de tertio articulo, rixatus est circa illas voces, ante transgressionem. Cum eum Paulinus urgeret: utrum docuit hoc, an non, neget? Cœlestius dixit: jam de traduce peccati dixi ... licet quæstionis res sit ista, non hæresis, infantes semper dixi egere baptismo, ac debere baptizari: quid quærit aliud? sæpius auditus, ut hæreticus ecclesiastica communione privatus est, a qua sententia ad Romani Episcopi examen credidit appellandum. Qua mox idem ipse appellatione neglecta, Ephesum Asiæ urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem locum Presbyterii petere. Errores Cœlestii qui apud Carthaginem sectabantur, ejus condemnatione deterriti, occulte tantum mussitabant, timentes Ecclesiæ fundatissimam fidem.

CHRISTI AN. 411.

Conc. tom. 2. nov. ed. Aug. l. 2. de pec. orig. c. 2.

Mar. Merc. ib.

Aug. ep. 157. alias 89.

III. Huic Synodo non adfuerat Augustinus, verum cum postea Carthaginem venisset, ejus gesta recensuit; neque tamen in id argumenti confestim scribere aggressus est. Sed tum ipse, tum alii Catholici Antistites, & familiaribus colloquiis & publicis concionibus, pro sua quisque parte Pelagianos errores convellere moliebantur: huc spectant Augustini plerique sermones. In quodam sic fideles adhortatur: nemo vobis susurret doctrinas alienas: hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit, hoc a majorum fide percepit ... quisque ergo quod potest, Fratres, loquatur pro eo qui loqui pro se non potest. Pro magno commendantur Episcopis patrimonia pupillorum, quanto magis gratia parvulorum? pupillum tuetur Episcopus, ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur: clamat plus pro parvulo, cui timet ne a parentibus occidatur. Sed eum Marcellinus Tribunus, eorum disputationes molestissime ferens ei per literas ipsorum quæstiones ac difficultates præsertim de baptismo parvulorum proposuisset: ut sibi earum solutionem mitteret, obsecrans; Augustinus scripsit libros tres de peccatorum meritis, & remissione: "Ubi, inquit, maxime disputatur de baptismate parvulorum propter originale peccatum, & de gratia Dei, qua justificamur, hoc est, justi efficimur, quamvis in hac vita nemo ita servet mandata justitiæ, ut non sit ei necessarium pro peccatis dicere: Dimitte nobis debita nostra; contra quæ omnia illi sentientes novam hæresim condiderunt. In bis autem libris tacenda adhuc arbitratus sum eorum nomina, sic eos facilius posse corrigi sperans. Imo in tertio Pelagii nomen non sine laude aliqua posui, quia vita ejus a multis prædicabatur: & ejus illa redargui, quæ in suis scriptis, scilicet in expositione in epistolam ad Romanos, non ex persona sua posuit, sed quid ab aliis diceretur, exposuit; quæ tamen postea jam hæreticus pertinacissima animositate defendit. Cœlestius vero discipulus ejus, jam propter tales assertiones apud Carthaginem in Episcopali judicio, ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat."

Aug. ser. 176.

Aug l. 2. retract. c. 33.

Augustinus primo quidem Adam sic creatum esse naturæ conditione mortalem, ut si non peccasset, Dei beneficio non fuisset moriturus, probat ex hac Dei comminatione: Qua die ederitis, morte moriemini. Quæ verba non ad solam animæ mortem, sed & corporis referri sic demonstrat: quid ergo respondebunt cum legitur hoc Deum primo homini etiam post peccatum increpando, & damnando dixisse: Terra es, & in terram ibis. Idque confirmat his Apostoli verbis: Per hominem mors, & per hominem resurrectio. Ubi omnino, animæ mortem accipere non sinuntur, quia de resurrectione corporis agebatur. Ibidem ex his Apostoli verbis: sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur: sic probat originale peccatum, quod propagatione transit in omnes Adæ posteros: "Sicut ergo ille, in quo omnes vivificabuntur, præter quod se ad justitiæ exemplum imitantibus præbuit,

Aug. l. 1. de pec. merit. & remis. c. 2. Gen. 2.

1. Cor. 15.

Ib. c. 8.

Originale peccatum.

dat

CHRISTI An. 411. dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & parvulis: sic & ille in quo omnes moriuntur, præter quod eis qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificavit in se omnes de sua stirpe venientes.
Rom. 5. Hinc omnino, nec aliunde Apostolus dicit: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt ... „ Illud observatione dignum, in veteri versione Italica, qua utebatur Augustinus, legi, in quo omnes peccaverunt; sed licet dicatur, ut volunt Sociniani, novi Pelagiani, eo quod, seu quatenus omnes peccaverunt: Augustini argumentum vim suam retinet, etiam cum eorum interpolationibus; sic enim reddunt hunc Apostoli locum: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors corporis, & ita in omnes pertransivit mors corporis, eo quod omnes peccaverunt, ac proinde etiam infantes, qui moriuntur, peccaverunt, non autem propria voluntate, cujus nullum usum habent, ergo aliena, seu voluntate primi parentis, ut ait Augustinus .... idque
C. 13. Rom. 5. confirmat ex verbis Apostolis: “ Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiæ & justitiæ accipiunt, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Cur ob unius delictum mors regnavit per unum, nisi quia mortis vinculo tenebantur in illo uno, in quo omnes peccaverunt, etiamsi propria peccata non haberent ... & infra:
C. 23. Quis audeat dicere non esse Christum infantum Salvatorem nec Redemptorem? Unde autem salvos facit, si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? Unde redimit, si non sunt per originem primi hominis venumdati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio, præter Baptismum Christi, salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit Scriptura divina, humanis omnibus ingeniis præferenda .... quia sicut per unum omnes ad condemnationem, sic per unum omnes ad justificationem, nec est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. „
C. 28.

Aug. l. 2. de pec. merit. & remiss. Libri secundi argumentum sic exponit: “ In hoc libro versatur aliquis in hoc sæculo, vel vixerit, victurusve sit sine ullo omnino peccato, excepto uno mediatore Dei & hominum, homine Christo Jesu .... disserendum & enodandum suscepi .... sunt enim quidam tantum præsumentes de libero humanæ voluntatis arbitrio, ut ad non peccandum, nec adjuvandos nos divinitus opinentur .... unde fit consequens, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, hoc est, ne tentatione vincamur ....
Gratiæ necessitas. C. 2.
Quam sit autem noxium, & saluti nostræ, quæ in Christo est, perniciosum atque contrarium, ipsique religioni, qua imbuti sumus, & pietati, qua Deum colimus, quam vehementer adversum, ut pro tali accipiendo beneficio Deum non rogemus, atque in ipsa oratione Dominica, ne nos inferas in tentationem frustra positum existimemus, verbis explicare non possumus .... „ Gratiæ necessitatem deinde
C. 4. sic astruit: Concupiscentia tanquam lex peccati manens in membris corporis mortis hujus, cum parvulis nascitur, in parvulis baptizatis a reatu solvitur, ad agonem relinquitur .... non sibi ad illicita consentientibus nihil omnino nocitura .... Consentientes autem sibi ad illicita reos tenet .... ut autem non ei consentiamus, deprecamur adjutorium dicen-
C. 5. tes: Et ne nos inducas in tentationem .... justa autem agere vel justitiæ præceptum ex omni parte implere non possumus, nisi adjuvemur a Deo ... cum
C. 12. & illud ipsum quod condelectatur legi Dei, non habeat nisi ex gratia Dei, adhuc liberationis indigens clamat Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum .... Infra peccati cau-
ad Rom. 7. sas sic aperit, ex quibus colligit gratiam esse neces-
C. 17. sariam. “ Cum voluntatem humanam gratia adjuvante divina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit, possem facillime ac veracissime respondere, quia homines nolunt .... nolunt autem homines facere quod justum est, sive quia latet an justum sit, sive quia non delectat. Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius. „ Ignorantia igitur & infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. “ Ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratiæ Dei est, quæ hominum adjuvat voluntates: qua ut non adjuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo ... nullius proinde culpæ in Deum
C. 18. referas causam .... Quocirca quoniam quod a Deo nos avertimus, nostrum est, & hæc est voluntas mala. Quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante atque adjuvante non possumus, & hæc est voluntas bona: quid habemus quod non accepimus? Si autem accepimus, quid gloriamur, quasi non acceperimus? ac per hoc, ut qui gloriatur, in Domino glorietur, quibus hoc Deus donare voluerit, ejus misericordiæ est, non meriti illorum: quibus autem noluerit, veritatis est: justa namque peccatoribus pœna debetur. „ Liberum igitur hominis arbitrium ad peccatum sibi sufficit, ad opus vero salutare non valet nisi sanetur & adjuvetur per gratiam, cujus infusioni non raro ponit impedimentum.

IV. Verum post paucissimos dies, cum Augustinus legisset Pelagii quædam scripta, quæ in Pauli Apostoli epistolas expositiones brevissimas continerent, invenit hanc objectionem, quam non prævideral, nempe: si Adæ peccatum etiam non peccantibus nocet, & Christi justitia etiam non credentibus prodest; quod absurdissimum est: ac proinde nec primi hominis peccatum parvulis non peccantibus nocere potuit, sicut & Christi justitia prodesse ullis non credentibus non potest. Respondet Augustinus, quod Pelagiani coguntur parvulos baptizatos in credentium numero deputare, & authoritati sanctæ ubique Ecclesiæ consentire, quæ fidelium eos nomine non censet indignos, quibus justitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentibus potest. Sicut ergo eorum, per quos renascuntur, justitiæ Spiritus responsione sua in eos trajicit fidem, quam voluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuntur, caro peccati trajicit in eos noxam, quam nondum vita propria contraxerunt, & sicut eos vitæ spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generat peccatores ... Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus, authoritate divina consentire cogamur. Hoc opus Marcellino dicavit Augustinus. Honoratus vir doctus adhuc Catechumenus, Augustino, cui erat amicissimus, misit quinque a Carthagine quæstiones, & rogavit ut eas exponeret. Augustinus intuens novam Pelagianorum hæresim, sextam sibi proposuit quæstionem, de gratia Testamenti Novi. De qua disputans, interposita quæstione Psalmi vigesimi primi, omnia illa quinque dissolvit.

Aug. l. 3. de pec. merit. & remiss. c. 1.

C. 2.

Aug. l. 2. retract. cap. 36.

V. Marcellinus perlectis tribus Augustini libris de peccatorum meritis & remissione, rescripsit ei se suisse permotum, quod dixerit, fieri posse ut sit homo sine peccato, si voluntas ejus non desit, ope adjuvante divina, quamvis nemo tam perfectæ justitiæ in hac vita vel fuerit, vel sit, vel futurus sit. Quæsivit enim quomodo dixerit posse fieri, cujus rei desit exemplum. Propter hanc ejus inquisitionem scripsit librum de spiritu & litera. In eo, quantum Deus adjuvit, acriter disputavit contra inimicos gratiæ Dei, qui dicebant, ideo divina mandata sine ope divina non impleri, quia & hominem Deus creavit cum libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipse docet, quemadmodum homini sit vivendum, & in eo utique adjuvat, quod docendo aufert ignorantiam, ut sciat homo in operibus suis quid evitare, & quid appetere debeat: “ Nos autem, inquit, dicimus humanam voluntatem sic divinitus adjuvari ad faciendam justitiam, ut præter quod creatus est homo cum libero arbitrio voluntatis, præterque doctrinam, qua ei præcipitur quemadmodum vivere debeat, accipiat Spiritum sanctum, quo fiat in animo ejus delectatio, dilectioque summi illius atque incommutabilis boni, quod Deus est .... Doctrina quippe illa, qua mandata accipimus continenter recteque vivendi, litera est occidens, nisi adsit vivificans spiritus. Quod in eo opere probat iis verbis, quibus docet Apostolus nos a lege peccati seu concupiscentia in malum inclinante liberari sola Christi gratia: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum. „ Inde concludit: “ Nemo ergo .... dicat: Ideo sine operatione Dei nos justus esse non posse, quia legem dedit, quia doctrinam instituit, quia bona præcepta mandavit. Illa enim sine adjuvante spiritu proculdubio est litera occidens .... Lex ergo data est, ut gratia quæreretur: Gratia data est, ut lex impleretur.
Ne-

Aug. retract. l. 2. cap. 37.

Augustini liber de spiritu & litera. C. 4.

C. 13.

C. 19.

Christi An. 451. Neque enim ſuo vitio non implebatur lex, ſed vitio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonſtrandum, per gratiam ſanandum fuit. Quod enim
Ad Rom. 8. impoſſibile erat legi, in qua infirmabatur per carnem, miſit Deus Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtitia legia impleretur in nobis, qui non ſecondum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. „

Ibid. Hic igitur, & in ſequentibus Auguſtinus de lege diſputans, Pelagianorum errorem impugnat, qui in lege, & doctrina conſtituebant gratiam Dei adjuvantem, per quam juſte operamur; oſtenditque præter legem eſſe neceſſariam ſubminiſtrationem virtutis interioris, per quam Deus legem ſuam ſcribat in noſtris cordibus, & operetur in nobis velle, & perficere opus ſalutare pro ſua bona voluntate; quæ gratia, ut ibidem probat, propria eſt novi Teſta-
C. 25. menti; unde conſequens eſt, ut etiam obſervat, eos quibus hanc gratiam conceſſit Deus, ad novum Teſtamentum pertinuiſſe, quia ex Fide Chriſti erat, quam habuere Judæi, non autem ex legis operibus.
Aliquod opus moraliter bonum poteſt fieri ſine gratia. Secundo. Conſtanter adverſus eoſdem Pelagianos docet totam legem non poſſe obſervari abſque gratia, quamvis etiam gentiles, & impii interdum quædam opera bona moraliter faciant abſque gratia. Pelagianis enim hæc Apoſtoli verba objicientibus: cum Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ le-
Ib. c. 26. gis ſunt, faciunt, hi legem non habentes, ipſi ſibi
Rom. 2. ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cor-
C. 27. dibus ſuis.

Reſpondet primo: " Fiunt quæ legis ſunt naturaliter: non quod per naturam negata ſit gratia, ſed potius per gratiam reparata natura. Reſpondet ſecundo. Si autem hi qui naturaliter quæ legis ſunt, faciunt, nondum habendi ſunt in numero eorum, quos Chriſti juſtificat gratia, ſed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter juſteque colentium, quædam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus, quæ ſecundum juſtitiæ regulam non ſolum vituperare non poſſumus, verum etiam merito recteque laudamus: quamquam ſi diſcutiantur quo fine fiant, vix inveniuntur quæ juſtitiæ laudem defenſionemve mereantur. Verumtamen quia non uſque adeo in anima humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita eſt, ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanſerint, unde merito dici poſſit etiam in ipſa impietate vitæ ſuæ facere aliqua legis, vel ſapere.... etiam ſic illa differentia non perturbabitur, qua diſtat a vetere Teſtamentum novum, eo quod per novum ſcribitur lex Dei in corde fidelium, quæ per vetus in tabulis ſcripta eſt .... nam ſicut ipſa imago Dei renovatur in mente credentium per Teſtamentum novum, quam non penitus impietas aboleverat.... ita etiam ibi lex Dei non ex omni parte deleta per injuſtitiam, profecto ſcribitur renovata per gratiam. Nec iſtam inſcriptionem, quæ juſtificatio eſt, poterat efficere in Judæis lex in tabulis ſcripta ſed ſolum prævaricationem. Nam & ipſi homines erant, & vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis, & ſentit & facit. Sed pietas, quæ in aliam vitam transfert beatam, & æternam, legem habet immaculatam convertentem animas, ut ex illo lumine renoventur, fiatque in eis, ſignatum
Pſal. 4. eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Unde averſi obſoleſcere meruerunt: renovari autem niſi gratia Chriſtiana, hoc eſt, niſi Mediatoris interceſſione non poſſunt ..... A cujus gratia ſi alieni ſunt illi, de quibus agimus, qui naturaliter quæ legis ſunt, faciunt; quid eis proderunt excuſantes cogitationes in die qua judicabit Deus occulta hominum, niſi forte
Rom. 2. ut mitius puniantur? ſicut enim non impediunt a vita æterna juſtum quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur; ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua opera bona, ſine quibus difficillime vita cujuslibet peſſimi hominis invenitur. „ Quæ quidem opera, ut evidens eſt, nec ſunt charitas, qua Deus diligitur, nec cupiditas vitioſa, qua mundus amatur, ſed quid medium inter utrumque.

Auguſt. Auguſtinus ibidem hanc quæſtionem ſibi propoſuit:
Ib. c. 33. unde ſit credendi voluntas? Quam ut reſolvat, tria ut certa ſupponit. Primum, ineſſe homini lapſo liberum arbitrium, quo poteſt vel bene, vel male agere, ſcilicet conſentire, vel diſſentire gratiæ. Secundum. Quod Deus ſincere velit etiam infideles, & reprobos ſalvos fieri, ſiquidem, ut ait, cum E- Christi An. 411.
vangelio non credunt, ſeipſos fraudant magno, & ſummo bono. Qui autem ſe fraudarent ſummo bono, niſi Deus eis ſincere vellet illud bonum? Tertium. Quod iiſdem det gratias ſufficientes ut poſſent eſſe ſalvi, ſiquidem in donis ejus miſericordiam contempſerunt, nempe ejuſmodi gratiæ effectu ſuo fruſtrantur propter eorum reſiſtentiam; quæ non impedit, ne Dei voluntas invicta ſit: non quod infideles, & reprobi non faciant contra aliquam Dei voluntatem, ſed quia quid de ſui contemptoribus faciat, invenit divina omnipotentia. Quæ voluntas proinde conditionata eſt, nempe ut illi infideles ſalvi fiant, ſi non reſiſtant miſericordiæ Creatoris ſui, & ſi reſiſtant, puniantur.

D. Doctorem loquentem audiamus ..... " Prius Ibid.
illud dicamus, & videamus, utrum huic ſatisfaciat quæſtioni, quod liberum arbitrium naturaliter attributum a Creatore animæ rationali, illa media vis *Liberum arbitrium.*
eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem poteſt: & ideo nec iſtam voluntatem, qua credit Deo, dici poteſt habere, quam non acceperit; quandoquidem vocante Deo ſurgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum crearetur accepit. Vult autem Deus omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen ut eis *Deus vult ſalutem omnium. Interiori gratia reſiſtitur.*
adimat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male utentes, juſtiſſime judicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum ejus Evangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verum ſeipſos fraudant magno, & ſummo bono, maliſque pœnalibus implicant, experturi in ſuppliciis poteſtatem ejus, cujus in donis miſericordiam contempſerunt. Ita voluntas Dei ſemper invicta eſt: vinceretur autem, ſi non inveniret, quid de contemptoribus faceret, aut ullo modo poſſent evadere quod de talibus ille conſtituit. Qui enim dicit, verbi gratia, volo ut hi omnes ſervi mei operentur in vinea, & poſt laborem requieſcentes epulentur, ita ut quiſquis eorum hoc noluerit, in piſtrino ſemper molat. Videtur quidem quicumque contempſerit, contra voluntatem Domini ſui facere, ſed tunc eam vincet, ſi & piſtrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri poteſt ſub Dei poteſtate. „

Ille igitur reus erit ad damnationem ſub poteſta- Ibid.
te ejus, qui contempſerit ad credendum miſericordiam ejus. Quiſquis autem crediderit, eique ſe a peccatis omnibus abſolvendum, & ab omnibus vitiis ſanandum, & calore ac lumine ejus accendendum illuminandumque commiſerit, habebit ex ejus gratia opera bona, ex quibus etiam ſecundum corpus a mortis corruptione redimatur, coronetur, boniſque ſatietur, non temporalibus, ſed æternis, ſupra quam petimus, & intelligimus. Idque confirmat variis Scripturæ teſtimoniis. Inde concludit: " Attendat, &
videat non ideo tantum illam voluntatem divino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt, quod nobis naturaliter concreatum eſt; verum etiam quod viſorum ſuaſionibus agit Deus, ut velimus, & ut credamus, ſive extrinſecus per Evangelicas exhortationes, ubi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, ut ad gratiam juſtificantem credendo confugiat; ſive intrinſecus, ubi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat, neque enim credere poteſt quodlibet libero arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat; profecto, & ipſum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia ejus prævenit nos: conſentire autem vocationi, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt ..... Jam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet, cur illi ita ſuadeatur, ut perſuadeatur; illi autem non ita; duo ſolum occurrunt, Rom. 9. & 11.
interim quæ mihi reſpondere placeat: O altitudo divitiarum! &, numquid iniquitas eſt apud Deum? „

VI. Iiſdem temporibus Honorius Imperator ſequentem legem dedit adverſus Jovinianum, qui jam inde a viginti duobus annis damnatus, & Mediolanenſi urbe profugus, ad Diœceſim Romanæ urbis ſeſe contulerat, ibidemque extra muros ejuſdem urbis conventus agebat. " Jovinianum, inquit, ſacrilegos agere conventus extra muros urbis ſacratiſſimæ, Epiſcoporum querela deplorat; quare ſupra memoratum corripi præcepimus, & contuſum plumbo cum cæteris ſuis participibus, & miniſtris exilio L. 53. cod. Theod. adv. hær.
coerce-

Christi An. 411.

Gennad. descript. Eccl. cap. 75.

Cod. Theod. lib. 40. L. 23. & 41. eod. Theod.

coerceri. Ipsum autem machinatorem in Insulam Dalmatiæ Boam festina celeritate deduci. „ Gennadius ex Paulo Presbytero refert Jovinianum hic inter luxuriosas epulas animam eructasse. Alteram dedit de immunitatibus Ecclesiasticis; ea jubet ut nihil solvant præter Canonicam seu ordinariam inlationem Præfectis Provinciarum, & Judicibus, prohibet proposita exilii pœna, ne deinceps in injuriam Ecclesiarum suique præcepti aliquid tentent.

Theodosius senior legem sequentem dederat: " Continua lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt, ne ad judicia sive ordinariorum, sive extraordinariorum judicum pertrahatur: habent illi Judices suos, nec quicquam his publicis commune cum legibus: quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali authoritate decidi. „ Honorius hanc confirmavit, ea occasione ut videtur: Heros vir sanctus, & B. Martini discipulus, quum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, a populo ejusdem civitatis insons, & nullis simulationibus obnoxius, pulsus est: inque ejus locum Patroclus ordinatur amicus, & familiaris Constantii Magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur: eaque res inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit. Lazarus vero Aquarum Sextiarum Episcopus quia Constantino Tyranno faverat, sibi metuens, sedem propria cessione dimisit; amboque profecti sunt in Orientem.

Prosp. in Chron.

VII. Ad hæc quoque tempora referunt Bracarense Concilium decem Episcoporum, quod viri eruditi confictum putant in gratiam illius Sedis; quandoquidem dicitur in eo Pancratium Bracarensem præsedisse Episcopis Gallæciæ, in quos sæculo quinto legitimam exercebat jurisdictionem, sed etiam Episcopis Lusitaniæ. Emeritensis tamen per hæc tempora numquam ei cedere voluit. Præterea Elipandus in eo dicitur Episcopus Colimbriensis, & Petrus Numantius, quamvis Numantia jam diu solo æquata, non fuisset reædificata, & Conimbria ante undecimum sæculum non appellata sit Colimbria. Demum in ejus actis stylo barbaro conscriptis duo leguntur, quorum nullum præcessit exemplum. Primo. Dominus Pancratius Episcopus primæ Sedis dixit: Hic titulus hactenus in Synodis inusitatus. Secundo. Pancratius sequens proponit symbolum: Credo in Deum, unum, verum, æternum, ingenitum, a nullo procedentem... omnes Episcopi: Similiter, & nos credimus... Pancratius ... Credo in Spiritum Sanctum procedentem a Patre, & Verbo, unicum in Deitate cum ipsis. Verisimile non est decem Episcopos symbolo hæc ausos addere quæ postea tantarum fuere materia contentionum, præsertim nulla exigente necessitate, Constantinopolitanumque symbolum longe majoris ad populos in Fide confirmandos fuisset authoritatis.

Aug. l. 2. retract. cap. 43.

VIII. Eversionem Romæ, totque Provinciarum vastitatem Pagani in Christianam Religionem referre conantes, solito acerbius, & amarius Deum verum blasphemare cœperunt. Augustinus exardescens zelo domus Dei adversus eorum blasphemias vel errores, viginti duos libros de civitate Dei scribere instituit: quorum quinque primi eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volunt, ut ad hoc multorum deorum cultum, quos Pagani colere consueverunt, necessarium esse arbitrentur; & quia prohibetur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque adversus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala nec defuisse unquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nunc parva, locis, temporibus, personisque variari: sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram esse utilem disputant. Hic ergo decem libris duæ istæ vanæ opiniones Christianæ Religioni adversariæ refelluntur. Sed ne quisquam, inquit Augustinus, nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis hujus, quæ libris duodecim continetur; quamquam ubi opus est, & in prioribus decem quæ nostra sunt asseramus, & in posterioribus duodecim redarguamus adversa. Duodecim ergo librorum sequentium primi quatuor continent exortum duarum civitatum, quarum una est Dei, altera hujus mundi. Secundi quatuor excursum earum sive procursum. Tertii vero, qui & postremi, debitos fines. In ultima parte duo & viginti miracula recenset, quæ præsentibus Martyrum reliquiis, eorumque intercessione divinitus facta sunt, eaque se partim vidisse, partim ab hominibus fide dignis accepisse testatur.

Christi An. 411.

Hier. l. 3. adv. Pelag. c. 6.

IX. Marcellinus Tribunus, cui priores de civitate Dei libros dicarat Augustinus, sub invidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis Donatistis innocens accusatus est, atque a judice damnatus. Heraclianus Africæ Comes eum adversus Attalum strenue tutatus Consulatum assecutus est; quo elatus rebellavit, annoque quadringentesimo decimo tertio immensa classe Romam contendit. Navibus egressus, occursu Marini Comitis territus, & in fugam versus, arrepta nave solus Carthaginem rediit, ibique illico interfectus est. Marinus in Africam transmisit, ut Heracliani fautores opprimeret; delatoribus faciles aures præbens, multos etiam innocentes occidit. Marcellinus, & frater ejus Apringius missi in carcerem. Carthaginem advolat Augustinus, quoniam rumor erat, quod Ecclesiæ manus posset eos eripere. Episcopis multis intercedentibus permisit Marinus ut aliquem pro eis ad comitatum mitterent; Cæcilianusque Africæ Præses Augustino promiserat se eorum salutem a Marino petiturum, qui lusit omnes. Postero enim die eos ad se duci jussit, & statim nuncius innuit eos securi esse percussos, cum sperarent omnes evocatos ad indulgentiam: quoniam B. Cypriani erat pridiana solemnitas. Quod indignissime ferens Carthagine statim excessit Augustinus, ne pro multis, qui ad Ecclesiam confugerant, cogeretur deprecari perfidum, & crudelem Judicem, quem a Donatistis pecunia corruptum suspicabatur. Marcellinus vir fuit sanctissimus: illius ut martyris meminit Romanum Martyrologium octavo Idus Aprilis; occisus est tamen Idibus Septembris. Eum sic laudat Augustinus. " Religiose vixit, & multum corde vitaque Christiana; hæc eum fama præcessit, ut in causa Ecclesiæ sic veniret, hæc consecuta est cum venisset, scilicet post collationem Carthaginensem, cui præfuit. Quæ vero illi probitas in moribus, in amicitia fides, in doctrina studium, in religione sinceritas, in conjugio pudicitia, in judicio continentia, erga inimicos patientia, erga amicos affabilitas, erga sanctos humilitas, erga omnes charitas, in beneficiis præstandis facilitas, in petendis pudor, in recte factis amor, in peccatis dolor? quantum decus honestatis, qui splendor gratiæ, quæ cura pietatis, quæ in subveniendo misericordia, in ignoscendo benevolentia, in orando fiducia? quod salubriter sciebat, qua modestia loquebatur? quod inutiliter nesciebat, qua diligentia scrutabatur? quantus in eo contemptus rerum præsentium? quanta spes, & desiderium bonorum æternorum? Ne, relictis omnibus sæcularibus actionibus, susciperet cingulum militiæ Christianæ, vinculum impediebat uxorium, quo jam innodatus cœperat concupiscere meliora, quando jam non licebat illa, quamvis inferiora, disrumpere. Quodam die frater ejus, cum jam pariter in custodia tenerentur, ait illi: Si ego hæc pro meritis patior peccatorum meorum, tu, cujus vitam novimus, tam attente frequenterque Christianam, quibus malis meritis ad ista perductus es? at ille: Parum ne, inquit, existimas conferri divinitus beneficium, si tamen hoc testimonium tuum de vita mea verum est, ut hoc quod patior, etiamsi usque ad effusionem sanguinis patiar, ibi peccata mea puniantur, nec mihi ad futurum judicium reserventur. Hic forte, pergit Augustinus, aliquis credat eum sibi fuisse conscium aliquorum occultorum impudicitiæ peccatorum. Dicam ergo quid me Dominus Deus, ad magnam meam consolationem, ex ejus ore audire, & plane scire voluerit, cum de hoc ipso, ut sunt humana, sollicitus cum solo agerem, jam in eadem custodia constituto, ne quid esset, unde majore pœnitentia Deum sibi placare deberet; ille ut erat verecundiæ singularis, cum ipsam, licet falsam, meam suspicionem erubesceret, sed admonitionem gratissime acciperet, modeste graviterque subridens, & utraque manu meam dexteram apprehendens: Testor, inquit, Sacramenta, quæ per hanc offeruntur manum, me nullum expertum esse concubitum, præter uxorem, nec ante, nec postea. „ Honorio displicuit viri probi cædes, cujus & authorem ultus est. Marinus igitur, licet illustris victoria, qua servaverat Africam, & Imperium, continuo revocatus ex Africa, factusque privatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientiæ suæ dimissus est. Imperator anno sequenti hoc rescriptum dedit ad Julianum Africæ Proconsulem, quo Marcellini famæ consu-

Christi An. 413.

Oros. l. 7. cap. 42. *Marcellini sanctitas, & mors.*

August. ep. 151. alias 259.

Oros. l. 7. cap. 42.

CHRISTI An. 413.

consuluit, & Donatistas repressit: notione, & sollicitudine Marcellini spectabilis memoriæ viri contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetim firmitatem, neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Datum tertio Kalendas Septembris; Constantio & Constante Consulibus, innovavitque legem ad Heraclianum datam, qua Donatistarum conventus, sub pœna sanguinis, & proscriptionis prohibebantur.

August. retract. l.2. c.38.

X. Interea missa sunt Augustino a quibusdam Fratribus laicis quidem, sed divinorum eloquiorum studiosis, scripta nonnulla, quæ ita distinguerent a bonis operibus Christianam Fidem, ut sine hac non posse, sine illis autem posse perveniri suaderetur ad æternam vitam. Quibus respondens librum scripsit, cujus nomen est, de fide, & operibus. In quo disputavit non solum quemadmodum vivere debeant gratia Christi regenerati, verum etiam quales ad lavacrum regenerationis admitti. " Quoniam ergo, inquit, hæc opinio tunc exorta fuerat, scilicet Apostolorum temporibus, nempe fidem solam sufficere ad salutem: hanc enim Simon Magus docuerat; aliæ Apostolicæ Epistolæ Petri, Joannis, Jacobi, Judæ, contra eam maxime dirigantur intentionem, ut vehementer adstruant Fidem sine operibus nihil prodesse; sicut etiam ipse Paulus, non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem planeque Evangelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt: & Fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Unde illam Fidem, quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseverat, ut dicat: Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum; ubi autem hæc fidelis charitas operatur, bene vivitur. Plenitudo enim legis, charitas. Unde evidenter in secunda epistola Petrus, cum ad vitæ, & morum sanctitatem hortaretur, mundumque istum transiturum prænunciaret, cœlos vero novos, & terram novam exspectari, quæ justis inhabitanda traderetur, ut ex hoc attenderent qualiter oporteret eos vivere, ut habitatione illa digni fierent, sciens de Apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententiis nonullos iniquos accepisse occasionem, ut tanquam securi de salute, quæ in Fide est, bene vivere non curarent, commemoravit quædam ad intelligendum difficillima esse in epistolis ejus, quæ homines perverterent, sicut & alias Scripturas ad proprium suum interitum: cum tamen & ille Apostolus de salute æterna, quæ nisi bene viventibus non daretur, eadem sentiret, quæ cæteri Apostoli.,,

Aug. l. de fid. & oper. c. 14.

Bonorum operum necessitas.

Ad Gal. 5.

1. Cor. 3.

Rom. 3.

XI. Nobilitatus est hic annus quadringentesimus decimus tertius religiosa professione virginis Demetriadis, cujus pater Olibrius vir consularis ex clarissima Proborum familia. Hæc post Romæ excidium cum matre Juliana confugerat Carthaginem; Christi tyruncula cœpit odisse ornatum suum, atque inter gemmas, & sericum, inter eunuchorum, & puellarum catervas, & adulationem ac ministeria familiæ perstrepentis, & exquisitas epulas, quas amplæ domus præbebat abundantia, appetere jejuniorum laborem, asperitatem vestium, victus continentiam. Noctibus, & secreto, consciis tantum virginibus Dei, quæ in matris, & aviæ Probæ comitatu erant, cilíciolum in nuda humo habens pro stratu, jugibus faciem rigabat lacrymis, Salvatoris genubus mente advoluta, ut suum reciperet propositum, ut impleret desiderium, ut aviæ animum matrisque molliret. Cum jam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur, secreto, & absque arbitris, omnem corporis cultum, & habitum sæcularem, quasi propositi sui impedimenta projecit, vilique tunica induitur, & viliori tegitur pallio; & insperata aviæ genibus repente provolvitur, fletu tantum, & planctibus, quæ esset, ostendit. Obstupuit sancta, & gravis fœmina, alienum habitum in nepte conspiciens; mater gaudio stabat attonita: mox certatim in oscula neptis, & filiæ mater, & avia ruunt. Ubertim flere præ gaudio, jacentem manu attollere, amplexarique trepidantem: agnoscere in illius proposito mentem suam, & gratulari, quod nobilem familiam virgo virginitate sua nobiliorem faceret. Exemplum patronæ, & dominæ secuta est clientum turba atque famularum. Per omnes domos fervebat virginitatis professio, cunctæ per Africam Ecclesiæ quodam exultare tripudio, omnes per Africam Italiamque Insulæ hoc rumore completæ sunt. Penetravit hic rumor Orientis littora, & in mediterraneis quoque urbibus, Christianæ gloriæ triumphus auditus est.

Demetrias virgo.

Hieron. epist. 97. alias 8.

CHRISTI An. 413.

Juliana mater quidquid fuerat nuptiis præparatum, virgini tradidit, ea largiens pauperibus, ne sponso fieret injuria: imo ut dotata pristinis opibus veniret ad sponsum: & quod a rebus mundi periturum erat, domesticorum Dei sustentaret inopiam. Demetrias velamen sacrum, & benedictionem de manu Episcopi recepit. Avia, & mater filiæ propositum literis significavere D. Augustino, & Hieronymo, adjectis quibusdam pro more munusculis, quæ velationis apophoreta dicebantur. Ambo gratias agentes utrique gratulati sunt. Hieronymus adjecit multa, quæ ad virginis institutum pertineant, quæ sic concludit: " Nunc tantum ad virginem loquar, id est, non ea quæ extra te, sed in te sunt considerans. Præter psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte, & mane semper est exercendum, statue quot horis Scripturam sacram ediscere debeas, quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem, & instructionem animæ. Cumque hæc finieris spatia, & frequenter te ad figenda genua, sollicitudo animæ suscitaverit, habeto lanam semper in manibus... hæc observans, & te ipsam salvabis, & alias, & eris magistra sanctæ conversationis ..... Pene præterii vel quod præcipuum est .... illud te pio charitatis affectu præmonendam puto, ut sancti Innocentii, qui Apostolicæ Cathedræ præest, teneas fidem; nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videatur, doctrinam recipias.,, Origenistas, & Pelagianos designat, quorum errores tum occulte grassabantur. Pergit: Bonum est igitur obedire majoribus, parere Præfectis, & post regulas Scripturarum, vitæ suæ tramitem ab aliis discere: nec præceptore uti pessimo, scilicet præsumptione sua... Graves fœminæ, & maxime viduæ ac virgines tibi comites eligantur, quarum probata est conversatio, sermo moderatus, sancta verecundia. Fuge lasciviam puellarum, quæ ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes, ut sub nomine virginali vendibilius pereant.... felix illa conscientia, & beata virginitas, in cujus corde præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque justitia, cæteræque virtutes, nullus alius versatur amor.

Ibid.

August. ep. 150. alias 254.

Hier. ib.

XII. Pelagius, qui tum in Palæstina commorabatur, Demetriadi etiam scripsit longiorem de institutione virginum epistolam, in qua virus erroris sui et callide propinat, gratiæ nomen sub ambigua generalitate commendans, dum quasi defendens liberum arbitrium, naturæ vires omnis extollit. Illius censuram ex Augustino infra referemus, qui Carthaginem eodem anno 413. venerat, ut Catholicæ rei cum Aurelio aliisque Episcopis consuleret. Plerique Cœlestii erroribus imbuti eos disseminabant, ac sibi adjungere multos omni ope moliebantur; ita ut de Orientalibus comminarentur Ecclesiis, quod nisi hæc tenerent, earum possent judicio condemnari. Catholicos Doctores arguebant quasi antiquæ Fidei defensoribus obsisterent, eosque hæreticos appellare minime dubitabant. Itaque D. Doctor, ut glisceati errori se opponeret, rogatus ab Aurelio, D. Præcursoris die festo Carthagine sermonem habuit ad populum: atque inter cætera, inquit, quæ dicenda videbantur, ad baptismum parvulorum sermo deductus est, & quia jam prolixius erat, & de illo terminando cogitabatur, non tanta dicta sunt de tanta quæstione, quanta in periculo tanto a sollicitis dici debuerunt. Igitur rursus de eodem argumento concionatus est in majori Basilica quinto Kalendas Julias; & quamvis eo die D. Guddentis Martyris memoria celebraretur, erudire fideles, quam laudare Martyrem, satius existimavit. Itaque hunc Pelagii errorem redarguit: parvulus, etsi non baptizetur, merito innocentiæ, eo quod nullum habeat omnino nec proprium, nec originale peccatum, nec ex se, nec ex Adamo tractum, necesse est ut habeat salutem, & vitam æternam; sed propterea baptizandus est, ut intret etiam in regnum Dei, hoc est in regnum cœlorum .... " Primus hic error, inquit Augustinus, aversandus ab auribus, extirpandus est a mentibus; prius inauditum est, esse vitam æternam præter regnum cœlorum; esse salutem æternam præter regnum Dei. Primo vide, frater, ne forte hinc consentire nobis debeas, quisquis ad regnum Dei non pertinet, cum ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus Dominus, judicaturus de vivis, & mortuis, sicut Evangelium loqui-

Pelag. ad Demet. apud Aug. append. tom. 2. epist. 17. alias 142.

August. ser. 294. alias 24.

C. 2.

C. 3.

Medius locus inter regnum cœlorum, & ignem æternum non datur.

CHRISTI AN. 413. loquitur, duas partes facturus est, dextram, & sinistram; sinistris dicturus, ite in ignem æternum, qui vobis paratus est ab origine mundi. Hac regnum nominat, hac cum diabolo damnationem: nullus relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes. De vivis, & mortuis judicabitur: alii erunt ad dextram, alii ad sinistram; non novi aliud: si ergo dextra erit & sinistra, & nullum medium locum in Evangelio novimus: Ecce in dextra regnum cœlorum est, percipite, inquit, regnum: qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignem æternum: in dextra, ad regnum, utique æternum; in sinistra in ignem æternum. Qui non in dextra, proculdubio in sinistra: ergo qui non in regno, proculdubio in

Originale peccatum. igne æterno. „ Infra peccatum originale parvulis in baptismo dimitti probat authoritate Scripturæ, & S. Cypriani, cujus hæc verba laudat: " Si etiam gra-

Cypr. epist. 64. alias 59. vissimis delictoribus, & in Dominum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & a baptismo, & a gratia nemo prohibetur: Quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi dimittuntur, non propria, sed aliena. „

XIII. In Sicilia, & Rhodo insulis gliscere cœpit Pelagiana lues, quæ plerosque corrupit, præsertim Siracusanos. Ergo quidam Hilarius Hipponensium quorumdam, qui Siracusis ad sua revertebantur, opportunitate usus, illis ad Augustinum dedit epistolam, quæ quatuor articulis Pelagianorum errores exponebat: aliis duobus additis, scilicet divitem manentem in suis divitiis regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit: nec debere quemquam jurare omnino; simulque rogabat Augustinum, ut sibi per literas, quid esset de his credendum, significaret.

August. ep. 157. alias 89. cap. 4. Augustinus rescribens iisdem argumentis, quæ supra laudavimus, Pelagianorum errores refellit. Hæc de divitibus subjicit: Evaserunt istorum disputationes Patres nostri Abraham, & Isaac, & Jacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt: habebant quippe hi omnes non paucas divitias, sicut fidelissima Scriptura testatur. Multos tamen venturos ab Oriente, & Occidente, & non supra ipsos, vel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cœlorum, ille ipse qui propter nos factus est pauper, cum vere dives esset, veracissima promissione prædixit .... Infra reprehendit divites, qui putant sibi ad augendas opes suas, & multiplicanda oblectamenta terrena religio-

Num. 22. nem suffragari debere Christianam. Ibidem affirmat plures esse eorum errorum consortes, qui ubi non redarguuntur, etiam alios ad suam sectam seducunt, & sic crebrescunt, ut nesciam quo sint erupturi. Nos autem malumus eos in Ecclesiæ compage sanari, quam ex illius corpore velut insanabilia membra resecari, si tamen hoc permittit ipsa necessitas: timendum est enim, ne plura putrescant, dum pluribus parcitur.

XIV. Pelagius etiam in Palæstina plures sibi discipulos asciverat, quibus hæresis suæ mysteria secreto tradebat; sed eorum multitudine, & quorumdam audacia cum virus sese prodidisset, Ctesiphon eorum perversa dogmata misit Hieronymo jam seniori, qui ea confutaret, quod & præstitit, suppresso Pelagii nomine, data ad eundem Ctesiphontem epistola.

Hier. ad Ctesiph. epist. 43. Eorum errorem de hominis justi impeccantia per virtutem liberi arbitrii, de Pythagoræ, & Zenonis fonte manasse dicit, qui docebant passiones penitus extirpari posse de mentibus, & nullam fibram radicemque vitiorum in homine omnino residere, meditatione, & exercitatione virtutum. Hoc est, inquit, hominem ex homine tollere, & in corpore constitutum esse sine corpore .... dicente Apostolo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? idque confirmat multis Scripturæ testimoniis. Denique Manichæum, Priscillianum, Evagrium Ponticum Pelagianis in eo errore præivisse docet: tum addit: Vis adhuc & alium nosse tui erroris princi-

Psal. 15. pem? doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo enim Psalmo, ubi scriptum est: Insuper, & usque ad noctem erudierunt me renes mei, asserit virum sanctum, cum ad virtutum venerit summitatem, nec in nocte quidem ea pati, quæ hominum sunt; nec cogitatione vitiorum aliqua titillari.

De secunda parte Pelagianæ hæresis circa gratiam hæc subjicit Hieronymus: " Illud vero quod ad decipiendos homines quosque postea huic sententiæ copularunt, non absque Dei gratia, cum prima legen- CHRISTI AN. 413.
tes fronte decipiat, introspectum, & diligentissime ventilatum decipere non potest. Ita enim gratiam ponunt, ut non per singula opera ejus nitamur, & regamur auxilio: sed ad liberum referunt arbitrium, & ad præcepta legis, ponentes illud Isaiæ: Legem Isai. 8.
enim Deus in adjutorium posuit: ut in eo Deo referendæ sint gratiæ, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possimus, & eligere bona, & vitare mala: & non intelligunt ista dicentes, quod per os eorum intolerabilem blasphemiam diabolus sibilet. Si enim in eo tantum Dei est gratia, quod propriæ nos condidit voluntatis, & libero arbitrio contenti sumus, nec ultra ejus indigemus auxilio, si indiguerimus, liberum frangatur arbitrium: ergo nequaquam ultra orare debemus, nec illius clementiam precibus flectere, ut accipiamus quotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate. Istiusmodi homines tollunt orationem .... tollantur, & jejunia, omnisque continentia. Quid enim mihi necesse est laborare, *Cur per gratiam tolli liberum arbitrium dicebant Pelag.*
ut accipiam per industriam, quod semel meæ factum est potestatis? Hoc quod dico, non meum est argumentum. Unus discipulorum ejus, imo jam magister (nempe Cœlestius) sic disputat: Si nihil ago absque Dei auxilio: & per singula opera ejus est omne quod gessero, ergo non ego qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium, frustraque dedit arbitrii potestatem, qua implere non possum, nisi ipse me semper adjuverit. Destruitur enim voluntas, quæ alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium Deus, quod aliter liberum non erit, nisi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: aut utor semel potestate, quæ mihi data est, ut liberum servetur arbitrium: aut si alterius ope indigeo, libertas arbitrii in me destruetur. Qui hoc dicit, quam non excedit blasphemiam? velle quidem, & currere meum est: sed ipsum meum sine Dei auxilio non erit meum: Dicit enim idem Apostolus: Deus est qui operatur in Philip. 2.
nobis, velle, & perficere: „ Hinc liquet, cur Augustinum, qui gratiam ad inchoandum, & perficiendum quodlibet opus bonum necessariam esse contendebat, Pelagiani accusarent, quod liberum tolleret arbitrium, si alterius indigeret auxilio, sine quo nihil boni posset. Quapropter sic eos redarguit Hieronymus .... " Frustra blasphemas, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium condemnare. Damnetur ille qui damnat .... sed ipsum liberum, ut diximus, arbitrium Dei nititur auxilio, illiusque per singula ope indiget, quod vos non vultis. „

XV. Pelagius licet Hieronymo comminatus rescriptorum fulmina, si quid adversus se scriberet, veritus tamen si quid ederet ne hæreseos damnaretur, vel si taceret, ne ab eo deficerent discipuli, id demum consilii cœpit: Hieronymo quidem respondit, sed volumen non publicavit, suis tantum legendum dedit. Timasius, & Jacobus adolescentes honesto loco nati, & liberalibus disciplinis instituti, qui Pela- Ep. 168.
gii exhortatione, omni sæculari spe abjecta, vitam apud
erant professi monasticam, sed illius erroribus imbu- August.
ti, palam adversus Dei gratiam disputabant; quos admonere non destitit Augustinus, donec spiritu claritatis, qui in ipso erat, errores agnoscerent, & ejurarent. Emendati librum Pelagii secretum D. Doctori tradunt, enixeque ut illi respondeat, obtestantur. Augustinus intermissis aliis suis occupationibus, librum, diligentissime perlegit. Hominis naturam in eo contra Dei gratiam quanta potuit argumentatione defendebat, Evagrius Ponticus librum Xisti Py- Hier. ad
thagorei hominis absque Christo atque ethnici, im- Ctesiph.
mutato nomine, Sixti Martyris, & Romanæ Ecclesiæ Episcopi prænotaverat: in quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquabant Deo, & de ejus dicebant esse substantia, multa de perfectione dicebantur. Quædam ex eo verba tanquam Sixti August.
Martyris laudaverat Pelagius, quo tanto nomine retract.
suam velaret impietatem. Serius fraudem agnovit Au- l. 2. c. 42.
gustinus, qui respondit defendens gratiam, non contra naturam, sed per quam natura liberatur & regitur.

Pelagius quidem fatebatur Dei misericordiam ho- Aug. l. de
mini post peccatum esse necessariam, ut renovaretur; nat. &
sed negabat Dei misericordiam homini, ut non pec- grat.
caret, esse necessariam; quem errorem impugnans Au- C. 26.
gustinus, ostendit paucis naturam humanam, quæ sa- C. 3.
na condita est, & de peccato fuisse corruptam: ac C. 4.
proinde Christo medico indigere. " Hæc autem, inquit, C[illegible] gratia, sine qua nec infantes, nec ætate gran[illegible] salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed

gra-

Christi An. 413.
Rom 3.

gratis datur, propter quod & gratia nominatur: justificati, inquit, gratis per Sanguinem ipsius. Unde ii qui non per illam liberantur, sive quia audire nondum potuerunt, sive quia obedire noluerunt, sive etiam cum per ætatem audire non possent, lavacrum generationis quod accipere possent, per quod salvi fierent, non acceperunt, juste utique damnantur; quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccaverunt, sive in Adam, sive in seipsis, & egent gloria Dei .... Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur: cujus misericordiæ? nisi illius qui Christum Jesum misit in hunc mundum peccatores salvos facere .... hoc si secundum Scripturas sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere, quibus demonstrare conemur, naturam humanam, neque in parvulis medico indigere, quia sana est, & in majoribus sibi ipsam ad justitiam si velit posse sufficere.,,

Ibid.

Hoc posito fundamento, quæ Pelagius in suo libro posuerat, per partes refellit parcens ejus nomini: primo dixerat: Nos de sola possibilitate tractamus: Ego dico hominem posse esse sine peccato ... neque ego dico hominem esse sine peccato .... de posse, & non posse, non de esse, & non esse contendimus. Augustinus respondet, contra quos vult agat, dummodo hoc confiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia Dei hominem sine peccato esse non posse. Hinc patet, quid nomine possibilitatis intelligerent Pelagiani, scilicet liberum arbitrium. Secundo. Pelagius tractans de peccatis ignorantiæ dixerat: hominem pervigilare debere ne ignoret, ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset; dum tamen, inquit Augustinus, omnia potius disputet, quam ut oret & dicat: Da mihi intellectum, & discam mandata tua. Evidens est hic agi de ignorantia vincibili, quæ depelli non potest per cognitionem, qualis requiritur ad salutariter operandum, absque ope gratiæ; quamque culpabilem esse fatebatur Pelagius. Tertio. Augustinus probat homini justificato Deum non denegare gratiam, cujus ope in bono perseveret, peccatumque vitet. " Ipse autem Deus, inquit, cum per mediatorem Dei & hominum Jesum Christum spiritualiter sanat ægrum, vel vivificat mortuum, id est, justificat impium, & cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam, justitiamque perduxerit, non deserit, si non deseratur, ut pie semper justeque vivatur. Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adjutus non potest cernere: sic & homo etiam perfectissime justificatus, nisi æterna luce justitiæ divinitus adjuvetur, recte non potest vivere. Sanat ergo Deus non solum ut deleat quod peccavimus, sed ut præstet etiam ne peccemus. Gratia vero, qua Deus præstat ne peccemus, & ut pie justeque vivamus, est gratia actualis: quam proinde Deus justo non subtrahit, nec eum deserit, si non deseratur. „

C. 7.
C. 10.
C. 17.
Psal. 118.
C. 26.
Justo non deest gratia, qua non peccat.

Ibid.
C. 36.

Denique Pelagius recenset viros & fœminas pietate insignes, quos absque peccato vitam egisse contendit. Augustinus vero respondet: " Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem. Unde enim scimus, quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum? Hac ergo Virgine excepta, omnes illos Sanctos & Sanctas, cum hic viverent, si interrogare potuissemus, utrum essent sine peccato .... nonne una voce clamassent: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. „ Infra tamen sic hanc sententiam temperat: " Utrum in hoc sæculo fuerit, vel sit, vel possit esse aliquis ita juste vivens, ut nullum omnino habeat peccatum, potest esse aliqua quæstio inter veros piosque Christianos .... sed ego nec de vita ista volo contendere.... Utinam possit ostendi vel hæc testimonia melius intelligi posse, vel perfectam plerumque justitiam, cui prorsus nihil addendum sit, & heri fuisse in aliquo, dum in isto corpore viveret, & hodie esse, & cras futuram: dum tamen longe plures sint, qui ..... veraciter dicant: Dimitte nobis debita nostra ... nullo tamen modo, nisi adjuvante gratia Salvatoris Christi Crucifixi, vel dono Spiritus ejus, vel quoslibet ad plenissimam perfectionem, vel quemquam ad qualemcumque profectum veræ piæque justitiæ pervenire, qui negaverint, nescio utrum recte possint in qualimcumque Christianorum numero deputari. „ Demum Pelagium gratiæ nomine abutentem intelligere dona naturalia ex ejus verbis probat.

1 Joan. 1.
C. 60.

Christi An. 413.

Concil. tom. 2. ed. Lab. Innoc. epist. ad Episc. Illyr.

XVI. Macedoniæ tres & viginti Episcopi, quorum præcipui sunt Rufus Thessalonicensis & Eusebius, missa per Vitalem Archidiaconum Synodica, Innocentium Papam consuluere de variis ad disciplinam pertinentibus, præsertim de Clericis, quos ordinarant hæretici. Pontifex rescribens statuit primo, ut si Sacerdos vel quilibet ex Clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam, suum perdat officium. Secundo. Ut si quis Catechumenus habuerit uxorem, & defuncta ea post baptismum acceperit alteram, Clericus esse non possit. Tertio nostræ lex est Ecclesiæ, inquit, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatus honorem vel exiguum subrogare. Addit, quod hi qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sunt recepti, ne scandalum remaneret Ecclesiæ: ergo quod necessitas pro remedio invenit, cessante necessitate; debet utique cessare pariter quod urgebat. Datum Idibus Decembris Constantio Consule, seu anno quadringentesimo decimo quarto. Nonnullæ ejusdem Pontificis decretales absque temporis nota supersunt; quædam sunt de rebus levioris momenti. Laurentio Episcopo Seniensi scripsit, Photini hæresis sectatores omni diligentia expelleret, quorum doctrinæ nefariæ author Marcus, dudum de urbe pulsus sit. In alia Aurelium Carthaginensem graviter increpat, quod prætermissis Clericis antiquioribus, Ecclesiasticorumque dogmatum peritis, novellos & mundi nexibus involutos Afri promoverent ad Sacerdotium; & addit ..... Frater charissime, hæc velim cuncta recitanda per omnes Africanas Ecclesias scripta dirigas; & istis connectas quas adjunximus litteras Præfectorum; ut consilium de his, quæ inique laudantur, judiciumque, si quid tale probari poterit, fiat: ut præterita mala, si doceantur admissa, digna severitate coerceantur, & de cætero caveantur, ne Ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam perdat privilegia quæ est per viros notabiles consecuta.

Epist. 20.
Christi An. 414
Epist. 12.

Demum in alia ad Maximum & Severum Episcopos, jubet ab officio removeri Presbyteros, qui reductis suis uxoribus filios procrearant. Quod, inquit, non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Holstenius aliam laudat ejus epistolam ad Rufum Thessalonicensem, cui vicariam suam potestatem per Illyricanas Provincias Orientali Imperio subjectas committit .... Divinitus hæc procurrens gratia ita longis intervallis disterminatis a me Ecclesiis discat consulendum, ut prudentiæ gravitatique tuæ committendam curam causasque, si quæ exoriantur per Achajæ, Thessaliæ, Epiri, Cretæ, Daciæ, Mæsiæ, Dardaniæ, & Prævali Ecclesias Christo Domino annuente ... Arripe itaque, dilectissime Frater, nostra vice per supra scriptas Ecclesias, salvo earum primatu, & inter ipsos Primates primus, quidquid eos ad nos necesse fuerit mittere, non sine tuo postulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam, quidquid illud est, finiatur; aut tuo consilio ad nos usque perveniendum esse mandamus. Hanc potestatem postea confirmavit Papa Bonifacius, illiusque mentionem facit Nicolaus Papa primus.

Epist. 5. *Thessalonic. Episcopo vices suas committit Rom. Pontifex.*
Nicol. Epist. 2. ad Mich. Imp.

XVII. Eruditionis Augustini fama tanta fuit, ut ab eo ex variis mundi partibus responsa peterentur. Paulus Orosius hac fama sanctarumque Scripturarum ardore inflammatus, ab ultima Hispania ad eum venit Hipponem. Tarraconensis erat Presbyter, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Domini esse desiderans, ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quæ animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius trucidarunt. Afferebat secum commonitorium seu consultationem de pravis Priscillianistarum atque Origenistarum sententiis, quibus agitabantur Hispaniæ. Avitus enim Hispanus inter populares confusionem non ferens, quia Priscillianistis adhæserat, fugit in Palæstinam; alter ejusdem nominis Romam profectus est. Origenis, quem mirabantur, ambo opinionibus imbuti in patriam redierant: ac Priscillianum quidem damnabant, de Trinitate quoque recte sentiebant:

August. ep. 169. alias 102. & 166. alias 28.

Christi An. 414. alios vero Origenis errores de Angelis & animabus, de eorum peccatis in altera vita, propter quæ in corporibus includerentur, de salute reproborum & dæmonum, demum de Incarnatione avide arripuerant, & suos edocebant. Avitis se conjunxit Basilius quidam natione Græcus: Avito tamen versionem suam Origenis librorum de principiis miserat Hieronymus, erroresque in iis sparsos suis indicabat literis; sed sapienter monentem non audivit. Augustinus Orosii consultationi respondens edidit commentariolum, in quo Priscillianistarum & Origenistarum errores summa perspicuitate atque brevitate confutat; ac librum peccati originalis assertione conclusit.

Hieron. epist. 94. alias 95. August. retract. l. 2. c. 44.

August. ep. 166. alias 28. *Anima hominis qualis sit.*

Quæstionem de origine animæ, de qua etiam eum consuluerat Orosius, solvendam remisit Hieronymo, cui scribens sic proponit quænam in ea quæstione certa, & quænam dubia sibi videantur: " Anima hominis immortalis est; non est pars Dei .... incorpoream quoque esse animam, etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum .. Certus etiam sum, animam nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate, vel sua, sed propria voluntate in peccatum esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis hujus suæ voluntatis virtute .... sed gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum .... Nunc quæro, ubi contraxerit anima reatum, quo trahitur in condemnationem, etiam infantis morte præventi, si ei per Sacramentum, quo etiam parvuli baptizentur, Christi gratia non subvenerit. „ Tum quatuor de animæ proponit origine opiniones, utrum ex illa anima, quæ primo homini data est, ceteræ propagentur, an singulis quibusque novæ etiam modo fiant: an alicubi jam existentes vel mittantur divinitus, vel sponte labantur in corpora? Augustinus in primam sententiam semper fuit propensior, quo facilius explicaret originale peccatum. Eadem de causa secundam, quæ sola vera est & Catholica, & tertiam sic impugnat, ut concludat .... Sed antequam sciam, quænam earum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam, quæ vera est, non adversari robustissimæ ac fundatissimæ Fidei, qua Christi Ecclesia nec parvulos homines recentissime natos a damnatione credit, nisi per gratiam Nominis Christi, quam in suis Sacramentis commendavit, posse liberari.

Animæ origo secundum Augustinum.

Christi An. 415.

XVIII. Anno sequenti quadringentesimo decimo quinto, Hierosolymam pervenit Orosius, has literas deferens cum iis, quas adversus Pelagianos ad Hilarium scripserat Augustinus; statimque Bethleem perrexit ad Hieronymum, qui tunc scribebat libros tres dialogorum adversus Pelagium. Circa finem primi refert, quod Episcopus, Presbyter, Diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste procederent. In fine tertii Pelagium redarguit authoritate orationis Dominicæ: quam, inquit, Christus docuit Apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui. Ibidem paucis probat originale peccatum. Demum enumeratis Augustini adversus Pelagianos operibus, quæ in ejus manus pervenerant, sic concludit: Unde supersedendum huic labori censeo .... aut enim eadem diceremus ex superfluo: aut si nova voluerimus dicere, a clarissimo ingenio occupata sunt meliora. Viri solide & Christiane docti semper humiles aliis non invident.

Hier. l. 1. dialog. adv. Pelag. Oros. Apolog. Tom. 1. Concil. ed. nov. *Conventus Hierosolymitanus.*

Orosius interea latebat in Bethleem, ut timorem Domini disceret sedens ad pedes Hieronymi; inde Jerusalem vocatus advenit, die trigesima Julii, anno quadringentesimo decimo quinto; dehinc in Conventum Presbyterorum, Joanne Episcopo præcipiente, consedit. Illico ab eo postularunt universi, ut si quid super hac hæresi, quam Pelagius & Cælestius seminarunt, in Africa gestum esse cognosceret, fideliter ac simpliciter indicaret. Dixit Cælestium apud Carthaginem plurimis Episcopis judicantibus auditum, convictum, confessum, detestatumque ab Ecclesia ex Africa profugisse: contra librum vero Pelagii beatum Augustinum plenissime respondere; extare etiam in manibus suis supra memorati Episcopi epistolam, quam nuper ad Siciliam ordinasset, in qua multas quæstiones hæreticorum retulit; quam etiam iisdem præcipientibus legit. Ad hæc Joannes Episcopus, ut Pelagius coram intromitteretur, expetiit .... Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogarunt, an hæc quibus Augustinus Episcopus respondisset, se docuisse cognosceret? Ille respondit: & quis est mihi Augustinus? cumque universi acclamarent blasphemantem in Episcopum, ex cujus ore Dominus universæ Africæ indulserit sanitatem, non solum a conventu illo, verum ab omni Ecclesia pellendum. Christi An. 415.

Episcopus Joannes illico licet laicum, in consessu Presbyterorum, reum hæreseos manifestæ in medio Catholicorum sedere præcepit. Et deinde ait: Augustinus ego sum; ut scilicet persona quasi præsentis assumpta liberius ex authoritate ejus qui lædebatur, ignosceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox dixit Orosius: Si Augustini personam sumis, Augustini sententiam sequere. Tunc idem Episcopus omnibus dixit: hæc quæ leguntur, in alios dicta sunt, aut de Pelagio suggerendum putatis? Si in ipsum autem Pelagium quid dicatis, exprimite. Orosius autem aliis annuentibus dixit: Pelagius mihi dixit, hominem posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit. Respondit Pelagius: Hoc & dixisse me, & dicere, negare non possum. Orosius illico prosecutus est: Hoc in Cælestio Africana Synodus detestata est: hoc Augustinus Episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagii scriptis sua responsione condemnat: hoc & beatus Hieronymus, cujus eloquium universus Occidens sicut ros in vellus expectat .... in epistola sua, quam nuper ad Ctesiphontem edidit, condemnavit. Similiter & in libro quem nuper scripsit, collata in modum dialogi altercatione, confutat. Ibid.

Joannes Episcopus nihil horum audiens a nobis exigere conabatur, inquit Orosius, ut accusatores nos ipso judice fateremur. Responsum est sæpissime ab universis: nos accusatores ejus non sumus: sed quid Fratres tui, Patres nostri senserint & decreverint super hac hæresi, intimamus, ne Ecclesiam tuam præsertim, ad cujus sinum convolavimus, te ignorante conturbet .... Orosius latine, Joannes vero græce loquebatur per interpretem, quem viri primarii & religiosi Passerinus & Avitus Presbyteri, vel prave interpretantem, vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutarunt. Actionibus igitur propter ejus imperitiam vel interpolatis plerumque, vel tacitis; Episcopus Joannes ait: Si sine adjutorio Dei hoc hominem posse diceret, pessimum & damnabile erat. Nunc autem eum adjecit posse hominem esse sine peccato, non sine adjutorio Dei, vos quid dicitis? an forte vos Dei adjutorium denegatis? Orosius respondit: Anathema ei qui negat adjutorium Dei .... Deinde eo clamante cum suis, Latinum esse hæreticum, se vero latinos, hæresim latinis magis partibus notam latinis judicibus differendam .... Joannes Episcopus confirmavit eorum postulationem, ut ad beatum Innocentium Papam Romanum Fratres & epistolæ mitterentur; universi quod ille decerneret, secuturi, sed ut hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & alii ab ejus insultatione temperarent. Universi in hanc sententiam consenserunt. Gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimonium oratione discessere. Cap. 14. Illius conventus meminit Augustinus, libro de gestis Pelagii. Post dies 47. cum primo Encæniorum die, Septembris 14. pro more ad obsequium Joannis Episcopi convenisset Orosius, statim ab eo notam falsi criminis accepit, ait enim ei: Quare ad me venis, homo qui blasphemasti? .... ego te audivi dixisse, quia nec cum Dei adjutorio possit esse homo sine peccato. Orosius statim testificatus est, quia ejusmodi verbum numquam de ore suo processisset: hanc etiam calumniam a se depellere conatus est edita Apologia; sed de Joanne modeste loquens, invehitur in Cælestium & Pelagium, ejusque epistolam ad Demetriadem primus omnium eventilat.

Ibid. *Joannes Hierosolymitanus favet Pelagio.*

Ibid.

XIX. Accusatores novi circa finem ejusdem anni 415. insurgunt adversus Pelagium. Eros & Lazarus Episcopi Gallicani, amissis suis Ecclesiis, in Palæstinam navigarant; perversa Pelagii & Cælestii doctrina cognita, quam in ejus disputationibus deprehenderant, eorum improbis conatibus offensi, ac de religione solliciti, errores unum & triginta, tum ex eorum opusculis, tum ex Augustini epistolis atque ex Africæ Synodo colligunt, & quia eorum alter in morbum inciderat, libellum accusationis suæ latino sermone conscriptum mittunt Eulogio Cæsariensi Metropolitano, qui statim Diospoli olim Lyddæ indixit Synodum. Eo circa vicesimum diem Decembris

Aug. l. de gest. Pelag. Conc. tom. 1. nov. edit. *Synodus Diospolitana.*

cembris

Christi An. 415.

cembria convenere quatuordecim Episcopi : eorum præcipui sunt Eulogius Cæsariensis Synodi Præses, & Joannes Hierosolymitanus. Eros & Lazarus perseverante alterius ægritudine venire non potuerunt ; aberat etiam Orosius, qui iter in Africam parabat. Ita nemo aderat, qui partes actoris ageret in Pelagium, & eum ad explicandam mentem adigeret. Pelagius vocatus, Synodum ingreditur ; Episcoporum plures epistolas, quæ ejus laudes continebant, & unam Augustini, qui initio disputationum amice scripserat, protulit, veluti tot testes innocentiæ suæ ; quasi cum hæc perversa sentire statim omnes scire potuerint. His perlectis, actum est de objectis erroribus, quos partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit ; aliquos magis falsis argumentis, quam vera ratione, ut ad tempus poterat videri, purgavit negando, alia falsa interpretatione vertendo. Tantoque, ait Augustinus, judices fefellit occultius, quanto exposuit illa versutius. Episcopis Græcis, quibus per interpretem latinus liber exponebatur, imponere difficile non fuit, præsertim cum latinus accusator non adesset. Illius fraudum insigniora tantum exempla hic subjicimus.

Innoc. epist. ad Afr.

Synod. Diosp.

Primum ei objecta sunt quæ in libro suo principiorum scripserat, nempe posse hominem, si velit, esse sine peccato. Respondit Pelagius : Posse quidem hominem sine peccato esse, & Dei mandata custodire, si velit, dicimus : hanc enim possibilitatem Deus illi dedit ; non autem dicimus, quod inveniatur aliquis, ab infantia usque ad senectam, qui numquam peccaverit : sed quoniam a peccatis conversus, proprio labore, & Dei gratia possit esse sine peccato ; nec per hoc tamen in posterum inconversibilis. Reliqua vero quæ subjecerunt, neque in nostris libris sunt, neque talia unquam diximus. Quid autem gratiæ nomine intelligeret, non exposuit ; nec erat adversarius, qui dolum aperiret. His auditis, Synodus dixit : Quoniam negas te talia scripsisse, anathematiza illos qui sic tenent. Pelagius dixit : Anathematizo tanquam stultos, non quasi hæreticos, siquidem non est dogma. Cælestius ejus discipulus illius errores apertius docuerat ; hinc multa sunt objecta Pelagio ex doctrina Cælestii, circa originale peccatum, quam damnaverat Aurelius Carthaginensis, & confutarat Augustinus in epistola ad Hilarium. Pelagius dixit : hæc secundum ipsorum testimonium a me dicta non sunt, pro quibus ego satisfacere non debeo : sed tamen ad satisfactionem sanctæ Synodi, anathematizo eos qui sic tenent, aut aliquando tenuerunt ; sed in mente sua ea aliter intelligebat, ut patebit ex consequentibus. Deinum objecta sunt de libro Cælestii, ... in tertio capitulo eum scripsisse : Gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrina. Et iterum, Dei gratiam secundum merita nostra dari, quia, si peccatoribus illam das, videtur esse iniquus : & his verbis intulisse : propterea & ipsa gratia in mea voluntate posita est, sive dignus fuerim, sive indignus. Si enim per gratiam omnia facimus ; quando vincimur a peccato, non nos vincimur, sed Dei gratia, quæ voluit nos adjuvare omni modo, & non potuit. Et iterum ait : Si gratia Dei est, quando vincimus peccata : ergo ipse est in culpa, quando a peccato vincimur, quia omnino custodire nos aut non potuit, aut noluit. Ad ista Pelagius respondit : Hæc utrum Cælestii sint, ipsi viderint qui dicunt ea Cælestii esse : Ego vero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenet. Synodus dixit : Recipit te sancta Synodus, ista verba reproba condemnantem. De quinto capitulo libri Cælestii cum fuisset objectum, quod affirment unumquemque hominem omnes virtutes posse habere & gratias, & auferant diversitatem gratiarum, quam Apostolus docet, Pelagius respondit : Dictum est a nobis, sed maligne & imperite reprehenderunt : non enim auferimus gratiarum diversitatem : sed dicimus donare Deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias, sicut Paulo Apostolo donavit. Ad hoc Synodus dixit : Consequenter & ecclesiastico sensu & ipse sensisti de dono gratiarum : Augustinus tamen, & merito hanc responsionis Pelagii partem reprehendit : (Dicimus donare Deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias.) Siquidem multæ sunt gratiæ quæ gratis dantur indignis. Hinc liquet, quod hujus Synodi, quam Hieronymus vocat miserabilem, nulla sit authoritas.

Christi An. 415.

Ibid.

In septimo capitulo libri Cælestii positum objectum est : oblivionem & ignorantiam non subjacere peccato, quoniam non secundum voluntatem eveniunt, sed secundum necessitatem. Nempe volebat Cælestius eos defectus esse naturæ humanæ appendices, non autem effectus peccati originalis. Præterea dicebat ignorantiam indirecte tantum volitam, quatenus voluntas ad eam depellendam non adhibet omnem diligentiam necessariam, excusare a peccato, quod posita illa ignorantia, necessitate quadam consequenti eveniebat. Hanc expositionem confirmant quæ huic objectioni factæ Pelagio subjicit Augustinus, scilicet Episcopos illius Concilii hanc rationem suæ definitionis attulisse, quod in lege sacrificia pro ignorantia sicut pro peccato offerantur. Sacrificia vero in lege offerebantur pro iis, quæ fiebant ex ignorantia vincibili juris positivi, cujusmodi illud est : Si quis tetigerit mortuum, ut fuse probat D. Hieronymus adversus Pelagium. In decimo capitulo ejusdem libri positum objectum est, non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio ; quoniam in propria voluntate habet unusquisque aut facere aliquid, aut non facere. In duodecimo capitulo : victoriam nostram non ex Dei esse adjutorio, sed ex libero arbitrio. In decimo tertio capitulo : pœnitentibus venia non datur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint Dei misericordia. Pelagiani igitur negabant justificationem esse gratuitam, volebantque primam gratiam habitualem secundum merita dari. His recitatis Synodus dixit : Quid ad hæc, quæ lecta sunt capitula, dicit præsens Pelagius monachus ? hoc enim reprobat sancta Synodus, & sancta Dei Catholica Ecclesia. Pelagius respondit : Iterum dico, quia hæc & secundum ipsorum testimonium non sunt mea ; pro quibus, ut dixi, satisfactionem non debeo : quæ vero mea esse confessus sum, hæc recta esse affirmo ; quæ autem dixi non esse mea, secundum judicium sanctæ Ecclesiæ reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti sanctæ Catholicæ Ecclesiæ doctrinis. Ego enim in unius substantiæ Trinitatem credo, & omnia secundum doctrinam sanctæ Catholicæ Ecclesiæ : si quis vero aliena ab hac sapit, anathema sit. Synodus dixit : Nunc quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus præsentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria vero Ecclesiæ Fidei reprobat & anathematizat, communionis Ecclesiasticæ eum esse & Catholicæ confitemur.

Aug. de gest. Pelag. c. 18.

Levit. 5. Hier. l. 1. dialog. adv. Pelag.

Aug. l. 1. adv. Jul. c. 5. & 7. Aug. l. de pec. orig. cap. 16.

Hunc exitum habuit Synodus Diospolitana, in qua Pelagius Patribus fucum fecit : dici tamen non potest absolutus, quandoquidem errores suos proprio ore damnavit, ut haberetur Catholicus : sed quod negavit ore, corde servavit ; nam quod verbis ejus anathematizatur, in literis ejus invenitur. Illius fallacias sic perstringit Augustinus : Quando tibi, inquit, illa damnanda objiciebantur, non ea Catholici Episcopi sic intelligebant ; ideo cum illa damnares, Catholicum te esse credebant. Propterea ergo, quod te illi sapere existimabant, absolvendum fuit ; quod vero tu sapiebas, damnandum fuit. Non ergo tu absolutus es, qui damnanda tenuisti, sed illud absolutum est, quod tenere debuisti. Ut autem tu absolutus putareris, creditus es sentire laudanda, cum te judices non intelligerent occultare damnanda.

Inventio S. Stephani.

Gennad. de script. Eccl. Marcell. Chron. Sozom. l. 9. c. 16. Evarist. apud Allat.

XX. Joanni Hierosolymorum Episcopo, dum adesset Synodo, nuntiatum est, inventas D. Stephani Proto-Martyris reliquias. Illius inventionis meminere fasti Idatiani, Gennadius, Marcellinus, & Sozomenus, authores coætanei, & laudant narrationem Luciani Presbyteri Ecclesiæ, quæ tunc erat in villa Caphar-magala ditionis Hierosolymitanæ. Photius aliam ejusdem inventionis relationem legisse se dicit in libris Evaristi Presbyteri Constantinopolitani, qui eam a Chrysippo Presbytero Hierosolymitano, qui eadem ætate vivebat, scriptam fuisse testatur. Hanc utpote simpliciorem secuti sumus ; ipsamet videtur narratio Luciani, si pauca quædam minoris momenti excipias, quæ difficultatem patiuntur. Totius rei seriem sic exponit : die Parasceve, feria sexta, tertio nonas Decembris anno 415. cum ipse de more quiescerem in domo baptisterii, ut custodirem vasa Ecclesiastica, hora tertia noctis quasi in extasi semivigilans vidi virum senem, longum, specie venerandum, barbatum, albis vestimentis amictum, & virgam auream in manu tenentem.

Christi An. 415. tem. Venit & stetit ad dexteram meam, & aurea virga pulsavit me, ter vocans, Luciane. Respondi: Quid est Domine? ascende, dic Joanni Hierosolymitano Episcopo: quo usque non aperis nobis, ut per nos aperiat Deus ostium clementiæ suæ? Non tantum sollicitus sum pro me, quantum pro his qui mecum sunt positi sancti, & multi honoris digni: & respondi ei: Quis es tu, Domine, & hi qui una tecum sunt? Et ille: ego sum Gamaliel, qui Paulum enutrivi; qui vero una mecum jacet in Orientali parte monumenti, est Dominus Stephanus, qui lapidibus a Judæis obrutus discessit. Secundus est Nicodemus, qui noctu a Salvatore nostro Jesu Christo res Fidei instructus, & a Petro Joanneque discipulis baptizatus est, quod cum audissent Principes Sacerdotum, ægre tulerunt & densis sic eum verberibus mulctarunt, ut post paucos dies obdormierit; & curavi ut ille ad pedes sancti Stephani, veluti Christi confessor, apponeretur. Tertius qui mecum jacet, est Abibus meus dilectus filius, qui mecum Christi prædicationi credidit. Hic cum ante me dormiisset, purus atque incorruptus in tertia capsa repositus est, in qua & ipse jaceo. Interrogavi eum: ubi vos quæremus? qui dixit: in agro Delagabri, seu virorum Dei. Et evigilavi, & deprecatus sum Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, si hæc visio ex te, & non est illusio, fac ut iterum ac tertio appareat mihi, quando vis, & quomodo vis.

Ibid. Cœpi ergo jejunare usque ad alteram Parasceven, eodemque modo Gamaliel apparuit mihi, dicens: quare neglexisti dicere Episcopo Joanni? & ego respondi: Timui, Domine, mox ire a prima visione, & hæc renuntiare, ne viderer seductor esse. Dixit autem ad me: acquiesce, acquiesce mihi. Expergefactus, gratias egi Deo, & consuetis jejuniis operam dedi usque ad tertiam revelationem. In tertia septimana, eadem die & hora venit Gamaliel comminans, & fremens dixit mihi: Quare usque nunc dissimulasti, & noluisti dicere Episcopo Joanni quæ tibi dicta sunt & ostensa? .... Exurge igitur, & vade, & dic illi, ut aperiat nobis, & faciat locum orationis, ut intercessione nostra misereatur Dominus populo suo. Cum hæc in mentis excessu audivissem, statim expergefactus, benedixi Dominum, & perrexi ad sanctum Joannem Episcopum, qui cum hæc audivisset, lacrymatus est præ gaudio, & dixit: Benedictus Dominus Deus Filius Dei vivi.... vade, fode in ipso agro, & si inveneris, nuntia mihi per Diaconum, ut veniam ad locum, & ita me dimisit .... & cum venissem ad villam, misi præcones, ut omnes habitatores villæ diluculo consurgerent, & foderent in acervo lapidum. Eadem nocte Gamaliel apparuit Nygetio monacho, innocenti & simplici viro, & dixit ad eum: Vade, dic Luciano Presbytero: vane laboras in acervo, modo ibi non sumus, sed in alia parte, quæ est Boran. Diluculo vero consurgens, inveni Nygetium, qui mihi locum indicavit .... & fodientes invenimus tres thecas, secundum quod apparuerat mihi in typo Calathorum.... statim ergo renuntiavi Episcopo Joanni, cum esset in Lydda, quæ est Diospolis, Synodum agens, qui assumpsit secum duos alios Episcopos, Eutonium de Sebaste, & Eleutherium de Hiericho, & venerunt ad locum. Ubi ad S. Stephani thecam ventum est, eamque aperuissent, eadem ipsa hora terræ motus ingens factus est, quasi S. Stephani corpus resiliret & revivisceret: odorque immensus ex illius urna effusus est. Sanatæque sunt illo die animæ tres & septuaginta, quæ ibi convenerant, ex variis morbis: exosculantesque sanctas reliquias, iterum clauserunt; & octavo Kalendas Januarii eas cum psalmis & hymnis portaverunt in sanctam Ecclesiam Sion, derelinquentes nobis de membris ejus parvos articulos, & terram cum pulvere, ubi omnis caro ejus consumpta est. Cumque esset ingens siccitas, eadem hora pluvia magna descendit.

Sozom. l. 9. c. 17. XXI. Iisdem temporibus inventæ sunt in Palæstina reliquiæ D. Zachariæ Pontificis Judæorum, & filii Jojadæ .... Cum sacra capsa aperta fuisset, apparuit divinus Propheta, alba veste indutus, quippe qui Sacerdos etiam fuisset: hic desinit historia Hermiæ Sozomeni Ecclesiastica, libris novem comprehensa, quam author nuncupat Theodosio juniori.

Phot. cod. 30. Incipit autem a consulatu Crispi ejusque fratris Constantini, seu ab anno 321., & progreditur usque ad consulatum Theodosii junioris decimum septimum seu ad annum 439. illius extrema pars desideratur: penultimo enim capite promittit relationem inventionis D. Stephani Proto-Martyris, quæ non extat. Christi An. 415. Decimum septimum igitur libri noni caput, quo continebatur, excidit cum sequentibus, in quibus Theodori Mopsuestiæ res gestas narrare debuit. Est Socrate in scribendo præstantior, a quo etiam in quibusdam narrationibus discrepat. Socrates cum eo publicavit historiam suam, quam, inquit Gregorius Magnus, Sedes Apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur: prætetea in laudes Novatianorum effusior est. Errores illius plurimos emendavit doctior Theodoretus, præsertim in iis quæ spectant res Orientales, quas ipse præsens atque in Oriente vivens diligentius & accuratius assecutus est.

XXII. D. Cyrillus Alexandrinus die vigesimo octavo mensis Junii ejusdem anni sanctorum Cyri & Joannis, qui sub Diocletiano martyrium fecere, reliquias Canopo Manuthen transtulit, ad vici tutelam, & ad fugam dæmonum, quorum hactenus hic fuerat domicilium, perseverante ibidem idololatria. Socrat. l. 7. c. 13. Judæos etiam Alexandria ejecit hanc ob causam: Hieracem humilioris literaturæ magistrum, qui Cyrilli ferventissimus erat auditor, in theatro conspicatus Judæorum populus, confestim exclamavit, non aliam ob causam eum in theatrum venisse, quam ut populum ad seditionem concitaret. Orestes Præfectus, cui jam pridem invisa erat Episcoporum dominatio, correptum Hieracem, publice in theatro tormentis subjecit: Quo cognito Cyrillus Judæorum primates ad se accersit, malumque eis minatur, nisi adversus Christianos tumultuari desinant .... At plebs Judæorum compertis ejusmodi minis, majore adhuc pertinacia exarsit; signo inter se dato, ut unusquisque ipsorum annulum ex cortice surculi palmei gestaret, nocturna pugna Christianos aggredi statuerunt. Quadam igitur nocte viros ad id comparatos mittunt, qui per universas urbis regiones proclament: Ecclesiam, quæ Alexandri dicitur, incendio consumi. Ea re audita Christiani accurrunt, ut ecclesiam servent. Tum Judæi impetu in illos facto cædem faciunt: orto mox die, hujus sceleris authores minime latuerunt. Commotus ea re Cyrillus, cum ingenti multitudine ad Synagogas Judæorum profectus, eas quidem ademit Judæis, ipsos vero urbe expulit, facultates quoque eorum diripi a plebe permittens. Itaque Judæi nudi omnes dispersi sunt. Ex his Adamantius quidam medicinæ professor Constantinopolim profectus, ad Episcopum Atticum confugit, cumque Christianorum Religionem professus fuisset, postmodum Alexandriam reversus, in ea urbe domicilium fixit.

Præfectus Alexandriæ Orestes hoc factum permoleste tulit, proinde rem gestam ad Imperatorem retulit. Ibid. Sed & Cyrillus Judæorum scelera Principi per literas significavit; atque interim reconciliandæ amicitiæ causa internuntios ad Orestem misit, qui cum sermones de amicitia redintegranda minime admitteret, Evangeliorum codicem protulit Cyrillus, ejus reverentia pudorem se Oresti incussurum existimans. Sed cum Orestes ne hac quidem ratione emolliretur, plures ex monachis, qui in Nitriæ montibus habitabant, in urbem veniunt, Præfectum observant in vehiculo procedentem, & contumeliis afficiunt. Quidam ex illis, Ammonius nomine, jacto lapide eum percussit in capite. Ammonium comprehensum cives sistunt Præfecto, qui ex præscripto legum publice tormentis hominem subjiciens, eousque excruciavit, quoad ei vitam ademeret. Cyrillus Ammonii quidem corpus receptum in ecclesia quadam deposuit. Hoc factum infestus Cyrillo invidiose narrat Socrates, cujus ne meminere quidem alii historici.

Alexandrina curia non multo post Theodosii quindecennalium occasione honorariam ad eum miserat legationem. Legati conquesti sunt de Parabolanis, seu de Clericis inferioris ordinis, qui ægrorum curam agebant; eo enim audaciæ jam processerant, ut publicos actus & curiales interventu suo turbarent, & quo vellent etiam verterent. Cod. Theod. lib. 42. Theodosius legem dedit ad eos reprimendos, qua vetat ne se se publicis actibus misceant, eorumque numerum coarctat, atque ut divites eligantur. *Honorii leges* Huic legi postea aliquibus capitibus derogavit, sexcentorum ejusmodi Clericorum electionem Alexandrino permittens Episcopo. Cod. Theod. lib. 21. Si vera narrasset Socrates de Hypatia Theonis Philosophi filia, quæ reliquos sui temporis Philosophos superans, in Platonica schola docebat. Alexandriæ,

CHRISTI AN. 415.

xandriæ, quam, inquit, membratim discerptam combussere Clerici Alexandrini, legati de tam immani scelere non tacuissent, eosque repressisset Imperator. Alia lege militia & administratione, omnique Judicis potestate gentiles arcuit, licet a Constantini Magni temporibus ad hæc usque, & ad militiam, & ad summas Imperii palatiique dignitates admissi fuissent. Demum ecclesiam Constantinopolitanam, dudum igne consumptam, scilicet cum in exilium pulsus est Chrysostomus, en anno Theodosii sumptibus instauratam dedicavit Atticus Episcopus, Idibus Octobris. Honorius vero Paganos & hæreticos intra palatium & inter scholas Palatinas militare prohibuit. Omnia etiam loca, quæ sacris error veterum deputavit, secundum Gratiani constituta, Fisco jussit sociari.

Marcel. Chron.

Cod. Theod. lib. 20.

XXIII. Interea Paulus & Eutropius Episcopi Gallicani Augustino detulere librum Cælestii, postulantes ut ejus sophismata dissolveret. In eo probare nitebatur hominem hic posse esse sine peccato, præsertim quia id Deus præcepit, ejusque mandata non sunt impossibilia. Cælestii sexdecim rationes, in opere de perfectione justitiæ, brevibus responsis dissolvit Augustinus, ostenditque perfectionem justitiæ, seu mandatorum observationem absque peccato naturæ vitiatæ viribus non esse possibilem, sed tantum auxilio gratiæ medicinalis, qua sanati possumus, & Deus vult nos esse sine peccato .... Sed, inquit, tunc erit plena justitia, quando plena sanitas: tunc plena sanitas, quando plena charitas: tunc autem plena charitas, quando videbimus eum sicuti est. Neque enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides pervenerit ad visionem. In hac enim mortali vita, quemadmodum docet Tridentina Synodus, quantumvis sancti & justi in levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadunt; anathemaque dicit affirmanti hominem justificatum posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio. Quo sensu, quærenti Cælestio, per quid efficitur homo cum peccato, respondet Augustinus: " Per arbitrii libertatem factum, ut esset homo cum peccato; sed jam pœnalis vitiositas subsecuta, ea libertate fecit necessitatem. „ Nempe homo gratia destitutus peccet necesse est, succumbatque dæmonum & concupiscentiæ tentationibus; sibi enim relictus diu stare non potest. " Nam, inquit Augustinus, si per seipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christus gratis mortuus est: non autem gratis Christus mortuus est: non igitur potest homo esse sine peccato, etiamsi velit, nisi adjuvetur gratia Dei per Jesum Christum Dominum. „ Sicque confutat Cælestium, qui contendebat hominem posse esse sine peccato, si velit, quia res est liberi arbitrii, & mandata Dei sunt possibilia.

Augustini liber de perfectione justitiæ.

Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. Ib. c. 23. Aug. l. de perfect. just. c. 4.

XXIV. Pelagii vero defensionem suscepit Annianus Diaconus Celedensis, utriusque linguæ latinæ & græcæ peritus, hinc apud suos sectarios in magna æstimatione habebatur. Pelagii lateri adhærens in Asiam se contulit, suamque operam ei contulit. Reversus in Italiam, Hieronymi epistolam ad Ctesiphontem editis libris impugnavit, qui quidem periere: quidquid autem in Synodo Diospolitana dixisse se negavit Pelagius, in eo opere profitebatur. Pelagii dictus est armiger, quia cum in lingua latina minus exercitatus esset Pelagius, Anniano Rhetore utebatur, qui sub verborum lenocinio hæresim auditoribus facilius instillaret. D. Chrysostomi plures homilias in latinum sermonem vertit: Pelagiani enim ne omni prorsus veterum Patrum præsidio destituti viderentur, S. Chrysostomi laciniis male consutis sese occultare conabantur. Ex illis quindecim nunc supersunt, octo scilicet priores in Matthæum, quibus præfigitur, epistola ad Orontium Episcopum Pelagianum, & septem de laudibus Pauli, Evangelio ejusdem sectæ Presbytero dedicatæ. Utraque Epistola non tantum conviciis in Catholicos, & præsertim in Augustinum, quem ob peccatum Originale defensum Traducianum vocat, sed etiam sententiis artibusque Pelagianorum referta est, scilicet laudibus naturæ humanæ, liberi arbitrii, ac possibilitatis mandatorum exaggeratione.

Hieron. epist. apud Aug. 202. alias 114. Oros. Apolog. C. 2.

XXV. Theodorus quoque Mopsuestiæ in Cilicia Episcopus, hæresis Pelagianæ primus author, quinque libros adversus originalis peccati assertores edidit inscripsitque contra asserentes peccare homines natura, non voluntate. Invehitur imprimis in Hieronymum, quem corrupto nomine appellat Haram, sed quibusdam caracteribus satis indicat: eique exprobrat quod quintum Evangelium confecerit, sed calumnia est. In dialogis adversus Pelagianos fragmentum Evangelii Nazaræorum, quod viderat in Cæsariensi Bibliotheca, refert, non ad authoritatem, sed ad antiquitatem. Augustini quoque libros adversus Pelagium & Cælestium tunc editos oppugnat, originale peccatum & puerorum baptismum in peccatorum remissionem ei objicit velut errores; sed falso imputat quod docuerit ad propriæ opinionis confirmationem .... Neminem, ne Christum quidem Deum, assumpta nimirum peccatis infecta natura, sceleris purum esse .... Matrimonium, omniaque similia, quibus successione genus humanum propagatur, esse opera perversæ naturæ, in quam per peccatum lapsus Adam, naturæ mox vitio malorum omnium examen in se susceperit. Hæc duo postrema capitula Catholicis calumniose afficta postea demonstravit Augustinus. Ex his Theodori libris excerpta quædam prorsus Pelagiana refert Marius Mercator, quæ in Vaticana Bibliotheca reperta typis edidit Eminentissimus Cardinalis de Noris.

Mercat. commonit.

CHRISTI AN. 415.

Phot. cod. 177.

de Noris hist. Pelag. l. 1. c. 9.

XXVI. Porphirio Antiocheni Episcopo viro prudentissimo, qui multa benignitatis monumenta reliquerat, successit Alexander, qui cum ante Episcopatum vixisset in monasterio, & diutissime illic se se exercuisset, egregius athleta evasit, sermone auditores docens, & sermonem vita confirmans: arctioris enim vitæ instituto, studio sapientiæ, opum contemptu, aliisque innumeris dotibus excelluit. Hic Eustathianos, quos olim Paulinus, & post illum Evagrius conjungi reliquis haud quaquam permiserant, blanda verborum persuasione, crebrisque exhortationibus alliciens, Ecclesiæ corpori sociavit, & festivitatem ejusmodi instituit, cujusmodi nemo unquam vidit mortalium; collectis enim omnibus, qui eamdem cum ipso doctrinam fidei sequebantur, tam clericis, quam laicis, ad illorum conventum perrexit. Cumque illos psallentes adsumpsisset, & unum Psalmodiæ concentum texuisset, a portula quæ ad occidentalem solem obversa est, usque ad maximam ecclesiam, totum forum hominibus complevit. Quæ cum viderent Judæi, & Ariana labe maculati, & qui ex gentilibus adhuc supererant admodum pauci, gemebant ac lamentabantur; finitam quippe videbant inter Catholicos dissensionem, quæ annos octoginta quinque permansit. Hac pace constituta, majus opus movit Alexander, Romanæque Ecclesiæ & Antiochenæ communionem redintegrare voluit, atque perfecit. Itaque missa legatione hæc læta significat Innocentio. Papa vero rescripsit: " Quam grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater carissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum Diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Salutem itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, Ecclesiam. „ Legatis vero suis mandavit Pontifex, iis conditionibus pacem communionemque sancirent, ut Evagrianos clericos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant, susciperet; & Joannis sanctæ memoriæ vel clericos, vel laicos in unum colligeret atque congregaret, ac nomen ipsius Joannis inter quiescentes Episcopos recitaret: his conditionibus acquiescens Alexander, omnium primus D. Chrysostomi nomen Ecclesiasticis tabulis inscripsit. Pappum & Elpidium Episcopos Chrysostomi causa Ecclesiis suis pulsos revocavit, & sedibus suis restituit; permovit Acacium Berœensem, ut Papæ de pace scriberet.

Theod. hist. l. 5. c. 35.

Antiochenum schisma cessat.

Innocent. I. epist. 15. concil. nov. edit. tom. 1.

Innocent. I. epist. 14. Theod. hist. l. 5. c. 35.

Eorum omnium ubi primum certior factus est Innocentius, sequentes ad eum dedit litteras. " Ex totum pietate ac patientia gestum cognovimus, ut in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitutum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator existens eam requisitam inveneris, & repertam summa charitate tenueris ... multum in gestis sollicitus inquisivi, utrum omnibus esset conditionibus satisfactum, in causa beati & vere Deo digni sacerdotis Joannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratia agens Domino, communionem Ecclesiæ

Innocent. I. epist. 17.

vestræ

CHRISTI AN. 415.

vestræ ita recepi, ut præ me feram, Apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse cæteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo de cætero titillamento, vel levi cujusquam contentionis pudore pulsetur. Scripta autem Acacii Episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus; ne per vestram injuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur, & tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri, ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur seni favore vestro nostroque judicio communionis atque literarum a nobis gratia propagata. „ Subscripserunt viginti Episcopi Italiæ.

Innocen. I. epist. 19.

Acacius Berœensis postquam se præscripta perfecisse significavit, communionis literas ei per Alexandrum misit Innocentius videlicet " Ut si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio tam de nomine sancti Joannis miraodi Episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias literas, frater charissime: modo, ut omnia quæ his actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alesandrum ore proprio, ut communicantem convenit, fatearis. „ Bonifacio Presbytero suo apud Imperatorem Apocrisiario ejusdem pacis conditiones paucis exposuit Innocentius " Omnia vero, inquit, harum scilicet portator literarum dilectioni tuæ poterit enarrare: ut & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus intervenire consueverunt „ Ex quibus liquet de communione cum sede Apostolica pro se suisque per sequestros egisse Atticum Constantinopolitanum.

Inno-cent. I. epist. 24.

Ibid. Inno-cent. I. epist. 18. *Antiochensis Ecclesiæ prærogativa.*

XXVII. Pace confirmata, Alesandro de quibusdam quæstionibus consulenti sic respondit Innocentius: " Revolventes, inquit, authoritatem Nicænæ Synodi .... quæ censuit de Antiochena Ecclesia, cunctis fidelibus, ne dicerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam provinciam, recognoscimus constitutam (diœcesis autem tunc plures ecclesiasticas provincias complectebatur) unde advertimus, non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima Petri Apostoli sedes esse monstretur: ubi & nomen accepit religio Christiana .... quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, illa susceptum apud se, consummatumque gauderet? Itaque arbitramur, frater charissime, ut sicut Metropolitanos authoritate ordinas singulari; sic & cæteros, non sine permissu conscientiaque tua finas Episcopos procreari: in quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos, literis datis, ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire. „ Secundo monet quod non oportet secundum constituta Imperatorum, duos fieri Metropolitanos Episcopos. Quam sapienter id statuerit, docuit experientia: multiplicatis enim postea Metropolitanis, cum dignitatis imminutione concidit eorum authoritas, sicque periit prior disciplina Ecclesiæ. Tum addit. Cyprios sane asseris, olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos Canones in ordinandis sibi Episcopis, & usque adhuc habere præsumptum, ut suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, ut curent juxta Canonum fidem, Fidem Catholicam sapere, atque unum cum cæteris sentire Provinciis. Cyprii igitur antea Antiocheno Patriarchæ subditi, Antiochiæ diu dominantibus Arianis sensim se subduxere jurisdictioni, quos ad obedientiam redire hortatus est Innocentius. Tertio. Vetuit ne in suis officiis reciperentur Arianorum Clerici. Denique concludit: Gravitas tua hæc ad notitiam Episcoporum, vel per Synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat pervenire: ut ea quæ ipse tam necessario percontatus es, & nos tam elimate respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.

Attic. epist. ad Cyril. tom. 5. Innoc. I. epist. 16.

XXVIII. Alexander Ecclesiam Græcam Latinæ reconciliare studens, nec labori parcens venit Constantinopolim. Atticum hortatus est suum imitaretur exemplum: sed ei non persuasit. Quapropter Attico communionem suam non restituit Innocentius, quantumvis eum deprecaretur Maximianus Episcopus Chrysostomi amicus. Alexander post annos octo Episcopatus diem extremum obiit. Successorem habuit Theodotum, virum singulari mansuetudine, & exacta vivendi ratione conspicuum. Hic Apollinaris sectatores reliquo gregi adjunxit: multi tamen eorum, pristini erroris haud obscuram notam retinuerunt. Chrysostomi vero nomen nonnisi coactus a populo in fastos retulit: veritus ne id ægre ferret Atticus, apud eum, quod necessitate fecerat, per Acacii literas excusavit. Presbyter vero qui literas ad eum pertulit, causam adventus sui indicans, rem hanc in vulgus urbis Constantinopolitanæ propalavit, & sententiam datæ epistolæ populo vulgavit, adeo ut parum abfuerit, quin tumultu plebis universa urbs repleta sit. Atticus perturbatus, & de rebus maximis discrimen veritus, Imperatorem adit, & cum eo de tranquillo rerum statu agit: atque ille nihil esse periculi aut incommodi respondit, si defuncti viri nomen tranquillitatis, pacis & concordiæ gratia inferiberetur. Atticus ea re persuasus, Joannis Chrysostomi nomen in fastos retulit, anno quadringentesimo decimo nono, hæcque scripsit D. Cyrillo Alexandrino, qui factum Attici graviter tulit, ne Joannis restitutione Theophili sui avunculi memoris lædi videretur. Itaque rescripsit: " Joannem inter Sacerdotes non posse censeri, cui Sacerdotalis dignitas abrogata sit: plus restitutioni huic mali inesse, quam boni; Constantinopoli neminem Chrysostomi causa vitare conventus ecclesiasticos: proceres omnes dictis ipsius obedientes esse. Ecclesia vero ejici omnem Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim. „ Hæ quippe Provinciæ Chrysostomum legitime depositum pro certo habebant: servandum honorem Acacio, nec e gradu dejiciendum. Sententiam tamen paulo post mutavit hortante Isidoro Pelusiensi Abbate Presbytero, atque ut ille monuerat, Ecclesiæ paci potius quam avunculi sui inimicitiis consulens, D. Chrysostomi nomen sacris diptychis inscripsit, ejusque Diœcesis cum Romana Ecclesia communicavit.

CHRISTI AN. 415. Theod. hist. l. 5. cap. 38. *Chrysostomi memoria restituta.* Attic. epist. ad Cyril. tom. 3. Niceph. lib. 14. cap. 26. Theophan. Cyril. epist. ad Attic. tom. 5.

L. 1. ep.

Phot. Biblioth. pag. 187.

XXIX. Ataulfus Gothorum Rex occupata in Hispaniis Catalaunia, cum vicina parte Galliarum anno quadringentesimo duodecimo regnum fundavit Gothicum, Placidiamque Honorii sororem duxit uxorem, cui inter alia nuptiarum munera donavit quinquaginta formosos pueros serica veste indutos, ferentibus singulis utraque manu ingentes discos binos, quorum alter auro plenus, alter lapillis pretiosis, quæ ex urbis Romæ direptione Gothi deprædati fuerant. Interficitur deinde Ataulphus, anno quadringentesimo decimo quinto, dum equos suos in stabulo de more contemplatur, a Gotho quodam ejus domestico, Dobbii nomine, cum hanc veteris odii vindicandi occasionem ille captasset; hujus enim prior Dominus Gothicæ partis Rex fuerat ab Ataulpho e medio sublatus. Ataulphi regno successit Vallia, qui cum Romanis pace sancita, Placidiam honorifice remisit, quam postea Constantio viro Patricio & Duci fortissimo de Republica & de se optime merito nubere cogit; ex eo matrimonio post tres annos natus est Valentinianus Honorii successor. Constantius ejus pater ab Honorio assumptus Imperii collega pene repugnans constituitur. Placidia quoque a fratre & marito Augusta dicta est, anno 421. Constantius septimo Imperii mense pleuritide extinctus est.

CHRISTI AN. 416.

Apud August. ep. 172. alias 30.

XXX. Paulus Orosius anno quadringentesimo decimo sexto e Palæstina solvens, & S. Stephani Proto-Martyris reliquias secum deferens venit Carthaginem; varias etiam attulit literas, primo: Hieronymi ad Augustinum. Ubi quidem, quod ejus duabus quæstionibus, nimirum de anima & de epistola Jacobi, non responderit, se temporum infelicitate excusat, suosque ei mittit dialogos adversus Pelagianos, quos in literis ad Oceanum statim datis laudat Augustinus. Secundo. Erotis & Lazari Gallorum Episcoporum, quibus Pelagium & Cælestium nefarii prorsus erroris arguebant, atque in Synodis Jerosolymitana & Diospolitana gesta narrabant, quæ præsens viderat Orosius, & quomodo Pelagius per fraudem absolutus palam ageret Jerosolymæ multos decipiens, quamvis sagacissimi quique, ac præsertim Hieronymus ei resisterent. Has obtulit Africæ Proconsularis Episcopis, quorum octo & sexaginta tunc Carthaginem de more convenerant ad solemnem Synodum. Illi recitatis Erotis & Lazari literis, acta Synodi Carthaginensis, quæ ante quinque annos damnarat Cælestium, legi jusserunt; sequentem vero Synodicam dederunt ad Papam Innocentium, sententiæ suæ in

Apud August. ep. 175. alias 90.

Cœle-

Christi An. 416.

Afri Innocentio scribunt adversus Pelag.

Cœlestium confirmationem postulantes: " Communi deliberatione censuimus, hujusmodi persuasionis authores, quamvis & ad Presbyterium idem Cœlestius postea pervenisse dicatur, nisi hæc apertissime anathematizaverint, ipsos anathematisari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui ab eis decepti sunt, vel decipi possunt, cognita sententia, quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum, Domine frater, sanctæ ebnritati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ Sedis adhibeatur authoritas, pro tuenda salute multorum & quorumdam perversitate etiam corrigenda. „ Tum Pelagii errorem circa gratiæ interioris necessitatem ad salutariter operandum referunt atque confutant. Hisque subjiciunt: " Si ergo Pelagius Episcopalibus gestis, quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tuæ Venerationi juste visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ jam multos assertores habet per diversa dispersos, etiam authoritate Apostolicæ Sedis anathematizanda est... sed multi qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, hæc mala, quibus fundamenta Christianæ Fidei conantur evertere, quacumque possunt, affirmare non cessant. Unde etiamsi Pelagius Cœlestiusque correcti sunt, vel se ista numquam sensisse dicunt, & quæcumque scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negant, nec est quemadmodum de mendacio convincantur: generaliter tamen quicumque dogmatizat & affirmat, humanam sibi ad vitanda peccata, & Dei mandata facienda sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ Sanctorum evidentius orationibus declaratur, adversarius invenitur, & quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quæcumque autem alia eis objiciuntur, non dubitamus venerationem tuam, cum gesta episcopalia perspexerit, quæ in Oriente in eadem causa confecta dicuntur, id judicaturam unde omnes in Dei misericordia gaudeamus. „ His primus subscripsit Aurelius Carthaginensis, tum reliqui, ac subjecere decreta suæ Synodi, & prioris Carthaginensis, quæ Cœlestium damnaverat, Erotisque & Lazari literas.

Synodus Milevitana. Apud August. ep. 176. alias 92.

XXXI. Carthaginensem Synodum excepit Milevitana. Sexaginta Episcopi Numidiæ, quos inter aderat Augustinus, Milevi congregati, Præside Sylvano Zumnensi eorum Primate, Patrum Carthaginensium exemplum secuti, scripsere Innocentio de cohibendis Pelagianis hæreticis. Eorum erroribus circa gratiam, & parvulorum baptismum expositis addunt: Ut ergo alia omittamus, quæ contra sacras Scripturas plurima disserunt; hæc interim duo, quibus omnino totum quod Christiani sumus, nituntur evertere; non esse rogandum Deum, ut contra peccati malum atque ad operandam justitiam sit noster adjutor, & non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ Sacramentum; hæc insinuantes Apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum proculdubio te ita permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum eos sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis. „ Nonnulli collectores huic Synodo tribuunt viginti septem Canones; sed octo priores adversus errores Pelagii pertinent ad sequens generale Concilium Carthaginense; reliqui vero de disciplina sunt Africani concilii habiti circa annum 407. quemadmodum certo constat ex codice Canonum Africanæ Ecclesiæ. Præterea, ut observant peritissimi Critici, Milevitani Patres duos tantum Pelagii errores accusant in sua Synodica: qui ergo octo illius articulos totidem Canonibus damnassent? Iidem Papæ scribunt: Pelagium & Cœlestium quidem in Ecclesia sanari malumus, quam desperata salute ab Ecclesia resecari: non igitur eos tunc anathematizarunt. His Canonibus præmissa præfatio collectorum errorem evidenter coarguit; sic enim habet. Gloriosissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis Consulibus... Cum Aurelius Carthaginensis Ecclesiæ Episcopus in universali Concilio consedisset. Profecto jam dudum diem extremum obierat Arcadius cum hæc secunda Synodus Milevitana celebrata est, cui non interfuit Aurelius Carthaginensis, ut constat ex ejus Synodica. Utriusque Synodi epistolam Romam pertulit Julius Episcopus Africanus.

Christi An. 416.

Apud August. ep. 177. alias 95.

Præterea quinque Præsules Africani, scilicet Aurelius, Alypius, Augustinus, Evodius, ac Possidius familiarem epistolam communi nomine scripsere Innocentio, cui totam Pelagii causam sic enucleatius exponunt. Audivimus esse in urbe Roma, ubi ille diu vixit, nonnullos qui diversis causis ei faveant, quidam scilicet, quia eis talia persuasisse perhibetur. Plures vero, qui eum talia sentire non credunt: præsertim quia in Oriente ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse jactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidem si Episcopi eum Catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia se dixit Dei gratiam confiteri, & ita posse hominem suo labore ac voluntate juste vivere, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, Catholici Antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueverunt .... nam si intellexissent illi Episcopi eam illum dicere gratiam, quam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus; negare vero eam, qua Christiani & filii Dei sumus; quis eum patienter Catholicorum Sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Non agitur de uno Pelagio, qui jam forte correctus est, quod utinam ita sit: sed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas velut vinctas trahentibus, firmas autem & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, usquequaque jam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accitendus est Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, qua fateatur; si tamen jam fateatur, ad non peccandum justeque vivendum homines adjuvari; aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum. Et cum inventus fuerit hanc dicere, quam docet Ecclesiastica & Apostolica veritas ..... absolvendus est .... sive enim gratiam dixerit esse liberum arbitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum, sive gratiam esse legis præceptum, nihil eorum dicit, quæ per subministrationem sancti Spiritus pertinent ad concupiscentias, tentationesque vincendas ...... hanc ille confiteatur, & tum gaudebimus sive rectum, sive correctum ...... Misimus reverentiæ vestræ librum Pelagii, quem ad nos miserunt Timasius & Jacobus, & quod ei responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, ubi petimus inspicere non graveris, quemadmodum sibi objecta quæstione, quod gratiam Dei negaret, ita respondit ut eam esse non diceret, nisi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus, anathematizet ea, & illam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat ... Si enim cognoverint eumdem librum, quem illius vel putant esse, vel norunt, Episcoporum Catholicorum authoritate, & maxime sanctitatis tuæ, quam apud eum esse majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematizatum atque damnatum, non eos ulterius existimamus ausuros, loquendo contra gratiam Dei, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare ...... Unde & ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem per quemdam Orientalem Diaconum, civem autem Hipponensem tanquam purgationis suæ quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credimus dirigendam, melius judicantes & petentes, ut eam ei mittere ipse digneris; sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit, attendens. „

Aug. de gest. Pelag. c. 3.

Pelagii fraus impia.

XXXII. Pelagius post Synodum Diospolitanam factus audacior, amicis scripserat: Quatuordecim Episcoporum sententia definitio nostra comprobata est, qua diximus, posse hominem sine peccato esse, & Dei mandata facile custodire, si velit: quæ sententia contradictionis os confusione perfudit, & omne in malum conspirantem societatem ad invicem separavit. Hic fraudulenter inserta voce, facile, quæ in actis Synodi non legitur, & gratia divina silentio prætermissa, errorem suum redintegrat. Brevissimum etiam suæ defensionis Synodo approbatæ exemplum per Charum Diaconum transmisit ad Augustinum, qui hanc ejus confutavit apologiam, & postea cognovit, quod aliter se haberet, quam gestis episcopalibus contineretur. Quapropter curaverat ne acta Synodi propere publicarentur, ne fraus ejus deprehenderetur: sed adversus Hieronymum imprimis debacchatus Pelagius scripsit quatuor libros de

Ib. c. 3.

libero

CHRISTI AN. 416. libero arbitrio, in quibus & peccatum originale, interiorisque gratiæ necessitatem ad juste vivendum Aug. l. 2. de pecc. orig. c. 13. & 14. negabat, & de gestis Palæstinæ Synodi gloriabatur.

In tertio libro de mandatorum observatione disputans, quam esse nobis facilem docebat, sic loqui- Aug. l. de gratia Christi C. 4. tur: Si ista tria distinguimus, & certum velut in ordinem digesta partimur, primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse; posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus: primum illud, id est, posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit: duo vero reliqua; hoc Pelagii doctrina. est, velle & esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est: imo & hominis, & Dei, qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit, quique ipsam possibilitatem gratiæ suæ adjuvat semper auxilio. Quod vero potest homo velle bonum, atque perficere, solius Dei est: potest itaque illud unum esse, etiamsi duo ista non fuerint; ista vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere, nec actionem: nullo autem modo possum non habere possibilitatem boni...... Quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat. Quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est: quia hæc omnia vertere in malum etiam possumus. Unde eum dicimus hominem posse esse sine peccato, & confessione possibilitatis acceptæ laudamus Deum, qui nobis hoc posse largitus est; nec est ibi ulla laudandi hominis occasio, ubi solius Dei causa tractatur: non enim de valle, nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse, differitur. " Ecce, inquit Augustinus, totum dogma Pelagii... ut quandocumque legimus, vel audimus, divinæ gratiæ adjutorium confiteri, ut a malo declinemus, bonumque faciamus, sive in lege atque doctrina, sive ubilibet constituat, sciamus quid loquitur.... Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem divino adjuvari credit auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis atque operis.... ut scilicet in voluntate & actione non ideo laus sit & Dei, & hominis, quia sic vult homo, ut tamen ejus voluntati Deus ardorem dilectionis inspiret, & sic operatur homo, ut tamen Deus cooperetur, sine cujus adjutorio quid est homo? sed ideo ad hanc laudem adjunxit & Deum, quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle & agere possemus, nec vellemus, nec ageremus. Hanc autem naturalem possibilitatem, quod adjuvari Dei gratia confitetur, non est hic apertum, vel quam dicat gratiam, vel quatenus ea naturam sentiat adjuvari: sed sicut aliis locis, in quibus evidentius loquitur, intelligi potest, non vult aliud accipi, quam legem atque doctrinam, qua naturalis possibilitas adjuvetur. „ Idque confirmat variis Pelagii textibus. Augustinus igitur tria in hac Pelagii doctrina reprehendit. Primo, quod eatenus Deo bonum opus tribuat, quia illius possibilitatem seu naturam liberam & boni capacem dedit. Secundo, quod admittat tantum gratias exteriores, quæ demonstrent quid agere debeamus, non autem interiores, quibus Deus donet & adjuvet ut agamus. Hinc solam possibilitatem adjuvari dicebat Pelagius, quia les & doctrina, & exemplum Christi, quæ nomine gratiæ designabat, solam boni cognitionem tribuunt. Tertio, quod aperte negabat adjutorium, quo Deus, eum bene volumus & agimus, operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate, quemadmodum ad Philip. 2. docet Apostolus, & post eum omnes scholæ Catholicæ, quæ cum Augustino firmiter tenent, hominem sic operari bonum, ut Deus tamen cooperetur, sine cujus auxilio præveniente nihil potest homo.

August. ep. 179. alias 252. XXXIII. Joannes Jerosolymitanus Pelagio favebat: quamvis igitur prioribus suis literis nullum ab eo responsum accepisset Augustinus, nactus quemdam Lucam Dei servum, in Palæstinam proficiscentem, ac inde brevi reversurum, secundam ad eum dedit epistolam, in qua Pelagii fraudes & errores retegit, simulque ipsius Hæresiarchæ librum de naturu mittit, illiusque confutationem in suo opere de natura & gratia, vicissim petit ad se trasmittere, quibus perhibetur esse purgatus Pelagius, Ecclesiastica gesta dignetur. Quod, inquit, ex multorum Episcoporum desiderio peto, quos mecum de hac re fama incerta perturbat. Tunc homines perditi Pela- CHRISTI AN. 416. gio faventes in Hieronymi monasterium irruunt, Deique servos & ancillas ad ejus curam pertinentes sceleratissima cæde afficiunt. Diaconus occiditur, Aug. de gest. Pel. in fine. ædificia incenduntur, vix ipsum Hieronymum ab impetu impiorum turris munitior tuetur. Sanctæ virgines Eustochio, & Paulæ ejus nepti extrema omnia igne & ferro intentantur, direpta eorum supellectile domestica, trucidatisque eorum domesticis, vix ipsæ fuga evaserant. Hieronymus & Eustochium querelas suas detulere ad Papam Innocentium, tanti facinoris Innoc. I. epist. 32. authoris nomine suppresso. Pontifex tot scelerum artificem facile suspicatus, Joannem Hierosolymitanum literis increpat, quod tanto malo nec curam, nec remedium, nec solatium attulerit: monet, det operam ut ista contingantur vel retundantur, ne jus, inquit, Ecclesiasticum de labefactatis causis eum, qui non defenderit, præstare compellat. Hierony- Innoc. I. epist. 33. mum vero literis consolatus est..... hæc uddens: " Si depositis apertam manifestamque in homines Concil. tom. 1. aliquos accusationem, aut judices competentes tri- nov. ed. buam: aut si quid urgentius sollicitiusque a nobis &tom 2. fieri potest, non retardabo. „ Hinc elucet Romani Lab. Pontificis authoritas, qui sceleris in Ecclesia Patriarchali admissi cognitores delegare potuerit. Sed priusquam in Palæstinam pervenient illæ literæ, Joannes post triginta sedis annos morte raptus est ad Dei tribunal, de gestis in causa Origenistarum & Pelagianorum rationem redditurus; sed fortassis jam ægritudine correptus his malis occurrere vel mederi non potuit. Theodoretus enim ait, post admirandum Joannem, Praylus Ecclesiæ Jerosolymorum curam suscepit per annos tredecim.

XXXIV. Hoc eodem anno quadringentesimo de- Innocentii decretalis ad Eugubin. Ibid. cimo sexto plures decretales dedit Innocentius. Prima est ad Decentium Episcopum Eugubinum: " Si Ecclesiasticu, inquit, ut sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent servare Domini Sacerdotes, nulla adversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel Ecclesiis aut teneri, aut celebrari videntur: ac fit scandalum populis, qui dum nesciunt traditiones antiquas humanu præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesias non convenire, aut ab Apostolis vel Apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat, aut non advertat, id quod a Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum. „ Deinde statuit primo, ne pacis osculum Confirmationis Sacramentum, ejus minister. detur ante confecta mysteria. Secundo. Ne fidelium nomina recitentur priusquam Deo eorum oblationes offerantur. Tertio. Ne baptizati a Presbyteris confirmationis Sacramentum accipiant, sed ab Episcopo. De consignandis infantibus. " Manifestum est, inquit, non ab alio quam Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis deberi, ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit, Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum, nam Presbyteris, seu extra Episcopum, seu præsente Episcopo baptizant, Chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.... „ Igitur mysteriorum secretum adhuc perseverabat. Quarto. Ut omni Sabbato jejunetur, sicut feria sexta, quia illo biduo in mœrore fuerunt Apostoli.

" Quinto. De fermento vero, inquit, quod Fermentum in die Dominico, per titulos mittimus, superflue dem ac Eucharistia. Ibid. nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia ipso die propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per Acolytos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos. Quod per parochias fieri debere

non

CHRISTI An. 416.

non puto, quia nec longe portanda sunt Sacramenta: nec nos per cœmeteria diversa constitutis Presbyteris destinamus, cum Presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam. „ Fermenti nomina hic designari Eucharistiam longa probabilius est. Papa enim dicit, illud se non mittere extra urbem ad parochias, quia non longa portanda sunt Sacramenta. Quid autam esset periculi, si eulogiæ vel panis benedictus longius deferretur, cum sciamus D. Augustinum elogias ex Africa misisse ad Paulinum Nolanum. Eucharistia vero dicebatur fermentum, non quod ex pane fermentato conficeretur, sed ob mysticam rationem; pars enim illa panis Eucharistici Ecclesiis ad quas mittebatur, fermenti vicem gerebat; quippe sequenti sacrificio miscebatur, eratque signum sensibila tum unionis inter fideles, qui sic Episcopo suo tanquam capiti communicabant; tum unitatis sacrificii, quo constaret eamdem esse Christi Corporis oblationem.

Ibid.

" Septimo. De pœnitentibus, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum, Sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis: ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat. „ " Octavo. Adjecit etiam filius meus Cælestinus Diaconus in epistola sua, esse a tua dilectione positum, illud quod in beati Apostoli Jacobi epistola conscriptum est: Si infirmus aliquis in vobis est, vocet Presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in Nomine Domini: & oratio Fidei salvabit laborantem, & suscitabit illum Dominus: & si peccata fecit, remittet ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo Chrismatis perungi possunt, quo ab Episcopo confecto non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet, in sua aut suorum necessitate in ungendo . . . . „ infra addit: " Pœnitentibus illud infundi non potest, quia genus est Sacramenti. „ En extremæ unctionis Sacramentum, cujus ministri sunt Presbyteri, Scripturæ & traditionis authoritate confirmatum. Data est 14. Kalendas Aprilis Theodosio Augusto septimum, & Palladio Consulibus.

Extremæ unctionis Sacramentum.

XXXV. Receptis etiam Africanorum Episcoporum tribus de Pelagio literis, rescripsit singulis, & primo quidem Aurelio, & Episcopis Concilii Carthaginensis, quos laudat, quod Pelagium & Cælestium damnaverint, exhibentesque Sedi Apostolicæ debitam reverentiam, hanc causam toti Ecclesiæ communem ad ejus judicium pro more retulerint, eorumque sententiam confirmat. " Antiquæ traditionis exempla servastis, inquit . . . ut qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid debeatur Apostolicæ Sedi: cum omnes hoc loco positi, ipsum sequi desideremus Apostolum, a quo ipse Episcopatus & tota authoritas nominis hujus emersit. Quem sequentes tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda. Vel id vero quod Patrum instituta Sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid, quamvis de disjunctis remotisque Provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad ejus Sedis notitiam pervenirent: ut tota hujus authoritate justa quæ fuerit pronuntiatio firmaretur . . . Quisquis ergo assentiens videtur esse sententiæ, qua dicat, adjutorio nobis non opus esse divino, inimicum se Catholicæ Fidei, & Dei beneficiis profitetur ingratum, nec nostra communione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt . . . separetur ergo a sano corpore vulnus insanum. „ Hos vero nominatim appellat in rescripto ad Concilium Milavitanum: Quare Pelagium, Cælestium, id est, inventores vocum novarum, quæ, sicut dicit Apostolus, ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consueverunt parere quæstiones, Ecclesiastica communione privari, Apostolici vigoris authoritate censemus: donec resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur: simul autem præcipimus, ut quicumque id pertinacia simili defensare nituntur, par eos vindicta constringat.

Ibid. August. ep. 181. alias 91.

Afrorum judicium confirmat Innocentius.

Ibid. & apud August. ep. 182. alias 93.

ad Gal. i.

Quinque vero Episcoporum literis respondit, nescire se, an in urbe sint, qui Pelagii doctrinæ faveant, eum si sunt, lateant, nec audeant talia jactare. Quod attinet ad purgationem Pelagii in Oriente factam, ait: " Nobis nec persuaderi potest eum esse purgatum, quamvis ad nos a nescio quibus laicis sint gesta perlata, quibus ille & auditum se crederet & absolutum: quæ utrum vera sint, dubitamus . . . quod sub nulla illius Concilii prosecutione venerunt . . . verum cum sint aliqua in ipsis postea gestis, quæ objecta partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis, quam vera ratione, ut ad tempus videri poterat, purgavit, alia negando, alia falsa interpretationa vertendo . . . Unde non possumus illorum nec probare nec culpare judicium, cum nesciamus utrum vera sint gesta; aut si vera sunt, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. „ Et infra: " Librum sane, qui ejus esse dicebatur, nobis a vestra charitate transmissum, evolvimus; in quo multa blasphema, nihil quod placeret, nihil quod non penitus displiceret, a quovis damnandum atque calcandum. „ Has literas, decretum Occidentalium & Orientalium Ecclesiis adversus Pelagium datum dixit Gennadius: Alterius vero decreti vel constituti nullum apud Augustinum extat indicium: noluit autem Pelagium avocare Romam, aut cum eo per literas agere, ut monebant quinque Episcopi, sed suo ipsius libro convictum communiona privavit. Si quis, inquit, nefas putabit, & alienum a judiciorum ordine, inauditum hominem damnare: expendat veterem usum, ac inveniet sceleris alicujus, homicidii puta, per testes convictum, statim communione abstentum, nulla admonitione prævia, qua vocaretur ad se purgandum; ut censura illa coactus ad Episcopum accederet, aut innocentiam probaturus, aut confessione crimen agnoscens, beneficium pœnitentiæ petiturus. Quod tanto accuratius observandum erat in hæreseos crimine, quanto diligentius est huic morbo occurrendum. Recte itaque & juxta vetustum illum morem subjungit Innocentius de Pelagio loquens in iisdem literis: " Qui si confidit, noviique non nostra dignum esse damnationa, quod dicat jam hoc totum se refutasse, quod dixerat; non a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, ut possit absolvi. „ Hæc tria rescripta data sexto Kalendas Februarii Honorio Augusto & Constantio consulibus, seu anno quadringentesimo decimo septimo cum vidisset Augustinus, habuit sermonem apud populum Carthaginensem, cujus hæc verba summe laudarunt Gallicani Episcopi: " Jam de hac causa duo Concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est; utinam aliquando finiatur error. „ Nec exspectandum putavit, ut de omnium fere Episcoporum suffragio juridice dato constaret, ut causa finita diceretur. His diu superstes non fuit D. Innocentius; tot rebus pro Ecclesiæ defensione præclare gestis ad Dominum migravit ejusdem anni quarto Idus Martias, quo die illius memoriam recolit vetus Rosvveidi Romanum Martyrologium. Ecclesiam rexit annos quindecim, menses duos, dies viginti & unum; successorem habuit Zozimum natione Græcum. Eo sedente apud Occidentales Ecclesias error contigit circa celebrationem Paschatis, quod incidebat decimo Kalendas Maji, & celebratum est octavo die Kalendas Aprilis, id est, pro embolismeo communis est annotatus. Errorem miraculo detectum, scribit Paschasinus Pilybitanus Episcopus in sua ad Leonem Papam epistola, post viginti sex annos data. In vilissima possessione, inquit, cui Militini nomen, in perparva Ecclesia, consuetis lectionibus nocte sancta decursis, cum Presbyter secundum morem requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Illa vero nocte, quæ lucescebat in diem Dominicam, decimo die Kalendarum Majarum, fons sacer hora competenti repletus est.

CHRISTI An. 416. Ibid. Apud August. ep. 183. alias 98.

Pelagii fraus & impietas

Possid. in vita Aug. cap 18. De Marca dissert. de vet. collect. Canon. c. 14.

Hæreticus inauditus ex suis libris recte damnatur.

CHRISTI An. 417.

August. serm. 31.

Prosp. Chron.

XXXVI. Augustinus circa idem tempus sæpius intermissos de Trinitate libros quindecim edidit. Eorum argumentum sic ipse proponit. " Adjuvante Domino Deo nostro suscipiemus . . . . reddere rationem quod Trinitas sit unus Deus, & solus, & verus, & quam recte Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unius ejusdemque substantiæ vel essentiæ dicatur, credatur, intelligatur. Sed primum secundum authoritatem Scripturarum utrum se ita fides habeat,

August. de Trin. l. 1. c. 2.

habeat, demonstrandum est. „ Deinde adversariorum argumenta solvit. Unum tantum ejus argumentum, quod totam solvit quæstionem, annotabimus. „ Omnes, inquit, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ est Deus, divinorum librorum veterum & novorum Catholici tractatores, hoc intenderunt secundum Scripturas docere, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus, unius ejusdemque Substantiæ inseparabili æqualitate divinam insinuent unitatem. Ideoque non sint tres Dii, sed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non sit qui Pater est: Filiusque a Patre sit genitus, & ideo non sit Pater qui Filius est: Spiritusque sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantum Patris & Filii Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem. „ Augustinus circa medium quarti sæculi natus haud dubie legerat Patres ante Nicænos, testaturque in omnibus se invenisse Fidem de Trinitate quam ipse docet, & tenet Ecclesia Catholica. Quis igitur putet audiendos novos Arianos, dum eosdem Patres in sui erroris patrocinium trahere nituntur? Aurelio Carthaginensi nuncupavit hoc opus & gesta Synodi Diospolitanæ.

Patres antiquissimi semper credidere mysterium Trinitatis.

August. de gest. Pelag. & l. 2. retract. cap. 47.

XXXVII. Hæc diu expetita amicorum ope recepit; & quia vulgo in ea Pelagius dicebatur absolutus, publicavit cum observationibus, ne, illo velut absoluto, eadem quoque dogmata putarentur judices approbasse; quæ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis nisi damnatus exisset. Inscripsit hoc opus de gestis Pelagii. Errorum singula capita apud Synodum Diospolitanam objecta Pelagio, cum ejusdem responsis excutit, probatque eum Synodi sententia sic fuisse absolutum, ut ipsa nihilominus hæresis damnata fuerit. Paulinum Nolanum Pelagio priusquam ejus hæresis innotesceret, fuisse familiarem noverat Augustinus; itaque præmonendum putavit adversus fraudes hæresiarchæ, qui pro sua defensione fraudulenter ipsi scripserat. Igitur ei mittens tres epistolas ad Innocentium ab Africanis Episcopis datas, aliasque sibi cum Alypio communibus, errores Pelagii aperit & refellit; deinde subjicit: “ Quod propterea commemoravimus, quoniam quidem in vestra civitate, si tamen verum est quod audivimus, tanta pro illo errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse, ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui hæc sentientes anathematizavit, quam ab ejus sententiæ, sicut eis videtur, veritate discedant. Si autem cedunt Sedi Apostolicæ, vel potius ipsi magistro & Domino Apostolorum, qui dicit non habituros vitam in semetipsis, nisi manducaverint Carnem Filii hominis, & biberint Sanguinem, quod nisi baptizati non utique possunt; nempe aliquando fatebuntur parvulos non baptizatos vitam habere non posse, ac per hoc, quamlibet tolerabilius omnibus, qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte multari „..... Inferius exponit articulos, quos confiteri debet, quisquis Pelagium secutus, ad Ecclesiam redire cupit. “ Fateatur, inquit, gratiam Dei & adjutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra, ut vera sit gratia... fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi divino indiget adjutorio ..... fateatur quod contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamvis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adjutorio Dei nostram provenire victoriam ... fateatur secundum gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non secundum merita eorum, quandoquidem etiam ipsam pœnitentiam donum Dei dixit Apostolus ... hæc omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus, si quis in authoritatem Catholicam, & in ipsius Pelagii expressa Ecclesiasticis gestis verba consentit. „ Addit Pelagium post illud judicium in suis libris videri concedere .... iden Dei gratiam hominibus dari, ut quod facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Quod dictum sic refellit; “ Utique cum dixit facilius, quid vult intelligi, nisi & gratia si desit, posse per liberum arbitrium, vel facile, vel etiam difficile, quæ divinitus jubentur, impleri. Quod confutat his Apostoli verbis: Non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei: non quia nulla est hominis voluntas atque cursus, sed quia nihil potest nisi illa misereatur ... natura enim humana etiamsi in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo seipsam Creatore suo non adjuvante servaret. Cum igitur sine Dei gratia salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia potest reparare quod perdidit? „ Demum ipsius Paulini fidem sic laudat: “ Fragrant epistolæ tuæ odore sincerissimo Christi, ubi gratissimus gratiæ ipsius dilector, & confessor appares. „

August. ep. 186. alias 106.

Ad Rom. 9.

Dardanus vir nobilis aliquot quæstiones proposuerat Augustino, qui respondens ad eum misit librum seu epistolam de præsentia Dei: in ea duplicem refellit errorem. Primus est eorum, qui Christum secundum naturam humanam ubique præsentem putabant: secundus eorum, qui negantes originale peccatum, baptismum ad salutem necessarium fatebantur; sed audebant parvulos reos propriorum constituere peccatorum, in utero materno iis concedentes usum rationis: idque confirmabant exemplis Esau & Jacob intra viscera materna luctantium, & Joannis exultantis ad præsentiam Matris Domini. Julianæ etiam viduæ nobili rescripserunt Alypius & Augustinus, admonentes caveat virus erroris, quod in epistola ad ejus filiam Demetriadem virginem propinarat Pelagius, cujus artes detegunt.

August. ep. 187. alias 57.

Primi Ubiquistæ.

XXXVIII. Pelagius & Cœlestius ubi damnatos se ab Apostolica sede audivere, Innocentiique & Afrorum Episcoporum literas ubique disseminatas; quo rebus suis consulerent, infamiamque erroris abstergerent, Pontificem sibi adeundum esse decreverunt. Pelagius igitur & literas & libellum fidei suæ Romam misit, scribens ad Papam Innocentium, quem defunctum esse nesciebat, esse de quibus eum homines infamare conantur: unum, quod neget parvulis baptismi sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus regna Cœlorum promittat: aliud, quod ita dicat posse hominem vitare peccatum, ut Dei excludat auxilium, & in tantum libero confidat arbitrio, ut gratiæ repudiet adjutorium. Quæ ut refellat, addit: “ nunquam vel impium aliquem hæreticum audivi, qui hoc de parvulis diceret.. Quis enim ille tam impius est, qui cujuslibet ætatis parvulo interdicat communem humani generis redemptionem, & in perpetuam certamque vitam renasci vetet eum, qui natus sit ad incertam. „ Tum addit de adjutorio gratiæ: “ Ecce ad beatitudinem tuam epistola ista me purget, in qua pura atque simpliciter ad peccandum & non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus divino semper adjuvatur auxilio ... quam liberi arbitrii potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in Christianis, Judæis atque gentilibus; sed in solis Christianis juvatur gratia ... in illis, scilicet Judæis atque gentilibus, nudum & inerme est conditionis bonum: in his vero qui ad Christum pertinent, Christi munitur auxilio. Illi ideo judicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fidem venire possent, & Dei gratiam promereri, male utuntur libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero utentes arbitrio, merentur Domini gratiam, & ejus mandata custodiunt. „ His Pelagii literis respondet Augustinus: “ Hæc illis non sic objiciuntur ut posuit: nam neque parvulis negant baptismi Sacramentum, neque absque redemptione Christi aliquibus cœlorum regna promittunt. Objicitur autem illis, quod non baptizatos parvulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandum, quoniam propter accipiendum regnum Cœlorum tantummodo eos baptizandos esse contendunt. „ Secundo non dicebat Pelagius, qua gratia liberum adjuvari vellet arbitrium, ita ut semper posset intelligere legem atque doctrinam. Tertio docebat gratiam etiam primam secundum merita dari: his adde, Judæos atque infideles nullum a Christo influxum accipere seu gratiam, esse dogma Pelagianum, quod damnavit Alexander octavus. Catholicus vero erat Pelagii fidei libellus de Trinitate & reliquis symboli articulis, de quibus nulla erat cum eo quæstio; errores que, qui postea fuere Nestorii & Eutychetis, clara damnat, iisque oppositam fidem profitetur, hisque subjicit ... hæc est fides, Papa beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus, in qua si minus perite aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus a te, qui Petri & Fidem & Sedem tenes. Demum Herotem & Lazarum

Pelagii Apologia.

Aug. l. de grat. c. 3.

Aug. l. de pec. origin. c. 18. C. 19. C. 20.

Aug. l. de grat. Christ. cap. 31.

Aug. l. de pec. origin. c. 17. & 18.

C. 19.

Aug. l. de grat. Christ. cap. 31.

uti

CHRISTI AN. 417.

uti publicos calumniatores accusabat: His adjunxerat commendatitias Prayli Jerosolymitani Episcopi literas.

Mar. Mercat. in commonit. cap. 1.

Cœlestius, qui damnatus a Carthaginensi Concilio, profugerat Ephesum, ubi surrepsit ad Presbyteratum, & postea profectus est Constantinopolim, in similibus detectus, magno studio Attici Episcopi ex ea orbe detrusus est, literis super ejus nomine & in Asiam & Thessalonicam & Carthaginem ad Episcopos missis. Ejectus ad urbem Romam tota festinatione pertexit, eoque pervenit ante Pelagii literas.

Cœlestii fraus.

Pontificem adit, profitetur ad eum se venisse, ut ex appellatione pristina judicium subiret, paratumque se adversus cujuslibet accusationes causam tueri: obtestatur se Pelagiumque inauditos indefensosque tum in Africa, cum in urbe damnatos: Paulinum accusatorem suum accusat fugæ & deserti vadimonii: demum fidei suæ libellum obtulit Zozimo.

Aug. l. de pec. orig. c. 6.

In eo fidem suam a Trinitate unius Deitatis usque ad resurrectionem, qualis futura est, mortuorum, de quibus nullus eum interrogaverat, & unde illi nulla quæstio movebatur, explicat.

Ib. c. 23.

Ubi ad id quod agebatur ejus sermo pervenit. Si quæ vero, inquit, præter fidem quæstiones natæ sunt, de quibus esset inter plerosque contentio, non ego quasi author alicujus dogmatis definita hæc authoritate statui, sed ea quæ de Prophetarum & Apostolorum fonte suscepi, vestri Apostolatus offerimus probanda judicio, ut si forte, ut hominibus, quispiam ignorantiæ error obrepsit, vestra sententia corrigatur.

Ib. c. 6.

Tum nonnulla in suo libello posuit, de quibus se adhuc dubitare, & instrui velle confessus est; quænam illa sint, ignoramus. Sententiam suam de peccato originali, quod negabat, sic expresserat: Infantes debere baptizari in remissionem peccatorum, secundum regulam universalis Ecclesiæ, & secundum Evangelii sententiam, confitemur, quia Dominus statuit regnum cœlorum nonnisi baptizatis posse conferri; quod quia vires naturæ non habent, conferri necesse est per gratiæ liberalitatem. In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes, non idcirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur, quod longe a Catholico sensu alienum est, quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur.

Zozimi epistola 3. ad Afric. tom. 2. Concil. ed. Lab.

XXXIX. Quid egerit Papa Zozimus, sic ipse perscripsit ad Episcopos Africanos: " Licet multæ occupationes majoribus vinculis Ecclesiasticorum negotiorum curam nostram sollicitudinemque distraherent, tamen ne Fraternitatis vestræ de adventu & discussione prædicti Cœlestii diutius penderet exspectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis resedimus in sancti Clementis Martyris Basilica . . . . . omnia quæ prius fuerant acta, discussimus, sicut gestorum huic epistolæ cohærentium instructione discetis. Intromisso Cœlestio, libellum ejus, quem dederat, fecimus recitari: nec hoc contenti, utrum hæc quæ scripsisset, corde loqueretur, an labiis, sæpenumero exploravimus . . . . ad literas Herotis & Lazari priori relatione destinatas, equidem ob fervorem fidei, præfestinatum esse promptissimum est. Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus unquam cum antedictis sermonem, nec ante sibi quam de se scriberent, visu fuisse compertos, Lazarum sane in transitu cognitum, Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto & absente sensisset, cum gratia recessisse. Patuit hos inobservatis ordinationibus, plebe Cleroque contradicente, ignotos, alienigenas, intra Gallias Sacerdotia vindicasse, quibus se ipsi propria abdicavere sententia: nosque eorum de se pœnitudinem secuti Sacerdotali eos loco & omni communione submovimus. „

Aug. l. de pec. orig. c. 7.

Addit Augustinus: Hanc ejus prolocutionem Venerabilis Papa Zozimus tenens, egit cum homine, ut ea quæ illi a Diacono Paulino fuerant objecta, damnaret, atque ut Sedis Apostolicæ literis, quæ a sanctæ memoriæ suo præcessore manaverant, præberet assensum. At ille noluit quidem Diaconi objecta damnare: sed beati

Aug. l. 2. contra 2. ep. Pelag. c. 4.

Papæ Innocentii literis non est ausus obsistere; imo se omnia quæ sedes illa damnaret, damnaturum esse promisit. Instat Zozimus: Illa omnia damnas quæ jactata sunt de nomine tuo? Ille respondit: damno secundum sententiam beatæ memoriæ præcessoris tui Innocentii.

Zozimi epist. 3. ad Afric.

Gestorum relationem ad Aurelium cæterosque Episcopos Africanos misit Zozimus cum literis suis, quarum hæc conclusio: " Unde in præsenti causa nihil præcox immaturumque censuimus, sed innotescere sanctitati vestræ super absoluta Cœlestii fide, nostrum examen voluimus: Cui etiam prior libellus ab eo intra Africam datus testimonio apud vos esse debuisset, ne inexploratis famaque jactantibus tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem aut veniant, qui præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexuit, aut nihil, post hæc tam aperta & manifesta quæ protulit, dubii sanctitas vestra resedisse cognoscat: ipsum sane Cœlestium, & quoscumque, qui eo tempore diversis regionibus aderant Sacerdotes, admonui, has tendiculas quæstionum, & inepta certamina, quæ non ædificant, sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione profluere, dum unusquisque ingenio suo, & intemperanti eloquentia, seu Scriptura abutitur. „

tom. 2. Concil. ed. Lab. *Zozimus non absolvit Cœlestium.*

Cœlestius tamen, inquit D. Augustinus, a vinculis excommunicationis nondum est creditus esse solvendus. Sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiæ lenitate concessus est: quoniam revera, si deposita pervicaciæ vanitate, quod promiserat, vellet attendere, & easdem literas, quibus se consensurum esse responderat, diligenter legeret, sanaretur. Voluntas igitur emendationis, non falsitas dogmatis approbata est.

Aug. l. de de pecc. orig. c. 7. Idem l. 2. ad Bonif. c. 3.

XL. Eodem anno 417. Pelagii literis & fidei libello receptis, secundam ad Africanos dedit Epistolam Zozimus: " Postquam Cœlestius Presbyter auditus est, inquit: . . . . ecce epistolam Jerosolymitani Episcopi Prayli . . . . accepimus, qui causæ Pelagii enixus adstipulator intervenit. Literas quoque suas idem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit, quibus & professionis suæ fidem quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco . . . . . . cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia paria & eodem sensu sententiisque firmata, quæ Cœlestius ante protulerat, continebant. Utinam ullus vestrum, dilectissimi Fratres, recitatione literarum interesse potuisset. Quod sanctorum virorum qui aderant, gaudium fuit? quæ admiratio singulorum? vix fletu quidam se & lacrymis temperabant; tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse! estne ullus locus in quo Dei gratia vel adjutorium prætermissum sit? „ Inde invehitur in Herotem & Lazarum quasi publicos calumniatores, multorum scelerum reos, testemque profert Patroclum Arelatensem, eorum adversarium ac æmulum. Afros monet ne alias adeo facile accusationes recipiant, sicque concludit: " Misimus igitur ad dilectionem vestram exemplaria scripturarum, quas Pelagius misit: quarum lectionem non ambigimus parituram esse vobis in Domino de absoluta ejus fide lætitiam. „ Data undecimo Kalendas Octobris. Zozimus, ut evidens est, Pelagium & Cœlestium putabat Orthodoxos, satagebatque Episcopos Africanos ad eamdem de iis revocare sententiam, sed nec priora decreta adversus eosdem data rescidit, nec eos absolvit; hocque tenendum esse, quod isti de parvulis sentiunt, nunquam definivit, ...

Ibid. *Zozimi epist. 4.*

ac proinde quidquid ab eo lenius actum est cum Cœlestio, servata duntaxat antiquissimæ & robustissimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementissima suasio, non approbatio exitiosissimæ pravitatis . . . In ejusmodi enim causis solius definitivæ sententiæ ratio habenda est. Hæc scripta Carthaginem pertulit Basiliscus Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus.

Aug. l. 2. ad Bonif. c. 3.

XLI. Zozimus vix Pontificatum inierat, cum Patroclo Arelatensi magna prærogativas contulit sequentibus ad Episcopos Galliæ literis. " Placuit Apostolicæ Sedi, ut si quis ex qualibet parte, sub quolibet Ecclesiastico gradu ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi Metropolitani Arelatensis Episcopi formatas acceperit, quibus Sacerdotium suum, vel locum Ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus astipulatione perdoceat . . . . hoc autem privilegium formatarum sancto Patroclo Fratri & Coepiscopo nostro meritorum ejus speciali contemplatione concessimus. Jussimus autem præcipuam, sicut semper habuit Metropolitanus Episcopus Arelatensium civitatis, in ordinandis Sacerdotibus teneat authoritatem: Viennensem, Narbonensem primam, & Narbonensem secundam, Provincias ad Pontificium suum revocet . . . .

Ibid. *Zozimi epist. 5. Patroclo Arelat. jura dat Zozimus.*

CHRISTI AN. 417. & 418.

sane quoniam Metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus Antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ Fidei rivulos acceperunt, directus est, (scilicet Decio Imperante) ideirco quascumque parochias in quibuslibet territoriis, etiam extra parochias sui, ut antiquitus habuit, intemerata authoritate possideat: ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen. „ Data undecimo Kalendas Apriles, Honorio Augusto undecimum & Constantio secundum consulibus, id est, anno quadringentesimo decimo septimo. Majores causas Apostolicæ Sedi reservatas hic manifeste tradit.

Ibid. *Zozimi epist. 6. Id. epist. 7. & 8.*

Eodem anno cum Ursus & Tuentius sine Arelatensis consensu fuissent consecrati, eos a gradu & sua communione submovit Zosimus, idque significavit omnibus Africæ, Galliæ, & Hispaniæ Episcopis. Et quia Hilarius primæ Narbonensis, Proculus Massiliensis secundæ Narbonensis, & Simplicius Viennensis suæ Provinciæ ordinationes sibi vindicabant; Zozimus datis literis tertio Kalendas Octobris ejusdem anni, Arelatensi soli jus ordinandorum Episcoporum in his Provinciis attribuit, privilegiumque a suis prædecessoribus Viennensi indultum declarat subreptitium. Proculus his minime cedens, ordinationes celebrare perrexit, quas irritas esse pronuntiavit Romanus Pontifex, nec eos suscipi posse quos ordinarat.

Epist. 55.

Quin & Massiliensibus scripsit eorum curam se committere Parroclo, dum alium accipiunt Episcopum, quandoquidem Proculus ob inobedientiam non sit amplius Episcopus. Hæ literæ datæ sunt tertio nonas Martias anni sequentis. Ejusmodi dispositiones

Prosp. in Chron.

non secuti suos sequentes Pontifices; & Prosper Patroclum infami mercatu Sacerdotia venditasse scribit; observatque multum ei favisse Constantium militum magistrum, & postea Imperatorem.

Vita D. Germani apud Sur. 31. Julii.

XLII. D. Amator Autissiodorensium Episcopus, divinitus admonitus ut de successore sibi provideret, divina revelatione statuit ad Clericalem militiam transferre Germanum virum nobilissimum, tunc Romanæ militiæ Ducem in Galliis. Æduam igitur profectus, ubi Julius Præfectus præsidebat, ab eo poscit ut sibi liceat eum tonsurari; Galli enim comam alebant longiorem, quam rescindebant qui vitam profitebantur monasticam. Hac accepta licentia, ad propria regreditur. Accidit autem quadam die, ut Germanus stipatus congerie suorum Ecclesiam ingredi vellet. Beatus Amator ei obviam factus est, hortatusque ut armis depositis Ecclesiam ingrederentur: illi citius obediunt.

S. Germanus fit Episcopus.

Amator tunc præcepit ostiariis fores Ecclesiæ repagulis arctare, ipse vero glomerata secum turba Clericorum atque nobilium virorum, apprehendit Germanum, detractaque cæsarie induit veste monastica, & Diaconum ordinavit, admonuitque successorem sibi a Deo esse destinatum. Proximis Maji Kalendis anno quadringentesimo decimo octavo, S. Amator a Christo vocatus ultimum spiritum exhalavit, & comitantibus miraculis sepultus est. Trigesimo die ab ejus obitu, Germanus omnium ordinum consensu Sacerdotium suscepit coactus, statimque mutatus est in alterum virum. Calcata sæculi pompa conversatio-

Episcopatum patrimoniis ditatæ Ecclesiæ.

nis humilitatem erigit; Eustachia ejus uxor mutatur in sororem; substantia dispensatur in pauperes, paupertas ambitur, hæredem fecit Ecclesiam, villas septem redituum ubertate præclaras Autissiodorensi Ecclesiæ contulit. Fecit & monasterium in honorem sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani, ubi & monachos esse constituit, eorumque stipendiis tria prædia delegavit. Abbatem eidem præfecit D. Allogium, cui postea successit D. Mamertinus, & postea D. Marianus, cujus hodie nomen retinet. Fecit & basilicam in honorem SS. Martyrum Agaunensium, Mauricii scilicet sociorumque ejus, eique tres pagos dono dedit. Sanctum Saturninum vitæ probatissimæ, suumque discipulum ibidem ordinavit Sacerdotem, ut Martyrum memoriis deserviret.

Ibid.

Multorum Martyrum, quos cum beato Prisco apud locum Quotiacum Aurelianæ persecutionis trucidavit immanitas, corpora, propter sævientem rabiem clam subducta, & in cisterna quadam congesta, tunc omnibus ignota, divinitus declaravit, ac transtulit in ecclesiam, quam ibidem ædificavit cum monasterio. Denique fecit Basilicam sancti Albani Martyris infra muros suæ urbis, quam sub invocatione ejusdem Martyris dedicavit, ejusque reliquias, quas secum e Britannia detulerat, ibidem honorifice composuit.

CHRISTI AN. 418.

Voluntariamque amplexus paupertatem totum Christo dedit, nihil sibi retinuit. Cibus ejus per annos triginta Episcopatus, panis hordaceus, quo tantum vespere reficiebatur, interdum in media hebdomada, plerumque die septimo. Indumentum cuculla & tunica indiscretis fuere temporibus; nam neque hyeme accessit adjectio, neque æstate levamen admissum est; cilicio semper interius inhærente. Substrati cineribus addensatis asseres erant instar lectuli: stratum vero omne, subjecto cilicio, & superposito tantum uno sagulo fuit. Noctibus numquam vestitum, raro cingulum, & calceamenta detraxit: redimitus loro semper, & capsula Sanctorum reliquias continente. Jugis gemitus, oratio perseverans. Sic tot inter cruces longum traxit martyrium. Hospitalitatem peculiari observatione servavit: omnibus domum præbuit, & convivium jejunus exhibuit, pedes hospitum manibus suis lavit.

Hieron. epist. ad Pammac. Bolland. Mart.

Eodem fere tempore in Italia floruit S. Eusebius Cremonensis, aliquandiu causas forenses agitavit: sed a tergiversatione illa actuum publicorum ad monasterium conversus adhæsit D. Hieronymo, eique in monasterio Bethlemitico comes fuit; libros Anniani Diaconi Celedensis Pelagiani ad eum transmisit, quibus morte præventus respondere non potuit Hieronymus. D. Eusebii memoria quinto Martii Cremonæ colitur.

Synodus Africana. August. ep. 215. alias 47. Prosp. ad capit. Gall. obj. 8. Prosper c. 5. cont. Collat.

XLIII. Aurelius Carthaginensis interim acceptis quas Zozimus Papa miserat de Cœlestio & Pelagio literis, convocatis qui tunc Carthagine versabantur & vicinis Episcopis, Pontificem obtestatus est, eo usque rem integram relinqueret, dum plenius de eorum causa edoceretur; statimque indixit Concilium, quod ab Augustino dictum est Africanum. Mense Novembri ex variis Africæ Provinciis Carthaginem convenere 214. Episcopi, quorum constitutionem contra inimicos gratiæ totus mundus complexus est, suppeditavitque materiam octo Africanis contra Pelagianos canonibus, qui in sequenti Synodo promulgati sunt; constitutionique suæ præmiserunt epistolam ad Zozimum, in qua sic eum alloquuntur: " Constituimus in Pelagium atque Cœlestium per Venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli Petri Sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur: Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam justitiam, nos per singulos actus adjuvari, ita ut sine illa nihil veræ sanctæque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus..... „

Aug. l. 2. ad Bonif. c. 3.

Addunt non sufficere hominibus tardioribus & sollicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi literis consentire fateatur Cœlestius, sed aperte eum debere anathematizare quæ in suo libello prava posuerat, ne, si id non fecisset, multi parum intelligentes magis in libello ejus illa fidei venena a Sede Apostolica crederent approbata, præterea quod a Zozimo dictum erat, eum libellum esse Catholicum...

Aug. l. 2. de pecc. orig. c. 8. Mar. Mercat. commonit.

Inseruerunt etiam Africani suis literis excerptum epistolæ Innocentii ad quinque Episcopos, quo constaret Zozimo, quid ejus Prædecessor sensisset de gestis Palæstinis, quibus absolutum se jactabat Pelagius; illiusque Fidei professionis Romam missæ dolos & fallacias aperuere. Demum omnem causam, quæ apud eos facta fuerat, exposuere, missis etiam gestis exinde, quæ fuerant tunc cum illo vel de illo facta. Horum omnium volumen misere per Marcellinum Subdiaconum.

Tom. 2. Concil. ed. Lab. *Libellus Paulini.*

Paulinus Diaconus primus in Africa Cœlestii accusator eidem deferendum Zozimo tradidit libellum, quo rationem reddit, cur Romam vocatus non venerit. Primo, quia Zozimus ipse præceperat Cœlestio, ut damnaret quæ in suo libello eidem objecerat. Secundo. Quia jam non ejus, sed Ecclesiæ totius causa ageretur: unde concludit..... " Oro Apostolatum tuum, ut hunc meum libellum suscipi jubeas, quo gratias referam tantæ Sedi, & sententiis justissimis pro parte mea latis: quem idcirco eo direxi, quia me licet sermone Basilisci Subdiaconi a tua beatitudine cum gestis Sedis Apostolicæ directus Carthagine convenit quarto nonarum Novembrium die, ut adessem ad Apostolicam Sedem, & tuæ judicio sanctitatis; ad quod suse suggestum est, me promittere non defuturum fore, si adversum me, & non pro me fuisset lata sententia. Ibi tunc igitur nihil agere potui, quia is, qui ad Sedem Apostolicam provocaverat, defuit, quem oportuerat utique merita suæ appellationis astruere; maxime cum nihil

agente

CHRISTI An. 418.

agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est ille, qui vicit. „ Datum sexto Idus Novembris anni quadringentesimi decimi octavi.

Ibid.

XLIV. Zozimus his documentis acceptis rescripsit ad Africanos Episcopos: " Quamvis Patrum traditio Apostolicæ Sedi authoritatem tantam tribuerit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet . . . nihil tamen egimus, quod non ad vestram notitiam ultro literis referremus ... Idcirco noverit vestra Fraternitas, nihil nos post illas literas quas accepimus, scilicet per Marcellinum, immutasse, sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris literis vestræ indicavimus sanctitati, ut illa, quæ a vobis ad nos missa erat, obtestatio maneret. „ Data duodecimo Kalendas Aprilis anni 418.

Mar. Mercat. common. *Zozimus damnat Pelagianos.*

Alia quoque Pelagii scripta in urbe Roma, ubi diutissime vixerat, cura fidelium Fratrum patuerunt. Post diligens omnium examen Zozimus mox Cœlestium vocat ad audientiam pleniorem, ut quæ promiserat, festinaret implere, id est, ut damnatis prædictis Capitulis sententia Afrorum Pontificum, qua fuerat communione privatus, absolveretur. Ille non solum non adfuit, sed etiam ex urbe Roma profugit, & se negavit examini, ne, secundum Africana rescripta, ipsa omnino de hac quæstione verba memorata & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur. Itaque ob hoc a beato Zozimo scriptis amplissimis damnatus est, in quibus & ipsa Capitula, de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa tam de Cœlestio, quam de Pelagio magistro ejus praviore videtur narrata, & ad Orientales Ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim & Thessalonicam, & Hierosolymam similia eademque ad Episcopos scripta transmisit.

Aug. l. 2. ad Bonif. c. 3. & 4.

Possid. vit. Aug. c. 8. Tom. 5. Conc. ed. nov.

Zozimus tractoriam suam, quæ nunc desideratur, & gesta Synodi Africanæ ad Honorium Imperatorem Ravennæ agentem misit, & hoc tale de illis Ecclesiæ Dei Catholicæ prolatum in judicium piissimus Imperator audiens ac sequens, suis nos legibus damnatos hæreticos haberi debere constituit: ut constat ex sequenti decreto Imperiali adversus Pelagium & Cœlestium, ut novæ hæresis authores, qui pacem Ecclesiæ fallaci impietate perturbarent .... " Palladi parens charissime, atque amantissime, illustris authoritas tua lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex urbe primis capitibus dogmatis execrandi, Cœlestio atque Pelagio, si qui hujus de cætero sacrilegii sectatores quibuscumque locis potuerint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem proferre sermonem: a quocumque correpti ad competentem judicem protrahantur, quos, sive Clericus, sive laicus fuerit, deferendi habeat potestatem, & sine præscriptione aliqua perurgendi, quos relicta communi scientiæ luce, novæ disputationis tenebras sequi deprehenderit contra Apostolicam disciplinam . . . . Hos ergo repertos ubicumque de hoc tam nefando scelere conferentes, a quibuscumque jubemus corripi, deductosque ad audientiam publicam promiscue ab omnibus accusari, ita ut probationem convicti criminis stylus publicus insequatur, ipsis inexorati exilii deportatione damnatis. „ Datum pridie Kalendas Majas, Ravennæ, Honorio duodecimum, & Theodosio octavum consulibus, seu anno quadringentesimo decimo octavo. Prætorio tres Præfecti nempe Italiæ, Orientis, & Galliarum statim edictum proposuere, pro executione legis Imperialis, ut quicumque sive Clericus, sive laicus, Pelagii & Cœlestii erroribus credulum præbuerit assensum, a quocumque tractus ad judicem, sine accusatricis discretione personæ, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patiatur exilium.

Universus Ecclesiæ Romanæ Clerus Papæ judicium secutus est. Sixtus etiam Presbyter, quem suum esse patronum jactaverant Pelagiani, primus omnium eis anathema in populo frequentissimo pronuntiavit; literisque de injecta suspicione se purgavit apud Aurelium Carthaginensem, exponens quid de gratia Dei ipse sentiret; prolixioraque adversus Pelagianos scripta misit ad Augustinum, qui ea laudat, eique per literas gratulatus est. Sixtus postea Pelagii sectatores ad ejus hæresim ejurandam tenore legum Imperialium cœpit impellere. Pelagiani vero damnati sic Romæ tumultuati sunt, ut seditionis crimen in Catholicos derivarent. Constantius servus Christi ex Vicario Romæ habitans, & pro gratia Dei Pelagianis resistens, factione eorumdem multa pertulit, quæ illum sanctis confessoribus sociaverunt.

Aug. ep. 191. alias 104.

Prosp. Chron.

CHRISTI An. 418.

Synodus Africana a.

Cod. Can. Eccl. Afr. Concil. tom. 1. nov. ed. & tom. 2. Lab.

XLV. Pelagianorum furor brevi repressus est ubique terrarum, & Ecclesiæ decretis & Principum legibus. Africani vero Episcopi plusquam ducenti ex omnibus Africæ provinciis Carthaginem convenientes, Kalendis Maji ejusdem anni Præside Aurelio consederunt in secretario Basilicæ Fausti; communique consensu octo sequentes Canones adversus hæresim Pelagianam promulgarunt: Primus " Ut quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit. „ Secundus. " Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum, baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur, unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit . . . . „ Tertius. " Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificatur homo per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non committantur, anathema sit . . . . „ Quartus. " Item quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei, per Jesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit . . . „ Quintus. " Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. „ Sextus, septimus & octavus damnant eos qui dixerint, quod sancti humiliter tantum, non veraciter orent, dimitte nobis debita nostra, & cum Apostolo Joanne confiteantur: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

Matth 6. 1. Joan. 1.

Ibid.

Sequuntur plures de disciplina Canones, imprimisque spectant attributionem ecclesiarum, quæ antea fuere Donatistarum, & redierunt ad Catholicam Ecclesiam. Celebris est Canon de appellationibus: Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Sardicensibus decretis non adversatur ille Canon, imo consonat: Sardicensis Synodus permittit Presbyteris & Clericis inferioribus, ut de suorum Episcoporum judicio provocent ad vicinos Episcopos, seu ad provinciæ Synodum; solis autem Episcopis in Synodo suæ provinciæ damnatis ad sedem Apostolicam appellare permittit; hoc autem solis Presbyteris & Clericis inferioribus prohibet Africana Synodus. Sic olim qui causas Episcoporum ad Romanum Pontificem deferebat Cyprianus, Presbyterum ab Africana Synodo condemnatum atque ad Papam provocantem improbavit & rejecit. Haud dubie Primas Africæ hac in re Patriarcharum jus sibi vindicabat. Patriarchæ enim in suis Synodis de Metropolitanorum judiciis cognoscebant, Presbyterorum vero & Clericorum inferiorum causas ultimo judicio definiebant. Hinc in laudato Canone dicitur: provocet ad Primates provinciarum.

Clericis 2. ordinis prohibetur transmarina appellatio.

Sardic. Synod. C. 17. Can. 3. & 7.

XLVI. Interea Zozimi tractoriam adversus Pelagianos recipiunt Patres Africani; sed ne diutius Episcopi ad Concilium congregati tenerentur, quatuordecim de singulis provinciis electi sunt, qui omnes cum Aurelio Carthaginensi universa cognoscant: a quo petiit Synodus, ut gestis quæ confecta jam sunt, seu epistolis ipse subscribat, & subscripsit cum cæteris omnibus. Quatuordecim electi reliqua negotia ecclesiastica tractarunt. Eos fuisse occupatissimos testatur præsens Augustinus. Zozimo de Pelagianorum damnatione, quemadmodum par erat, gratulati sunt.

CHRISTI AN. 418.

Eorum epistolæ sequens fragmentum refert Prosper: " Illud vero inquiebant, quod in literis tuis, quas ad universas provincias cursisti esse mittendas, posuisti dicens: nos tamen instinctu Dei, (omnia enim bona ad authorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad Fratrum & Coepiscorum nostrorum conscientiam universa retulimus: sic accepimus dictum, ut illos qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens, amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti? & tamen instinctu Dei factum esse, fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti. Ideo utique, quoniam præparatur voluntas a Domino, ut & boni aliquid agant, paternis inspirationibus ipse tangit corda filiorum; quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium. "

D. Prosp. l adv. col. lat. C. 5.
Gratia efficax non tollit liberum arbitrium.

XLVII. Rerum gestarum & Decretorum seriem in damnatione Pelagianorum, eodem ordine, quo retulimus, recenset Augustinus in epistola ad Valentinum, cui per monachos quæcumque fuerant gesta, misit. " Portant autem secum, inquit, quæ vobis dirigenda esse credidimus, quibus cognoscatis quemadmodum Catholica Ecclesia in Dei misericordia Pelagianæ hæresis venena repulerit. Quod enim scriptum est ad Papam Innocentium Romanæ urbis Episcopum de Concilio provinciæ Carthaginensis, & de Concilio Numidiæ, & aliquanto diligentius a quinque Episcopis, & quæ ipse ad tria ista rescripsit: item quod Papæ Zozimo de Africano Concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis Episcopos missum: & quod posteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus . . . hæc omnia per eos misimus vobis. " Augustinus aperte recenset duo Concilia, nempe Carthaginense & Milevitanum, quorum litteræ cum epistola quinque Episcoporum præcessere supremum Innocentii judicium ... Zozimo veroquem prope subdola fidei confessione deluserant Pelagius & Cœlestius, obtestationem & instructionem pleniorem misit Concilium Africanum. Zosimus postea suum rescriptum ad universos orbis Episcopos misit, ac proinde, ut observat Papa Cœlestinus, Africanorum sententias, suas fecerunt Apostolici Antistites. Demum in plenaria totius Africæ Synodo octo Canones adversus eosdem constituti sunt.

Aug. ep. 215. alias 47.
Cœlest. ep. ad Gal

XLVIII. Zozimi epistola tractoria, qua Cœlestius & Pelagius damnati sunt, nisi correcti egerint pœnitentiam, Constantinopolim & per totum orbem missa, subscriptionibus sanctorum Patrum est roborata. Octodecim Pelagianæ factionis Antistites se subscripturos perfracte negarunt. Eorum primus ingenio & eloquentia Julianus ab Innocentio fuerat ordinatus Eclanensis urbis Episcopus, quæ nunc dicitur Frigento. Is post Pelagianorum damnationem usque ad Innocentii excessum e vita in ejus communione permansit: ac proinde ipse quoque Cœlestium & Pelagium damnavit, tum eorum damnatori communicans, tum in fidei professione, quam emittebant ordinandi Episcopi, qui hæreses omnes præsertim jam damnatas anathematizabant ...... Postea eorumdem defensor fuit acerrimus. Sed priusquam impietatem Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus Ecclesiæ fuit. Postea depravatus, & libris editis, eleemosynamque tempore famis & angustiæ indigentibus prærogans, multos miserationis specie, præcipue religiosorum illiciens, hæresi suæ sociavit.

Mar. Merc. in common. subnot. C. 3.
Aug. ep. 190. alias 157.
Gennad. de script. eccl.

Ut autem suam rebellionem tueretur, Zozimo misit fidei professionem Cœlestianæ & Pelagianæ non absimilem, eique subjecit . . . Consequenter omnes hæreticos damnamus, & præcipue qui apud Latinos, tam nomine proprio, quam errore competti sunt: quosque impietate suæ assertionis horremus, id est Arianos, Sabellianos, Macedonianos .... sed & siquis dicit homines sine Dei gratia vel adjutorio posse peccata vitare, graviter detestamur. Vel qui negat parvulos baptismo indigere, aut aliis Sacramenti verbis asserit, quam in majoribus debere celebrari. Siquis etiam dicit de duobus baptizatis natum, vel de muliere baptizata progenitum baptismatis gratia non egere: vel quicumque asserit, quod neque per Adam omne genus hominum moriatur, neque per Christum omne genus resurgat: vel si quæ sunt alia, quæ vel contra fidem Catholicam veniant, vel ad indisciplinatas pertineant quæstiones, simili exsecratione damnamus. Hæc autem omnia, de quibus nunc agitur, id est quæ in fine damnavimus, ipsi etiam de quibus ista jactantur, falso sibi objecta testantes, libellis propriis damnaverunt. Hæc, ut nobis, secundum Catholicam regulam visum est, vestræ sanctitati conscripta transmisimus: quæ si aliter putaris tenenda, rescribite: sin autem contradici non potest, & tamen aliquis voluerit contra nos scandalum excitare, certa sit sanctitas vestra nos ad audientiam plenariæ Synodi provocare. Tum variis Scripturæ testimoniis probat non esse temere judicandum. Atque inde infert: His igitur & cæteris testimoniis confirmati metuimus in absentium, & nobis inauditorum capita dictare sententiam, nisi eum præsentes fuerint confutati ... Quamvis igitur sacerdotalis officii sit, & Christianæ charitatis, eos qui se libellis purgant, Catholicos confitentur, & damnabilia sibi objecta condemnant, libera authoritate defendere, & in dubiis rebus de unoquoque meliora sentire, tamen dudum promissam æqualitatis libram inter utrumque servantes, nec damnamus inauditos, nec defensamus absentes. Hæc epistola priusquam in manus Zozimi veniret, agente Juliano cum suis sectariis, per totam Italiam circumlata, & tanquam magnum aliquid multorum auribus insinuata est.

Pelagiani damnati appellant ad generale Concilium.

CHRISTI AN. 418.

Julianus hic suo suorumque nomine generatim condemnat omnes hæreticos, & privatim quosdam de quibus tunc non agebatur; quæstionem juris ad quæstionem facti traducit, Pelagianos errores sibi objectos damnasse contendens: ipse fictos errores, quos Pelagianis non imputarunt Pontifices, & quædam capita quæ sub ambiguis vocibus Pelagianorum erroribus similia videbantur, anathematizat: Demum ad generale Concilium appellat de constitutione dogmatica Romani Pontificis, qui Pelagianorum errores damnaverat, non apposita singulis censura speciali, sed cujus sententiæ orbis Christiani Episcopi subscripserant, exceptis octodecim Italis episcopis, cum multis Clericis & laicis qui ei contradicebant, conquerebanturque quod simplicibus Episcopis, sine congregatione Synodi, in locis suis sedentibus, extorta esset subscriptio. En primum hujusmodi appellationis exemplum. Zosimus eorum appellationis nulla habita ratione, Julianum ejusque socios deposuit. Sententia depositionis Pelagii, Cœlestii, Juliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orontis, & aliorum postea a Synodo Ephesina confirmata est.

Aug. l. 4. contra duas ep. Pelag.
Ephes. Synod. act. 5.

XLIX. Interea sexto Kalendas Martias anni quadringentesimi decimi octavi convenientes plures Episcopi Numidiæ, Præside ejusdem Provinciæ Primate Donatiano Teleptensi, novem de disciplina Canones edidere, quos refert Ferrandus Diaconus: primus est, ut Episcopus a tribus ordinetur consentientibus aliis per scripta, cum confirmatione Primatis vel Metropolitani. Septimus. Ut abjectum Clericum alia Ecclesia non admittat. Nonus. Ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi ab uxoribus abstineant. Hi Canones excerpti a nonnullis dicuntur ex Syricii Papæ epistola, quæ merito suspecta & interpolata doctis videtur.

Numidia Synodus.
Ferrand. in brev. Can.

L. Post Pelagianæ hæresis damnationem, Albinæ, Piniani, & Melaniæ ejus conjugis literas accepit Augustinus. Scribebant se in Palæstina cum Pelagio egisse, ut quæcumque adversus eum dicerentur, scripto damnaret, eumque dixisse ipsis audientibus: Anathematizo, qui vel sentit, vel dicit, gratiam Dei, qua Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas, aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam, & qui hanc conantur auferre, pœnas sortiuntur æternas: cumque ulterius interrogassent de baptismo parvulorum, respondisse: & baptisma unum tenemus, quod iisdem Sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, dicimus esse celebrandum: & addidit; infantes in remissionem peccatorum recipere baptismum. Præterea eis recitasse libellum, quem Romam ad Innocentium miserat, graviterque conquestum, se a Synodo Diospolitana absolutum, in Cœlestii tamen damnatione Romæ ab Innocentio, & in Africa ab Episcopis esse comprehensum. Veteratoris dolos & ambiguitatem cum pervidere non valerent, putarunt Catholicum; quapropter tam læta celeriter Augustino nuntiare festinarunt. Harum literarum per-

Aug. l. 2. retract. c. 50.
Aug. l. de gratia Christi C. 2.
Pelagii fraus. Ib. c. 32.

CHRISTI AN. 418.

perlator Carthagine S. Præsulem reperit, qui licet multis Ecclesiasticis negotiis occupatus, responsum tamen non distulit, atque in duobus libris hæresiarchæ fraudes retexit, atque confutavit.

Aug. l. de gratia Christi c. 3. *Gratiam interiorem adjuvantem nunquam agnovit Pelagius.*

Prior inscribitur de gratia Christi. Ostendit Pelagium semper in eodem errore perseverantem. " Nam, inquit, gratiam Dei & adjutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura, aut in libero ponit arbitrio, aut in lege atque doctrina. „ Idque ex ipsius Pelagii verbis probat, præsertim ex quatuor ejus de libero arbitrio libris, atque ex Epistola ad Demetriadem virginem: & quia Pelagius diligenter ista tria distinguens, scilicet possibilitatem, voluntatem & actionem, naturalem possibilitatem adjuvari Dei gratia dixerat: " Non est hic apertum, subjicit Augustinus, quam dicat gratiam, vel quatenus ea naturam sentiat adjuvari: sed sicut aliis locis, in quibus evidentius loquitur, intelligi potest, non vult aliud accipi, quam legem atque doctrinam, qua naturalis possibilitas adjuvetur. Nam quodam loco ait: Hic nos imperitissimi hominum putant injuriam divinæ gratiæ facere, quia dicimus eam sine voluntate nostra nequaquam in nobis perficere sanctitatem: quasi Deus gratiæ suæ aliquid imperaverit, & non illis quibus imperavit, etiam gratiæ suæ auxilium subministret, ut quod per liberum homines facere jubentur arbitrium, facilius possent implere per gratiam. Et tanquam explicaturus, quam dicat gratiam, adjunxit dicens: Quam nos non, ut tu putas, in lege tantummodo, sed & in Dei esse adjutorio confitemur. Quis non hic desideret, ut ostendat, quam velit intelligi gratiam? ... Sed nobis hac exspectatione suspensis, quid addiderit, intuemini: adjuvat enim nos Deus, inquit, per doctrinam & revelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit; dum nobis, ne præsentibus occupemur, futura demonstrat; dum diaboli pandit insidias; dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœlestis illuminat .... In his omnibus non recessit a commendatione legis atque doctrinæ, hanc esse adjuvantem gratiam diligenter inculcans, & hoc exsequens quod proposuerat, cum diceret, sed in Dei esse adjutorio

C. 10. confitemur ... Nos eam gratiam, addit Augustinus, volumus iste aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo non solum promittitur, verum etiam creditur & speratur; nec solum revelatur sapientia, verum & amatur; nec solum suadetur omne quod bonum est, verum & persuadetur .... hanc debet

C. 26. Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus. „ Et infra probat

C. 28. hanc efficacem gratiam dari gratis.

C. 47. *Gratiam sufficientem, & efficacem admittit Augustinus.*

Denique concludit: " Sed quia ista quæstio, ubi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri ... Quapropter quantum attinet ad istam de divina gratia & adjutorio quæstionem, tria illa quæ apertissime distinxit, attendite: posse, velle, esse, id est possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo consenserit nobis, non solum possibilitatem in homine, etiamsi nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem & actionem, id est, ut bene velimus & agamus, quæ non sunt in homine, nisi quando bene vult, & bene agit, si, ut dixi, consentit, etiam ipsam voluntatem & actionem divinitus adjuvari, & sic adjuvari, ut sine illo adjutorio nihil bene velimus & agamus, eamque esse gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, in qua nos sua, non nostra justitia justos facit, ut ea sit vera nostra justitia, quæ nobis ab illo est, nihil de adjutorio gratiæ Dei, quantum arbitror, inter nos controversiæ relinquetur. „

Interiora gratiæ, quæ sit subministratio virtutis, necessitatem, gratuitatem, & efficaciam, Pelagium confutans, hic astruit Augustinus, ut legentibus patet. Agit autem potissimum de gratia efficaci, non tamen aliam negavit, multo minus putavit esse Pelagianam: sufficientem enim gratiam quandoque supponit vel probat: & primo quidem in verbis modo laudatis a Pelagio exigit ut fateatur possibilitatem in homine, etiamsi nec velit, nec agat bene, divinitus adjuvari; ac proinde admittat gratiam sufficientem, qua Deus adjuvat humanam possibilitatem seu potentiam, etiamsi non sequatur bona voluntas & actio. Eamdem non minus expresse demonstrat exemplo vocatorum ad cœnam, quorum alii venerunt, alii venire noluerunt. " Itaque, inquit, neque illi debent sibi tribuere, quia venerunt, neque illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut venirent vocati, erat in eorum libera voluntate. „ En gratia interior, qua sic vocantur, ut venire sit in eorum libera voluntate. Effectu tamen propter quem datur, frustratur, quia illi venire noluerunt. Sic, quemadmodum observat D. Prosper, magna pars hominum salvantis gratiam, aut repellit, aut negligit. Efficacis autem gratiæ necessitatem, ut opus salutare perficiatur, sæpius urget Augustinus, quia Pelagiani negabant divinum adjutorium ad bene volendum & agendum esse necessarium, specialemque electorum vocationem, qua Deus secundum propositum bonæ voluntatis suæ eos ad justitiam & salutem certo perducit ope gratiæ suæ, rejiciebant.

CHRISTI AN. 418.

Aug. l. 83. quæst. quæst. 68.

Prosper l. 1. de vocat. gent. c. 9.

R. P. Du Mesnil Doctr. Tom. II.

Aug. l. de pec. orig. *Originale peccatum qui negat fidei fundamenta subvertit.*

Alter Augustini liber est de peccato originali. Pelagium probat consentire Cœlestio, qui peccatum originale confiteri nolens, vel etiam aperte negans, Carthagine, & postea Romæ damnatus est; quo errore fidei fundamenta subvertit, etiamsi baptismum ad salutem parvulis necessarium confiteatur. Deinde respondet eorum objectionibus, ostenditque non inde sequi malas esse nuptias, quarum bonum est, inquit, proles, pudicitia, Sacramentum. Hanc Pelagii hæresim petere fundamenta Fidei sic probat: " In causa duorum hominum quorum per unum venundati sumus sub peccato, per alterum redimimur a peccatis, per unum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam: quorum ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suam, non ejus a quo factus est; iste nos in se salvos fecit, non faciendo voluntatem suam, sed ejus a quo missus est: in horum ergo duorum hominum causa proprie Fides Christiana consistit. Unus est enim Deus, & unus mediator Dei & hominum Homo Christus Jesus. Quoniam non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: & in illo definivit Deus Fidem omnibus, suscitans illum a mortuis. Itaque sine ista fide, hoc est sine Fide unius mediatoris Dei & hominum Hominis Christi Jesu, sine fide, inquam, resurrectionis ejus, quam Deus omnibus definivit, quæ utique sine Incarnatione ejus ac morte non potest veraciter credi, sine fide ergo Incarnationis & mortis & resurrectionis Christi, nec antiquos justos, ut justi essent, a peccatis potuisse mundari, & Dei gratia justificari, veritas Christiana non dubitat. „

1. ad Tim. 2. *Incarnationis mortis & resurrectionis Christi fides ad salutem necessaria.* Ib. c. 26. 1. Cor. 15.

Ostendit Pelagium, a gratia Mediatoris antiquos justos excludere voluisse, tanquam Dei & illorum hominum non fuerit mediator Homo Christus Jesus. " Quod si ita esset, inquit, nequaquam Apostolus diceret: Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur. Quandoquidem illi antiqui justi, secundum istorum vaniloquia, sibi sufficiente natura, nec mediatore Christo indiguerunt, per quem reconciliarentur Deo, nec in eo vivificabuntur, ad cujus corpus & membra, secundum id quod propter homines homo factus est, non pertinere monstrantur. Si autem quemadmodum per Apostolos suos veritas loquitur, sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur, quia per illum hominem mors, per istum hominem resurrectio mortuorum: quis audeat dubitare Christianus etiam justos illos qui recentioribus generis humani temporibus Deo placuerint, ideo in resurrectionem vitæ æternæ, non mortis æternæ esse venturos, quia in Christo vivificabuntur; ideo autem vivificari in Christo, quoniam ad corpus pertinent Christi, & ideo pertinere ad corpus Christi, quia & ipsis caput est Christus, ideo & ipsis caput esse Christum, quia unus mediator est Dei & hominum Homo Christus Jesus. Quod eis non fuisset, nisi in ejus resurrectionem per ejus gratiam credidissent. Et hoc quomodo fieret, si eum in carne venturum esse nescissent, neque ex hac fide juste pieque vixissent ... Quapropter quisquis humanam contendit in qualibet ætate naturam non indigere medico secundo Adam, quia non est vitiata in primo Adam, non in aliqua quæstione, in qua dubitari vel errari salva fide potest, sed in ipsa regula Fidei, qua Christiani sumus, gratiæ Dei convincitur inimicus. „ Quæcumque gesta fuerant in causa Pelagii & Cœlestii, cum his duobus libellis ad Pinianum misit Augustinus.

1. Cor. 15.

C. 29.

CHRISTI AN. 418.

Possid. vii. Aug. cap. 14.

LI. Post plenarium totius Africæ Concilium Augustinus cum aliis Episcopis in Mauritaniam proficisci Papæ Zozimi literis compulsus est, ob terminandas alias Ecclesiæ necessitates. Hac autem occasione provenit ut Cæsareæ Emeritum ejusdem urbis Episcopum Donetistam, & sectæ suæ principem videret, & cum eodem publice in Ecclesia duodecimo Kalendas Octobris ejusdem anni, populo adstante diversæ communionis, disputaret: gesta a publicis notariis excepta sunt. Illius exitum sic describit Augustinus: Affuit magna multitudo, nihil pro sua defensione dicere potuit, communicare noluit, dilatus perseversvit, convictus obmutuit, illæsus abscessit.

Aug. l. s. contra Gaud. cap. 6.

Re ipsa cum ipsum urgeret Augustinus, profundum silentium sibi indixit Emeritus, quamvis cives & propinqui pollicerentur, se ad ejus redituros communionem, etiam cum discrimine patrimoniorum, si modo Catholicam superaret assertionem. Augustinus ejus obstinationem vincere cum non posset, præsentes sic alloquitur: Videtis, Fratres, diu tacentem moneo.... obsecro ne sequamini pereuntem.

Possid. Ibid.

Ibidem civilem pugnam, nomine catervam, quotannis inibant cives. Propinqui, fratres, parentes ac filii duas in partes divisi, certo anni tempore per aliquot dies lapidibus inter se dimicabant; tantus certaminis furor, ut quisque, quem poterat, occideret. Augustinus quantum valuit, enisus est tam crudele tamque inveteratum pellere malum. Dicenti primo quidem acclamabant; institit donec eorum fletibus se rem obtinuisse cognovit. Re ipsa cum hæc scripto mandavit Augustinus, anni fuerant octo vel amplius, ex quo illic nihil tale tentatum est.

Aug. l. 4. doctr. Christ. cap. 24.

LII. Cæsareæ dum variis occupationibus detinetur, Donati Episcopi epistolam de origine animæ, an ex traduce propagetur, an vero singulæ a Deo creentur, legendam ei tradidere Muresses Episcopus, & Renatus Monachus, eorumque precibus ad eam respondere compulsus est. Ingenue fatetur jam diu dubium se esse de animæ origine, scripsisse se de ea re ad Hieronymum, cujus responsionem nondum acceperit; quidquid tamen asseratur, adstruendum esse originale peccatum, quemadmodum definivit Papa Zozimus, qui etiam Pelagii argumentationem, qua ex animarum creatione tolli peccatum originale contendebat, inter alia ejus damnabilia recensuit. Cæsarea Hipponem reversus rescripsit ad Mercatorem virum laicum, qui eum, dum Carthagine versaretur, per literas interrogarat de Pelagianis, quibus plurimum infensus erat; scripseratque eo jam adductos Pelagianos, ut infantem quemlibet recenti partu matris effusum, tamen per eos, a quibus baptizandus offertur, credere confiteantur, non ita tamen credere in remissionem peccatorum, tanquam & illis remittantur, quos nullum putant habere peccatum, sed hanc fieri credere in aliis remissionem, quæ non fit in eis. Augustinus vero concludit, eos sine aperta contradictione negare non posse originale peccatum. Albinus Romanæ Ecclesiæ Acolythus detulit hanc epistolam, aliamque breviorem ad Sixtum Romanum Presbyterum. Ei gratulabatur Augustinus, quod adversus Pelagianos, quibus ipsum favere rumor fuerat, defensionem gratiæ Dei susceperit.

Aug. ep. 190. alias 157.

LIII. Haud multo post Firmo Presbytero Romam ex Africa remeanti ad eumdem Sixtum dedit prolixiorem epistolam, hortaturque ut docendis Pelagianis instet, quibus terrendis satis institisset. " Sunt enim, inquit, quidam, qui justissime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrant domos, & quod in aperto jam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescunt: sunt autem qui omnino siluerunt magno timore compressi, sed adhuc corde retinent quod ore jam proferre non audent, qui tamen esse possunt fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alii severius coercendi, alii vigilantius vestigandi, alii quidem tractandi lenius, sed non segnius sunt docendi, ut si non timentur ne perdant, non tamen negligantur, ne pereant. „ His subjicit responsiones ad præcipuas Pelagianorum objectiones, quæ multum ad eorum instructionem valebant. Primo: " Etiamsi nec bonam voluntatem sine adjutorio Dei homo habeat, non tollitur liberum arbitrium, sed in Domino tanquam in petra stabili collocatur, paratur enim voluntas a Domino: Secundo. Personarum non est acceptor Deus, licet sine ullis præcedentibus meritis, cujus vult, miseretur, & quos dignatur, vocat. Nam cum universa hominum massa merito damnata sit, debite redditur pœna damnato, indebita gratia liberato.... Si enim omnis homo liberaretur, utique lateret quid peccato per justitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur?.... nullane igitur merita justorum? sunt plane, quia justi sunt. Sed, ut justi fierent, merita non fuerant.... Sed sicut dicit Apostolus, justificati gratis per gratiam ipsius.... Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat.... Restat igitur ut ipsam fidem, unde omnis justitia sumit initium.... gratuitum donum Dei esse fateamur; si gratiam veram, id est sine meritis cogitamus.... Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem vident; altitudo est divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia, & apud quem non est iniquitas, dum cujus vult, miseretur, & quem vult, obdurat: neque enim propterea sunt ista injusta, quia occulta... Nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. „

Augustini epistola ad Sixtum. Aug. ep. 194. alias 105.

CHRISTI AN. 418.

Gratia est gratuita

" Quærimus autem meritum misericordiæ, nec invenimus, quia nullum est, ne gratia evacuetur, si non gratis donatur..... Etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur: quid enim oramus, ait Doctor gentium, sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid est autem interpellat, nisi interpellare nos facit?.... Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus; sic in fine, quo erit vita æterna, coronabit nos sicut scriptum est in miseratione & misericordia. Unde & ipsa vita æterna, quæ utique in fine non sine fide habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur; tamen quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratis datur, nec ideo quia non meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur.... Satis sit interim Christiano ex fide adhuc viventi, & nondum cernenti quod perfectum est, sed ex parte scienti, nosse vel credere, quod neminem Deus liberet nisi gratuita misericordia per Dominum nostrum Jesum Christum, & neminem damnet nisi æquissima veritate per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet.... inscrutabilia sunt judicia ejus. „

Ibid.

Rom. 8.

Ibid.

Augustinus hic evidenter agit de prædestinatione adæquate sumpta, quæ est præparatio mediorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur, quæ propria est electorum sive prædestinatorum; & docet vocationem ad fidem & justificationem semper esse pure gratuitam, & gloriam æternam gratis dari, quia data sunt & merita, quibus datur, sicque Deus coronat sua dona. Hæc dogmata Catholica adversus Pelagianos hic astruit Augustinus, quem sequuntur omnes Theologi. Alias vero incidentes quæstiones non examinat, scilicet quomodo gratia sit efficax; an detur aliqua, quæ non sit efficax, licet sufficiens; an reprobis dentur aliqua media salutis, & quænam; an salvi potuerint esse, & quomodo? Demum docet infideles, qui nihil de Christo & ejus mysteriis audierunt, damnationis excusationem non habere ex hac ignorantia, justeque damnari, tum ob originale peccatum eis non remissum, tum ob ea peccata quæ propriæ voluntate scientes commisere. Neque enim damnantur qui non peccaverunt .... ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, sive qui novit, sive qui ignorat fidei mysteria .... sed neque ab illo quod originaliter trahitur, neque ab eis, quæ unusquisque in vita propria vel non intelligendo, scilicet religionem Christianam, vel nolendo intelligere, mala congregat, vel etiam instructus ex lege, additamento prævaricationis exaggerat, quisquam liberatur, & justificatur, nisi gratia Dei per Dominum Jesum Christum, non solum remissione peccatorum, sed prius ipsius inspiratione fidei, & timoris Dei, impartito salubriter orationis affectu & effectu, donec sanet omnes languores nostros, & redimat de corruptione vitam nostram, & coronet nos in miseratione & misericordia.

Hanc

CHRISTI AN. 418. Hanc autem discretionem & electionem electorum, qui perfecte liberantur a massa reprobationis, sola Dei misericordia fieri demonstrat exemplo parvulorum. *Ibid.* Concedebant Pelagiani, quod nullus parvulus, nisi renatus ex aqua & spiritu, intret in regnum Cœlorum: quemadmodum aperte docet Scriptura. *Prædestinatio est gratuita.* Hinc eos sic urget: " Quam quæso allaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur, ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium, priusquam ab eis baptizandus afferatur, expirat? an hoc fato vel fortunæ daturi sunt? non opinor eos in tantam dementiam prorupturos, quantulumcumque nomen Christianum tenere cupientes: cur ergo in regnum Cœlorum, non accepto regenerationis lavacro, parvulus nullus intrabit? numquid ipse sibi parentes infideles vel negligentes de quibus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus sæpe etiam religiosorum Christianorum præveniuntur & baptismo præripiuntur infantes, cum e contrario sacrilegorum & inimicorum Christi aliquando in Christianorum manus venientes, ex hac vita non sine Sacramento regenerationis emigrent. „

Ibid. „ Quid hic dicturi sunt qui, ut gratia dari possit, nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor Deus? Quæ tandem hic merita præcesserunt? Si eorumdem cogitaveris parvulorum, nulla sunt propria; utriusque est illa massa communis: si parentum attenderis, bona sunt illa quorum filii repentinis mortibus sine Christi baptismate perierunt: mala vero illa quorum filii per Christianorum aliquam potestatem ad Sacramenta Ecclesiæ pervenerunt: & tamen providentia Dei, sine cujus voluntate non cadit passer in terram, quæ nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hæreditatem cœlestem, non consulit omnibus parvulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam parvulis impiorum? Ille infans de fidelibus conjugatis ortus, lætitia parentum susceptus, matris vel nutricis somnolentia suffocatus, fit extorris & expers fidei suorum. Ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum Christiana sollicitudine baptizatur, fit æterni consors & particeps regni . . . . Hic audeant dicere Deum vel acceptorem in sua gratia personarum, vel remuneratorem præcedentium meritorum. „ Ex gratuita prædestinatione parvulorum ad fidem, justificationem & gloriam, adultos ad eadem gratis prædestinari & perduci invicte colligitur; siquidem adulti ante fidem omnis meriti sunt incapaces, sine fide enim impossibile est placere Deo. Verumtamen inter adulti & parvuli prædestinationem ad gloriam, hoc interest; his independenter ab operibus bonis datur ut hæreditas, illis vero ut corona justitiæ offertur dependenter a bonis operibus, sive ante, sive post prævisa merita ad eam prædestinari dicantur; quam quæstionem præcise, ut solent scholastici, non examinavit Augustinus. Quædam tamen ejus locutiones non parum favent S. Thomæ sententiæ, qui docet prædestinationem ad gloriam esse gratuitam, & meritis absolute prævisis priorem. CHRISTI AN. 418. Præparatio enim mediorum, quibus certissime liberantur electi, & perseverantia finalis, cum sint dona divinæ misericordiæ pure gratuita, & tamen necessario cum gloria cœlesti connexa sint; quomodo Deus simul eam non vult electis, quibus ea dona gratis destinat?

Pelagiani cum his coarctarentur insidiis, dicebant: *Ibid.* Deus in eis, quos hinc aufere, prævidet, quemadmodum victurus esset quisque si viveret: & ideo quem nequiter novit fuisse victurum, sine baptismo facit emori, sic in eo puniens opera mala, non quæ fecit, sed quæ facturus fuit. Absurdam & impiam responsionem sic confutat Augustinus: " Si ergo divinitus etiam quæ commissa non sunt, opera mala puniantur, primo attendant, quam falso polliceantur in damnationem parvulos non ituros, qui sine baptismate moriuntur, qui propterea non baptizantur, quia male victuri erant, si viverent: propter ipsam quippe malam vitam proculdubio damnabuntur, si etiam propter mala quæ fuerant futura, damnantur. Deinde si eis ad percipiendum baptismatis consulitur Sacramentum, quos novit Deus, si viverent, bene fuisse victuros, cur non omnes tenentur in vita, qui eam bonis operibus ornaturi sunt? cur etiam eorum qui baptizantur, quidam diu viventes pessime vivunt, & usque ad apostasiam aliquando perveniunt . . . . Quid denique præstatur ei, qui rapitur, ne malitia mutet intellectum ejus, & ne fictio decipiat animam ejus, si juste etiam illa puniuntur, quæ licet non fecerit, fuerat tamen vivendo facturus. „ Denique sic concludit: " Si qua illos alia excogitare adversus Fidem Catholicam scieritis, & quæcumque adversus eos, ne Dominici gregis infirma devastent, vos quoque fideli & plane pastorali dilectione differitis, nota facite nobis. Hæreticorum quippe inquietudine, ut Scripturas vigilantius perscrutemur, unde, ne ovili Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignaviæ nostra excitatur industria; ita per multiplicem gratiam Salvatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus convertit in adjutorium. „

" Inter hæc, inquit Augustinus, venit in manus meas quidam sermo Arianorum, sine nomine authoris sui: huic, petente atque instante qui eum mihi miserat, quanta potui etiam brevitate ac celeritate respondi. *Aug. l. 2. retract. cap. 52.* Hic sermo sic incipit: Dominus noster Jesus Christus, Deus unigenitus, primogenitus totius creationis, voluntate Dei & Patris sui ante omnia sæcula constitutus. Respondeo, inquit Augustinus, quod cum Dominum nostrum Jesum Christum fatentur quidem Deum, sed Deum verum, & cum Patre unum Deum nolunt fateri, duos nobis inducunt Deos diversæ disparisque naturæ: unum verum, alterum non verum, contra illud quod scriptum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est ... Et de Christo dictum est a Joanne Apostolo: Ipse est verus Deus & vita æterna. „ *August. contra serm. Arian.* *Deut. 6.* *1. Joan. cap. 5.* Eodem modo percurrit singulos illius sermonis articulos, qui Arianæ hæreseos synopsim continent.



LIBER

LIBER XXI.

S. Stephani Reliquiarum venerationem miraculis approbat Deus. Occasione Apiarii Presbyteri de appellationibus ad Papam litigant Afri Episcopi... Bonifacius fit Papa, adversus eum schisma movet Eulalius, quem in exilium ejicit Honorius; qui etiam dat leges adversus Pelagianos, eorumque damnationi subscribere Episcopos jubet. Augustinus Donatistarum & Pelagianorum reliquias scriptis insequitur atque profligat: editis interim aliis opusculis. Antonium, quem Fesulæ præposuerat Episcopum, ob crimina ejicit, datque operam ne a Papa recipiatur. Instituit monasterium, unum Clericorum, aliud monialium, quibus præscribit regulas. Eradium ex consensu Cleri & populi sibi successorem designat. Adrumentinorum dissensionem & quorumdam errorem coercet, misso libro de gratia & libero arbitrio: & postea libro de correptione & gratia, in quo docet finalem perseverantiam esse donum Dei gratuitum, & tamen non perseverantes esse puniendos. Leporium ab errore revocat, ejusque retractationem mittit ad Episcopos Galliæ, qui eum damnaverant. Vitalem semi-pelagianum corrigit, missis ad eum fidei regulis de gratia. Denique Bonifacium Comitem, qui Vandalos in Africam induxerat, revocat ad officium. Cassianus docet semi-pelagianismum, cui adhærent Massilienses: de eorum erroribus ad Augustinum scribunt Prosper & Hilarius. Augustinus primarios eorum errores confutat in libris de Prædestinatione Sanctorum, & de dono perseverantiæ. S. Euthymius vitæ austeritate & miraculis clarescit. Bonifacius Sedis suæ juribus strenue vindicatis, successorem accipit Cælestinum, qui decretalem scribit ad Episcopos Galliæ. S. Honoratus instituit Lirinense monasterium, & moritur Episcopus Arelatensis. S. Hieronymus, ejusque discipula S. Eustochium virgo in Domino obdormiunt. Honorio Imperatori succedit Valentinianus tertius.

CHRISTI AN. 409.

I. Rosius Presbyter Carthagine solvit nono quadringentesimo anno repetens Hispanias, quas cum Gothi occupassent, exscendere non ausus, Magonam Minoricæ insulæ portum celebrem ingressus, S. Stephani Reliquias in ejus Ecclesia deposuit. Earum occasione pugnæ Religionis Christianos inter & Judæos in omnibus plateis & domibus gerebantur. Interea Severus Insulæ Episcopus ex vicina civitate Jammonensi Magonam pervenit, qui ubi cognovit Judæos omnia telorum genera contulisse ad Synagogam, sequente magna fidelium multitudine eam occupat, injectoque igne eam omnibus suis ornamentis, exceptis libris & argento, consumpta est; argentum postea ipsis reddidere Christiani. Judæorum quingentæ quadraginta animæ cum Theodoro Synagogæ Principe intra octiduum professæ sunt Christianam religionem. Hæc pauca e longiore Severi Epistola delibavimus, quam putamus interpolatam plurimis factis extraordinariis & mirabilibus inter se male consutis, ut patebit ex sequentibus: Christiani ad disputationem provocant Judæos numero superiores, qui parant arma, advenienti tamen Severo Episcopo, factum negant, & tranquille cum Christianis cantantes Psalmos pergunt ad Synagogam, ubi latebant arma; mulierculæ tantam multitudinem lapidibus lacessunt; nostri iisdem armis Judæos invadunt, licet lateribus suis inhærentes. In tanta lapidum grandine ne unus quidem leviter attingitur, nulloque prohibente cum tota supellectili Synagogam flammis succendunt Christiani: Judæi frequentes baptismum suscipiunt nulla præmissa instructione, illiusque eventus nulla ratio redditur, nisi quædam visiones ambiguæ. Hæc & similia narrantur stilo prorsus barbaro, & pueriliter effuso. Extant etiam inter opera Augustini duo libri de miraculis S. Stephani, quos non esse Augustini, fatentur omnes. Evodii quoque Episcopi Uzalensis nomine falso inscriptos demonstrant hæc verba prologi: Beatissime Papa Evodi, jussis paternitatis tuæ studiose obtemperare curavi, non tam fisus viribus meis, quam adjutus gratia Dei, & sanctis orationibus tuis, ut ea quæ per patronum nostrum Stephanum primum Martyrem suum operatus est apud nos Christus, auribus intimentur. Quidquid sit de libris authoris incerti, Augustinus testis omni exceptione major affirmat multa tum apud Uzalum, tum alibi in veneratione reliquiarum S. Stephani perpetrata esse miracula, quæ ad Catholicam veritatem confirmandam sufficiunt.

Sever. epist.

Aug. ser. 323. nov. edit.

Aug. l. 22. de civit. Dei c. 8.

S. Reliquiarum venerationem miraculis comprobat Deus.

Ad aquas Tibilitanas, inquit, Episcopo Projecto afferente reliquias Martyris gloriosissimi Stephani, ad ejus memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus & occursus. Ibi cæca mulier, ut ad Episcopum portantem duceretur, oravit: flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admovit, protinus vidit, stupentibus qui aderant, præibat exsultans. Memorati memoriam Martyris, quæ posita est in castello Sinitensi, quod Hipponensi coloniæ vicinum est, ejusdem loci Lucillus Episcopus, populo præcedente atque sequente portabat. Fistula, cujus molestia jam dudum laboraverat, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, opperiebatur manus, illius piæ sarcinæ vectatione repente sanata est. Eucharius est Presbyter ex Hispania, Calamæ habitat, veteri morbo calculi laborabat, per memoriam supradicti Martyris, quam Possidius illo advexit, salvus factus est. Idem ipse postea morbo alio prævalescente, mortuus sic jacebat, ut ei jam pollices ligarentur: opitulatione memorati Martyris, cum de memoria ejus reportata fuisset, & super jacentis corpus missa ipsius Presbyteri tunica, suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primarius, nomine Martialis, ævo jam gravis, & multum a religione abhorrens Christiana. Habebat sane fidelem filiam & generum eodem anno baptizatum, qui eum cum ægrotantem multis & magnis lacrymis rogarent, ut Christianus fieret, prorsus abnuit, eosque a se turba indignatione submovit.

Christi An. 409. movit. Visum est genero ejus, ut iret ad memoriam sancti Stephani, & illic pro eo quantum posset, oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & sinceriter ardente pietatis affectu: deinde abscedens aliquid de altari florum tulit, eique, cum jam nox esset, ad caput posuit: tum dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat, ut ad Episcopum curreretur; eo absente, venire Presbyteros postulavit. Venerunt, credere se dixit, admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hoc quamdiu vixit, in ore habebat: Christe accipe spiritum meum: cum hæc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est a Judæis, ultima fuisse nesciret: non multo post etiam ipse defunctus est.

Ibid. Audurus nomen est fundi, ubi Ecclesia est, & in ea memoria Stephani Martyris. Puerum quemdam parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves qui vehiculum trahebant, rota obtriverunt, & confestim palpitavit expirans. Hunc mater arreptum ad eamdem memoriam posuit, & non solum revixit, verum etiam illæsus apparuit. Sanctimonialis quædam in vicina possessione, quæ Caspaliana dicitur, cum ægritudine laboraret, ac desperaretur, ad eamdem memoriam tunica ejus allata est: quæ antequam revocaretur, illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver ejus parentes, & recepto spiritu salva facta est. Apud Hipponem Bassus quidam Syrus ad memoriam ejusdem Martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoque secum vestem ejus adtulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nuntiarent: sed cum, orante illo, ab amicis ejus exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret: qui cum domum redisset, jam suorum ejulatibus personantem, & vestem filiæ, quam ferebat, super eam projecisset, reddita est vitæ. Item apud nos vir tribunitius Eleusinus super memoriam Martyris, quæ in suburbano ejus est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium: & post orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, viventem levavit.

D. Aug. serm. 323. & 324. nov. edit. Apud Uzalim, ubi est Episcopus frater meus Evodius, quanta miracula ibi fiant, quærite, & invenietis. Prætermissis autem aliis, indico vobis unum, quod ibi factum est. Mulier quædam amisit in gremio ægrotantem filium catechumenum infantem lactentem. Quæ cum vidisset amissum & irreparabiliter perditum, cœpit eum magis flere fideliter, quam materne. Non enim filii sui desiderabat vitam, nisi in futuro sæculo, & hanc sibi ablatam & periisse plangebat. Impleta affectu fiduciæ tulit illum mortuum, & cucurrit ad memoriam beati Martyris Stephani, & cœpit ab illo exigere filium, & dicere: sancte Martyr, vides nullum mihi remansisse solatium: non enim possum dicere filium præcessisse, quem nosti perisse: tu enim vides, quare plangam; redde filium meum, ut habeam eum ante conspectum coronatoris tui. Hæc & talia cum precaretur, lacrymis quodammodo non petentibus sed exigentibus, revixit filius ejus: & quia dixerat, nosti quare illum quæram: ostendere etiam voluit Deus verum animum ipsius. Continuo tulit illum ad Presbyteros, baptizatus est, sanctificatus est, unctus est, imposita est ei manus: completis omnibus Sacramentis assumptus est. Illa autem tali eum cum vultu deduxit, tanquam non deduceret ad requiem sepulchri, sed ad sinum Martyris Stephani. En cultus Sanctorum religiosus, eorumque reliquiarum, & baptismi necessitas ad salutem etiam pro parvulis, qui ex fidelibus parentibus progeniti sunt, hic miraculis comprobantur divinitus.

Aug. l. 22. de civit. Dei c. 8. Non possum, inquit Augustinus, omnia commemorare quæ scio, & procul dubio plerique nostrum, cum hæc legent, dolebunt me tam multa præter misisse, quæ utique mecum sciunt. Quos jam nunc, ut ignoscant, rogo, & cogitent quam prolixi laboris sit.... Si enim miracula sanitatum, ut alia taceam, ea tantummodo velim scribere, quæ per hunc Martyrem facta sunt in colonia Calamensi, & in nostra, plurimi conficiendi sunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis... unum est apud nos factum tam clare & illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hipponensium, qui hoc non viderit, vel didicerit. Decem quidam fratres, quorum septem sunt mares, tres fœminæ, de Cæsarea Cappadociæ, suorum civium non ignobiles, maledicto matris recenti patris eorum obitu destitutæ, quæ injuriam ab eis factam acerbissime tulit, tali pœna sunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua fœdissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaquaversum cuique ire visum est, toto pene vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamante jam cogniti. Venerunt autem ante Pascha ferme dies quindecim, Ecclesiam quotidie, & in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant, orantes ut jam sibi placaretur Deus, & salutem pristinam redderet... Venit & Pascha, atque ipso die Dominico mane, cum jam frequens populus præsens esset, & loci sancti cancellos, ubi Martyrium erat, idem juvenis orans teneret, repente prostratus est, & dormienti simillimus jacuit, non tamen tremens, sicut etiam per somnium solebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis paventibus, cum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, & potius eaitum expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit, & non tremebat, quoniam sanatus erat, & stabat incolumis. Clamantium gratulantiumque vocibus Ecclesia usquequaque completa est. Inde ad me curritur, ubi sedebam jam processurus... meque gaudente, & apud me gratias Deo agente, ingreditur ipse etiam cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat Ecclesia.... Salutavi populum, & rursus eadem fervcntiore voce clamabant.

Ex Dominico Paschæ die tertio, feci stare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus, eorum calamitatis historiam continens. Intuebatur populus universus sexus utriusque unum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contremiscentem. Ibid.
Recitato eorum libello, de conspectu populi abire eos præcepi, & de tota ipsa causa aliquanto diligentius cœperam disputare: cum ecce, me disputante, voces aliæ de memoria Martyris novæ gratulationis audiuntur. Conversi sunt eo qui me audiebant, cœperuntque concurrere. Illa enim ubi de gradibus descendit, ad sanctum Martyrem orare perrexerat. Quæ mox ut cancellos attigit, collapsa similiter velut in somnum, sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit, ingressi sunt cum illa in basilicam ubi eramus, adducentes eam sanam de Martyris loco. Tum vero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cum lacrymis non videretur posse finiri. Perducta est ad eum loenm, ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem fratri, cui doluerant remansisse dissimilem... Exultabant in Dei laudem... Quid erat in cordibus exultantium, nisi Fides Christi, pro qua Stephani sanguis effusus est?

Quantæ temeritatis est hic nimiæ credulitatis accusare Augustinum, tantum Doctorem, cujus authoritatem revereri se Protestantium duces profitentur, præsertim cum ea tantum narret miracula, quæ suis oculis, spectante etiam tota civitate Hipponensi ipse viderat, vel in aliis Africæ civitatibus, quas nomine designat, gesta didicerat ex actis publicis, quorum veritatem attestabantur cum Cleris Episcopi. Ex his autem adversus gentiles sic concludit Augustinus:
" Cui, nisi huic fidei, attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne, & in cœlum ascendisse cum carne? Numquid & vere addiderim, hæc etiam attestari ei fidei, quæ prædicatur in sola Ecclesia Catholica, in qua tantum hæc mira fiunt, & quæ numquam apud alias sectas ab ea separatas facta sunt. Quia & ipsi Martyres hujus fidei Martyres, id est, hujus fidei testes fuerunt, huic fidei testimonium perhibentes mundum inimicissimum & crudelissimum pertulerunt, eumque, non repugnando, sed moriendo vicerunt. Pro ipsa fide mortui sunt, qui hæc a Domino impetrare possunt, propter cujus nomen occisi sunt. Pro hac fide præcessit mira eorum patientia, ut in his miraculis tanta ista potentia sequeretur... Faciunt autem ista Martyres, vel potius Deus vel orantibus vel cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, qua eos, non deos esse nostros, sed unum Deum habere nobiscum credamus. Denique illi, nempe gentiles, talibus diis suis & templa ædificaverunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias sicut humi-

August. ibid. c. 9. *Cultus Martyrum legitimus.*

Ib. c. 10.

CHRISTI An. 409.

hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus Martyribus, ſed uni Deo & Martyrum & noſtro; ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei, qui mundum in ejus confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur, non tamen a Sacerdote, qui ſacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipſis, ſacrificat, quamvis in memoria ſacrificet eorum, quia Dei Sacerdos eſt, non illorum. Ipſum vero ſacrificium Corpus eſt Chriſti, quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt ipſi . . . Credamus ergo eis & vera dicentibus, & mira facientibus. Dicendo enim vera paſſi ſunt, ut poſſent facere mira. „

Gennad. de vir. Illuſtr.

Oroſius Presbyter, vir eloquens, qui D. Stephani primas reliquias attulerat, poſtea rediit in Hiſpanias ſuam patriam; D. Auguſtini conſilio ſcripſit adverſus querulos Chriſtiani nominis, qui dicunt defectum Romanæ Reipublicæ Chriſti doctrina invectum, libros ſeptem hiſtoriarum, complexus res geſtas ab initio mundi uſque ad annum Chriſti 418.

Cod.Can. Eccl.Afr. Concil. tom. I. nov. ed. *Lis de appellationibus.*

II. Gravis eodem anno controverſia Epiſcopos Africanos inter & Papam Zozimum ex errore facti nata eſt. Urbanus Siccenſis Epiſcopus Apiarium Presbyterum gravium criminum reum, cujus etiam ordinationem irritam cenſebat, exauturatum Eccleſiæ communione ejecerat. Hic ad Zozimum interjecta appellatione confugit, qui ſtatim Fauſtinum Potentinæ in Piceno Epiſcopum, unaque Philippum & Aſellum, Presbyteros ſuos legatos in Africam deſtinavit. Carthaginem cum perveniſſent, delegatis a ſuperiori plenaria Synodo Epiſcopis cum Aurelio congregatis, mandata proponunt, iiſdemque requirentibus proferunt ſuum commonitorium, quod recitatum eſt: in quo eis quatuor gerenda mandata ſunt, unum de appellationibus Epiſcoporum ad Romanum Pontificem; alterum, ne ad comitatum Epiſcopi importune navigent; tertium de tractandis Presbyterorum & Diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi a ſuis excommunicati perperam fuerint; quartum, de Urbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romæ vocando, niſi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret: quorum omnium de primo & tertio, literis ſuis ad Zozimum inſinuarunt, ut ea ſervare ſine ulla ejus injuria pauliſper ſineret, uſque ad inquiſitionem ſtatutorum Concilii Nicæni: Canones enim, quos pro poſtulatis ſuis allegabat Zozimus, in exemplaribus non legebant. Nec mirum, Sardicenſis quippe Synodus, non Nicæna, jus appellationum confirmaverat: illius porro Canones legitimos non habebant Afri. Zozimus vero eos cum Nicænis, quorum velut appendices erant, confundebat; hinc origo longæ contentionis.

Ibid. Ep.Conc. Afric. ad Bonif. Papa.

CHRISTI An. 419.

Libel. Presbyt. Rom. ad Honor. *Boniſacius fit Papa.*

III. Zozimus poſt novemdecim menſes Pontificatus diem extremum obiit: ſepultus eſt juxta corpus beati Laurentii ſeptimo Kalendas Januarias anno quadringenteſimo decimo nono. Eo mortuo, non minimum Romana concutitur Eccleſia. Lateranenſem Eccleſiam, obſtructis pene omnibus ingreſſibus, Archidiaconus Eulalius, contemptis impie ſummi Sacerdotis exequiis, Diaconibus & pauciſſimis Presbyteris ac multitudine turbatæ plebis obſederat. Altero die ad Eccleſiam, ubi prius ab omnibus fuerat conſtitutum, habita omnium collatione, pars maxima Cleri properavit; ibique participato cum Chriſtiana plebe conſilio, elegerunt venerabilem virum Boniſacium, veterem Presbyterum, in lege doctiſſimum, ac bonis moribus comprobatum, & quod eum magis ornabat, invitum, acclamatione totius populi, & conſenſu meliorum civitatis, ſubſcribentibus plus minus ſeptuaginta Presbyteris, aſtantibus novem diverſarum Provinciarum Epiſcopis.

Eulalii ſchiſma.

Sed Eulalius per tres Presbyteros ex multorum authoritate conventus, ne quid ſibi temere præter conſcientiam Cleri majoris aſſumeret; circumventis pauciſſimis Presbyteris, male acceptis his, ac diverſæ cuſtodiæ manciparis, qui ad prohibendum cum literis venerant, exhibito etiam cum aliis Oſtienſi Epiſcopo, quem prope mortuum conſtat accitum, in locum ſibi non debitum, incuſtodito religionis ordine per ambitum proruit.

Ibid.

Eulalio favebat Symmachus urbis Præfectus, qui geſtorum relationem eodem die vigeſimo nono Decembris ſcribens Honorio, illum commendavit ut legitimum Pontificem. Imperator reſcripſit . . . . . Convenire votum & ſtudium noſtrum circa Eulalium ſacræ Legis Antiſtitem, ſublimitas tua clementiæ noſtræ authoritate præſenti cognoſcat, cui competens numerus ordinantium legitimus, ſolemnitas temporis, locique qualitas recte venerandum nominis apicem contulerunt... abſoluta itaque decernimus juſſione... Boniſacium interdicta confeſtim urbe prohiberi . . . pertinacius reſiſtentem, invitum præcipimus expelli... In qua Aphrodiſium Vicarium Tribunum & Notarium dirigi a noſtra manſuetudine placuit, ut præſente eo, quæ ſtatuimus, celerius impleantur . . . . Datum tertio nonas Januarii, Ravennæ anno 419. Symmachus his acceptis literis, miſſo primiſcrinio Boniſacium accerſit die Epiphaniæ, prohibetque ne cum populo publice procedat, vel celebret officium. Boniſacius neglectis mandatis procedit longo ordine populi ſupplicantis, qui etiam miſſum verberavit. Quod ubi Præfecto nuntiatum eſt, contendit ad ſanctum Paulum, quo Boniſacius cum ſuis convenerat, qui nihilominus progreſſus urbem ingreſſus eſt, expulſis Præfecti apparitoribus, qui portam cuſtodiebant: ſed pluribus occurrentibus ipſe viciſſim repulſus eſt, diſperſaque cum comitante turba, extra murum deductus a quatuor contubernalibus & apparitoribus, ſine ulla cuſtodiri injuria jubetur. Eulalius vero eo die pene cum omni multitudine ad ſancti Apoſtoli Petri Baſilicam ſolemnia celebrat. Symmachus Imperatoris reſcriptum publicavit: remque uti juſſus erat, compoſitam ſine ſeditione ſcripſit, ſexto Idus Januarii.

CHRISTI An. 419.

Ibid. *Schiſma compoſitum judicio Imperatoris.*

Presbyteri, qui Boniſacium elegerunt, utriuſque electionis relationem, quam ſuperius dedimus, mittunt ad Honorium; cui hæc ſubjiciunt: Petimus pietatem veſtram, ut removeri priora conſtituta jubeatis, atque Eulalium, qui in locum ſubrepſit alienum, ad comitatum ſerenitatis veſtræ cum authoribus ſuis debere adduci. Nos enim profitemur S. Papam Boniſacium noſtris cum Sacerdotibus affuturum: relictis ſingulis titulis, Presbyteri omnes aderunt, qui voluntatem ſuam, hoc eſt, Dei judicium proloquantur. Accepto eo libello ſupplici, Honorius Symmacho præcipit, ut ſuſpenſis omnibus, quæ ſuperius ſunt decreta, Boniſacium & Eulalium inſtantia digna conveniret, ut intra diem ſextum Iduum Februarii Ravennatum civitatem præſentiam ſuam maturare non differant: omnibus æque admonitis, qui authores utriuſque ordinationis exiſtunt, ut amota excuſatione, non deſint . . . judicium de ſtatu ſuo quiſque, ſi adeſſe neglexerit, ſortiturus ... Nos quoque ex diverſis provinciis competentem numerum Sacerdotum ſcriptis noſtræ ſerenitatis accimus; ut rem deductam in medium abſolvat nobis coram diſceptatio plurimorum . . . Datum decimo octavo Kalendas Februarii. Judicium cauſæ Eccleſiaſticæ non ſibi, ſed Epiſcopis attribuit Imperator.

Symmach. litt. ad Hon.

Accepto Principis mandato per Aphtonium Decurionem, quid egerit Symmachus, ſic exponit Honorio. Conventis ſtatim Proceribus, ſacra juſſio publicata eſt, & ad religioſos viros Boniſacium & Eulalium miſſa conventio eſt. Clericos quoque eorum præcepi pariter admoneri, ut nihil futuro, cognoſcente pietate veſtra, deeſſet examini . . . Verum poſtquam pars utraque populi diverſis ſeditionibus exagitaretur, ſingulos admonitione miſſa conveni, ne ad unam Eccleſiam convenirent, ne quod fieri non licebat, multitudo inter ſe confligeret . . . Ob quam rem ambæ partes calumnioſiſſime crediderunt hac conteſtationibus appetendum, ut errorem ſuum compoſitis mendaciis excuſarent. Quod ne in aliquo clementiam veſtram lateat, eadem, quæ obtulerunt, actis inſerta tranſmiſi, ne quidquam ſuppreſſum eſſe quererentur. Hæc fraudulenter inſinuat, ne uni parti faviſſe videretur.

Honor. comm.

Epiſcopi cum Ravennam conveniſſent, Honorius ſcripta commonitione mandavit, ut hi Epiſcopi, quos interfuiſſe eorum ordinationibus conſtat, & poſtea ſubſcripſiſſe, ſine injuria ſui, judices non ſederent, nec ullum præſtare teſtimonium poſſent, ne non tam novam prolaturi ſententiam, quam ſervaturi factum præteritum viderentur. Contagione quadam diſſidii afflata eſt Synodus. Cum igitur diſcrepantibus ejus ſuffragiis lis finiri non poſſet, ad Kalendas Majas negotium Honorio differri placuit. At quoniam vicinitas ſanctorum Paſchæ dierum Epiſcopi præſentiam poſtulabat, Boniſacium & Eulalium juſſit ab urbe abſcedere, elegit Achilleum Spoletinum Epiſcopum, quem a favore partium conſtabat eſſe alienum, qui myſteria ſacræ obſervationis impleret. Monuitque Symmachum, ut regionum Primatibus evocatis, diſciplinæ publicæ, quietique proſpiceret. Senatui, Popu-

Honor. epiſt. ad Symmach.

CHRISTI AN. 419.

Populoque Romano etiam scripsit Imperator, ut pacifice reciperent Achilleum, qui reverenda sacris diebus mysteria celebraret, quia de vero eorum Sacerdote nihil definiri potueret. Literæ datæ sunt Idibus Martii.

Honor. epist. ad Paul. Nol.

Alias plures literas dedit ad diversos Episcopos, eos evocans ad dilatam ad Kalendas Majas Synodum. S. Paulinum Nolanum, qui morbo detentus, priori Synodo adesse non poterat, amicissimis verbis invitat cum magna ejus virtutis commendatione. Africæ & Galliarum Episcopis scripsit ut adessent Synodo, quam idcirco rursus dilatam Spoleti Idibus Junii indixerat. Placidia quoque Honorii soror Aurelio Carthaginensi, Augustino, Alypio, Evodio, illustrioribusque Africæ Episcopis direxit epistolas, eos invitans.

Eulalius relegatus. Relat. Symm. ad Imp.

Cæterum ob Eulalii imprudentem temeritatem, Synodo nihil opus fuit. Hic quippe quindecimo Kalendas Aprilis, urbem, nesciente Præfecto, ingressus est. Eodem die circa vesperum Spoletinus Episcopus, missis literis, Symmachum admonuit injunctam sibi esse ab Imperatore in urbe Paschatis celebrationem; & ipse post tres dies Romam venit. Seditio statim excitata est: ab una parte multitudo armata ferro & telis ad forum militari habitu convenit. Convocatis Proceribus processit Symmachus, ut populum alloquendo compesceret: primo ad conventum venerunt: deinde cum expectaretur Achillei præsentia, ut quæ jussa fuerant, publicaret, multitudine resistente, venire non potuit: & cum ad forum Vespasiani Symmachus & urbis Vicarius, perurgente populo, fuissent ingressi, ut quietem utriusque partis multitudini suaderent: subito armati servi telis & saxis, populum partis Eulalii aggressi sunt, qui inermes convenerant, & aliquos sauciaverunt. Præfectum etiam & Vicarium lapidibus appetunt, qui per secretiorem partem egressi saxorum impetum effugerunt: eorum aliqui agniti atque tenti sunt audiendi. Hæc Constantio significavit Symmachus, decimo Kalendas Aprilis, orans ut celeri responso, ante diem festum Paschæ quid fieri debeat, jubeat. Minantur enim, inquit, se populi invicem pugnaturos, dum de Lateranensi Basilica alterutrum se existimant excludendos.

Ibid. Honor. rescript. adv. Eulal.

Constantius statim Cancellarium suum direxit, qui Honorii sequens decretum deferret ad Symmachum: " Æquo animo dissimulare non possumus publicum pene bellum, indictum: movendi ejus caput Eulalium, qui jussa transcendit, extitisse, secundum ordinem præceptorum paulisper abesse non passum. Unde sublimitas tua hoc nos statuisse cognoscat, ut moderata Synodi ordinatio deberet custodiri: quod aliter fieri non posse censemus, nisi Eulalius omnimode urgeatur, ut omni celeritate ab urbe discedens, insolenti populo præsens incitamenta non præbeat. Cui esse dubium non debet, si in hac præsumptionis obstinatione duraverit, non solum de statu suo judicium jam prolatum, verum etiam de salutis discrimine proferendum... nihil ea hoc excusationis habiturum, quod, eo invito, a plebe asserat retentari. Si quis autem ex numero Clericorum communicandum Eulalio, judicio pendente, censuerit; pari se sciat sententia esse damnandum: Laicos vero... honestioris loci, pœnam proscriptionis, servos vero capitis esse subituros: Primates vero regionum, nisi spiritum plebis inconditæ domuerint ac frœnaverint, sciant se raptos ultimo judicio esse subdendos. Spoletinus autem Episcopus, sicut fuerat definitum, sanctis Paschæ diebus ordinem festæ solemnitatis implebit, cui ad celebranda mysteria Lateranensem Ecclesiam soli patere decernimus, reliquis, qui hoc præsumere voluerint, propulsatis ... Sciat sublimitas tua, primiscrinium & reliquum officium, quod tuis actibus obsecundat, non solum gravissimæ mulctæ dispendiis affligendum, sed & supplicium capitis subiturum, nisi enixa opera commodata, statutis clementiæ nostræ præbere maturarit effectum. „ Datum octavo Kalendas Aprilis, Ravennæ.

Relat. Symm. ad Honor.

Symmachus eadem die qua præceptum Imperatoris recepit, vespertinis horis per officium urbanum intimavit Eulalio; qui, eo lecto, mandavit se diligentius tractaturum: nec tamen instanter admonitus exire curavit. Alia vero die rursum per omnem apparitionem etiam nocturnis horis admonitus collecta multitudine, Lateranensem Basilicam ausu temerario credidit invadendam. Symmachus habito tractatu cum Proceribus, omnibus officiis destinatis, ut pelleretur injunctum est. Ipse ire noluit ad Basilicam, ne quis ei faceret religionis invidiam. (Haud dubie gentilis erat.) Ab ecclesia fugatus Eulalius, de urbe expulsus est . . . . ejus quoque partis aliquanti capti Clerici seditionis authores. Hactenus relatio Symmachi ad Constantium, qui rem totam detulit ad Honorium . . . .

Honor. rescript.

Is sic rescripsit: Cum ordinatione nostra, & sententia Episcoporum . . . . consensu etiam partium, & professione id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter damnatum quicumque ad incitandum populum urbem fuisset ingressus. Eulalius oblitus sui, probavit ex præsenti facto, quale videatur habuisse principium. Bonifacium venerabilem virum Episcopum, ad cujus moderationem authoritatem nostram recte censuimus jungendam, sublimitas tua, urbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat: ut sub ejus gubernaculis religiosa legis reverentia moderatione solita compleatur. Datum tertio nonas Aprilis, acceptum sexto Idus Aprilis. Interjecto biduo Bonifacius urbem, omni accurrente plebe, ingressus est, tantusque fervor & lætitia totius extitit civitatis, ut & religionem redditam, & præstitam quietis securitatem omnes gratulatione congrua testarentur.

Honor. epist. ad Larg

Schismate finito, Largo Africæ Proconsuli scripsit Honorius: Eulalius sola usurpatione moram credidit occupandam, quem, sicut decebat, nostra authoritate constat expulsum, ac sanctum Bonifacium Episcopum roboratum. Et quoniam consumptum negotium est, incongruum clementia nostra judicavit, si Episcopi navigationis & itineris injuriam paterentur. Unde sciat spectabilitas tua, Synodum fuisse solutam. Datum sub die septimo Idus Aprilis. Hæc Largus scripsit Aurelio Carthaginensi, qui cæteris Episcopis ad Synodum convocatis eadem significavit. Eulalius postea Nepensem obtinuit Episcopatum.

Cod. Can. African. tom. 1. Concil. nov. ed. & tom. 2. vet. edit.

IV. Apiarii Presbyteri causa sub Zozimo inchoata tunc etiam dijudicata & composita est; appellationum vero lis suspensa mansit. Eodem anno tertio Kalendas Junias, Carthagine in Secretario basilicæ restitutæ, omnium Provinciarum Africæ legati, numero viginti & unus, consederunt, præsidibus Aurelio Carthaginensi & Valentino Primate Numidiæ, post quos sedit & subscripsit Faustinus Episcopus & legatus Ecclesiæ Romanæ; Philippus vero & Asellus Presbyteri & legatus Ecclesiæ Romanæ post omnes Episcopos subscripsere. Quid autem egerint in utraque controversia, sic scripsere Bonifacio in sua Synodica directa per eosdem legatos Romam redeuntes. " Apiarius Presbyter, de cujus ordinatione, & excommunicatione, & provocatione fuerat exortum, non solum Siccensis, verum etiam totius Africanæ Ecclesiæ non leve scandalum, de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prius autem Coepiscopus noster Siccensis Urbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxit: quia vero paci & quieti Ecclesiæ, non tantum ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit, placuit nobis, ut de Siccensi Ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, Presbyter removeretur Apiarius, & accepto epistolio, ubicumque alibi vellet & posset, Presbyteri munere fungeretur. Quod eidem ipsi per literas proprias postulanti sine difficultate concessimus . . . . Nunc

Afrorum provisionale judicium de appellationibus.

de tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea, apud Nicæam a Patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est, si Episcopus accusatus fuerit, & Episcopi regionis ipsius eum de gradu suo dejecerint, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit audiri, & justum putaverit ut renovetur examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua Provincia sunt, ut & ipsi omnia diligenter requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut e latere suo Presbyterum mittat: erit in potestate Episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes authoritatem ejus a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos, ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo suo consilio judicaverit. Item de Presbyteris & Diaconibus. Si Episcopus quis iracundus, cito, aut aspere commoveatur adversus Presbyterum sive Dia-

conum

CHRISTI AN. 419.

conum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem, & habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille Episcopus qui aut juste, aut injuste eum rejecit, patienter accipiat, ut negotia discutiantur, ut aut probetur ejus, aut emendetur sententia. Hæc utique usque ad adventum verissimorum exemplarium Nicæni Concilii, inserta gestis sunt: quæ si ibi, quemadmodum ipso commonitorio continentur, vel apud vos in Italia custodiuntur, nullo modo nos talia, qualia commemorare jam nolumus, vel tolerare cogeremur . . . . . . Quamvis plurimos codices legerimus, nusquam in Nicæno Concilio, in latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio inde directa sunt; tamen quia hic in nullo codice græco ea potuimus invenire, ex Orientalibus Ecclesiis, ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri: pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium Sacerdotes, hoc est, Ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ . . . . . ut inde ad nos iidem Canones apud Nicæam civitatem a Patribus constituti veniant . . . Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationibus Episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ Sacerdotem, & de Clericorum causis apud suarum Provinciarum Episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus. „

Re ipsa solis Episcopis ad Romanum Pontificem appellare concedunt laudati, non Nicæni, sed Sardicenses Canones. Præterea sex de disciplina Canones conditi sunt . . . . . . Quatuor priores statuunt excommunicatos, servos & libertos, omnesque infames personas, & falsi convictos ad accusationem Clericorum & ad dicendum adversus eos testimonium non esse admittendos. Quintus & sextus sunt de pœnitentia publica, quam occultis peccatis impositam non

Occulta peccata non subjacent publicæ pœnitentiæ.

fuisse demonstrant. " Item placuit, inquiunt, ut si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit, non putet adinjuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Si & scrupulo propriæ conscientiæ se dicit negantii nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suus Episcopis, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest. „ Alexandriam misere Presbyterum Innocentium, Marcellum autem Diaconum Constantinopolim, qui brevi interjecto temporis spatio exemplaria Nicæna, quæ a Theilone & Thearisto & Innocentio e græco in latinum transfusa sunt, ab Attico & Cyrillo accepta detulere Carthaginem, simulque Attici & Cyrilli literas, quibus testabantur se mittere verissimos Nicænæ Synodi Canones, & per eosdem sub die sexto Kalendas Decembris ejusdem anni directa sunt Bonifacio, quo Pontifice nihil amplius gestum est in materia appellationum.

Ibid. Hier. ep. apud Aug. 202. alias 24. *S. Eustochii mors & virtus.*

V. Innocentius Presbyter transiens per Palæstinam vidit D. Hieronymum, qui ei literas dedit ad Alypium & Augustinum: Testem invoco Deum, inquit, quod si fieri posset, assumptis alis columbæ, vestris amplexibus implicarer, semper quidem pro merito virtutum vestrarum, sed nunc maxime, quia cooperatoribus & authoribus vobis, hæresis Cælestiana jugulata est; quæ ita infecit corda multorum, ut cum superatos damnatosque esse sentiant, tamen venena mentium non omittant . . . sciatis . . . . . . ingruentibus morbis, & dormitione sanctæ & venerabilis filiæ vestræ Eustochii, ita doluisse, ut libros propemodum contemnendos putarem . . . sancti filii communes, Albina, Pinianos, & Melania plurimum vos salutant. Neptis vestra Paula, Eustochii neptis miserabiliter precatur, ut memores ejus sitis, & multum vos salutat. Superiori anno diem extremum obierat sanctissima & nobilissima virgo Julia Eustochium, sanctæ mulieris Paulæ filia, in ejus cubiculo nutrita prope Bethleem, maternis se moribus non indignam præstitit, jejunia pro ludo habens, orationem pro deliciis; omnem veteris & novi Testamenti scripturam didicerat ab Hieronymo, qui ad eamdem librum scripsit de custodia virginitatis, cui servandæ molium condocet vini cibique parcitas, fuga mundi & rerum sæcularium; jugis oratio. Hæc omnia, inquit, quæ digessimus, dura videbuntur ei, quæ non amat Christum. Qui autem omnem sæculi pompam pro purgamento habuerit, & vana duxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat, qui commortuus est Domino suo, & consurrexit, & crucifixit carnem cum vitiis & concupiscentiis, libere proclamabit: Quis nos separabit a charitate Dei?

CHRISTI AN. 419.

Hier. ep. 47. alias 10. Idem epist. 18. alias 22.

CHRISTI An. 420. *S. Hieronymi mors.*

VI. Hieronymus ferme nonagenarius anno sequenti, quadringentesimo vicesimo, in Domino requievit; quem Stridon oppidum genuit, Roma inclyta erudivit, Bethleem alma tenet, spiritum cœlestis aula suscepit; hunc eximium in Scripturis interpretandis Doctorem a Deo sibi provisum in ejus oratione profitetur Ecclesia; sicque laudat Sulpitius Severus: Vir præter fidei meritum, dotemque virtutum, non solum Latinis atque Græcis, sed & Hebræis etiam ita literis institutus est, ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare . . . . cui jugis adversus malos pugna, perpetuumque certamen concivit odia multorum. Oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non desiit; oderunt Clerici, quia vitam eorum insectator & crimina: sed plane eum boni omnes admirantur, & diligunt; nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniunt. Eum morum exemplum, & mundi magistrum vocat D. Prosper. Illius memoriam sic recolit Romanum Martyrologium: In Bethleem Judæ depositio sancti Hieronymi Presbyteri & Ecclesiæ Doctoris, qui omnium studia literarum adeptus, ac probatorum monachorum imitator factus, multa hæresum monstra gladio suæ doctrinæ confodit . . . . . sepultus est ad præsepe Domini, cujus corpus postea Romam delatum in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris digno honore servatur. Superiori anno obierat sanctus Amator Episcopus Antisiodorensis, qui in juvenili ætate coactus a parentibus virginem quamdam desponsare; sed pii conjuges sese mutuo hortantes votum virginitatis emisere . . . . . . Episcopus factus exhibitione miraculorum & prædicationis instantia multos fidei subjecit. Nam in urbe Antisiodorensi adhuc novitas erat Christianorum ab idolis ad Deum se convertentium, quæ per prædicationem beatissimi Amatoris ita cœpit pullulare, & germen fructificare charitatis, Christianosque palmites propagare, ut præ multitudine eos intra angustias brevitatis non caperet Ecclesia, quapropter novam Basilicam ædificavit.

Genaad. de vir illust. m. f. Sulp. Sev. dialog. 1. Prosp. carm. de ingrat. Martyr. Rom. 30. Sept. Bolland. 1. Maji.

VII. Eodem anno die decima nona mensis Julii, circa octavam diei horam Sol tantopere defecit, ut stellæ visæ fuerint; tantaque siccitas hunc Solis defectum subsecuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eo ipso tempore quo Sol defecit, fulgor quidam apparuit coni similitudinem referens, quem nonnulli cometam vocarunt . . . . Universum cœlum per quatuor menses permensus est, fuitque, ut multi putabant, signum gravium bellorum, & mortalitatis hominum incredibilis. In sequenti anno terræ motus cœpere, qui cum superioribus haud facile conferri possint. Simul autem cum terræ motibus ignis quoque e cœlo demissus, omnem salutis spem præclusit: nullam tamen hominibus cladem intulit. Divina enim benignitas, immisso vehementi vento, eum ignem undique fugasset, in mare tandem projecit. Et videre erat maris fluctus quasi sylvas diuturno tempore conflagrare, donec flamma in mari penitus extincta esset. Porro multi in locis cum terra movisset, visa sunt ædium culmina magno cum fragore ac sonitu disrumpi, adeo ut ii, qui intra domos erant, cœlum ipsum oculis suis cernerent. Post hujusmodi autem divisionem ita rursus juncta & compaginata sunt, ut nullum ejus rei, quæ acciderat, indicium reliqueretur. Multæ Palæstinæ civitates villæque terræ motu collapsæ. Dominus noster Jesus Christus super montem Oliveti se se de nube manifestavit. Multæ tunc utriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu, quam auditu perterritæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi Salvatoris, divinitatis nutu, exemplo impressa refulsit. Alia prætere a hujusmodi divinæ indignationis flagella in homines immissa sunt. Respiciebat ad has calamitates, quando scripsit Augusti-

Marcel. chron. Philostorg. l. 12. c. 8. August. ep. 199.

gustinus: Nullam patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est, sicut dictum est, præ timore & expectatione eorum, quæ supervenient universo orbi.

Hesychius Salunitanus Episcopus, aliique plures his signis permoti putabant instare finem sæculi & secundum Domini adventum, cujus tamen diem & annum sciri non posse fatebatur. Eaque de re consuluit Augustinum, qui respondit: " Opportunitas illius temporis profecto non erit antequam prædicetur Evangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia Salvatoris dicentis: Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Tunc veniet, quid est, nisi ante non veniet? Quanto post ergo veniat, incertum nobis est .... Quod enim putat venerabilitas tua, hoc jam per ipsos Apostolos factum, non ita esse certis documentis probavi. Sunt enim in Africa, barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum prædicatum esse Evangelium, ex iis qui ducuntur inde captivi, & Romanorum servitiis jam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est .... Neque ullo modo recte dici potest, istos ad promissionem Dei non pertinere .... Quomodo autem aliter implebitur illa Prophetia: Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine. Non enim de locis suis migrando venient sed in locis suis credendo ...... Propheta autem dicit: Et adorabunt eum unusquisque de loco suo, omnes Insulæ gentium ..... Non itaque sic dictum est Apostolis: Eritis mihi testes in Jerusalem, & in tota Judæa & Samaria, & usque in extremum terræ, tanquam ipsi soli, quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint impleturi, sed sicut eis solis videtur dixisse quod dixit: Ecce, vobiscum sum usque in consummationem sæculi; quod tamen eum universæ Ecclesiæ promisisse, quæ aliis morientibus, aliis nascentibus, hic usque in consummationem sæculi futura est, quis non intelligat? „

[August. ep. 197. alias 78. — Math. 24. — Aug. ep. 199. alias 80. — Psal. 85. — Sophon. 2. — Act. 1. — *Christi promissiones pertinent ad Ecclesiam*]

VIII. Hoc anno, & duobus sequentibus, Augustinus plures libros scripsit adversus Pelagianos, qui a Zozimo damnati Honorium adeuntes Imperatorem, postulabant novos judices, qui prius judicium, quod ajebant subrepitium, emendarent. Valerius Comes iis acriter restitit, nec disceptationis novæ tempus aut locum permisit impetrare; Italiæque Episcopi, quos deposuerat Zozimus, ejecti sunt in exilium: & quoniam tantum malum in dies latius grassabatur, Honorius quinto Idus Junias novam adversus eos promulgavit constitutionem, quæ ad nos non pervenit: quid autem in ea statuerit, satis explicant literæ, quas simul cum ea dedit ad Aurelium Carthaginensem. " Dudum, inquit, fuerat constitutum, ut Pelagius atque Cælestius nefandi dogmatis repertores, ab urbe Roma, velut quædam Catholicæ veritatis contagia, pellerentur, ne ignorantium mentes sæva persuasione perverterent. In quo secuta est clementia nostra judicium sanctitatis tuæ, quo constat eos ab universis justæ sententiæ examinatione damnatos. Sed quia obstinati criminis pertinax malum, ut constitutio geminaretur coegit: decenti quoque sanctione decrevimus, ut si qui eos in quacumque provinciarum parte latitare non nesciens, aut propellere, aut prodere distulisset, præscriptæ pœnæ velut particeps subjaceret. Præcipue tamen ad quorumdam Episcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum disputationes, vel tacito consensu adstruunt vel publica oppugnatione non destruunt, Pater carissime atque amantissime, sanctitatis tuæ authoritatem cavere conveniet: quatenus in abolitione præposteræ hæresis omnium devotio Christianorum consentiat. Religio itaque tua competentibus scriptis universos faciat admoneri, lecturos definitione testimonii tui, hanc sibi definitionem esse præscriptam, ut quicumque damnationi supra memoratorum subscribere impia observatione neglexerint, Episcopatus amissione mulctati, interdicta in perpetuum, expulsi civitatibus, communione priventur .... Non patietur sanctitas sua, sectæ detestabilis homines, in injuriam religionis, nova & inusitata meditantes, secretis tractatibus occultare sacrilegium publica semel authoritate damnatum. Una enim eademque culpa est eorum, qui aut dissimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint. „ Aurelius Kalendis

[Aug. l. 1. operis imperf. adv. Jul. c. 10. — *Honorii leges adversus Pelag.* — Tom. 1. concil. nov. edit tom. 2. vet. — *Episcopi jubentur subscribere damnationi Pelagii.*]

Augusti Imperatoris decreti & literarum exemplaria ad Episcopos provinciæ Byzacenæ & Arzugitanæ misit, adjuncta epistola, qua omnes sive jam plenariæ Africæ Synodo adversus Pelagium & Cælestium subscripserint, sive huic non interfuerint, admonet ut prædictorum hæreticorum damnationi subscribant.

IX. Julianus ut labantes sectæ suæ partes utcumque sustentaret, plures scripsit epistolas, primam ad Rufum Thessalonicensem Episcopum, communi nomine Episcoporum sibi consentientium. In ea Zozimum & Clericos Romanos prævaricationis accusavit, qui mutata, inquit, priori sententia, qua adhæserant Cælestio, postea pronuntiarunt, malam hominum esse naturam; adversarios vero suos sub nomine gratiæ ita fatum asserere, ut dicant, quia nisi Deus invito, & reluctanti homini inspiraverit boni, & ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere, Deumque personarum acceptorem fingere, ac legem non ad tollenda, sed ad augenda peccata dedisse. Aliam quoque misit Romam: in ea sic scripserat: Dicunt illi Manichæi, eo nomine designans Catholicos, quibus non communicamus, id est, toti isti cum quibus dissentimus, quia Adæ peccato liberum arbitrium perierit, & nemo jam habeat potestatem bene vivendi, sed omnes in peccatum carnis suæ necessitate cogantur. Dicunt etiam nuptias a Deo institutas non fuisse: quod in libro Augustini legitur, cujus dicta inimici nostri in veritatis odium susceperunt. Tertia, quæ temporis ordine prima est, Valerii Comitis animum tentavit, quo potentis hominis patrocinium eriperet Catholicis; quos asserebat damnare nuptias.

[*Juliani epistolæ.* — Aug. l. 1. ad Bonif. c. 2. & 5.]

Calumniam illam Valerius irrisit. Tresque literas dedit ad Augustinum, qui doctrinam Ecclesiæ contra hujusmodi calumniam sibi defendendam putavit. Quapropter scripsit librum primum de nuptiis & concupiscentia, eumque nuncupavit Valerio, pudicitiæ conjugalis laude celebri: " Intentio hujus libri, inquit, hæc est, ut .... carnalis concupiscentiæ malum, propter quod homo, qui per illam nascitur, trahit originale peccatum, discernamus a bonitate nuptiarum. Hæc enim .... pudenda concupiscentia nulla esset, nisi homo ante peccasset: nuptiæ vero essent, etiamsi nemo peccasset. Bonitatem quippe defendimus nuptiarum, ne putaretur earum esse vitium concupiscentia carnis, quo malo libidinis bene utitur ad filios procreandos pudicitia conjugalis. „ Matrimonium esse verum Sacramentum, quo Christiani conjuges indissolubili vinculo conjunguntur, sic docet: " Quoniam sane non tantum fœcunditas, cujus fructus in prole est; nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides, verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis; unde dicit Apostolus: Viri, diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: hujus proculdubio Sacramenti res est, ut mas & fœmina connubio copulari, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent, nec liceat, excepta causa fornicationis, a conjuge conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & in Ecclesia, ut vivens cum vivente in æternum nullo divortio separetur. Cujus Sacramenti tanta observatio est in Ecclesia Christi quibuscumque fidelibus conjugatis .... ut cum filiorum procreandorum causa, vel nubant fœminæ, vel ducantur uxores, nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod si quis fecerit, non lege hujus sæculi, ubi interveniente repudio, sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia .... sed lege Evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit. „ Aliqui male putant Augustinum permisisse, adultera conjuge dimissa, ducere alteram. Hanc enim opinionem in duobus libris de adulterinis conjugiis expresse confutavit. Præterea in verbis modo laudatis Augustinus loquitur de Romanis legibus, quæ permittebant repudium, atque aliam ducere uxorem: quod improbat Evangelium.

[Aug. l. 1. de nupt. & concupisc. c. 1. — Idem retract. l. 2. c. 53. — *Matrimonium est Sacramentum.* — Ib. c. 10. — Coloss. 3.]

Baptismi necessitatem pro parvulis ex fidelibus parentibus progenitis sic astruit: " Non enim Fides dubitat Christiana .... eos, qui lavacro regenerationis abluuntur, redimi de diaboli potestate. Et eos qui nondum tali regeneratione redempti sunt, etiam parvulos filios redemptorum, sub ejusdem diaboli esse potestate captivos, nisi & ipsi eadem gratia redimantur ... Ab hac igitur potestate diaboli & angelorum ejus,

[Ib. c. 20. — *Baptismi necessitas.*]

Christi An. 420.

quisquis erui, cum baptizantur, negaverit parvulos, ipsorum Ecclesiæ Sacramentorum veritate convincitur, quæ nulla hæretica novitas in Ecclesia Christi auferre vel mutare permittitur, regente atque adjuvante capite totum corpus suum, pusillos cum magnis. In veritate itaque, non in fallacitate potestas diabolica exorcizatur in parvulis, eique renuntiant, quia per sua non possunt, per corda & ora gestantium, ut eruti a potestate tenebrarum in regnum sui Domini transferantur. Quid ergo in eis est, per quod in potestate diaboli teneantur, donec eruantur inde per Sacramentum baptismatis Christi, quid est, nisi peccatum? Non enim aliud invenit diabolus, unde possit humanam suo juri mancipare naturam, quam bonam bonus author instituit. Nullum autem peccatum parvuli in sua vita commiserunt proprium. Remanet igitur originale peccatum, per quod sub diaboli potestate captivi sunt, nisi inde lavacro regenerationis & Christi Sanguine redimantur. „ Julianus Augustino respondere quatuor libris maledicis frustra conatus est; hos Turbantio suæ sectæ Episcopo nuncupavit, qui postea rediit ad Ecclesiam.

C. 23.

Concil. tom. 5. nov. edit. tom. 2. Lab.

Honorius Rom. Pontificatum ambientes lege coercet.

Ibid.

X. Bonifacius Papa diutina corporis incommoditate detentus, novosque tumultus timens in electione successoris, missis legatis scripsit ad Honorium, ut servata electionum libertate constituat, ne quis Romæ unquam per ambitum ordinetur Antistes. Imperator rescripsit . . . " Si quid forte religioni tuæ, humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus Sacerdotem, sed illum solum in Sede Apostolica permansurum, quem ex numero Clericorum, nova ordinatione divinum judicium & universitatis consensus elegerit. „ Non multo post Bonifacius ad Episcopos Galliæ scripsit de Maximo Valentinæ civitatis Episcopo, variis criminibus, præsertim hæresi Manichæorum accusato, ut in Synodo Provinciæ illius causa discutiatur, atque dijudicetur, nec eum ulterius judicia subdole declinare permittant. " Maximum, inquit, Manichæorum involutum caligine arguunt Valentinæ civitatis Clerici, & in probationem objectæ rei gesta Synodalia proferentes . . . Ad sæcularium quoque judicum tribunalia subditum quæstioni . . . & homicidii damnandum asserunt, gestis prolatis in medium: & hunc talem, post tanta taliaque commissa, Episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vindicare, in propriæ civitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur. . . Ideoque, Fratres carissimi, quia hic audiendus præsentare se noluit . . . dilationem tamen dedimus, & decrevimus vestrum debere intra Provinciam esse judicium, & congregari Synodum ante diem Kalendarum Novembrium: ut si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad objecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nos autem per omnes Provincias literas dirigimus, ne excusationem sibi ignorationis ostendat, ut ad Provinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare judicio. Quidquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra, ut condecet, necesse est authoritate firmetur. „ Data Idibus Juniis, Monaxio consule, seu anno quadringentesimo decimo nono. Sententiæ confirmationem pro more sibi reservat. Quid autem actum sit, incompertum est.

Christi An. 419.

Aug. l. 2. retract. cap. 53.

XI. Alypius Tagastensis circa finem ejusdem anni in Italiam navigavit, Ravennæque, ubi commorabatur Imperator, vidit Comitem Valerium, ab eoque literas & quædam excerpta ex primo Juliani libro adversus volumen primum de nuptiis, Augustino deferenda accepit. Alypius postea Romam profectus a Bonifacio Papa benignissime ac sincerissime susceptus est. Duas Pelagianorum literas, scilicet ad Romanos, quam postea suam esse negavit Julianus, & ad Rufum Thessalonicensem, quæ per totam Italiam circumferebantur, quorumdam Catholicorum vigilantia detectas recepit Bonifacius, Alypioque in Africam redeunti tradidit deferendas Augustino, qui eas confutaret. Juliani excerpta non ante respondere maluisset Augustinus, quam integrum ejus opus legisset, præsertim cum quædam in iis mutata intelligeret: verum, ut Valerio satisfaceret, librum secundum de nuptiis scripsit in prioris defensionem. Catholicorum dogma multum a Manichæorum deliriis

August. Ep. 207.

distare, in eo sibi probandum proponit, malam quidem esse concupiscentiam, bonas autem nuptias, quæ bene utuntur malo concupiscentiæ. Julianus ibidem objecerat Augustino: Si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut Deum esse nascentium conditorem dixerit, Cælestianus & Pelagianus vocatur... " Non ita est ut loqueris, respondet Augustinus, quicumque ista dixisti, non ita est; multum falleris, vel fallere meditaris . . . ista quippe Catholica Fides dicit. Sed si quis ad colendum recte Deum sine ipsius adjutorio dicit esse in hominibus liberum arbitrium, & quisquis ita dicit Deum nascentium conditorem, ut parvulorum neget a potestate diaboli redemptorem, ipse Pelagianus & Cœlestianus vocatur. Liberum itaque in hominibus esse arbitrium, Deum esse nascentium conditorem, utrique dicimus. Non hinc estis Cælestiani & Pelagiani: Liberum autem esse quemquam ad agendum bonum sine adjutorio Dei, & non erui parvulos a potestate tenebrarum, & sic transferri in regnum Dei, hoc vos dicitis, hinc estis Cælestiani & Pelagiani. Quid obtendis ad fallendum communis dogmatis tegmen, scilicet liberum arbitrium electionis, ut operias proprium crimen? „ Nulla igitur de libero ad eligendum arbitrio inter Augustinum & Julianum erat controversia; alioquin quomodo vere Juliano exprobrasset Augustinus, Fallis, vel falleris, dum nos accusas negare liberum arbitrium, & communis dogmatis tegmen obtendis, ut operias proprium crimen. Sed quoniam liberum arbitrium definiens Julianus, æquales vires naturales ad bonum & malum ei tribuebat, cum eam virium æqualitatem ad bonum, seu bene agendi potentiam expeditam, recipiat tantum per Christi gratiam, ideo Juliani definitionem in libris operis imperfecti rejicit & impugnat Augustinus.

Christi. An. 419.

Aug. l. 2. de nupt. cap. 3.

Liberum arbitrium agnoscit Augustinus.

Infra probat, Exorcismi vetustissimam in Ecclesia esse cæremoniam, parvulorumque baptismo semper fuisse præmissam; unde concludit eos nasci sub diaboli potestate propter originale peccatum, quod baptismate deletur. Demum hanc Juliani objectionem sibi proponit: Parvulos istos, qui mundum impleverunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus, & de morbo natos, & ab exordio reos definis: hanc sic solvit Augustinus. " Cur ergo pro illis Christus mortuus est, si non sunt rei? Inde profecto obtinebimus causam, . . . Ipse dicit: Quomodo rei sunt parvuli pro quibus Christus mortuus est? Nos respondemus, imo parvuli quomodo rei non sunt, pro quibus Christus mortuus est? . . . Judicet Christus, & cur eis mors ejus profecerit, ipse dicat: Hic est, inquit, Sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Judicet cum illo & Apostolus . . . clamat & dicit de Deo Patre: Quia proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum ... Traditus est, inquit idem Apostolus, propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Si igitur, sicut ipse profitetur, in eis sunt & parvuli, pro quibus traditus est Christus, & propter delicta nostra traditus est Christus, habent profecto parvuli delicta originalia, pro quibus traditus est Christus ... Habet quod in eis remittat, qui Sanguinem se fudisse testatur in remissionem peccatorum. „ Profecto cum Augustinus ex morte Christi pro parvulis probet omnes nullo excepto habere peccatum originale, consequens est, ut recte concludat, Christum pro omnibus nullo excepto esse mortuum, ut alibi expresse docet.

Ib. c. 29.

Originale peccatum.

Matt. 26.

Ad Rom. 8

Ad Rom. 4

XII. Augustinus quatuor alios libros contra duas Epistolas Pelagianorum Bonifacio Papæ nuncupavit. In primo refellit Epistolam, quam Romam miserat Julianus, qui Catholicos calumniabatur quasi dicerent, Primo originali peccato periisse liberum arbitrium. Augustinus respondet: " Quis autem nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam, propter quod natura humana divina indiget gratia . . . , „ Deinde confutat secundam, tertiam, & quartam Juliani calumniam, scilicet nos docere nuptias non a Deo institutas, malum esse congressum conjugalem, sanctos veteris testamenti a peccatis non fuisse liberos: " Imo, inquit, Augustinus, dicimus vel ante legem, vel tempore veteris testamenti a peccatis fuisse liberatos, non virtute propria, . . . nec vetere testamento, quod in servitutem generat . . . . nec ipsa lege sancta, & justa, & bona . . . quoniam non est

Aug. l. 1. ad Bonif. c. 2.

Quæ libertas periit per Adæ peccat.

C. 7.

data

CHRISTI AN. 419.
C. 9.

data lex quæ posset vivificare . . . sed liberatos esse per Sanguinem Redemptoris, qui est unus mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus. „ Infra ostendens quomodo eum corde pravo legis justitia potuerit exterius adimpleri, ait: " Aliod est enim voluntate bene faciendi bene facere, aliud autem ad male faciendum sic voluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset impune permitti. Nam sic profecto in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat. Tunc enim pœnæ timor impedit tantum externum peccatum, cujus affectum in corde retinet; sed ille affectus non semper cum timore conjunctus est: siquidem interior affectus ad malum meretur pœnam æternam, quam vitare volumus, dum ejus timore movemur ad pœnitentiam. „ Denique Juliani professionem fidei refert, & ostendit fallacem, & ambiguam, quæ non damnat, sed tegit errores.

Quis timor malus.
Ibid. c. 9.

Aug. l. 2. ad Bonif.

In secundo libro, Manichæis minime favere Catholicos, dum libidinis malum, & virium originis agnoscunt; Manichæorumque, & Pelagianorum hæreses, licet sibi mutuo contrarias, pariter ab Ecclesia Catholica reprobari, demonstrat. Calumniamque prævaricationis in posteriore Pelagii Cœlestiique sub Zozimo . . . . damoatione admissæ propulsat a Romanis Clericis; ostenditque fatum non asserere Catholicos, qui gratiam Dei non secundum merita nostra dari dicunt, sed secundum ipsius misericordissimam voluntatem. Idque probat exemplo parvulorum, quorum unus licet religiosis, & piis ortus parentibus, morte prævenitur, antequam lavacro regenerationis abluatur, dum alter natus ex inimicis Christi baptizatur . . . . " Hic certe merita parentum vacant, vacant vobis fatentibus ipsorum etiam parvolorum . . . . . Quæ igitur causa huic parvulo baptismum procuravit, illi negavit? . . . . Si autem in baptizandis parvulis, & nullum meritum omnino præcedere, & tamen fatum non esse conceditis, cur nos quando dicimus gratiam Dei propterea gratis dari, ne gratia non sit, & non tanquam debitam meritis præcedentibus reddi, fati assertores esse jactatis? Non intelligentes justificandis impiis sicut propterea merita non sunt, quia Dei gratia est; ita propterea non esse fatum, quia Dei gratia est; ita propterea non esse acceptionem personarum, quia Dei gratia est . . . . Nec est ulla acceptio personarum in duobus debitoribus æqualiter reis, si alteri dimittitur, alteri exigitur, quod pariter ab utroque debetur. Sed ut id quod dicimus, alicujus exempli manifestatione clarescat, constituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos editos, atque ut ab aliis colligerentur, expositos: Horum sine baptismo expiravit unus, alius baptizatus: Quod hic fatum aut fortunam fuisse dicamus, quæ omnino nulla sunt? Quam personarum acceptionem, quæ apud Deum nulla est, etiam si in istis ulla esse potuisset, qui utique nihil habebant, unde alter alteri præferretur, meritaque nulla propria, sive bona, quibus mereretur alius baptizari, sive mala, quibus alius sine baptismate mori? An aliqua parentum fuerunt, ubi fornicator pater, meretrix mater? Sed qualiacumque illa fuerint, non utique istis tam diversa conditione morientibus ulla diversa, sed utrique communia . . . Sed in illo qui baptizatus est, gratiam Dei vos confiteri cogimus, & meritum ejus nullum præcessisse convincimus; de illo autem sine baptismate mortuo, cur ei defuerit Sacramentum . . . & quid isto modo fuerit in eo vindicatum, vos videritis, qui non vultis esse originale delictum. „

Gratia est gratuita.
C. 6.
C. 7.

Vocationem ad fidem, & fidem ipsam, & justificationem esse Dei dona gratuita probat Augustinus adversus Pelagianos, qui ejusmodi gratias dari secundum merita contendebant. Re ipsa Augustious in libro sequenti inter Pelagianorum errores recenset, quod dicant gratiam Dei qua justificamur, non gratis, sed secundum merita dari. Hanc ejus doctrinam confirmavit Tridentina Synodus. Julianus jam propendens in semipelagianismum, respondebat ex futuris operibus, quæ Deus præsciebat, hanc factam esse discretionem; Atque ita, inquit Augustinus, contradicitis Apostolo dicenti, non ex operibus, quasi non posset dicere, non ex præsentibus, sed ex futuris operibus: Sed ait: Non ex operibus, ut gratiam commendaret . . . . Sed ut vobis auferretur omnis vestræ caliginis latebra, propterea geminos tales proposui, qui neque parentum meritis juvarentur, & ambo infantiæ primordio, unus baptizatus, alter sine

Aug. l. 3. ad Bonif. cap. 8.
Sess. 6. & 14.

baptismate morerentur, ne diceretis Deum, sicut de Jacob, & Esau contra Apostolum dicitis, opera eorum futura præscisse. Quomodo enim præscivit ea futura quæ illis in iosantia morituris, quia præscientia ejus falli non potest, præscivit potius non futura? Aut quid prodest eis qui rapiuntur ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, si peccatum etiam quod non est factum, dictum, cogitatum, tanquam commissum fuerit, sic punitur. „ Deum prævidere bona, & mala quæ essent futura, si quamdam hypothesim ab eo solo dependentem ponere voluisset, exempli causa, quid facturi essent illi parvuli, si vitam eis conservaret, & tales gratias daret, fatentur omnes Theologi; sed pariter negant, ejusmodi bona, vel mala quæ essent ex illa hypothesi secutura, habere rationem causæ vel conditionis, vel præsuppositi, cur Deus has gratias det, vel neget: in eoque abusu divinæ præscientiæ consistit error Pelagianorum. Quo vero to medio Deus ejusmodi futura, ut ajunt, conditionata cognoscat, quod unice controversum est inter doctores Catholicos, quæstio est pure scholastica.

CHRISTI AN. 419.
Sap. 4.

Pelagianorum aliis calumniis in tertio libro respondet Augustinus, exponitque quid de utriusque testamenti differentia sentiant Catholici, quid doceant de effectu baptismatis, & de Prophetarum, & Apostolorum justitia, & quo sensu Christus factus sit peccatum. Utriusque testamenti differentiam in eo sitam dicit, quod veteris legis cæremoniæ, Sacramenta, & Sacrificia, veram, & interiorem justitiam non per se operarentur; sed quotquot sub veteri lege justitiam, & salutem consecuti sunt, Christi fide, & gratia justificati sunt, ac proinde ad novum testamentum pertinebant. Nam, ut ait Apostolus: Si data esset lex quæ posset vivificare, omnino ex lege esset justitia: sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Lex ergo auditores justitiæ facit, gratia factores . . . " Quibus ita se habentibus, inquit Augustious, ex his etiam illa quæ deinceps nobis objiciunt, refelluntur. Quis enim Catholicus dicat, quod nos dicere jactitant, Spiritum Sanctum adjutorem virtutis in veteri testamento non fuisse? „ Superius ut calumniam rejecerat, quod ajebant Pelagiani: Nos dicere legem veteris testamenti ob hoc datam fuisse, ut gravioris fieret causa peccati. Effectum vero baptismi sic explicat: " Baptismus igitur abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia . . . . sive originalia, sive addita, sive quæ ignoranter, sive quæ scienter admissa sunt: sed non aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem luctatur: consentit autem, quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur. „

Aug. l. 3. ad Bonif. c. 2. & 4.
Ad Galat. 3.
Gratia data est in veteri lege.
C. 3.
Baptismi effectus.

Infra Catholicæ fidei necessitatem ad salutem consequendam sic declarat, ut tolerantium dogma subvertat. " Nostra fides, inquit, hoc est Catholica fides, justos ab injustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit: quia justus ex fide vivit. Per quam discretionem fit, ut homo ducens vitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienæ, parentibus honorem debitum reddens, castus usque ad continentiam ab omni omnino concubitu etiam conjugali, eleemosynarum largissimus, injuriarum patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, vel etiam venditis omnibus suis, erogatisque in pauperes, nihil suum proprium possideat; cum suis tamen istis velut laudabilibus moribus, si non in Deum Fidem rectam, & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abscedat. Alius autem habens quidem opera bona ex Fide recta, quæ per dilectionem operatur; non tamen ita ut ille bene moratus . . . . iste qui moribus illo videtur inferior, propter rectam Fidem, quæ illi est in Deum, ex qua vivit, & secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus Deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atque ab ipso sumens, & indulgentiam peccatorum, & dilectionem recte factorum, de hac vita liberandus, & in consortium cum Christo regnaturorum recipiendus emigrat . . . . Et fit propter hanc maximam differentiam, ut cum, dubitante nullo, perseverans virginalis integritas conjugali castitate sit potior; tamen mulier etiam bis nupta Catholica, professæ virgini hæreticæ præferatur. Nec ita præferatur, ut ista melior sit in Dei regno, sed ut illa ibi non sit omnino. „

Ibid. C. 5.
Opera bona sine fide recta nihil prosunt.
C. 8.

CHRISTI AN. 419.

Aug. l. 4. ad Bonif. cap. 2.

In quarto libro retegit Pelagianorum insidias, qui laude creaturæ, nuptiarum, legis, liberi arbitrii, atque Patriarcharum, simplicioribus illudebant, ut suos eis errores obruderent. In his omnibus, inquit Augustinus, quidquid dicunt de laude creaturæ atque nuptiarum, ad hoc referre conantur, ut non sit originale peccatum. Quidquid de laude legis, & liberi arbitrii, ad hoc, ut gratia non adjuvet nisi meritum. Quidquid de laude Sanctorum, ad hoc, ut vita mortalis in Sanctis videatur non habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis

C. 3.

suis deprecari Deum. Catholici vero hæc omnia sic laudant, ut Manichæos Pelagianosque damnent. „ Dum præterea in eadem epistola fatebatur Julianus, scilicet baptismum omnibus esse necessarium, & per Adam mortem corporis ad nos transisse, non crimina. Denique Catholicam Fidem circa originale peccatum, & gratuitam justificationem multiplici D. Cypriani, & Ambrosii authoritate confirmat Augustinus. Insignem etiam Pelagianorum fallaciam aperit

C. 5.

in laude legis: “ Nusquam, inquit, isti inimici gratiæ ad eamdem gratiam vehementius oppugnandam occultiores moliuntur insidias, quam ubi legem laudant, quæ sine dubitatione laudanda est. Legem quippe diversis locutionum modis, & varietate verborum in omnibus disputationibus suis volunt intelligi gratiam, ut scilicet a Domino Deo adjutorium cognitionis habeamus, qua ea, quæ facienda sunt, noverimus; non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quæ proprie gratia est. „ Pelagiani igitur jam dudum a Zozimo damnati negabant gratiam interiorem, quæ esset subministratio virtutis.

Ibid. C. 12.

Denique totum opus sic concludit Augustinus retundens superbiam Pelagianorum. “ Quid est ergo quod dicunt, simplicibus Episcopis sine congregatione Synodi in locis suis sedentibus, extorta subscriptio? Numquid congregatione Synodi opus erat, ut aperta perniciés damnaretur? Quasi nulla hæresis aliquando, nisi Synodi congregatione damnata sit: Cum potius rarissima inveniantur, propter quas damnandas, necessitas talis extiterit: multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari damnarique meruerunt, atque inde per cæteras terras devitandæ innotescere potuerunt. Verum illorum superbia, quæ tantum se extollit adversus Deum, ut non in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis, & Occidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis resistente pervertere nequeunt, saltem commovere conantur; cum potius vigilantia, & diligentia pastorali, post factum illis competens sufficiensque judicium, ubicumque isti lupi apparuerint, conterendi sunt, sive ut sanentur atque mutentur, sive ut ab aliorum salute, & integritate vitentur. „

Aug. l. 2. retract. c. 56. & l. 4. de orig. animæ.

XIII. Circa idem tempus Vincentius Victor in Mauritania Cæsariensi natus, & ex Rogatistarum factione, quæ Donatistarum scissura est, conversus ad veritatem Catholicam, invenit apud Petrum Presbyterum Hispanum quoddam Augustini opusculum, ubi de origine animæ hominum singulorum, utrum ex illa una primi hominis, an deinde ex parentibus propagentur; an vero singulæ singulis hominibus a Deo sine propagatione dentur, Augustini cunctationem, qui opinionem de animarum propagatione verisimilem esse ducebat, reprehendit Victor duobus libris, variisque Scripturæ testimoniis probavit animam novam seu recens creatam a Deo homini cuilibet infundi. Quæ sententia est Ecclesiæ. Victoris libros Augustino misit Renatus monachus. Quibus ille lectis, respondit quatuor libris, in quibus varios Victoris errores ostendit, & coarguit, sed & ejus probationes de creatione singularum animarum, quæ a Deo parvulis infunderentur, refellere nititur; quibusdam tamen etiamnum utuntur graves Theologi. Augustinus postea a Victore rescripta correctionis ejus recepit.

CHRISTI AN. 420.

Philo- storg. lib. 12. cap. 10. Phot. cod. 80.

XIV. Augustini libros quatuor ad Bonifacium Papam, & secundum de nuptiis, & concupiscentia ad Comitem Valerium detulit Alypius, iterum in Italiam profectus, exeunte anno 420., quo Constantium magistrum militum ob affinitatis honorem ad Imperialem thronum adscivit Honorius, sexto Idus Februarias; cum jam Placidia Honorii soror ipsi Valentinianum filium edidisset, qui etiam dictus est nobilissimus. Constantius jam Augustus, haud dubie agente Alypio, adversus Pelagianos rescriptum dedit: Quo jubet Cœlestium ejusque sectatores e muris urbis Romæ expelli, nec permitti ut consistant intra centesimum lapidem, atque ut executionem urgeat, addit: Deinde si tale quidquam fuerit nunciatum, officium præstantiæ tuæ capitali sententiæ subdendum esse cognosce. Volusianus junioris Melaniæ patruus tunc Præfectus urbis, accepta sacra epistola, sequens edictum proposuit adversus Cœlestium latitantem: Cunctos hujus edicti cautione præmonemus, ne quis

CHRISTI AN. 420. & 421.

Aug. l. 1. operis imperf. c. 7. & seq.

in iquum noxio latebram putet esse præbendam, ne cum hujusmodi sit posita pœna, supplicium ac stylum necesse sit proscriptionis incurrere, quisquis reum divinis humanisque legibus apud se putaverit occultandum. Hinc Pelagiani transmarinam hanc Alypii profectionem calumniis infamare studuerunt, ubique vulgantes illum pecuniarum, & munerum effusione, potestates corrupisse, & commovisse persecutionem.

Prosper de præd. part. 3. cap. 38. August. de hær. cap. 46. Id. l. 2. retract. cap. 58.

Constantius etiam gentilitatis reliquias abolevit; cum enim a Pagano quodam vaticinium velut deæ cœlestis proferretur, quo rursum templa prisco sacrorum cultui redderentur, Constantii jussu deæ cœlestis, & reliqua deorum templa ad solum usque demoliri curavit Ursus Tribunus Catholicus. Ejusdem opera Carthagine detecta sunt abominanda mysteria Manichæorum, eorumque duæ electæ, nempe Margarita puella duodenis, & Eusebia quasi sanctimonialis ab eo deductæ in Ecclesiam, vix coram Augustino aliisque Episcopis confessæ sunt turpissimum scelus. Interea liber quidam cujusdam Marcionitæ, qui negabat quod istum mundum Deus fecerit, & quod Deus legis, quæ data est per Moysen, & Prophetarum, verus sit Deus, cum apud Carthaginem multis confluentibus, & attentissime audientibus, in platea maritima legeretur, pervenerunt ad eum fratres studiosissime Christiani, Augustinoque redarguendum sine ulla dilatione miserunt; eum refellit libris duobus, quos ideo prænotavit: contra adversarium Legis, & Prophetarum. Constantius his non multum supervixit; illius imagines, prout moris erat,

Philo- storg. lib. 12. cap. 10. Olym- piod. in excerpt.

missas in Orientem non suscepit Theodosius, ejus inaugurationi non acquiescens. Constantius cum sese ob hanc injuriam ad bellum pararet, septimo Imperii mense vix inchoato pleuritide extinctus est, die seconda Septembris, anno 421. Res præclare gestas in bello, & pro religione fœdavit avara rapacitate.

CHRISTI AN 421.

August. retract. l. 2. c. 59.

XV. Dulcitius Tribunus, & Notarius tunc erat in Africa executor Imperialium jussionum contra Donatistas. Qui cum dedisset literas ad Gaudentium Thamugadensem Donatistarum Episcopum, exhortans eum ad unitatem Catholicam, & dissuadens incendium, quo se ac suos cum ipsa in qua erant Ecclesia consumere minabatur, addens etiam, ut si justos se putarent, fugerent potius secundum præceptum Domini Christi, quam nefandis se ignibus concremarent. Ille respondens rescripsit duas epistolas, quas Dulcitius Augustino mittendas existimavit, ut eas refelleret. Qui ambas uno libro redarguit, Gaudentius ad eum rescripsit nulla ratione respondens, sed magis se nec respondere, nec tacere potuisse declarans. Noluit tamen Augustinus sine rescripto relinquere quidquid illud fuit. Dulcitius rursus Augustino proposuit octo de variis Scripturæ textibus quæstiones, quas exposuit; in utroque opere multa ex aliis suis libris repetit. Ibidem meminit Enchiridii, quem librum miserat Laurentio Dulcitii fratri; ubi satis diligenter explicat, quomodo sit colendus Deus,

D. Aug. Enchirid.

brevemque Fidei summam tradit, orationem Dominicam, & Symbolum memoria tenenda commendat omnibus fidelibus; paulo fusius agit de peccato originali, & de necessitate gratiæ prævenientis, quæ bonam voluntatem præparat, & adjuvat cooperantem.

Ibid. C. 97.

Demum agit de voluntate Dei absoluta, & efficaci circa salutem electorum, quæ cum sit omnipotens, numquam vincitur, numquam impeditur. De ea potissimum sæpius agit Augustinus, quia specialem electorum vocationem, quæ fiat secundum Dei propositum, specialemque eorum prædestinationem ad gratiam, & gloriam negabant Pelagiani, & Semipelagiani. Præterea ostendit nihil fieri sine voluntate Dei,

C. 99.

etiam quando homines peccantes contra ejus faciunt voluntatem; id enim non fieret, si non sineret: nec utique nolens sinit, sed volens; nec sineret, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bena. Huic autem principio non adversari probat illud

Aposto-

CHRISTI AN. 421.

Apostoli : " Qui vult omnes homines salvos fieri : sive quia nemn salvus fit , nisi quem salvnm fieri voluerit ; sive quia omnes homines debent intelligi omnes generis humani differentiæ : Et quocumque , inquit , alio modo intelligi potest , dum non credere cogamur aliquid omnipotentem voluisse fieri , factumque non esse. „ Quod utique non dicunt scholæ Catholicæ, quæ docent eum Apostolo Deum velle salutem omnium hominum , maxime fidelium , quorum tamen multi pereunt . Hæc enim Dei voluntas generalis est & condirionata , nempe , si , ut ait Augustinus, illi non resistunt misericordiæ Creatoris sui. Si igitur resistant, jam Deus non vult eorum salutem ; nam, ut observat Augustinus, " Vult Deus omnes salvos fieri , & in agnitionem veritatis venire, non sic tamen , ut eis adimat liberum arbitrium, quo bene , vel male utentes, justissime judicantur. „ Ita , inquit D. Doctor , voluntas Dei semper invicta est : vinceretur autem, si non inveniret quid de contemptoribus faceret , aut ullo modo possent evadere , quod de talibus ille constituit . „ Itaque divinæ voluntatis est veluti duplex terminus , scilicet , ut infideles credant atque salventur , & fideles peccatores agant pœnitentiam ; vel si noluerint , æterna supplicia sustineant : quorum unum fieri necesse est. Quæ expositio est eriam D. Thomæ.

C. 10. Dei voluntas circa salutem omnium.

Aug. l. de catechiz. rud. c. 26.

Aug. l. de spirit. & lit. c. 32.

D. Thom. in 1. q. 46.

In eodem libro doctrinam Catholicam de fidelium suffragiis, quibus defunctorum animæ juvantur , sic aperte tradit : " Neque negandum est , inquit, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari , eum pro illis sacrificium Mediatoris offerrur , vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt . Sed eis hæc prosunt, qui cum viverent, ut hæc sibi postea prodesse possent , meruerunt . Est enim quidam vivendi modus , nec tam bonus , ut non requirat ista post mortem ; nec tam malus , ut ei non prosint ista post mortem . Est vero talis in bono , ut ista non requirat , & est rursus talis in malo , ut nec his valeat , cum ex hac vita transierit, adjuvari . Quocirca hic omne meritum comparatur , quo possit post hanc vitam relevari quispiam vel gravari. Nemo autem se speret quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri ... Non igitur ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt adversa sententiæ , qua dictum est : Omnes enim astabimus ante tribunal Christi , ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit , sive bonum, sive malum : quia etiam hoc meritum sibi quisque, cum in corpore viveret, comparavit , ut ei possent ista prodesse . Non enim omnibus prosunt . Et quare non omnibus prosunt , nisi propter differentiam vitæ , quam quisque gessit in corpore ? Cum ergo sacrificia sive Altaris , sive quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt : pro non valde malis , propitiationes sunt : pro valde malis , etsi nulla sunt adjumenta mortuorum , qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt , aut ad hoc prosunt , ut sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio . „

Aug. Enchirid. c. 109. & 100. *Suffragia pro mortuis.*

Rom. 14.

Augustinus eadem docet in libro de cura pro mortuis gerenda, cujus argumentum & scribendi occasionem sic exponit: Cum interrogatus literis fuissem, utrum prosit cuique post mortem quod corpus ejus apud Sancti alicujus memoriam sepeliatur . Hanc quæstionem ei proposuerat D. Paulinus Nolanus, sententiam suam simul insinuans : " Dicis videri tibi , inquit Augustinus, non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium, pro suis ista curantium. Adjungis etiam vacare non posse , quod universa pro defunctis Ecclesia supplicare consuevit : ut hinc & illud conjici possit , homini prodesse post mortem , si fide suorum humando ejus corpori talis provideatur locus , in quo appareat opitulatio etiam isto modo quæsita sanctorum . „ Quam doctrinam approbat Augustinus , & adjicit : " In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur , non parva tamen est universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, authoritas : ubi in precibus Sacerdotis , quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur , locum suum habet etiam commendatio mortuorum . „ De mortuorum vero sepultura docet , quod locus per se nihil prodest mortuis , sed tantum per occasionem : " Cum ergo , inquit , fidelis mater fidelis filii defuncti corpus desideravit in Basilicam Martyris poni , siquidem credidit ejus animam meritis Martyris adjuvari, hoc quod ita credidit , supplicatio quædam fuit , & hæc profuit , si quid profuit . Et quod ad idem sepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis magisque commendat, adjuvat defuncti spiritum: non mortui corporis locus , sed ex loci memoria vivus matris affectus . . . „

Aug. l. 2. retract. c. 64. Idem l. de cura pro mort. c. 1.

C. 5.

XVI. D. Augustinus in Enchiridio meminit etiam libri de fide & operibus, quem nuper scripserat adversus eos , qui ita distinguerent a bonis operibus Christianam fidem, ut sine hac non posse , sine autem illis posse perveniri suaderent ad æternam vitam . Bonorum operum necessitatem multis Scripturæ testimoniis astruit Augustinus , sed de impii adulti justificatione , quæ fit in baptismo , ista tradit : " Quantum attinet igitur ad doctrinam salubrem veritatis , ne cuiquam mortifero peccato perniciosissima securitas detur , vel etiam pestilentissima tribuatur authoritas , iste curationis ordo est , ut baptizandi credant in Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum , eo ritu quo symbolum traditur, & a mortuis operibus agant pœnitentiam, omninoque se omnino præteritorum remissionem in baptismo accepturos esse non dubitent : non ut peccare liceat , sed ut peccasse non noceat ; ut sit factis remissio, non permissio faciendi . „ Quatuor igitur actus in Ecclesia requiruntur, ut peccator in Sacramenti susceptione justificationem consequatur : Primo fides , qua credat omnes symboli articulos : Secundo spes de divina misericordia : Tertio dolor de peccatis præteritis: Quarto non amplius peccandi propositum . . . Unde concludit: " Nequaquam ergo mens incauta fallatur, ut se existimet Deum cognovisse, si eum fide mortua , hoc est , sine bonis operibus confiteatur more dæmonum: & ideo se jam non dubitet ad vitam æternam esse venturam, quia Dominus dicit : Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te unum verum Deum , & quem misisti Jesum Christum . Venire quippe debet etiam illud in mentem quod scriptum est : In hoc scimus quia cognoscimus eum , si mandata ejus servaverimus. Qui dicit quia cognovit eum , & mandata ejus non servat, mendax est, & in hoc veritas non est. Ne quisquam existimet mandata ejus ad solam fidem pertinere. "

C. 18. Aug. l. 2. retract. c. 38. *Fides sine bonis operibus non prodest.* C. 20.

C. 22.

Joan. 17.

1. Joan. 2.

XVII. " Interea Claudii Episcopi diligentia , libri quatuor Juliani venerunt, inquit Augustinus, in manus nostras : in quibus comperi , illa quæ ex eis decerpserat, qui ea Comiti Valerio miserat, non omnia eo modo quo a Juliano dicta sunt, ad eumdem Comitem scripta , sed nonnulla eorum aliquantum fuisse mutata. Scripsi ergo sex libros adversus illos quatuor ; sed meorum duo primi testimoniis Sanctorum, qui fidem Catholicam post Apostolos defenderunt , Juliani impudentiam redarguunt, qui tanquam Manichæorum dogma nobis objiciendum putavit , quia ex Adam trahi dicimus originale peccatum, quod per lavacrum regenerationis non solum in majoribus , verum etiam in parvulis solvitur. Quantum autem ipse Julianus quibusdam sententiis suis adjuvet Manichæos, in primi libri mei parte posteriore monstravi. Cæteri autem nostri quatuor redduntur illius singulis singuli : „ seu totidem Juliani libris opponit. Et quidem cum in cæteris a se adversus Pelagianos editis libris mirabilis fuerit , in hoc opere pene divinus apparuit . In primo igitur libro peccati originalis dogma, quod ex Scripturis antea probaverat, traditione confirmat, decem Patrum scilicet Latinorum , & Græcorum testimoniis , quos inter laudat Reticium Augustodunensem , & Olympium Hispanum Episcopum, quorum opera jam dudum non extant. In secundo quinque Pelagianorum argumenta adversus originale peccatum , eorumdem authoritate convellit, ostenditque Catholicos asserendo originale peccatum , diabolum non dicere hominum nascentium conditorem , nec damnare nuptias , nec negare in baptismo dimitti universa peccata , nec Deum crimine iniquitatis arguere, nec desperationem perfectionis ingerere. Quæ omnia consequentia esse contendebat Julianus, si credamus nasci parvulos peccato primi hominis obligatos. Ibidem D. Hieronymi jam mortui summam eruditionem & sanctitatem maxime prædicat , ac proinde illud opus non scripsit ante annum quadringentesimum vigesimum primum.

Aug. ep. 107. & l. 2. retract. c. 62.

Libri Aug. sex adv. Julian.

L. 2. c. 2.

In tertio libro primum Juliani librum refellens , id agit, ut appareat malam quidem esse carnis concupiscentiam , sed eo malo bene uti pudicitiam

Ibid.

Christi An. 421.

conjugalem, illudque malum nobis non ex alia substantia, quam Deus non condidit, nobis permixtum esse, ut Manichæus insanit, sed per Adæ inobedientiam exortum, ac in posteros traductum sola baptismatis gratia expiari. In quarto libro, concupiscentiam ex peccato ortam esse malam vel ipsis Gentilium testimoniis probat. Ibidem multa defendit ut certissima, quæ postea novatores in dubium revocare tentarunt. Et primo quidem de iis qui continentiam voverunt. " Quid, inquit, agit in carne Sanctorum continentium ista concupiscentia, nisi peccandi desideria, quibus non consentientes exercent, ut confireris, gloriosa certamina? neque enim saltem connubii desiderium in illa continentiæ professione potest esse non malum. „ Quanto igitur gravius est peccatum, in eadem professione

L. 4. c. 3. contrahere matrimonium. Secundo. Julianus laudarat virtutes infidelium, in quibus, ajebat, sine adjutorio gratiæ solum esse naturæ bonum. Quem sic reprehendit Augustinus: " Quanto satius hæc ipsa in eis dona Dei esse fatereris ... Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis esse virtutes, divino muneri potius, quam eorum tribueres tantummodo voluntati: licet hoc ipsi nesciant ... sed absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus. Absit autem ut sit justus, vere nisi vivat ex

Rom. 1. Fide, justus enim ex Fide vivit. „ Infidelium igitur virtutes morales esse Dei dona agnoscit Augustinus, recte vero negat esse veras virtutes, quippe quæ ad justitiam & salutem sunt inutiles, ut infra probat. Atque in eis ea pravo fine sæpe corrumpuntur. (Ibid.) Libro quinto Manichæismi accusationem rursus confutat. Ibidem docet, non concupiscentias sentire, sed sequi esse peccatum. Alioquin frustra di-

L. 5. c. 3. ctum est: Post concupiscentias tuas non eas, si jam quisque reus est, quod tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec eas sequitur, si non eis traditur, exercens adversus eas gloriosa certamina, si vivit in gratia.

Sexto tandem libro ostendit, nasci infantes originali peccato infectos, cujus reatus licet tollatur per baptismum, hujus tamen peccati merito fieri, ut tantis ab infantia miseriis atteratur genus humanum, iisque pœnalitatibus sint obnoxii etiam qui in Christo renati sunt, utque parvuli sine gratia regenerationis morientes excludantur a regno Dei. Imprimis

2. ad Cor. 5. Aug. l. 6. advers. Jul. c. 4. *Christi mors pro omnibus.* Ad Coloss. 2.

urget hæc Apostoli verba ad Corinthios: " Quoniam unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est. Nullo modo hic negare permitteris, nonnisi pro his, qui mortui sunt, mortuum fuisse Jesum. Quos igitur hoc loco intelligis mortuos? numquid eos qui de corpore exierunt? Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? eo modo itaque intelligimus mortuos, pro quibus omnibus unus mortuus est Christus, quomodo alibi dicit: Et vos cum essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo. Ac per hoc unus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: ostendens fieri non potuisse ut moreretur nisi pro mortuis. Ex hoc enim probavit omnes mortuos esse, quia pro omnibus mortuus est unus. Impingo, inculco, infercio recusanti: accipe, salubre est, nolo moriaris; unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit, ut intelligantur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, pro quibus Christus mortuus est, nemo neget, nemo dubitet; qui se non negat, aut, dubitat esse Christianum. Quapropter si nullum trahunt peccatum parvuli, non sunt mortui. Si non sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui non est mortuus nisi pro mortuis. „ Augustinus hic duo probat ex verbis Apostoli: primo originale peccatum; siquidem, ut ait Apostolus, unus Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & morte quidem peccati, quod nullum in parvulis esse potest, nisi originale. Secundo. Christum esse mortuum pro omnibus omnino hominibus, qui in Adamo mortui sunt. Vide, inquit, quia consequens esse voluit, ut intelligantur omnes mortui, quia pro omnibus mortuus est unus: non esset autem consequens, si laudata Apostoli verba, quoniam unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, sic exponerentur, quoniam unus pro multis mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Perinde est enim ac si quis diceret: quoniam multi ex hac civitate redempti sunt, ergo omnes omnino erant captivi. Illius consequentiæ universalioris, quam sit antecedens, nemo est qui non deprehendat falsitatem, & cum rectæ rationis regulis oppositionem. Cum igitur ex morte Christi pro omnibus, omnes omnino in peccatis esse mortuos concludat Apostolus, illius verborum hic sensus est legitimus: quoniam unus Christus pro omnibus omnino mortuus est: ergo omnes omnino mortui sunt. Qui aliter interpretantur & antecedens limitant, necesse est ut D. Paulum, & Augustinum prima recti ratiocinii elementa ignorasse dicant. Siquidem hunc eis syllogismum imputant: illi omnes mortui sunt, pro quibus Christus mortuus est: atqui Christus mortuus est pro multis: ergo omnes mortui sunt.

Ibid.

Quoniam vero qua ratione peccatum originale a parvulis contrahatur, non facile explicatur, Pelagiani ex ea parte illud impugnabant. His respondet Augustinus: " Sed etsi nulla ratione indagetur, nul- (C. 5.) lo sermone explicetur; verum tamen est, quod antiquitus veraci Fide Catholica prædicatur & creditur per Ecclesiam totam, quæ filios fidelium nec exorcizaret, nec exsufflaret, si non eos de potestate tenebrarum, & a principe mortis erueret. „ Et certe quot res existere certo novimus, quæ quomodo factæ sint, earumque præcipuas proprietates prorsus ignoramus? Absurdum est igitur in humanis, & impium in divinis, eorum negare existentiam, quorum existendi modum & rationem explicare non possumus. Ejusmodi sophistis respondendum cum Augustino: „ Argumenta quæ profertis, humana sunt: hæc munimenta divina sunt ... cur ergo humana opinatione conaris evertere quod minus vales in divina ratione comprehendere? ... Etiam hoc Deus, quemadmodum multa, sic occultare voluit, ut id investigare atque comprehendere humana conjectura non possit; ideo ne contra Ecclesiam Matrem vestram ratiunculis vestris quasi parricidalibus pugiunculis debetis armari, ut vim Sacramenti ejus occul- (C. 23.) tam quæratis ... „ Demum Juliano jam damnato exprobrat quod a priori errore circa gratiam Dei adjuvantem non recesserit. " Verum, inquit, tu a vestro dogmate non recedis, quo putatis gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, sic in sola peccatorum remissione versari, ut non adjuvet ad vitanda peccata, & desideria vincenda carnalia. „

Ecclesiæ etiam separatæ judicium est irrevocabile. Aug. l. 3. adv. Jul. cap. 1.

XVIII. Pelagiani de legibus adversum se Imperialibus graviter conquesti sunt, quod iis negaretur generale Concilium, ad cujus judicium provocarunt usque ad annum 431. Quibus respondet Augustinus: " Novi quidem hæretici vos estis, sed istam pene omnium hæreticorum veterem vocem cum cæteris agnovistis atque tenuistis. ... Vestra vero apud competens judicium omnium Episcoporum modo causa finita est: nec amplius vobiscum agendum est, quantum ad jus examinis pertinet, nisi ut prolatam de hac re sententiam cum pace sequamini: quod si nolueritis, a turbulenta vel insidiosa inquietudine cohibeamini. „ Hanc igitur octodecim Episcoporum Pelagianorum appellationem ad generale Concilium in Fidei materia rejiciendam putavit Augustinus, postquam Episcopi, licet separatim & absque Synodo, Zozimi definitioni subscripserunt, eoque judicio finitam causam pronuntiavit.

Nestor. epist. ad Cælest. *Pelagius ubique damnatus, expellitur.* Prosp. carm. de ingrat. Merc. in comon.

XIX. Pelagiani rebus suis in Occidente desperatis quosdam a suis Episcopos mittunt Constantinopolim, causantes se Catholicos persecutionem esse passos: illorum legationem rejecit Atticus, antiquam illis opponens Ecclesiæ fidem, eosque tam acriter insectatus est, ut ne consistendi quidem in urbe licentiam daret. Sollicitarunt quoque Ephesinam Ecclesiam, quæ Cœlestium sibi minus notum in suorum Presbyterorum collegium cooptarat; sperabant hic eum ob diutinam commorationem multos habere fautores, sed pariter rejecti sunt. Pelagius circa idem tempus in quadam Syriæ Synodo, cui Theodotus Antiochiæ præsedit, deprehensus hæreticus, a sanctis quoque & venerabilibus Jerosolymorum locis est deturbatus. Illius accusatores fuere Heros & Lazarus. Theodotus & Praylius Jerosolymitanus ea de re literas dederunt ad Romanum Pontificem. Pelagius jam senior quo pulsus fugerit, incertum est. Exinde nulla ipsius mentio in antiquis monumentis reperitur. Julianus vero peragratis variis provinciis secessit apud Theodorum Mopsuestenum, ut eo magistro novis scriptis impugnaret Augustinum. Reipsa hic asserta a se in quatuor libris prioribus adversus secundum Augustini librum de nuptiis & concupiscentia, scilicet concupiscentiam inter naturalia bo-

na esse

Christi An. 421.

na esse numerandam, nullum esse originale peccatum, in aliis octo libris magna verborum copia, magnoque argumentorum apparatu communire tentavit. Sed cum postea inde digressus esset, in provinciali Ciliciæ Synodo damnatus est Julianus, ejusque damnationi subscripsit Theodorus Mopsuestenus.

Aug. in præf. oper. imperf. & l. 4. c. 5.

Theod. hist. l. 5. c. 39. *Persecutio in Perside.*

XX. Theodosio juniore imperante in summa pace florebat Orientalis Ecclesia. Sed Isdigerdes Persarum Rex Ecclesiis gentis suæ bellum intulit, occasione inde arrepta. Erat quidam Episcopus, nomine Abda, multis virtutum generibus ornatus: hic zelo immoderato impulsus Pyreum destruxit; ita Persæ vocant templa igni consecrata. Rex ea de re per magos certior factus, Abdam ad se evocavit. Ac primum quidem leniter id facinus reprehendit, jussitque ut Pyreum ædificaret. Sed cum Abda id se facturum negaret, Rex cunctas Ecclesias se destructurum minatus est, & minas suas ad effectum perduxit. Abdam trucidari, Ecclesiasque solo æquari præcepit. Ego vero, inquit Theodoretus, Pyreum quidem intempestive ab Episcopo destructum fuisse fateor. Neque enim divinus Apostolus cum Athenas venisset, & urbem simulacrorum cultui deditam esse vidisset, aram ullam Deorum, qui ab illis colebantur, evertit, sed illorum errorem verbis coarguit, & veritatem demonstravit. Quod vero eversum fanum minime instaurarit, sed mori maluerit, id equidem admiror, & coronis dignum judico. Igni enim templum extruere, non minus esse censeo, quam eumdem adorare. Idem sensere alii Episcopi imperante Juliano. Hinc igitur exorsa tempestas triginta annis perseveravit. Goranes, Isdigerdis filius, eam continuavit, ejusque filius. Suppliciorum autem varias species, quibus pios homines excruciarent, haud facile est exponere ..... Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt. Aliorum capita, a fronte exorsi ad barbam usque cute nudarunt. Nonnullos sectis per medium arundinibus operiebant, ipsas sectiones corporibus applicantes; deinde cum firmissimis vinculis a capite ad pedes usque eos constrinxissent, singulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute simul tracta acerbissimum dolorem afferrent. Foveas præterea fodientes, easque diligenter oblinientes, magnorum murium agminibus implebant, pietatisque athletas eis in pabulum præbebant, manus illorum ac pedes vincientes, ne bestias a se abigere possent. Mures itaque urgente ipsos fame, carnes sanctorum paulatim depascebantur, diuturnum & acerbum cruciatum eis inferentes. Nec tamen athletarum fortitudinem frangere potuerunt. Ultro enim accurrebant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes. Quatuor præsertim Martyrum, nempe Hormisdæ, Suenis, Benjamini, & Jacobi constantia celebratur.

Ibid.

Hormisda erat valde nobilis apud Persas, ex Achemenidarum stirpe, patre ortus Præfecto. Hunc Rex cum Christianum esse didicisset, ad se adduci, & Deum servatorem suum negare jussit. Verum ille respondit: Qui summum omnium Deum facile contemnere ac negare didicerit, Regem multo facilius contemnet, cum hic homo morti sit obnoxius. Rex fortissimum athletam divitiis, & honoribus spoliavit: nudumque solo tectum subligaculo, camelos exercitus trahere præcepit. Multis post diebus elapsis, Rex e camera prospiciens, videt illum solis radiis perustum, & pulvere oppletum. Tum paternæ memor nobilitatis, eum ad se accersit, & lineam tunicam induere jubet. Nunc tandem, inquit, abjecta illa contentione, fabri filium pernega. Hormisda divino repletus zelo, tunicam discerpsit, & ante Regem projecit, addens: Si hujus causa me a pietate recessurum existimas, habe tibi munus tuum cum impietate. Hanc ejus constantiam animadvertens Rex, eum, ut erat, nudum, ex Imperii sui finibus ejecit. Suenem præterea mille servorum dominum, qui Creatorem suum negare nolebat, interrogavit, quisnam servorum ipsius esset nequissimus. Cumque hunc toti familiæ præposuisset, ipsum quoque dominum ei servire jussit, ejusque uxorem eidem servo matrimonii jure copulavit, sperans hoc facto se veritatis defensorem de sententia dejecturum. Verum spe sua frustratus est.

Ibid. *Martyres.*

Sed & Diaconum quemdam, Benjamin nomine, captum, in vincula conjecit. Aliquanto post tempore venit legatus Romanorum, ob alia quædam negotia missus. Is cum de Diacono didicisset, liberationem ejus postulavit a Rege. Rex vero jussit ut Benjamin polliceretur se nulli magorum Christianam religionem prædicaturum. Et legatus quidem Benjamin jussis pariturum spopondit. Benjaminus vero auditis legati cohortationibus: Facere non possum, inquit, quin lucem, quam accepi, aliis impertiar. Rex tamen cum nihil horum tunc temporis rescivisset, Diaconum vinculis solvi præcepit. At Benjamin ea quæ prius facere consueverat, agere perseveravit, eos, qui ignorantiæ tenebris obcæcati erant, ad intelligentiæ lumen adducens. Exacto anni spatio nuntiatum est Regi quid ageret Benjaminus. Cumque eum adduci fecisset, Deum, quem, adorabat, negare eum jussit. Tum ille Regem interrogavit, quo supplicio dignum censeret eum, qui relicto ipsius regno, alterius regni domicilium præferret. Cumque Rex morte ultimoque supplicio dignum esse illum respondisset; sapientissimus vir subjecit: Quid ergo non meretur perpeti is, qui Creatorem, & conditorem deserit? Quibus auditis exasperatus Rex viginti arundines præacutas manuum pedumque ejus unguibus infixit. Sed cum animadverteret hunc cruciatum ab illo pro ludicro haberi, inexplicabiles ei dolores intulit. Demum impius ille ac furiosus crassum stipitem cum ramis undique cohærentibus, per ejus sedem adigi præcepit. Atque ita generosus Athleta animam exhalavit. Jacobus antea Christianus Regi placere studens ad Magos defecerat. Verum matris, & uxoris cohortationibus ad fidem reductus est: quem cum Rex comperisset profiteri Christianam religionem, ejus membra particulatim præcidi jussit; abscissis articulatim pedibus, & manibus, cum jam solus cum capite truncus superesset, Christum Deum laudabat Jacobus. Quapropter capite amputato Martyrium consummavit.

Cyrill. in vit. S. Euthym. apud Bolland. 20. Januar.

XXI. Initio tunc motæ persecutionis, cum Magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum Præfectos ubique viarum constituunt, ne quis ad Romanos confugeret. Aspebetus tunc Præfectus commiseratione motus, neminem Christianorum a fuga impedivit. Qua de causa accusatus apud Isdegerdem, & illius veritus crudelitatem, cum tota familia, & filio Terebone transfugit ad Romanos. Anatolius Orientis Præfectus eos benigne suscepit, Aspebetumque Saracenorum Romanis subditorum, qui in Arabia morabantur, Præfectum constituit. Terebon puer ejus filius, cum dextram corporis partem ex paralysi siccam haberet, ejusque pater magnam partem facultatum frustra consumpsisset in medicos, & nullam videret mali curationem, conversus ad Deum petit morbi liberationem, se Christianum futurum, si sanus fieret, pollicitus. Paulatim in somnum inde deductus vidit monachum senem qui ait: Ego sum Euthymius, qui ad Orientalem solitudinem habito in torrente, prope viam, quæ ducit ad Hiericho, & decem millibus distat Hierosolymis. Veni ad me, & Deus te per nos curabit. Mane facto somnium patri narravit Terebon. Ille assumpto statim filio cum aliquot Arabibus venit ad speluncam Euthymii, & Theoctisti, qui rogat cujus rei causa venissent. Venimus, inquiunt, ad videndum Euthymium. Theoctistus respondit: Usque ad sabbatum ad colloquium cum aliquo non venit, nunc silet. Aspebetus tunc ejus manus accipiens ei ostendit filium semiaridum, ejus morbum ac somnium narrat. Euthymio rem totam refert Theoctistus. Ipse autem cum persuasum haberet id divino geri consilio, statim descendit ad barbaros, vehementerque orans pro puero, & ei figuram crucis imponens statim sanum effecit. Stupentes barbari, & humi cadentes rogant Euthymium, ut Christi obsignarentur signaculo. Ille jubet parvam fieri piscinam in quodam angulo suæ speluncæ, primumque baptizat Aspebetum, eum Petrum nominans; deinde Marin fratrem uxoris Aspebeti, demum Terebonem, & reliquos Arabes. Quos cum quadraginta dies detinuisset, pietatemque accurate docuisset, & tradidisset quæcumque pertinent ad salutem, eos in pace dimisit. Maris vero noluit recedere a monasterio, cum ei omnes consecrasset facultates, per totam vitam vivere constituit sub S. Euthymio, cujus nomen cum eo miraculo inclaruisset, undequaque ad eum concurrebant ægri, qui statim sanabantur a quocumque morbo detinerentur.

Ibid.

D. Euthymius patria Melitensis, patre Paulo,

matre

CHRISTI AN. 421.

Ibid.

S. Euthymii initia.

matre Dionysia, genere, & virtute claris, ex divina promissione natus est, anno 377. ... Patre mortuo, trimulus a matre S. Otreo urbis Episcopo oblatus est, qui cum eum baptizasset, in gradum lectorum cooptat, ac postea erudiendum tradidit Acacio, & Synadio, qui fuere ejus successores in Episcopatu Melitinensi. Temporis successu perfunctum aliis gradibus ecclesiasticis promovit ad Presbyterium, atque ob egregiam virtutem præfecit vicinis monasteriis. Euthymius, quietis, & silentii amator, ratus hanc monasteriorum curam sibi ad virtutem afferre impedimentum, fugit Hierosolymam, annoque vitæ suæ vigesimo nono, secessit ad Pharam Lauram, quæ sex milliaribus distat Hierosolymis; & cum extra Lauram invenisset quamdam cellam, quæ erat valde apposita ad quietem, & silentium, illic versabatur, palmarumque ramos texens, sibi & egentibus labores suos communes effecit. Ipse vero ab omni cura rerum terrestrium liber, ita se comparabat, ut omnino dependeret a spe futurorum bonorum. Quotannis ipse, & Theoctistus in solitudinem abibant, octavo die post festum luminum, separatim quidem ab omni humana consuetudine, cum Deo autem solo versantes per orationem, donec advenisset festus palmarum dies. Tunc in cellam revertebantur, magnas virtutis afferentes divitias. Post quinque annos de more recedentes ad eamdem solitudinem, offendunt magnam speluncam ad boreale torrentis præcipitium, quam rati sibi divinitus oblatam, in ea permanere constituunt, diuque in ea latuerunt, solisque sponte natis herbis alebantur. Virtutem tantam semper latere non permisit divina providentia. Quidam ex Lazarii pastoribus dum ad torrentem adducunt oves, Euthymium, & socium vident, repentinoque territi spectaculo fugiunt. Inclamant illi: Ne timeatis, o Fratres, nos quoque sumus homines, etiamsi propter peccata nostra præsentem locum habitemus. Pastores timore deposito ad eos ascendunt, ingressique eorum speluncam, cum nihil invenissent eorum, quæ sunt utilia corpori, reversi sunt admirantes, & suis singula aperuerunt. Deinceps incolæ Lazarii eis ministrare quæ sunt necessaria non cessarunt. Quod etiam cum cognovissent monachi, qui in Laura Pharan commorabantur, frequenter ad eos ventitabant. Plurimos etiam habuere discipulos. Eorum primi Marinus, & Lucas monasteria construxerunt, & magnum Theodosium, qui fuit author cœnobiorum, quæ sunt in solitudine ad monasticam perduxerunt perfectionem. Euthymius vero omnem eorum qui adveniebant curam beato commisit Theoctisto, qui mandatum ejus sic accepit, ut omnia administraret ex ejus sententia. In ipso aditu præcipitii cœnobium ædificant fratribus, & sibi speluncam transmutant in ecclesiam, in qua in quiete, & silentio magnus assidens Euthymius, erat curator animarum, & earum, quas a vitiis accipiunt, plagarum meditus peritissimus.

Ibid.

Hieron. epist. ad Ctesiph.

S. Euthymius alius est a monacho ejusdem nominis, qui in Ægypto floruit Imperante Arcadio, sed in veritate non stetit, professus Origenismum, quemadmodum testantur Theophilus, & D. Hieronymus.

Socrat. l.7. c.18.

XXII. Christiani Persæ, quos Rex graviter exagitabat, necessitate constricti, ad Romanos confugiunt, orantes ne ipsos funditus deleri paterentur. Atticus Episcopus Constantinopolitanus supplicantes benevole excepit, omnique studio enitebatur ut pro virili parte eis succurreret. Imperatori etiam Theodosio ea, quæ acciderant, significavit. Persarum Rex legatos misit, qui fugitivos repeterent; sed Romani eos nullatenus prodere sustinuerunt, Christianæ Religionis causa quid vis agere parati. Quamobrem bellum grave conflatum est. Romani Persas ter acie victos ad honestam pacem compulerunt, anno Christi quadringentesimo vicesimo secundo. Acacius Amidenus pio opere multum inclaruit. Persarum captivi, qui erant circiter septem hominum millia, fame consumebantur; quæ res animum Regis vehementer angebant. Acacius conflatis sacris vasibus captivos redemit, & aliquandiu aluit, viaticoque instructos ad Regem Persarum remisit, qui tam admirabili facinore permotus, optavit ut Acacius in conspectum ipsius veniret, quo ipse ejus viri aspectu frueretur; idque Theodosio annuente factum est.

Ib. c. 21.

CHRISTI AN. 422.

Theodosii mores.

XXII. Theodosii virtutes hisce, & aliis victoriis adversus Scythas Deum remunerasse testantur historici. Pulcheria ejus soror, licet nondum quindecim annos nata, supra ætatem sapiens, illius institutionis curam gerebat. Theodosius anno Christi 415. hanc dixit Augustam; quæ res nullum in antiquitate habet exemplum. Orientis Imperium optime gubernavit, quippe quæ recte consuleret, & consulta celeriter exequeretur, & scriberet. Nam, & loqui, & scribere eleganter callebat, tam græco, quam latino sermone. Omnium vero quæ gerebantur laudem ad fratrem referebat, dabatque operam ut disciplinis ad ætatis captum accommodatis, regaliter quantum fieri posset, educaretur: sed præcipue eum ad pietatem informabat, assuefaciens illum ut assidue oraret, & ecclesias adiret, easque donariis ac pretiosis muneribus ornaret: ut Sacerdotes omnesque viros bonos, & eos qui ex Christianorum legibus atque institutis philosophantur, in pretio haberet. Præterea cum per adulterina dogmata Religio turbanda videretur, ipsa studiose ac sapienter prospexit. Theodosius jejunabat etiam frequentissime, ac præsertim quarta, & sexta feria. Denique palatium sic instituit, ut a monasterio non multum discreparet. Matutino tempore ipse una cum sororibus suis hymnos in Dei laudem alternis recitare consueverat, sacræ Scripturæ libros memoriter callebat, atque in iis colligendis magnam adhibuit diligentiam. Fortitudo vero ac tolerantia tanta in eo fuit, ut algorem pariter, & æstum generoso animo sustineret. Clementia vero atque humanitate omnes mortales longo intervallo superavit. Varias leges pro religionis incremento dedit. Primo statuit, ut Dominico, & Natalis, & Epiphaniorum Christi, & Paschæ, seu quadragesimæ, & sequentis quinquagesimæ usque ad Pentecosten diebus, omni theatrorum atque Circensium voluptate per universas urbes earumdem populis denegata, totæ Christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occuparentur. Idololatriæ reliquias penitus exterminavit, Paganos sacrificantes exilio, & bonorum proscriptione mulctavit. Ipsa idolorum templa, quæ adhuc supererant, funditus destrui jussit; ut posteri ne vestigium quidem pristini erroris possent intueri ..... Christianum circumcidere, & novas ædificare Synagogas Judæis prohibuit, Christianis vero ne veteres Judæorum Synagogas incenderent, vel occuparent. Illius ætatis historici alias ejus virtutes prædicant, sed non sine suspicione adulationis.

CHRISTI AN. 422.

Marcel. Chron.

Sozom. l. 9. c. 1.

Socrat. l.7. c.22.

Cod. Theod. l. ultim. de spect.

Cod. Theod. l. 23. de Pag.

Imbecillioris, & timidioris ingenii fuisse Theodosium juniorem multa demonstrant: administrando Imperio prorsus impar aliorum consiliis facilius regebatur. Pulcheriam nisi habuisset adjutricem, detrimenta non levia sub eo accepisset Respublica, ut paucorum annorum manifestum fecit experientia. Monachus quidam audacior ad eum accessit, ut aliquid postularet: quod cum sæpius frustra fecisset, Imperatori ecclesiastica communione interdixit. Theodosius ad palatium reversus, cum jam tempus instaret convivii, negavit se prius cibum sumpturum, quam vinculis solutus esset; atque idcirco unum ex familiaribus ad Episcopum misit, rogans ut mandaret ei, qui ligaverat, ut vinculum demeret: cumque Episcopus respondisset, non a quovis vinculum accipi oportere, solutumque eum esse renuntiasset, solutionem non admisit, donec is qui ligaverat, non sine multo labore quæsitus, communionem restituisset. Hic scrupulus Theodosii minus prudens videtur, præsertim cum ab Episcopo resciit nullum esse vinculum.

Theod. l.5. c.37.

Theodosius annum vicesimum ingressus interpellat Pulcheriam sororem, ut se dignam, & præstanti forma quæreret uxorem. Contigit ut Athenais Heracliti, vel, ut alii volunt, Leontii Atheniensis Philosophi filia veniret Constantinopolim. Illius amita soror patris, qui eam testamento prætermiserat, & tantum centum numismata ei legaverat, illam deduxit ad Pulcheriam Augustam, gratiam postulans adversus duos fratres Valerianum, & Genesium, qui testamenti tenaces eam paterna domo ejecerant: Pulcheria cum eamdem, & forma, & eruditione præstantem cerneret, postquam virginem a patre custoditam, & longa institutione sapientiæ studio eruditam intellexit, hanc fratri dedit uxorem; sed prius eam Christianam fecit Atticus Episcopus, & in baptismo Eudoxiam nominavit. Ejus fratres metu perculsi in Helladem fugiunt: accersitos Theodosius ad honores promovit.

Chron. Alexand.

Socrat. l.7. c.21.

XXIII. Patriarchatus Constantinopolitani jurisdictionem amplificare non multo post hac occasione tentavit Theodosius. Rufus Thessalonicensis ad

CHRISTI AN. 421.

Boni-

CHRISTI AN. 421. Bonifacium Papam retulerat, Episcopos Illyrici se inconsulto Synodum Corinthiacam indixisse pro retractanda causa Perigenis, qui Patrensis Episcopus ordinatus, quoniam ejus civitatis incolæ illum admittere recusabant, in Metropolitana Sede Corinthi constitutus fuerat a summo Pontifice. Addiderat Rufus vicariatum sibi per Achajam concessum venisse in contemptionem, hancque in sui personam redundare. Bonifacius rescripsit: nihil hic timebis, habes beatum Apostolum Petrum, qui ante te pro sua possit vi repugnare . . . Non patitur ille Sedis suæ perire privilegium . . . . . aderit nimirum, & violatores Canonum, atque Ecclesiastici juris inimicos Deo authore compescet. In cæteros etiam contumaces jus concessæ potestatis exerce; nullum etenim locum vides nobis otiosum relictum. Ad Thessalos comminationis & correptionis plenas literas misimus: ad Synodum, quæ dicitur illicite congreganda de causa Fratris nostri & Coepiscopi Perigenis, cujus scripsimus statum nulla posse penitus ratione turbari, talia scripta direximus, quibus universi Fratres intelligant, primo convenire se citra tuam conscientiam minime debuisse: deinde de nostro non esse judicio retractandum; numquam enim licuit de eo rursus, quod semel statutum ab Apostolica Sede, tractari..... Tunc demum ut intelligant, si quid a se factum est contra consuetudinem, prius esse cassandum . . . In epistola Thessalis fratribus destinata id a nobis scriptum volumus recognoscas, Pausianum, Cyriacum atque Calliopum a nostra communione summovendos: ita ut remedium solum interventionis tuæ gratiam se habere cognoscant. Maximum autem, quem male tua charitas retulit ordinatum, in totum Sacerdotii censemus honore privandum. Episcopis vero Thessalis scripsit: Institutio universalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit . . . Ergo servate honorem debitum capiti: quia nolumus ut intra se membra decertent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen: dum Fratrem & Coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contemptu, cui nihil novum auctoritas nostra concedit sequens priorum gratiam, qua huic cura Ecclesiarum sæpe videtur injuncta. Quod factum ita intemeratum servari volumus in futurum, sicut a Patribus hujus dispositionis forma servata est: non decet Fratres alterius dignitate mordere.

Holsten. p. 61. Vicariatus Thessalonicensis.

Ib. p. 63.

Illyriciani Episcopi Bonifacii literis non acquievere, sed ægre ferentes in omnibus causis ecclesiasticis superpositum esse Thessalonicensem Episcopum, Theodosio suggesserunt, uti Constantinopolitanæ urbis Antistiti hunc honorem tribueret, ut si quid dubietatis emergeret in Provinciis Illyrici, id non absque scientia Constantinopolitani Episcopi terminaretur. Theodosius his permotus dedit legem sequentem: " Omni innovatione cessante, vetustatem, & Canones pristinos Ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici Provincias servari præcipimus. Tunc si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri reverendissimi sacro-sanctæ Legis Antistitis urbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur, conventui sacerdotali sanctoque judicio reservari. „ Data pridie Idus Julii, anno quadringentesimo vigesimo primo. Ea novitate Diœcesim Illyricianam Romano Pontifici aufert, transcriptam in jus Patriarchicum Regiæ civitatis.

Cod. Theod. l. 45. de Episc.

CHRISTI AN. 422. Bonifacius ubi primum certo comperit, Constantinopolitanum Episcopum post hoc Imperiale rescriptum, Corinthi indixisse Synodum totius Illyrici, scripsit ad Episcopos illius Diœcesis: " Manet beatum Apostolum Petrum per sententiam Dominicam universalis Ecclesiæ ab hoc sollicitudo suscepta; quippe quam Evangelio teste in se noverit esse fundatam: nec unquam ejus honor vacuus potest esse curarum, cum certum sit summam rerum ex ejus deliberatione pendere. Quæ res animum meum usque ad Orientis loca, quæ per ipsam sollicitudinem quodammodo videmus extendunt. „ Inde de indicta Synodo conqueritur. Refert quæ in causa Perigenis sic egerit, ut prudentia major non possit desiderari; demum cathedræ suæ dignitatem & authoritatem astruit. " Quoniam, inquit, locus exigit, si placet, recensete Canonum sanctiones, reperietis quæ sit post Ecclesiam Romanam secunda Sedes, quæve sit tertia? A quibus ideo ita rerum videtur ordo adstructus, ut se Ecclesiarum Pontifices cæterarum sub uno tamen eodemque Sacerdotio habere cognoscant, quibus charitate servata propter Ecclesiasticam disciplinam debeant esse subjecti. Et quidem hæc sententia Canonum a vetustate duravit; & nunc usque Christo nostro favente perdurat. Nemo unquam Apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit: nemo in hoc rebellis exstitit, nisi qui de se voluit judicari: servant Ecclesiæ magnæ prædictæ per Canones dignitates, Alexandrina & Antiochena, habentes Ecclesiastici juris notitiam, servant, inquam, instituta majorum, in omnibus deferentes, & ejus vicissitudinem recipientes gratiæ, quam se in Domino, qui pax nostra est, nobis debere cognoscunt..... Sed quia res postulat, approbandum documentis est, maximas Orientalium Ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione majore, Sedem semper consuluisse Romanam, & quotiens usus exegit, ejus auxilium postulasse. Sanctæ memoriæ Athanasius, & Petrus Alexandrinæ Sacerdotes Ecclesiæ, hujus Sedis auxilium postularunt. Cum Antiochena Ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut fierent illinc propter hoc ipsum sæpe discursus, primo sub Meletio, postea sub Flaviano, Apostolicam Sedem manifestum est esse consultam, ad cujus authoritatem post multa, quæ ab Ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est, Flavianum communionis gratiam recepisse, qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc scripta manassent. Clementissimæ recordationis Princeps Theodosius Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, habere non existimans firmitatem, missis e latere suo aulicis cum Episcopis, formatam huic a Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret. Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum Pontifices dolentes se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem poposcerunt. „ Quo tempore Apostolica Sedes omnia non difficulter indulsit. Authoritate Sedis suæ sic stabilita, prohibet Bonifacius, ne Perigenis causam iterum vocent ad judicium, jubet ut alias causas ad Rufum, cui vicem suam commisit, referant, qui de illis cum Episcopis, quos ipse delegerit, judicabit; vetat, ne quis alicujus ordinationem citra ejus conscientiam celebrare præsumat. Data est quinto Idus Martias, anno 422. & missa per Severum Apostolicæ Sedis Notarium.

Bonifacius Papæ Sedis suæ jura vindicat. Holsten. p. 69.

Ib. p. 75. Romanæ Sedis primatus.

CHRISTI AN. 422.

Bonifacius præterea per legatos egit apud Honorium, ut antiqua Romanæ Ecclesiæ jura conservaret ac tueretur. Honorius per literas a Theodosio petiit, ut hæc privilegia, quæ dudum a Patribus constituta, usque ad tempora nostra conservata sunt, inconcussa perdurent . . . Ne sub Principibus Christianis Romana perdat Ecclesia quod sub aliis Imperatoribus non amisit. Loquitur de privilegiis Patriarchatus; quæ dicit a Patribus constituta; Vicarii enim Christi jura sunt divinæ institutionis. Honorii postulationi acquiescens Theodosius, prius rescriptum rescidit, novæque suæ constitutionis summam sic inseruit suis ad Honorium literis: " Omni supplicatione Episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari quod prius Apostolica disciplina, & Canones veteres eloquuntur. Super qua re secundum formam oraculi perennitatis tuæ, ad viros illustres Præfectos Prætorii Illyrici nostri scripta porreximus, ut, cessantibus Episcoporum subreptionibus, antiquum ordinem specialiter facians custodiri: ne venerabilis Ecclesia sanctissimæ urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quæ perenne nobis sui nominis consecravit Imperium. „ Hæ Theodosii literæ postea in Synodo Romana lectæ sunt anno 531. in causa Stephani Larissæi Metropolitani, ut suo tempore narrabimus. Collectores Græci secundam hanc constitutionem, quæ servatur in Romano archivio, codicibus Theodosii & Justiniani non inseruere, sed tantum priorem, quæ jura Patriarchatus Constantinopolitani amplificat. Prudentia, fortitudo, & moderatio Bonifacii Papæ in negotio tanti momenti & tam difficili satis laudari non potest, qui nec Theodosium Imperatorem, nec Atticum Patriarcham vel verbo læsit, vel objurgavit, sicque molles ad jus suum obtinendum aditus sibi aperuit.

Holsten. p. 82.

Holsten. p. 83.

XXIV. Alienorum jurium infractores pari constantia repressit in Galliis: Patroclus Arelatensis in locum decedentis Episcopi Lutubensis nescio quem in

alia

CHRISTI AN. 422.

Epist. Bonif. ad Hilar. tom. 1. Conc. nov. edit. tom. 2. vet.

alia provincia, prætermisso Metropolitano, contra sextum Nicæni Concilii Canonem ordinarat, neglecta Cleri & plebis petitione, qui preces suas miserunt ad Bonifacium. Ille scribit ad Hilarium Narbonensem . . . " Frater carissime, si ita res sunt, & ecclesiam supradictam provinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate commonitus, quod quidem sponte facere deberes, desideriis supplicantium, & voluntate respecta, ad eumdem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitani jure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede, intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum, quæcumque facienda sunt, a nobis esse concessa: ita ut peractis omnibus, Apostolicæ Sedi quidquid statueris, te referente, clarescat . . . . Nemo ergo eorum terminos audax temerarior excedat: nec aliquis in illorum contumeliam partibus suis, quæ sibi ab his non videntur concessa, defendat. „ Vult igitur ut nullus contempto Metropolitano ordinetur Episcopus. Hæc epistola data est quinto Idus Februarias, anno 422. Ejusdem anni mense Octobri migravit ad Deum Bonifacius Papa jam senior, cum sedisset annos tres, & octo menses. Imperatorum Catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non solum Apostolicis, sed etiam regiis utebatur edictis . . . Cælestinus natione Romanus unanimi omnium ordinum consensu Romanus Pontifex constitutus est die tertia Novembris.

Prosp. in Chron. *Cælestinus Papa.* D. Prosp. per adv. collat. c. 41.

CHRISTI AN. 423. & 425.

Prosp. Chron. Paul. Diac.

XXV. Interea Placidia Augusta ob insidiarum suspicionem a fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honoria & Valentiniano profecta, a Theodosio benigne suscipitur. Sororis exilio diu non fuit superstes Honorius: anno sequenti, Christi quadringentesimo vigesimo tertio, intercutis aquæ morbo correptus, Rempublicam, ut cupierat, pacatam relinquens mortuus est, decimo octavo Kalendas Septembris, cum annos octo & viginti a morte patris imperasset. Fuit sane moribus & religione Patri Theodosio non valde absimilis. Huic suboles nulla fuit. Eo igitur humanis rebus exempto, fultus præsidio Castini Magistri militum, Joannes Notariorum primicerius invadit Imperium. Primus omnium in Africa ei restitit Comes Bonifacius, fidem servans Placidiæ ejusque filio Valentiniano, quem Cæsarem creavit Theodosius, & misit in Italiam cum exercitu. Joannes victus & suorum proditione captus capite truncatus est, mense Julio, anno quadringentesimo vigesimo quinto, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum vero Theodosius Valentinianum septennem Romam missum Augustum renuntiavit: qui septimo Kalendas Julias ejusdem anni, dum adhuc esset Cæsar, Aquileiæ sequentem legem pro Ecclesia dedit. " Privilegia Ecclesiarum, vel Clericorum omnium, quæ sæculo nostro Tyrannus inviderat, prona devotione revocamus: scilicet ut quidquid a divis Principibus singuli quique Antistites impetrarunt, jugi soliditate servetur . . . Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares judices debere deduci infaustus præsumptor indixerat, Episcopali audientiæ reservamus: his manentibus, quæ circa eos sanxit antiquitas . . . Diversos vero Episcopos nefarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctæ Legis Antistitem præcipimus convenire. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conventionis tempore . . . errata correxerint, seque Catholicæ Fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco Sacerdotium fidelius subrogari . . . Manichæos omnesque hæreticos vel schismaticos, sive mathematicos, omnemque sectam Catholicis inimicam, ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari debere præcepimus... Judæis quoque, vel Paganis, causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianæ Legis nolumus servire personas, ne occasione dominii sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti jubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit. „ Cælestius audita Honorii morte, rediit in Italiam, & quasi non discusso negotio, a Cælestino postulavit audientiam. Pontifex sciens damnatis non examen judicii, sed solum pœnitentiæ remedium esse præstandum, Cælestium Italiæ finibus jussit extrudi, adeo & prædecessorum suorum statuta & decreta Synodalia inviolabiliter servanda censebat, ut quod semel meruerat abscindi, nequaquam admitteret retractari.

Philostorg. lib. 12. Cod. Theod. l. 47. de Episc. *Valentinianus 3. Imperat.*

XXVI. Augustinus Cælestino non solum de sua promotione gratulatus est, sed etiam scripsit de rebus Ecclesiæ suæ, cui magnam cladem, inquit, sic improvidus ingessi: Fessula dicitur Hipponensi territorio confine castellum: antea ibi numquam Episcopus fuit, sed simul cum contigua sibi regione ad parœciam Hipponensis Ecclesiæ pertinebat. Paucos habebat illa terra Catholicos, cæteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat . . . . Ita ut ibi Presbyteri, qui iis congregandis constituti sunt, expoliarentur, cæderentur, excæcarentur, occiderentur, quorum passiones inutiles ac steriles non fuerunt. Actum est in Dei misericordia, ut omnia ipsa loca unitati Ecclesiæ cohærerent . . . Cum me viderem latius quam oportebat, extendi, nec adhibendæ sufficere diligentiæ, Episcopum ibi ordinandum curavi . . . - Itaque Numidiæ Primatem, de longinquo ut veniret, rogans literis impetravi, Quo jam præsente . . . nos ille, qui mihi paratus videbatur, omni modo resistendo destituit . . Dum nolo sanctissimum senem sine effectu ad propria remeare fatigatum, obtuli non petentibus quemdam adolescentem Antonium, qui mecum tunc erat, in monasterio quidem a nobis a parvula ætate nutritum, atque lectorem . . . . Offerenti eum mihi cives obedientissime crediderunt, & constitutus est Episcopus . . . . Ejus agendi ratio ad tantum scandalum venit, ut in eum hic apud nos causas dicerent . . . In quibus eum stuprorum capitalia crimina ab aliis objecta, probari minime potuissent . . . & videretur esse purgatus, tam miserabilis factus est & nobis, & aliis, ut quidquid a Castellanis, & illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis & diversis oppressionibus objiciebatur, nequaquam nobis tale videretur, ut propter hoc Episcopatu eum putaremus esse privandum, sed restituenda quæ viderentur ablata. Honorem itaque integrum servavimus juveni corrigendo, sed corripiendo minuimus potestatem, ne scilicet eis præesset ulterius, cum quibus sic egerat, ut dolore justo cum sibi præesse ferre omnino non possent . . . Judicio consensit Antonius, communione privatus, nisi prius Fessulensibus omnia redderentur . . . Et postea æstimatis rebus solidos seposuerit, ut ei communio redderetur.

CHRISTI AN. 423. Prosper l. contra collat. cap. 41. August. ep. 209. alias 261.

Communioni redditus, Numidiæ Primatem, ut ei cuncta crederet, & Bonifacio Papæ velut omni modo inculpatum commendaret, fraudulenter induxit. Itaque a Papa literas obtinuit, quibus in integrum restituebatur, adjecta clausula, si ordinem rerum nobis fideliter indicavit. Antonius bis acceptis, judicia & publicas potestates, & militares impetus tanquam executuros Sedis Apostolicæ sententiam comminabatur. Augustinus ejus cupiditati obsistens ad Cælestinum Papam dedit literas, in quibus rerum ordinem jam relatum, quem in suo libello reticuerat Antonius, exposuit. Ex Augustini literis circa disciplinam eorum temporum tria clarescunt. Primo. Episcopus in Villa suæ diœcesis potuit instituere novum Episcopatum, dummodo quem Clerus & populus postulabant, vel acceptabant, consecraret Metropolitanus. Secundo. Episcopus novus institutoris sui jurisdictioni suberat. Tertio. Episcoporum appellationes ad Sedem Apostolicam agnoscebant Africani Antistites: ut liquet de Antonio & aliis, quorum exempla ibidem refert Augustinus, qui causam obtinuit, nec restitutus est Antonius.

Ibid.

August. ep. 224.

XXVII. Anno sequenti quadringentesimo vigesimo sexto Appiarius, licet ab Ecclesia Siccensi remotus, Faustini opera in Trabacensi Ecclesia Presbyteri locum retinuerat. At mutatione loci animus hominis perditi non mutatus est. Novi criminis infamia respersus, atque a Trabacenis accusatus damnatur: ille rursus confugit ad Romanum Pontificem. Cælestinus per Leonem Presbyterum scripsit ad Africanos Præsules, & Appiarium Presbyterum a se restitutum benigne susciperent; eumque remisit in Africam cum legato suo Faustino Episcopo. Ubi primum advenit, Afri Concilium generale cogunt. Aurelius Carthaginensis, & Valentinus Primas Numidiæ ei præfuere. Quid in eo actum sit, in sua ad Cælestinum Synodica sic exponunt, . . . " Triduano laboriosissimo agitato judicio, cum diversa eidem objecta afflictissimi quæreremus... Appiarius, qui suam appellationem probare non potuit, repente in confessionem cunctorum objectorum flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus

CHRISTI AN. 426.

Tom. 2. Conc. nov. ed. tom. 2. vet.

oppro-

CHRISTI AN. 426.

opprobriis ultroneus seipse convicit .... Domine frater .... impendiosius deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipi, quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facile advertet venerabilitas tua. Nam etsi de inferioribus Clericis vel laicis videtur ibi præcaveri; quanto magis hoc de Episcopis voluit observari, ne in sua Provincia communione suspensi, a tua sanctitate vel festinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni restitui. Presbyterorum quoque & sequentium Clericorum improba refugia,
Can. 6. sicut te dignum est, repellat sanctitas tua: quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim justissimeque providerunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda .... Maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ Provinciæ, vel etiam universale, seu nationale, provocare . . . Aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui tanquam a sanctitatis tuæ latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum... Executores etiam Clericos vestros quibuscumque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum in Ecclesia Dei ... videamur inducere. Nam de Fratre nostro Faustino, (amoto jam pro suis nefandis nequitiis de Christi Ecclesia dolendo Apiario) securi sumus, quod cum probitate & moderatione tuæ sanctitatis, salva fraterna charitate, ulterius Africa minime sustinere patiatur. Hic autem ut patet, agitur de appellationibus in causis pure personalibus, quas improbant; nam in materia Fidei eas admiserant, ut patet in causa Cœlestii, quem damnarant ut hæreticum; qui Papam appellavit, & ipsismet agentibus Africanis Episcopis ab eo damnatus est decretorio judicio. Præterea Afri Canones Sardicenses ignorabant, quos cum Nicænis confundebant Romani. Civile bellum & Vandalorum irruptio, ne lis ista, sublata æquivocatione, ad liquidum perduceretur, prohibuere.

Concil. Nic. Can. 5.

Augustini mores. Possid. vit. Aug. c. 19. & seq.

XXVIII. Augustinus huic Synodo non interfuit, sed Pelagianis ubique prostratis, foris vacabat, controversias & lites suorum componens, & miseris subveniens, ut eos Christo lucrifaceret, peccantes coram omnibus arguens, ut cæteri timorem haberent. Vestes ejus & calceamenta, vel lectualia ex moderato & competenti habitu erant; nec nitida nimium, nec abjecta plurimum. Mensa usus est frugali & parca, quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando propter hospites, & semper vinum habebat. Et in ipsa mensa magis lectionem, quam epulationem diligebat. Et contra pestilentiam humanæ consuetudinis, in ea scriptum ita habebat:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Familiares quosdam suos Coepiscopos, illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes, tam aspere aliquando reprehendit, commotus ut diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut se de media
Ib. c. 23. & seq. refectione ad suum cubiculum surrecturum. Compauperum semper memor, multa eis erogabat, domus Ecclesiæ curam omnemque substantiam valentioribus Clericis delegabat . . Domum, agrum, seu villam numquam emere voluit. Verum si forte Ecclesiæ a quoquam sponte tale aliquid vel donaretur, vel titulo legati dimitteretur, suscipi jubebat. Aliquas tamen eum hæreditates recusasse novimus, quoniam justum & æquum esse videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus magis possiderentur. Quidam etiam ex honoratis Ecclesiæ Hipponensi possessionem donare voluit, & confectas tabulas, sibi usufructu retento, misit Augustino: cujus oblationem ille libenter accepit. Verum post aliquot annos ille donator literas per suum filium mittens, rogavit ut donationum tabulæ ei redderentur, pauperibus vero erogandos direxit solidos centum. Ingemuit Augustinus, & tabulas confestim reddidit, pecuniamque illam respuit, eumdemque rescriptis corripuit, admonens ut de sua simulatione vel iniquitate cum patientiæ humilitate Deo satisfaceret . . . In iis quoque quæ Ecclesia possidebat, intentus amore, sed implicatus non erat: sed majoribus & spiritualibus suspensus & inhærens rebus, vix aliquando seipsum ad illa temporalia ab æternorum cogitatione relaxabat & deponebat. Quibus ille ordinatis tanquam a rebus mordacibus ac molestis, animi recursum ad interiora mentis & superiora faciebat: quo vel de inveniendis rebus divinis cogitaret, vel de jam inventis aliquid dictaret, aut certe ex jam dictatis & transcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans, & in nocte lucubrans. Cum ipso semper Clerici, una etiam domo ac mensa sumptibusque communibus alebantur, & vestiebantur . . . Fœminarum intra domum ejus nulla unquam conversata est, nulla mansit, nequidem germana soror, quæ vidua Deo serviens multo tempore usque in diem obitus sui Præposita ancillarum Dei vixit. Sed nec patrui sui filiæ, & fratris sui filia, quæ pariter Deo serviebant, quas personas sanctorum Episcoporum Concilia in exceptis posuerunt. Dicebat vero, quia etsi de sorore & de neptibus secum commorantibus nulla nasci possit mala suspicio; tamen, quoniam illæ personæ sine aliis necessariis secumque manentibus fœminis esse non possent, & quod ad eas aliæ etiam a foris intrarent; de his posse scandalum infirmioribus nasci. Ob hoc ergo dicebat, numquam debere fœminas cum servis Dei etiam castissimis, una manere domo. Et si forte ab aliquot fœminis inviseretur, numquam sine Clericis testibus ad eum intrabant, vel solus eum solis numquam est locutus; nonnisi pupillos & viduas in tribulationibus constitutas visitabat: fœminarum autem monasteria nonnisi urgentibus necessitatibus visitabat.

Aug. ser. 353 alias 49. de diversis. *Augustini monasterium.*

XXIX. Quam stricte vitam communem servarent omnes in monasterio Clericorum, quod instituerat, sic ipsemet exponit. " Beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni propositi fratres colligere, nihil habentes sicut nihil habebam & imitantes me, ut quomodo ego tenuem substantiam vendidi & pauperibus erogavi, sic facerent & illi qui mecum esse voluissent, ut de communi viveremus . . . Perveni ad Episcopatum: vidi necesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus. Si autem ista consuetudo in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium Clericorum. Ecce quomodo vivimus, nulli licet in societate nostra habere aliquid proprium . . . Venit ad nos Presbyter Januarius, qui videbatur sua honeste erogando, quasi consumpsisse, sed non consumpsit. Remansit illi argentum, quod diceret esse filiæ suæ adolescentulæ, ut cum esset natu major, faceret inde quod eam deceret. Dum hæc expectantur, cœpit ille morti propinquare, & jurans quia ipsius erat, non filiæ, testamentum fecit, & Ecclesiam scripsit hæredem. Nolo munera ista. Ego illum Deo quærebam, nec se nostrum socium, quasi Dei pauperem fingeret. Commendavi Ecclesiæ ut non accipiant ipsas portiunculas, quæ pertinent ad exhæredatos filios, nisi cum ad legitimam ætatem pervenerint . . . Profiteor me suscipere oblationes bonas & sanctas. Si quis autem irascitur in filium suum, & moriens exhæredat, si viveret, ei filium suum reconciliare deberem: quomodo ergo cum filio suo volo ut habeat pacem, cujus appeto hæreditatem? sed si duos habet filios, & Christum putet tertium, tunc suscipio . . . Quam laudabile factum sancti Episcopi Aurelii Carthaginensis: quidam cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes, reservato sibi ususfructu, donavit Ecclesiæ. Nati sunt illi filii, & reddidit Episcopus nec opinanti, quæ illi donaverat. In potestate erat Episcopi non reddere, sed jure fori, non jure poli.

Ibid.

Hoc etiam noverit charitas vestra dixisse me Fratribus meis, qui mecum manent, ut quicumque habet aliquid, aut eroget, aut donet, aut commune illud faciat. Et dedi dilationem usque ad Epiphaniam . . . Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus & Ecclesia ejus, maneant ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas . . . . Qui societatem communis vitæ jam susceptam deserit, a voto suo, & a professione sancta cadit . . . . Illi nubere non

CHRISTI AN. 426. — Aug. ser. 356. alias 50. de divers.

non licet, quamvis esse in monasterio non compellitur. Castitatis vota religiose observanda hic aperte docet Augustinus, virginibusque sacris interdictas esse nuptias. Peracta Epiphaniæ solemnitate, in publica concione testatus est omnes Clericos suos vitam communem voluntariamque paupertatem esse professos. Inde concludit. " Et vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis Clericis dare, omnibus offerte quod vultis. Quod commune erit, distribuetur unicuique, sicut cuique opus erit . . . Nemo det byrrhum, vel lineam tunicam, seu aliquid nisi in commune: de communi accipio & mihi ipsi . . . . Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentius utar, offerat mihi, verbi gratia, byrrhum pretiosum: forte decet Episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem, de pauperibus natum . . . . Talem debeo habere, qualem possum, si non habuerit, fratri meo dare. Qualem potest habere Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio. „ Laici quoque byrrho tunc induebantur; ac proinde quinto sæculo Episcopi aliique Clerici non habuere vestes speciales.

XXX. Felicitas virgo, defuncta Augustini sorore, diu præfuit sanctimonialibus, quæ cum etiam novum præpositum accepissent Rusticum Presbyterum, nec probarent, indecenter tumultuantur, & tentant mutare præpositam, quam literis consolatus Augustinus, moniales revocat ad obedientiam & concordiam, iisque præscribit vitæ regulam, quam postea secuti sunt & viri. "Hæc sunt, inquit, quæ ut observetis, præcipimus in monasterio constitutæ. Primum ... Ut unanimes habitetis in domo, & sit vobis cor unum & anima una in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis communia omnia ... Orationibus instantes horis & temporibus constitutis ... Psalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce ... Carnem vestram domate jejuniis & abstinentia escæ & potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliqua non potest jejunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum ægrotat. Cum acceditis ad mensam, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentionibus audite ... Non sit notabilis habitus vester ... capillos ex nulla parte nudos habeatis. Quando proceditis, simul ambulate: In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus vestris, nihil fiat quod illiciat cujusquam libidinem, sed quod vestram deceat sanctitatem. Oculi vestri etsi jaciuntur in aliquem, figantur in neminem ... Si hanc oculi petulantiam in aliqua vestrum advertitis, statim admonete, ne cœpta progrediantur, sed ex proximo corrigantur. Si post admonitionem idipsum eam facere videritis ... Præpositæ debet ostendi .... Convicta vero secundum Præpositæ vel Presbyteri arbitrium debet emendatoriam sustinere vindictam; quam si ferre recusaverit, & si ipsa non abscesserit, de vestra societate projiciatur ... Et hoc etiam in cæteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis, vindicandisque peccatis diligenter observetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum. „

Aug. ep. 211. alias 109. *Regulæ pro monialibus.*

Ibid. " Quæcumque autem in tantum progressa fuerit, ut occulte ab aliquo literas, vel quælibet munuscula accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi, & oretur pro ea; si autem deprehenditur atque convincitur, secundum arbitrium Præpositæ, vel Presbyteri, vel etiam Episcopi gravius emendetur. Vestras vestes in uno loco habete sub una custode, vel duabus ... Nulla sibi aliquid operetur ... Sed omnia opera vestra in commune fiant majore studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis propria faceretis ... Consequens ergo est, ut etiam illud quod in monasterio constitutis aliquis contulerit, sive vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur; sed sit in potestate Præpositæ, ut in commune redactum, cui necessarium fuerit, præbeatur. Quod si aliqua rem sibi collatam celaverit, furti judicio condemnetur ... Usus balnearum non sit assiduus, sed eo quo solet intervallo temporis tribuatur, hoc est, semel in mense ... Lites nullas habeatis, aut quam celerrime finiantur ... Quæcumque convicio, vel maledicto, vel etiam criminis objectu alteram læserit, meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit; & illa quæ læsa est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se læserunt, invicem sibi debita relaxare debebunt ... Præpositæ tanquam matri obediatur, honore servato, ne in illa offendatur Deus: multo magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit: ipsa vero non se existimet potestate dominantem, sed charitate servientem felicem. Honore coram hominibus prælata sit vobis, timore coram Deo substrata sit pedibus vestris: circa omnes se præbeat bonorum operum exemplum ... Disciplinam libens habeat, metuens imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat, quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis reddituram rationem .... Ne per oblivionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur hic libellus. Ibidem eis commendat humilitatem, indulgentiam erga infirmas, ægrotantium curam, quibus cum charitate prompte subveniant. „

CHRISTI AN. 426.

XXXI. D. Augustinus annum vitæ jam secundum & septuagesimum, Episcopatus vero trigesimum secundum agebat. Cum successorem sibi deligere voluit, exemplo sanctissimorum Episcoporum, qui antea coadjutores & successores sibi designarant, clero & plebe consentientibus. Quid sit in ea re gestum, sic ipsemet exponit: " Theodosio duodecies, & Valentiniano iterum consulibus, seu anno quadringentesimo vicesimo sexto, sexto Kalendas Octobris. Cum Augustinus una cum Religiano & Martiano Coepiscopis suis consedisset in Ecclesia pacis Hipponensium regiorum, adstante Clero, & frequenti populo, pauca de senectute sua præfatus, dixit: Scio post obitus Episcoporum, per ambitiosos aut contentiosos solere Ecclesias perturbari; & debeo, quantum ad me attinet, ne contingat, huic prospicere civitati ... Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatem meam, quam credo Dei esse, in omnium vestrum notitiam profero: Presbyterum Eradium mihi successorem volo. A populo acclamatum est vicies tertes, Deo gratias, exaudi Christe, Augustino vita. Augustinus dixit: A notariis Ecclesiæ, sicut cernitis, excipiuntur quæ dicimus, & quæ dicitis ... Ecclesiastica nunc gesta conficimus: sic enim hoc esse, quantum ad homines attinet, confirmatum volo a populo; acclamatum est: Dignus est, bene meritus .... Judicio tuo gratias agimus; fiat, fiat; Te Patrem, Eradium Episcopum. Hæc sæpius dicta sunt .... Augustinus dixit. Erit Presbyter, ut est, quando Deus voluerit, futurus Episcopus ... Ante aliquot annos ... placuit mihi & vobis propter curam scripturarum, quam mihi Coepiscopi in duobus Conciliis Numidiæ, & Carthaginis imponere dignati sunt; ut per quinque dies hebdomadæ nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt; placuit, acclamastis. Parvo tempore servatum est: ante meridiem, & post meridiem, occupationibus hominum implicor. Obsecro vos & obstringo per Christum, ut Eradio Presbytero, quem hodie in Nomine Christi designo Episcopum successorem mihi, patiamini refundere onera occupationum mearum. A populo acclamatum est: Judicio tuo gratias agimus ... Hoc ad ultimum rogo, inquit Augustinus, ut gestis illis dignemini subscribere qui potestis. A populo acclamatum est: fiat, fiat. „ In fine sermonum D. Augustini extat Eradii sermo, qui ea occasione dictus videtur; in eo fere totus est in laudibus Augustini.

Aug ep. 213. alias 110. *Successorem sibi designat Augustin.* — August. tom. 5.

XXXII. Interea Atticus Constantinopolitanus Anno Episcopatus sui 21. abiit e vita. Res Ecclesiæ mirum in modum amplificavit, cum & singulari prudentia cuncta administraret, & prædicationibus suis populum ad studium virtutis impelleret. Joannis Chrysostomi mentionem in orationibus fieri jussit. Adeo liberalis erat, ut non solum ecclesiarum suarum pauperibus prospiceret, sed ad vicinas etiam civitates pecuniam transmitteret in solatium egenorum. Calliopio Nicæensis Ecclesiæ Presbytero, cum trecentos aureos mitteret, ita scripsit. Sexcentos fame oppressos in urbe vestra esse cognovi ... accipe, vir carissime, hos trecentos aureos, eosque ut voles, expende. Voles omnino illis qui petere erubescunt, non iis, qui omni vitæ suæ tempore ventrem suum ad quæstum faciendum proposuerunt. Porro cum dabis, nullam religionis in hac quidem parte rationem habeas, id unum spectans, ut esurientes pascas, non ut eos discernas, qui a nobis religione sunt alieni. Demum Cœlestium urbe regia ejecit, & Pelagianorum legationem prorsus rejecit, & scripsit Episcopis Pamphyliæ, ut undique Messalianos veluti detestandos exturbarent. In Græcorum Menæis inter sanctos recensetur die octava Januarii.

Socr hist. l. 7. c. 25. *Attici virtus.* — Prosp. in carm. Phot. biblioth. cod. 52.

Post

Christi An. 426.

Socr. l. 7. c. 26.

Post obitum Attici, ingens contentio de ordinatione successoris exorta est. Quidam enim Philippum Presbyterum cupiebant, quidam Proclum. Sed universus populus communi consensu Sisennium optabat, qui & ipse Presbyter erat in suburbano Constantinopoleos, cui nomen est Elæa. Hujus autem viri desiderio omnes laici flagrabant, tum quod pietatis nomine ubique celeberrimus esset; tum præcipue, quod pauperibus fovendis etiam ultra vires suas incumberet. Prævaluit igitur studium laicorum, ordinatusque est Sisennius anno quadragintesimo vigesimo sexto, pridie Kalendas Martii, quæ dies fuit Dominica, qua ordinationes Episcoporum fieri solitæ erant . . . Philippus patria Sidensis, antea Joannis Chrysostomi Diaconus, vir eruditus, dolorem suum ultus est; nam in historia Christiana, quam Asiano stylo conscriptam in triginta sex libros divisit, Sisennii ordinationem acerbe reprehendit. Hæc levi damno excidit; Photius enim testatur, fuisse prolixissimam, atque ostentationis plus habuisse quam utilitatis. Proclum vero Cyzicenorum Episcopum ordinavit Sisennius, sed dum ille eo profectionem parat, prævertentes eum Cyziceni Dalmatium monachum contra Canones sibi Episcopum constituerunt. Mansit igitur Proclus propriæ quidem Ecclesiæ administratione spoliatus, in ecclesiis vero Constantinopoleos concionando maximam gloriam adeptus est. Episcopi, qui ad Sisennii ordinationem convenerant jussu Theodosii, scripsere Synodicam epistolam Berniano & Amphilochio omnibusque Pamphyliæ Episcopis, ut siquis post anathematismum ullo tempore deprehensus fuerit, re aut verbo in suspicionem Messalianorum sectæ incidisse, numquam postea locum teneat, ne si millies quidem pœnitentibus constitutas pœnas luiturum se polliceatur. Hæc adversus fallaces & perjuros hæreticos, ne multos seducerent, cautio fuit necessaria.

Ib. c. 27.

Phot. bibl. cod. 35. Socr. ibid. c. 28.

Phot. bibl. cod. 51.

Valent. epist. ad Aug.

XXXIII. D. Augustini libri adversus Pelagianos per omnium manus ferebantur; quos cum plures minus intelligerent, hinc multarum controversiarum occasio fuere, vel etiam inter Catholicos. Contentionum initium fecere monachi Adrumetini; Adrumetum vero Byzacenæ Provinciæ metropolis est. Florus illius cœnobii monachus Uzalam ad suos profectus, incidit in Augustini epistolam ad Sixtum Presbyterum, eamque descriptam misit ad suos per Felicem monachum. D. Doctor in ea potissimum agit de vocatione secundum Dei propositum, quam Deus exequitur per gratiam efficacem, quæ in nobis operatur velle, & perficere pro bona voluntate, quam profecto gratiam non omnes habent, & sine qua nemo credit & operatur. Quæstio est admodum difficilis. Illius sensum monachi cum non assequerentur, atque in sancti Patris mentem non satis penetrarent, nata est inter eos gravis controversia, rem ignorante Abbate Valentino. Florus reversus, officii sui esse duxit admonere Præpositum. Valentinus Abbas hos motus ut sopiret, aliquos e suis misit ad Evodium Uzalensem Episcopum, qui rescribens omnes ad concordiam cohortatur, & docet in homine ipso esse quidem liberum arbitrium, sed infirmatum, quapropter egemus medico & Salvatore Christo, qui curet quod per Adæ peccatum sauciatum est; admonuitque ut Augustinum consulerent. Abbas his aliter mederi conatus est; sed cum partes non quiescerent etiam post Sabini Presbyteri explicationem; Valentino permittente, ad Augustinum delegantur Cresconius & Felix, quibus sumptus quidem dedit, non autem literas, ne suorum dissensiones prodere videretur.

Adrumetinorum dissensio.

Evod. ep. apud Sirmund. hist. præd. c. 1.

Aug. ep. 214. alias 46.

Adrumetinorum error.

Quis fuerit cardo disputationis, controversum est inter eruditos. Nos eum ex ipsismet actis indicabimus. Quæ enim uterque legatus de statu controversiæ dixerit, sic narrat Augustinus: "Retulerunt nobis monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium; &, quod est gravius, dicant, quod in die judicii non sit redditurus Deus unicuique secundum opera ejus: etiam hoc indicaverunt, quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adjuvari fateantur per Dei gratiam, ut recta sapiamus atque faciamus, ut cum venerit Dominus reddere unicuique secundum opera ejus, inveniat opera nostra bona, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Hoc qui sentiunt, bene sentiunt." Itaque quidam ex Adrumetinis monachis inciderant in eam hæresim, quæ postea fuit prædestinatianorum, quam Augustino primi tribuere, atque ut gratiam astruerent, negabant liberum arbitrium.

Christi An. 426.

Aug. lib. de gratia, & lib. arbitr. c. 1.

His instruendis & sanandis librum de gratia & libero arbitrio scripsit Augustinus, cujus argumentum sic exponit: "Quoniam sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium; aut quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium; hinc aliquid scribere ad vestram charitatem, Valentine frater, compellente mutua charitate, curavi. Nuntiatum est enim mihi de vobis, fratres, ab aliquibus, qui in vestra congregatione sunt, & ad nos venerunt, per quos & ista direximus, quod de hac re dissensiones in vobis sunt." Cum igitur in libro secundo retractationum dicit: "Propter eos, qui, cum defenditur Dei gratia, putantes negari liberum arbitrium, sic ipsi defendunt liberum arbitrium, ut negent Dei gratiam, asserentes eam secundum merita nostra dari, scripsi librum de gratia & libero arbitrio." Hic intelligit Pelagianos, quos ita sentire testatur in epistola ad Valentinum, & impugnarat in epistola ad Sixtum, cujus liber iste est interpretatio. Liberi vero arbitrii & voluntatis nomine, non solum voluntarium intelligit Augustinus. Nos enim velle spontanee quod volumus, nullus tunc negabat; nec nisi insaniendo negare potest.

Ib. c. 2.

Liberum hominis arbitrium.

Et primo quidem liberum in nobis esse arbitrium probat: "Quia, inquit, ipsa divina præcepta homini non prodessent, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa præmia perveniret. Præcepta quidem tollunt accusationem ignorantiæ . . . Sed sunt homines qui etiam de ipso Deo se excusare conantur . . . Quibus liber Ecclesiasticus dicit: Ne dixeris quia ipse me induxit, non enim opus habet viro peccatore, omne exsecramentum odit Dominus, & non est amabile timentibus illum. Ipse ab initio fecit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata ... Apponit tibi ignem & aquam, ad quodcumque volueris, extende manum tuam. In conspectu hominis vita & mors, & quodcumque placuerit, dabitur ei. Ecce apertissime videmus expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium. Quid illud, quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri jubet Deus? quomodo jubet, si non est liberum arbitrium? ... In libris etiam novis Evangelicis & Apostolicis quid aliud ostenditur, ubi dicitur: Nolite vobis condere thesauros in terra ... Et quod dicit Apostolus Paulus: Quod vult, faciat, non peccat, si nubat: Qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis . . . Et ad Philemonem: Ne bonum tuum esset velut ex necessitate, sed ex voluntate ... Item Joannes in epistola sua: Nolite diligere mundum. Nempe ubi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & ubi ad aliquid faciendum, vel non faciendum in divinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. Nemo ergo Deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quisque, cum peccat. Neque cum aliquid secundum Deum operatur, alienet hoc a propria voluntate."

Matth. 6.

1. Cor. 7.

Joan. 1. c. 2.

Gratia est necessaria.

Ib. c. 4.

Ubi vero sic demonstravit liberum arbitrium, quale illud defendunt Doctores Catholici, transit ad gratiæ contra Pelagianos tractationem, eamque ita necessariam esse ad opus salutare, ut sine ea nihil boni facere possimus, sic probat divinis testimoniis . . . "Domino cum dixissent discipuli: Si talis est causa hominis cum uxore, non expedit nubere: Respondit eis, non omnes capiunt verbum illud, sed quibus datum est . . . Itaque ut hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, Dei donum est, & liberum arbitrium. Et infra de eodem: Dei donum est, sine quo servare castitatis præcepta non possunt. Unde ait ille in libro Sapientiæ: Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum . . . Et cum voluntas hominis convenitur & ei dicitur: Noli vinci a malo, quid ei prodest, (ut fiat reipsa melior) nisi gratia succurrente fiat ... unde subjicit Apostolus: Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum Jesum Christum." Ergo & victoria, qua peccatum vincitur, nihil aliud est, quam donum Dei, in isto certamine adjuvantis liberum arbitrium. Deinde probat non secundum merita dari gratiam. "Nam, inquit, & venire ad Christum, quid est aliud nisi

Sap. 8.

CHRISTI AN. 426.

nisi ad eum credendum converti, & tamen ait: Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit a Patre meo. „ Id confirmat exemplo D. Pauli, “ qui eum persequeretur Ecclesiam, & non haberet nisi meritum

C. 5. 2. ad Cor. 6.

malum, a Deo vocatus est: ideoque dicebat: Gratia Dei sum id quod sum; atque ut ostenderet liberum arbitrium, mox addidit. Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi. Hoc enim liberum hominis arbitrium exhortatur, & in aliis, quibus dicit: Rogamus ne in vacuum gratiam Dei suscipiatis. Ut quid enim eos rogat, si gratiam sic susceperunt, ut propriam perderent voluntatem. Tamen ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur aliquid boni posse ... ait: Non ego autem, sed gratia Dei mecum: id est, non solus, sed gratia Dei mecum: ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Ut autem de cœlo vocaretur, & tam magna & efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola, quia merita ejus erant magna, sed mala. „ Hic locus in editione Antuerpiensi, anno 1700. depravatus est, aliique non pauci.

In eo tria docet Augustinus: primo: Gratiam esse gratuitam. Secundo. Hominem egere gratia præveniente & adjuvante ut convertatur: Tertio, Hominem gratiæ libere cooperari. Ac proinde quantumvis efficax & præveniens, nullam nobis imponit necessitatem; sed, ut docet Tridentinum, possumus ei dissentire, & eam abjicere. Quomodo vero liberum arbitrium cum efficacia gratiæ concilietur, non explicat D. Doctor, quia solutionem in verbo Dei non habet ejusmodi quæstio, nec voluit eam exponere per opiniones probabiles; quapropter hæreticis ejusmodi difficultates objicientibus directe non respondet, sed Fidei dogma tantum eis opponit. Hanc ejus methodum non satis animadvertunt quidam, qui dum in eo legunt ejusmodi objectiones, mirantur se eatum non invenire solutionem; sed Augustinum redire ad propositam Fidei propositionem, eamque confirmare variis Scripturæ vel Patrum testimoniis. Et prudentissime quidem sic disputat: si enim omisso dogmate, cujus veritatem certo demonstrat, descenderet ad opiniones probabiles, jam æquo marte cum eo certarent hæretici. Infra docet, nos habere merita bona, sed quæ sint dona Dei, qui ea coronat ... Hinc vita æterna merces

Ibid, c. 8.

est & gratia.

Ostendit postea, quod neque scientia divinæ legis, neque natura, neque sola remissio peccatorum sit illa gratia, quæ per Jesum Christum Dominum no-

C. 14.

strum datur; sed ipsa facit ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur ... Demum evertit ultimum Pelagianorum perfugium, qui in cæteris convicti, dicebant fidem, seu credendi voluntatem non esse donum Dei .... “ Nam, inquit, si fides liberi est tantummodo arbitrii, nec datur a Deo, propter quid pro eis, qui nolunt credere, oramus ut credant? Quod prorsus faceremus inaniter, nisi rectissime crederemus, etiam perversas & fidei contrarias voluntates omnipotentem Deum ad credendum posse convertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulsatur, ubi dicitur: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset Deus etiam duritiem cordis auferre, non diceret per Prophetam: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum .... Numquid ergo possumus nisi absurdissime dicere, bonum meritum bonæ voluntatis in homine præcessisse, ut avelleretur ab eo cor lapideum; quandoquidem ipsum cor lapideum non significat, nisi durissimam voluntatem, & adversus Deum omnino inflexibilem? Ubi enim præcedit bona voluntas, jam

C. 16.

non est cor utique lapideum; ... Magnum aliquid Pelagiani se scire putant, quando dicunt; Non juberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo jubet aliqua quæ non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa enim est fides, quæ orando impetrat quod lex imperat. „ Itaque secundum Augustinum Deus dum jubet, dat saltem gratiam orationis, qua gratiam ad implendum ejus præceptum necessariam impetremus. Pergit: ... “Certum est nos mandata servare si volumus, sed quia præparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus .... Certum est nos velle cum volumus; sed ille facit ut velimus bonum, ... de quo dictum est: Deus est qui operatur in vobis, & velle. Certum est nos facere cum facimus; sed ille facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit: faciam ut in justificationibus meis ambuletis, & judicia mea observetis & faciatis ... Quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. „

Ib. c. 18.

Infra monet, dum legimus hæc Apostoli verba: “ Non dedit nobis Deus Spiritum timoris, sed virtutis, & charitatis, in quo sane Apostoli testimonio cavere debemus, ne arbitremur nos non accepisse Spiritum timoris Dei, quod sine dubio magnum est Dei donum ... Illius timoris Spiritum accepimus, de quo dicit ipse Dominus Christus: Eum timete, qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennam: ita dico vobis hunc timete... „ Demum ad oc-

C. 23.

culta Dei judicia pertinere docet, quod e duobus parvulis qui hæreditarium malum ex Adam trahunt, uni subveniatur ut baptizetur; alteri non subveniatur. Non-

Cur hic parvulus baptizetur, & alter non baptizetur: occultum Dei judicium.

nulli igitur aberrant plurimum, qui causas afferunt cur alii parvuli sine baptismo moriantur, alii vero ante mortem baptizentur; vel inde colligunt, Deum non sincere velle salutem omnium: Nam, ut recte observat D. Prosper legitimus D. Augustini interpres. “ Hoc, inquit, nunc iterum commendamus, ut cum de gratiæ profunditate, & altitudine disputatur, primis illis saluberrimis & veracissimis definitionibus si-

Prosp. l. 2. de vocat. Gent. C. 30.

mus innixi: quarum una profitetur, æternum & proprium divinæ esse bonitatis, ut omnes homines salvos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire: alia simul prædicat omnem hominem qui salvus fit, quique in agnitionem veritatis venit, Dei auxilio juvari, & regi, utque in fide, quæ per dilectionem operatur, permaneat, custodiri. Tertia vero temperanter & sobrie protestatur, non omnem voluntatis Dei comprehendi posse rationem, & multas divinorum operum causas ab humana intelligentia esse subductas, ut cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in parvulis, in nondum natis & geminis, quædam aut varie aut insigniter gesta noscuntur, non ambigamus ea ex illis esse, quæ justus & misericors Deus in hoc transituro sæculo noluit sciri. „

Aug. ep. 215. alias 47.

XXXIV. Augustinus, qui legatis Adrumetinorum jam dederat literas, ut redirent, cum alter Felix advenisset, eos diutius detinuit, eisque gesta Synodorum Africæ adversus Pelagianos cum literis Innocentii & Zozimi Pontificum legenda tradidit. Interea scripsit librum de gratia, & libero arbitrio, quem cum eis perlegisset, etiam tradidit, cum alia ad Valentinum Abbatem epistola, cujus hæ sunt partes præcipuæ. “ Cresconium, Felicem, & alium Felicem Dei servos, qui ex vestra congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse Pascha noverit charitas vestra. Quos

Aug. ep. 216. alias 256.

ideo tenuimus aliquanto diutius, ut instructiores ad vos redirent adversus Pelagianos. „ Ibidem summatim fidei dogmata Pelagianorum erroribus contraria recenset; actaque superius laudata se transmittere significat. Denique orat ut ad se veniat frater Florus.

Valent. epist. ad Aug.

Augustini librum & epistolam cum accepisset Valentinus Abbas; Florum monachum suum cum aliis ad eum misit cum literis, quibus gratias ei maximas agit, excusatque inordinatam Cresconii & sociorum profectionem: fatetur quosdam e suis ejus ad Sixtum epistolam impie intellexisse, sed negat Florum dixisse juxta merita nostra dari donum pietatis, sed per gratiam Redemptoris .... Contendunt etiam alii neminem in eo monasterio negasse liberum arbitrium, sed non probant; contrarium evincunt Augustini verba laudata superius. Quidquid sit, ex Augustini libro de gratia & libero arbitrio liquet, quantum ab hæresi prædestinatiana sit alienus. Quandoquidem hic eam confutat, ut ad sanam doctrinam reducat quosdam monachos, quos hunc errorem tenere, ei dixerant legati. Illius libri lectionem no-

Aug. l. de corept. & grat.

Adrumentinorum secundus error.

C. 1. & 2.

vo errori occasionem dedisse a Floro cognovit Augustinus; quidam enim dum legeretur, audiens, omnia bona nostra esse dona Dei, atque ut declinemus a malo & faciamus bonum, Deum operari in nobis, & velle & operari, hanc inde malam deduxit consequentiam. Præcipiant ergo tantummodo nobis quid facere debeamus, qui nobis præsunt, & ut faciamus, orent pro nobis: non autem nos corripiant, & arguant, si non fecerimus.

Hunc errorem ut everteret D. Doctor, librum de correptione & gratia composuit: in ejus principio confirmat quæ prius dixerat de gratia & libero arbitrio.

Tum

CHRISTI AN. 426. Tum objectioni modo propositæ sic respondet: " Intelligant, si filii Dei sunt, spiritu Dei se agi, ut quod agendum est, agant .... Aguntur enim ut
C. 2. agant, non ut ipsi nihil agant .... Quando autem
Synopsis lib. de correptione & gratia. non agunt, sive omnino non faciendo, sive non ex charitate faciendo, orent, ut quod nondum habent, accipiant. " Ac proinde eos, qui præcepta Dei non faciunt, jam habere gratiam orationis, qua gratiam actionis obtineant, supponit Augustinus. Falsum est ergo quod doceat: Justis, qui bonum non faciunt, vel non declinant a malo, deesse gratiam, qua fiant eis præcepta Dei possibilia.

Ibid. c. 4. Adrumentinorum aliud argumentum pari modo solvit D. Doctor. Eorum quidam ajebat: Recte corriperet, si eam gratiam mea culpa non haberem; (scilicet qua velle & operari Deus operatur in nobis) hoc est, si eam possem mihi dare, vel sumere ipse, nec facerem: vel si dante illo accipere noluissem. Cum vero & ipsa voluntas præparetur a Domino, cur me corripis, quin vides me ejus præcepta facere nolle, & non potius ipsum rogas, ut in me
C. 5. operetur & velle? Respondet Augustinus: " Non vis tibi tua vitia demonstrari .... ut fiat tibi utilis dolor, quo medicum quæras: non vis tibi tu ipse ostendi, ut cum deformem te vides, reformatorem desideres, eique supplices, ne in illa remaneas fœditate.. Quod enim vult pro se fieri, qui corripi non vult, & dicit, ora potius pro me; ideo corripiendus est, ut faciat etiam ipse pro se. Dolor quippe ille, quo sibi displicet, quando sentit correptionis aculeum, excitat eum in majoris orationis affectum: ut Deo miserante, incremento charitatis adjutus desinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atque gratanda. " Vides secundum Augustinum hanc esse correptionis utilitatem, ut homini præcepta nondum servanti fiat utilis dolor, quo medicum quærat, & reformatorem desideret, & ipse pro se oret majori orationis affectu: atque ita obtineat majorem gratiam, qua male agere desinat, & bona faciat. Dico: majorem gratiam obtineat: nam nisi quis Augustinum contendat esse Semi-Pelagianum: hanc in eo qui corripitur agnovisse veram Christi gratiam, qua medicum quærere, reformatorem desiderare, majori affectu orare possit, fateatur necesse est.

Ibid. Infra ostendit justam esse correptionem eorum, qui non obediunt, quamvis non acceperint gratiam efficacem, qua Deus in eis operaretur obedientiam.
C. 6. " Qui enim corripiendus est, si sit infidelis, cujus ruinæ prima radix est originale peccatum, corripiatur origo damnabilis, ut ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur ... Si vero jam justificatus in malam vitam sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere, non accepi, quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio. Qui si correptione compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera, vel etiam meliora revertitur, apertissime utilitas correptionis apparet. " Justæ igitur correptionis materia est peccatum originale non remissum, & peccatum actuale libera voluntate commissum, ut infidelis ad baptismum, & fidelis ad pœnitentiam sic excitetur, utique non sine gratia. Nulla autem e scholis Catholicis inde concludit, Augustinum non agnovisse gratiam sufficientem, quam aperte prima & secunda ejus responsio demonstrant. Illius autem hic non meminit, quoniam agit de materia correptionis, quæ juste fit, non propter gratiam datam, vel negatam, sed propter peccatum, ut deleatur.

In sexto demum capite reliqui operis argumentum
C. 6. sic sibi proponit. " An adhuc & iste nolens corripi,
Perseverantia finalis est donum Dei. potest dicere ... Possum omnino, quando me arguis, quod ex hac bona vita in malam mea voluntate relapsus sum, dicere adhuc: Quid ego feci, qui non accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur: sed in illa usque in finem perseverantiam
C. 7. non accepi. " Huic objectioni sic respondet Augu-
Non perseverantes cur juste puniuntur. stinus. " Ad hæc nos negare quidem non possumus, etiam perseverantiam in bono proficientem usque in finem, magnum esse munus Dei, " quod probat. In sequenti capite ostendit, eos juste damnari, qui perseverantiam non acceperunt, dum alii accepta gratia in qualibet ætate periculis hujusce vitæ morte subtrahuntur: Primo. " Quoniam potest dici, homo in eo quod audieras & tenueras, in eo perseverares, si velles. " Quod verum esse non potest, nisi ille gratiam acceperit, cujus ope posset perseverare, si vellet. Nonnulli ineptam battologiam Augustino tribuunt, dum hæc ejus verba: perseverares, si velles, CHRISTI AN. 426.
sic interpretantur: perseverares, si eadem voluntas maneret: quod idem est, ac: perseverares, si perseverares. Secundo. " Quia ex bono in malam vitam sua voluntate mutati sunt, & ideo corripiuntur; & si nihil eis correptio profuerit, sed in vita perdita usque ad mortem perseveraverint, etiam divina in æternum damnatione sunt digni .....
Hic si a me quæratur, cur eis Deus perseveran- C. 8.
tiam non dederit, quibus eam, qua Christiane viverent, dilectionem dedit, me ignorare respondeo ... Certe hic judicia Dei, quoniam justa & alta sunt, nec vituperari possunt, nec penetrari. " In his est illud de perseverantia, de qua nunc disputamus. Atque ut eis constaret evidentius, se agere de finali perseverantia, subjungit: De his enim disserimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur.

Denique sibi proponit explicandam differentiam C. 10.
auxilii, quod Adam habuit, ut in statu innocentiæ perseveraret, & doni perseverantiæ quod prædestinati nunc habent, ut perseverent usque in finem. " Primo. Rectissime, inquit, credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentiam bonitatemque pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere ... sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset gratiæ suæ beneficium, justitiæque judicium ....
Hominem fecit eum libero arbitrio, & quamvis *Adami & electorum gratia perseverantiæ est diversa.*
futuri sui casus ignarum, tamen ideo beatum, quia & non mori, & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profecto sine ullo mortis, & infelicitatis experimento, acciperet illam, merito hujusmodi permansionis, beatitudinis plenitudinem, qua & sancti Angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, & hoc certissima sciret....Quia vero per liberum arbitrium Deum deseruit, justum judicium Dei expertus est, ut eum tota sua stirpe, quæ in illo adhuc posita, tota cum illo peccaverat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia Dei liberantur, a damnatione utique liberantur, qua jam tenentur obstricti..
Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? imo C. 11.
vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ bonitate sui Conditoris acceperat. Sancti vero in hac vita .... in malis sunt ... Ille in illis bonis, Christi morte non eguit: istos a reatu & hæreditario & proprio, illius Agni Sanguis absolvit. Ille opus non habebat eo adjutorio, quod implorant isti, cum dicunt: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis... Proinde etsi non interim lætiore nunc, verumtamen potentiore gratia indigent isti ... Istam gratiam non habuit homo primus, qua numquam vellet esse malus, sed sane habuit, in qua si permanere vellet, numquam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per
liberum arbitrium deserere posset..... Nunc vero C. 12.
sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis, non tantum tale adjutorium perseverantiæ datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur: non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum nonnisi perseverantes sint ..... Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur; & ideo quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur ... Fortissimo, scilicet Adamo, dimisit atque permisit facere quod vellet; infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est, vellent, & hoc deserere invictissime nollent.

Hæc Augustini doctrina de finali perseverantia, ad has duas propositiones reducitur: Adam rectus, & fortis propter dona, quæ a Deo conditore acceperat, habuit etiam actualis gratiæ auxilium, cum quo in statu innocentiæ perseverare posset: ab eo tamen per liberum arbitrium excidit. Sancti vero & prædestinati, quamvis infirmi & concupiscentiæ motibus *Aug. mens circa finalem perseverantiam.*
illecti, sic indeclinabiliter, & insuperabiliter aguntur divina gratia, ut invictissime bonum velint, atque in eo perseverent usque in finem. Has ut explicet, primo utriusque status, scilicet innocentiæ & naturæ lapsæ,

 diffe-

CHRISTI AN. 426. differentiam refert. Secundo dicit Adamum præter dona Dei in ipsa creatione accepta, habuisse gratiam sufficientem, cujus ope potuit perseverare in accepta justitia. Prædestinatis vero dari gratiam efficacem, qua re ipsa perseverent, seu potius eis gratis dari ipsam perseverantiam, quæ donum est puræ misericordiæ. Nulla est in his difficultas. Quod autem addit, maximarum controversiarum fuit hactenus materia; nempe Adamum, utpote fortissimum, dimissum in libero arbitrio, eique permissum facere quod vellet. Nunc vero hominibus infirmis & prædestinatis sic esse subventum, ut eorum voluntas insuperabiliter & indeclinabiliter ageretur, ut ipso donante Deo, invictissime quod bonum est, vellent, & hoc deserere invictissime nollent.

Perseverantiæ finalis gratia qualis sit? Hæc difficultas ut resolvatur, exponendum, quid gratiæ perseverantiæ finalis nomine intelligendum sit. Certum est primo eam includere multas actuales gratias efficaces, quæ nullam libero arbitrio imponunt necessitatem, ut supra docuit in libro de gratia & libero arbitrio, quarum ope Deus electos suos perducit ad fidem & justificationem, atque, ne postea graviter peccent, prohibet, vel lapsos erigit, atque in statu justitiæ conservat, ad tempus usque præfinitum. Præterea specialem dicit providentiam, cujus pars maxima est, ut Deus prædestinatos e vivis rapiat, dum sunt in statu justitiæ. Quot enim sunt reprobi, quos si ante aliquos menses vel annos Deus hujus vitæ periculis, accelerata morte subtraxisset, nunc cœlesti beatitudine perfruerentur? Quot etiam beati nunc a regno cœlorum excluderentur, si uno vel altero anno celerius diem extremum obiissent? Hoc autem donum, ut eo die potius, quam altero moriamur, est solius Dei miserantia, qui per hæc media insuperabiliter & indeclinabiliter decretum suum exequitur. Hoc donum gratuitum multis modis inculcat Augustinus: & primo quidem exemplo duorum parvulorum, quorum unus, Deo nolente eum in vivis tenere diutius, absque baptismo mortuus perit; dum alium etiam improbitate parentum abjectum & expositum conservat, dum ei baptismum provideat: secundo, Justi illius exemplo, qui raptus est, ne malitia mutaret ejus intellectum. Tertio. In

C. 7. libro de correptione & gratia hoc frequenter inculcat. "Nonnulli, inquit, accepta gratia, in qualibet ætate periculis hujus vitæ mortis celeritate subtrahuntur. Hæc omnia operatur in eis, qui vasa mise-

C. 8. ricordiæ operatus est eos ... & infra. De his dicimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum pie & fideliter viverent, non tunc de vitæ hujus periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum. Utrum hoc in potestate non habuit, aut eorum mala futura nescivit? nempe nihil horum nisi perversissime atque insanissime dicitur: cur ergo non fecit? Respondeant qui nos irrident, quando in rebus talibus exclamamus: Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? neque enim hoc non donat Deus, quibus voluerit, aut vero

Sap. 4. Scriptura illa mentitur quæ de morte velut immatura hominis justi ait: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam ejus. Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus, apud quem non est iniquitas, nec acceptio personarum, & in cujus potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat. „ Hæc Augustinus, qui donum illud vocat adjutorium, quo prædestinati fiunt perseverantes finaliter, ita ut jam nec mori, nec peccare possint. Quippe cum finalis perseverantiæ donum per mortem in statu justitiæ compleatur; ea immissa cum perseveratum sit, & statim incipiat jus ad æternam felicitatem, fieri non potest ut prædestinatus peccet, & non perseveret. Auxilium vero quod Adamo datum est ad perseverandum in statu innocentiæ. Augustinus vocat auxilium sine quo, quia, ut ibidem ait, absque illo perseverare non potuisset: Hujus autem divisionis semel tantum meminit, & quidem post debellatos Pelagianos, & disputans de gratia finalis perseverantiæ, quæ præter gratias actuales, alia includit Dei beneficia. Ac proinde non est propriua character, quo utriusque status gratia actualis distinguatur, sed in utroque statu datum fuit & auxilium, quo fit bonum opus, siquidem Adam priusquam peccaret, Deo credidit, & ipsum amavit, & auxilium sine quo, seu gratia sufficiens, ut Augustinum ibidem docuisse probavimus, & definivit Ecclesia. Fatendum tamen gratiam actualem utriusque status, scilicet innocentiæ & naturæ lapsæ esse diversam. Prima erat lætior, ut docet Augusti- *CHRISTI AN. 426.*

nus; altera nunc est potentior; quippe cæcitati & infirmitati, quas induxit originale peccatum, medeatur necesse est. *Ibid. C. 11.*

Quomodo igitur, secundum S. Augustinum, electi invincibiliter & indeclinabiliter aguntur, ut finaliter perseverent? Respondeo, quia Deus ex pura misericordia cum eos, etiam post multos in gravia peccata lapsus, per gratias efficaces perduxit ad justitiam, illos in eo statu conservatos e vivis rapit & glorificat. Adam vero permissus libero arbitrio, quatenus divino adjutus auxilio, quo perseveraret, si vellet, quamvis haberet voluntatem sanam, robustam & integram, & quæ Christo medico non egeret, quemadmodum egemus, originalem tamen justitiam per primum peccatum irreparabiliter amisit.

"Hæc, pergit Augustinus, de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis .... Hi vero qui non pertinent ad hunc prædestinatorum numerum, pro meritis justissime judicantur. Aut enim jacent sub peccato, quod originaliter generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum; aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt .... alii magis, alii minus; sed omnes mali, & pro ipsa diversitate diversis suppliciis judicandi. Aut gratiam Dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseverant, sed deserunt, & deseruntur. „ Ac proinde, juxta Augustinum, justos licet non prædestinatos Deus per gratiæ subtractionem non prius deserit, quam ab eis deseratur. Alioquin quomodo in suis orationibus ejus bonitatem sic prædicaret Ecclesia: Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, & neminem vis perire ... Quomodo autem hoc verum esset, si quosdam etiam justos, priusquam ab eis desereretur, Deus desereret per subtractionem gratiæ actualis, sine qua nec peccatum, nec mortem æternam evitare possent. Hæc brevis illius libri expositio demonstrat quam infidelis, atque a doctrina S. Augustini aliena sit, ejusdem operis Arnaldina synopsis. *Ibid. C. 13.*

XXXV. Hoc opus de gratia & correptione in retractationum libris ultimum recenset Augustinus: ac proinde reliqui ejus tractatus sunt posteriores, atque ante exortam Semipelagianorum hæresim scripsit duos retractationum libros, ut ipse testatur hisce verbis ad Quod vult Deus: " Duo volumina jam absolveram, retractatis omnibus libris meis, eosque ducentos octoginta duos esse cognovi. Restabant Epistolæ & tractatus populares, quos Græci homilias vocant, & plurimas Epistolarum legeram, sed adhuc nihil inde dictaveram, cum me illi Juliani libri occupare cœperunt. „ Loquitur de opere imperfecto adversus Julianum. Primus liber retractationum ejus scripta ante Episcopatum complectitur; secundus, quæ scripsit jam Episcopus. Ipse de eo opere sic pronuntiat. " Jam diu illud facere cogito, quod nunc adjuvante Domino aggredior, ut opuscula mea...cum quadam judiciaria severitate recenseam, & quod me offendit, veluti censorio stilo denotem: Neque enim quisquam nisi imprudens ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit .... Sed ut volet quisque accipiat hoc quod facio .... Illud quod scriptum est: Ex multiloquio non effugies peccatum, terret me plurimum .... Et alio loco: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est. Ego mihi hanc perfectionem nec nunc arrogo, cum sim senex; quanto minus cum juvenis cœpi scribere .... Quapropter quicumque ista lecturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientem. „ *Aug. l. de hæres. — Aug. prolog. in l. retract. — Proverb. 31. — Jac. 3.*

XXXVI. Leporius adhuc monachus, postea Presbyter, deceptus a Pelagianis, præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio & conatu proprio, & non Dei adjutorio se obtinuisse credidit, solitarium etiam hominem Jesum Christum esse dixit; hoc quod ad Dei postea honorem potestatemque pervenit, humani meriti, non divinæ asseruit fuisse naturæ: ac per hoc eum divinitatem ipsam non ex proprietate unitæ sibi divinitatis semper habuisse, sed postea pro præmio laboris passionisque meruisse. Hos Pelagianorum errores evulgavit in quadam Epistola. Quapropter a Cassiano aliisque Gallis doctoribus *Gennad. de script. eccl. 59. — Leporii errores. — Cassian. l. 1. incarn. c. 2. Ibid. l. 1. c. 3. & 4.*

admo-

CHRISTI AN. 426.

admonitus cum non resipisceret, ejus doctrinam damnarunt Proculus Massiliensis & Quillenius Aquensis Episcopus. Massilia pulsus fugit in Africam; hic emandatus ab Augustino, male acceptam persuasionem magnifice condemnavit, ut non minus pene admiranda sit correctio illius, quam illæsa multorum fides. Ad omnes etiam Galliæ civitates flebiles confessionis seu satisfactionis literas dedit, quas Aurelius Carthagioensis atque Augustinus, Florentius & Secundus, aliique Afri Episcopi sic probaverunt, ut ad faciendam veritatis fidem etiam suas ei subscriptiones adjicerent. Emendationis suæ libellum inscripsit Proculo & Quilleoio Episcopis suis judicibus, per quos cæteris innotesceret. Errores sic retractat.

Facund. herm. l. 1. ad Justin. c. 4.

Cassian. l. c. in carn. c. 5. Sirmond. tom. 1. *Leporii retractatio.*

"Dicere verebamur de Maria Deum oatum, nunc constantissime confitemur ..... Non ipsum Deum hominem natum, sed perfectum cum Den natum hominem dicebamus ...... Si ergo minime percipientes potentiam Dei, seosu nostro & propria rationa sapientes, na quasi inferiora sa Deus agere videatur, ita hominem cum Den natum esse dicamus, ut seorsim quæ Dei sunt, soli Deo demus, & seorsum quæ sunt hominis, soli homini reputemus, quartam manifestissime inducimus in Trinitate personam, & de uno filio Dei non unum, sed facare incipimus duos Christos, quod a nobis ipsa jam Dominus & Deus Christus avertat. Ergo coofitemur Dominum ac Deum Jesum Christum, unicum filium Dei, qui anta sæcula natus ex Patre est, novissimo tempore da Spiritu sancto & Maria semper Virgine factum homioem Deum natum. Et confitentes utramque substantiam carnis & Varbi, unum eumdemqua Deum atque hominem inseparabilem pia fidai credulitate suscipimus. Et ex tempore susceptæ carnis, sic omnia dicimus quæ arant Dei, transisse in hominem, ut omnia quæ erant hominis, in Deum venirent, & hac intelligentia Verbum factum sit caro, non ut conversione, aut mutabilitate aliqua cœperit essa quod oon erat, sed ut potentia divinæ dispensationis, Verbum Patris numquam a Patre discedens, homo proprie fieri dignaretur ... Non argo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ, secundum experimentorum visibilia documenta facientea conjecturam de æqualibus se invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confusione carnis & Verbi quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere, ut conflatibili quodam genere duas naturas in uoam arbitremur redactas esse substantiam. Hujusmodi enim commisrio partis utriusque corruptio est. Deos enim penetrans non penetrabilis, ... qui ubique simul totus, & ubique diffusus est per infusionem potentiæ suæ; misericorditer naturæ miatus est humanæ, non humana natura naturæ est mixta divinæ. Caro igitur proficit in Verbum, non Verbum proficit in carnem, & tamen verissime Verbum caro factom ast. Sed ut diximus, solum proprie personaliter, non cum Patre, aut cum Spiritu sancto naturaliter; quia unigenitus Deus, Deus veros, qui cum Patre & Spiritu sancto unos est in natura, alter in persona .... Nascitur ergo proprie nobis de Spiritu sancto, & Maria semper Virgine, Deus homo Jesus Christus filius Dei, ac sic in alterutrum unum fit Verbom & caro, ut manens in sua perfectione naturaliter utraqoe substantia, sine sui præjudicio, & humanitati divioa communicent, & divinitati bumana participeot, nec alter Deus, alter homo, sed idem ipse Deus qui & homo; & vicissim homo, qui & Deus Jesus Christus, unus Dei Filius & nuncupetur & vere sit. Et ideo agendum nobis semper est, & credendum, ut Dominum Jesum Christum Filium Dei, Deum verum, quem cum Patre semper & æqualem Patri anta omnia sæcula confitemur, eumdem a tempore susceptæ carnis factum Deum hominem non negemus. Nec quasi per gradus & tempora proficientem in Deum, alterius status ante resurrectionem, alterius post resurrectionem eum fuisse credamus; sed ejusdem semper plenitudinis atqua virtutis .... Hæc fides nostra, & hæc mutatio dexteræ excelsi. Sic credimus, & hoc non ex nobis: Dei enim donum est .... Ipsi ergo honor semper, & gloria. De eo autem quod stultissime in illa epistola proposuimus, sed ignoranter, quodque nunc execrabile confitemur, id est, aptantes ad Christum laborem, devotionem, meritum, fidem, in tantum inconvenientia hæc Dei Filio judicamus, ut remioiscentes dictum a nobis, summam cæcitatem insipientiæ nostræ reputemus" .... Hæc fidei professio ante hæreses Nestorii & Eutychis conscripta, ab Afris & Gallis Episcopis approbata, quid da mysteriis Trinitatis & Incaroationis semper crediderit Ecclesia Catholica, clare demonstrat. Leporius cum Domnino & Bono haud dubie ajus complicibus ei subscripsit, ac in Africa remansit.

CHRISTI AN. 428.

XXXVII. Semi-Pelagianismi quædam initia pariter restinxit Augustinua. Vitalis, vir eruditus in Ecclesia Carthaginensi, circa camdem cum Adrumetinis quæstionem laborans, axistimavit non aliter posse liberum hominis arbitrium, & Dei justitism servati, nisi dicatur, ut refert Augustinus, initium Fidei, ubi est etiam initium bonæ, hoc est piæ voluntatis, noo essa donum Dei, sed ex nobis nos habere, ut credere incipiamus: cætera autêm religiosæ vitæ bona Deum per gratiam suam jam ax fide petentibus, quærentibus, pulsantibus donare consentiebat. Vitalem ex precibus Ecclesiæ confutat D. Doctor, ac duodecim regulas proponit ad Fidem Ecclesiæ pertinentes circa quæstionem de gratia Dei. Prima. "Scimus nondum natos nihil egisse in vita propria boni, seu mali, nec secuodum merita prioris alicujus vitæ .... in hujus vitæ venire miserias: sed tamen secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima nativitata contrahere, nec liberari a supplicio mortis æterno, quod trahit ex uno in omnes transiens justa damoatio, nisi per gratiam renascantur in Christo. Secunda est: Scimus gratiam Dei nec parvulis, nec majoribus secundum merita nostra dari. Tertia. Scimus majoribus ad singulos actus, scilicet salutares, dari. Quarta. Scimus non omnibus hominibos dari, & quibus datur, non solum secundum merita operum non dari, sed nec secundum merita voluotatis eorum quibus datur, quod maxime apparet in parvulis. Quinta. Scimus iis, quibus datur, misericordia gratuita dari. Sexta. Scimus ais quibus non datur, justo judicio Dei non dari. Septima. Scimus quod omnes astabimus aote tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, non secundum ea, quæ si diutius viveret, gesturus fuit, sive bonum sive malum. Octava. Scimus etiam parvulos secundum ea quæ per corpus gesserunt, recepturos .... id est tempore, quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, vel noo crediderunt: quaodo baptizati, vel oon baptizati sunt. Secundum hæc ergo, quæ per corpus gesserunt, non secundum ea quæ si diu hic viverent, gesturi fuerant, judicantur. Nona. Scimus felices esse mortuos, qoi in Domino moriuntur, nec ad eos pertinere quidquid acturi fuerant, si tempore diuturniore vixissent. Decima. Scimus eos, qui corde proprio creduot in Dominum, sua id facere voluntate ac libero arbitrio. Undecima. Scimus pro eis, qui nolunt credere, nos qui jam credimus, recta fide agere, cum Deum oramus ut velint. Duodecima. Scimus pro eis, qui ex illis crediderunt, tanquam de beneficiis, recte atque veraciter & debere nos Deo agere gratias, & solere .... Si ergo istas duodecim sententias, quas nos dixi scire, ad Fidem rectam & Catholicam pertinere, etiam tu frater nobiscum tenes, ago Deo gratias, quas profecto non veraciter agerem, nisi gratia Dei fieret ut teneres. Quæ tibi tenenti, nullum omnino remanet nobiscum de hac quæstione certamen."

August. ep. 217. alias 107. num. 29. *Fidei regulæ de gratia.* Ib. c. 5. num. 16.

Articulos singulos postea probat .... Quæ numero decimo nono dicit de quarto & sexto, difficilia sunt, nec racte explicari possunt, nisi intelligantur de vocatione secundum propositum, quam certum est non omnibus dari. Parvulorum exemplum quo utitur, & vocatio efficax ad fidem, de qua bic agit, hanc ejus esse mentem clare demonstrant. Eumque de hac vocatione disputare testatur D. Prosper.

XXXVIII. Non multo post Africa facta est præda Vandalorum. Bonifacius Comes, genere Thrax, vir heroicos, justitiæ vel imprimis studiosus & abstinens, ac pecuniarum contemptor, barbaras variasque gentes Africa expulerat, Valentinianique junioris partes adversus Joannem tyrannum multum adjuverat. Priore conjuge mortua voluit sæculum relinquere, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei monachi vivunt. Augustinus, cui erat perfamiliaris, & Alypius, ut non faceret, revocarunt, ostendentes quantum prodesset Christi Ecclesiis quod agebat, si ea sola intentione ageret, ut defensæ ab infestationibus barbarorum quietam & tranquillam vitam agerent,

Prosp. epist. ad August. Phot. Bibl. cod. 191. *Vandali Africam invadunt.* August. ep. 220. alias 70.

CHRISTI AN. 428.

ſicut dicit Apoſtolus .... conſilium autem dedere, ut ea hoc mundo nihil quærreret, niſi ea quæ neceſſaria eſſent huic vitæ ſuſtentandæ, accinctus balteo caſtiſſimæ continentiæ. Imperatoris juſſu cum poſtea navigaſſet in Hiſpaniam, uxorem duxit Vandalorum Regibus affinem & Arianam, ſed fecit Catholicam. Aetius ejus æmulus eum criminari cœpit apud Placidiam Imperii adminiſtratricem pro filio, ut regni appetitorem. Neque rem exploratu difficilem, ſi enim Romam Bonifacium vocaret, non venturum; ſimulque ſcribit Bonifacio matrem Imperatoris inſidias ipſius in excidium ſtruere: ejuſque rei indicium prædixit, fore ut ſine cauſa ſubito revocaretur. Bonifacius his deceptus, vocanti Imperatori negavit ſe pariturum. Quapropter hoſtis declaratur. Miſſis in Hiſpaniam de amicorum peritiſſimis cum Gunderico & Giſerico Vandalorum Regibus init fœdus, ut cuique ipſorum tertia pars Africæ cederet; quod ſi quis bello impeteretur, commune periculum eſſet. Hoc pacti Vandali cum Alanis & Gothis in Africam venere, anno 428., eamque omni crudelitate vaſtarunt, nulli parcentes ætati, nec ipſis Dei Sacerdotibus vel miniſtris, nec ipſis eccleſiarum ornamentis. Bellatorum tamen non erat valida manus; numeratis enim mulieribus parvulis & ſervis, octoginta millia capitum inventa ſunt.

Procop. l. 1. hiſt. Vandal. cap. 3.

Bonifacium Comitem ad officium revocat Auguſtinus.

Auguſt. ep. 220. alias 70.

Auguſtinus tot tantiſque malis commotus, Eccleſiæque majora timens ab Arianis Vandalis, apud Bonifacium Comitem eorum authorem egit literis, ut de ejus ſalute ſollicitus, quam in extremum adduxerat periculum. Et primo quidem ei in mentem revocat ſanctum ejus propoſitum ſtudiumque virtutis priſtinum; tum ſubjicit: " Iſta, quæ omnibus patent, tot & tanta mala, quæ a te, poſtquam conjugatus es, conſecuta ſunt, quid ego dicam? Chriſtianus es, cor habes, Deum times: tu ipſe conſidera, quæ nolo dicere, & invenies de quantis malis debeas agere pœnitentiam. Sed ne tardes converti ad Dominum. Juſtam quidem dicis habere te cauſam, cujus ego Judex non ſum .... ſed qualiſcumque ſit tua cauſa .... numquid coram Deo potes negare, quod in iſtam neceſſitatem non perveniſſes, niſi bona ſæculi hujus dilexiſſes: quæ tanquam ſervus Dei contemnere omnino, & pro nihilo habere debuiſti, & oblata quidem ſumere, ut eisutereris ad pietatem; non autem negata vel delegata ſic quærere, ut propter illa in iſtam neceſſitatem perducereris: Ubi cum amantur bona, perpetrantur mala, pauca quidem a te, ſed multa propter te; & cum timentur quæ ad exiguum tempus nocent, ſi tamen nocent, committuntur ea, quæ vere in æternum noceant. Dicis mihi fortaſſe in tanta neceſſitate quid vis ut faciam? .... Si ſecundum Deum me conſulis, ne anima tua pereat, & times verba veritatis dicentis: Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur, habeo plane quod dicam; noli diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis autem dilexerit mundum, non eſt charitas Patris in illo .... Ecce conſilium, arripe, ... age pœnitentiam de præteritis malis, quando ab eis cupiditatibus victus per deſideria non bona trahebaris. Hoc conſilium ſi acceperis, ſi tenueris atque ſervaveris, ad bona illa certa pervenies, & cum ſalute animæ tuæ inter iſta incerta verſaberis .... Roga Deum, qui te de neceſſitatibus eruat; ut quod non potes modo, poſſis aliquando. "

Luc. 9.

Procop. ibid.

Incolumi non modo fortuna, ſed ne vita quidem ſeſe expedire Bonifacio licebat: ſed primam reconciliationis occaſionem amplexus eſt. Illius amicorum quidam etiam ex juſſu Placidiæ proficiſcuntur Carthaginem, ubi cum eo collocuti, conſpectis Aetii literis, reque omni comperta, Romam citiſſime redeunt, & quomodo ſe res Bonifacii haberent, referunt, eumque aliena culpa erraſſe dicunt. Placidia animo perculſa cum Aetio quidem diſſimulavit, quod exercitum rerumque ſummam in poteſtate haberet. Verum Bonifacii amicis fraudem Aetii communicavit, ſuamque fidem jure jurando obſtringens obteſtatur, ut ſi poſſent, eum ad amorem patriæ retraherent. Bonifacius his intellectis, facti pœnitens, Vandalos grandi pecunia tentare cœpit, ut ex Africa diſcederent. Conditionem hanc cum contumelioſe reſpuiſſent barbari, coactus ad arma venire prælio victus eſt. Hipponem regium ſe contulit, maritimam Numidiæ urbem & prævalidam, quam obſederunt Vandali, duce Giſerico, ejus fratre mortuo. At cum multo exacto tempore, neque vi, neque conditionibus oppidum ſui juris facere potuiſſent, ac fame premerentur, ſolvunt obſidionem, ſed impune per totam Africam rapinis cædibuſque graſſantur. Tot mala, inquit Salvianus, non divinæ ſeveritati, ſed Afrorum ſceleri deputanda: exceptis enim pauciſſimis Dei ſervis, quid fuit totum Africæ territorium, quam domus una vitiorum? Ipſi fatebantur Vandali, non ſuum eſſe quod facerent, agi enim ſe divino juſſu & perurgeri.

CHRISTI AN. 428.

Salvian. l. 7.

Poſſid. vit. Aug. c. 17.

XXXIX. Sigiſvult Comes pro Imperatore milites Gothos in Africam adduxerat, quos Maximus eorum Epiſcopus Arianus ſecutus venit Hipponem, ibique plurimis petentibus, cum Auguſtino contulit. Scripturæ loca habebat in prompto. Id vero ſua induſtria, loquendique facilitate egit, ut ſua noviſſima proſecutione totum, quod remanſerat, diei ſpatium occuparet. Carthaginem profectus victorem ſe de ipſa collatione receſſiſſe jactavit. Quapropter Auguſtinus diſputationem tribus libris comprehenſam edidit, & quam nihil ille objectis potuerit referre, demonſtravit. Auguſtinus ante aliquot annos cum Paſcentio Comite domus regiæ Ariano, interpoſitis nobilibus viris, coram contulerat. Sed Paſcentius notarios, qui utriuſque dicta exciperent, quos Auguſtinus ante congreſſum & in ipſo congreſſu inſtantiſſime poſtularat, recuſavit; & ne adeſſent, perfecit, dicens quod metu legum publicarum periclitari tabulis ſcriptis nollet. Ut privatim abſque ulla ſcriptura diſputarent, conſenſit Auguſtinus. Paſcentius de fide ſua rogatus, dixit credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, ingenitum, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus, Deum natum ante ſæcula, per quem facta ſunt omnia, & in Spiritum ſanctum. Hæc ſuæ fidei non repugnare reſpondit Auguſtinus; & ſi ea ſcriberet, ipſe poſſet ſubſcribere. Paſcentius ea ſcripſit. Auguſtinus relegens ait: Patrem quidem ab eo dici ingenitum, & vere quidem, quamvis hæc vox in Scripturis non legeretur: unde intulit Filium recte dici conſubſtantialem Patri, quamvis hæc vox ſcripta in ſanctis paginis non inveniatur, quæ ejus ſenſum ſatis exprimunt: Paſcentius chartam, quam dederat, abſtulit & conſcidit; conſenſitque poſt meridianum tempus, ut adeſſent Notarii ad excipienda utriuſque verba. Redeunt ad horam condictam cum Notariis, ſed quorum nullus fuit uſus. Paſcentius repetit fidem ſuam, ſed omiſſis his vocibus, ingenitum Patrem, & Deum Filium, quæ ſemper antea dixerat. Deinde popoſcit ut Auguſtinus diceret ſuam fidem. Qui poſtulavit ut prius ejus dicta ſcriberentur, quandoquidem fidei ſuæ profeſſionem non eodem modo repetere potuiſſet. Paſcentius ad convicia converſus cœtu ſoluto diſceſſit, & poſtea divulgavit Auguſtinum non auſum dicere fidem ſuam. Quod cum D. Doctor audiiſſet, datis ad eum literis, in collatione geſta breviter exponit: quæ ſi negaret, ad teſtes, qui erant plurimi, provocat; addit profeſſionem fidei ſuæ circa Trinitatis myſterium.

Aug. ep. 238. alias 164.

Socrat. l. 7. c. 29.

XL. Conſtantinopoli poſt obitum Siſennii, propter homines inanis gloriæ ſtudioſos, placuit Imperatoribus neminem ex eccleſia Conſtantinopolitana ad epiſcopatum promovere. Peregrinum igitur hominem Antiochia evocare ſatius viſum eſt: Hic erat Neſtorius, ortus ex urbe Germanicia, educatus in monaſterio S. Euprepii in ſuburbanis Antiochiæ, Antiochenæ dein Presbyter Eccleſiæ a Theodoto conſtitutus eſt, ut fidem competentes edoceret, eamque adverſus hæreticos propugnaret; quo in munere magnam ſibi gloriam comparavit. Arianos, Apollinariſtas, Origeniſtas graviter inſectatus eſt. D. Joannis Chryſoſtomi admiratorem atque imitatorem ſe profitebatur: ſordida quidem veſte indutus, mœſtus & triſtis incedens, forenſes tumultus devitans, corporis pallore & macie abſtinentiam ſimulans, libris domi ut plurimum incumbens; his artibus & ſonora voce, & expedita facundia, licet parum ſolida, ſed fucata, pleroſque allexit ad ſui admirationem. Atque idcirco illum tanquam idoneum ad docendum populum accerſere decreverunt. Elapſo itaque trium menſium ſpatio a morte Siſennii, Neſtorius Conſtantinopolim adducitur, eumque proficiſcentem comitatus eſt Anaſtaſius Presbyter, eorumdem impiorum dogmatum fautor acerrimus.

Neſtorii initia.

Liberat. brev. c. 4.

Theodoret. ad Sporad.

Socrat. Ibid.

Cyril. ep. 1. ad ſucceſſ.

Neſtorius Diodori Tarſenſis fuit diſcipulus, atque ex illius libris obtenebratus ſimulate quidem cum illo dixit, unum eſſe Filium Dei, & Chriſtum; hunc autem diviſit in duos, ac ſeorſim poſuit,

homi-

Christi An. 428.

hominemque conjunctum esse verbo Deo docuit communione nominis, honoris dignitate. Diodorus priusquam in hunc errorem incideret, sancti Spiritus fuerat impugnator, Macedonianam secutus hæresim, postea cum Orthodoxorum Ecclesia communicavit, sed in alterius morbi vim decidit circa mysterium Incarnationis.

Nestorius fit Episcopus Constantinop.

Liberat. ibid.

Socrat. ibid.

Nestorius ordinatus est Episcopus die prima mensis Aprilis sub consulatu Felicis & Tauri, id est, anno quadringentesimo vigesimo octavo. Illico coram universo populo Imperatorem alloquens, celebrem illam protulit dictionem. Da mihi, inquit, Imperator, terram hæreticis purgatam, & ego tibi cœlum retribuam. Mecum hæreticos debella, ego Persam tecum debellabo. Qui interiorem animi sensum ex verbis conjiceare norunt, iis perspecta statim fuit hominis levitas, & violentia cum inanis gloriæ studio conjuncta. Quinto post ordinationem suam die, Arianorum ecclesiam, in qua occulte preces faciebant, subvertere aggressus est: illi injecto igne eam combusserunt. Quartodecimanos vexatus est & Novatianos, qua de causa Socrates ei infensus, hæc acerbiore stylo prosecutus est. Antonius Germæ civitatis Episcopus, Nestorio morem gerens, Macedonianos acerbe agitare cœpit, qui spe salutis abjecta, summissis quibusdam hominibus, Antonium interfecerunt. Nestorius his auditis suasit Imperatori, ut Ecclesiæ illis adimerentur. Eorum nonnulli Consubstantialis fidem amplexi, ad Ecclesiam se contulerunt. Theodosius eodem authore legem sequentem promulgavit: " Hæreticorum ita est reprimenda insania, ut ante omnia quas ab Orthodoxis acceptas teneot ubicumque ecclesias, statim Catholicæ Ecclesiæ tradendas esse non ambigant....: Deio ut si alios sibi adjungant Clericos..... decem librarum auri mulcta per singulos ab eo qui fecerit, & qui fieri passus sit, vel si paupertatem prætendant, de communi Clericorum ejusdem superstitionis corpore, nostro inseratur ærario. Post hæc, quoniam non omnes eadem austeritate plectendi sunt: Arianis quidem, Macedonianis, Apollinarianis.... intra nullam civitatem ecclesiam habere liceat. Novatianis autem & Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia...... Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistæ, Phryges, Marcionistæ, Borboriani, Messaliani, Enthusiastæ, Donatistæ, Audiani, Hydroparastæ, Ascodrogytæ, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Manichæi nusquam in Romano solo conveniendi, orandique habeant facultatem. „ Data tertio Kalendas Julii.

Socrat. l. 7. c. 31.

L. 65. cod. Theod. de hær.

Ep. Cœlestini Papæ ad Nestor.

Cassian. l. 1. de Incarn. c. 3.

Hisce viginti tribus hæreticorum sectis Nestorius non curavit annumerari Pelagianos, quamvis ipse peccatum originale confiteretur. Sed fortasse circa Incarnationem Filii Dei sibi consentire jam norat, unde & postea cum iis societatem iniit. Vigesimo sexto Septembris ejusdem anni S. Joannis Chrysostomi cœpit memoria celebrari. Non multo post vivendi finem fecere Theodorus Mopsuestiæ per triginta sex annos Episcopus, & Theodotus Antiochenus, cui successit Joannes Theodori discipulus. Theodorus Mopsuestenus plurimos libros adversus varios errores scripsit, sed dum nimis ingenio indulget, & antiquiores semitas fastidiens, novam sibi viam aperire tentat, in absurdos errores lapsus hæreseon magister evasit. Pelagianorum parentem esse jam vidimus; Nestoriani dogmatis authorem infra ostendemus. Ejus tamen encomio suam historiam terminat Theodoretus: qui quinque ac centum annorum spatio res gestas se complexum esse profitetur, scilicet ab Arii vesania ducens exordium, desinens vero in obitu Theodori & Theodoti. Hanc scripsit post Ephesinam Synodum; in ea quippe meminit translationis Reliquiarum S. Chrysostomi, & hæresis Eutychetis. Socrate & Sozomeno longe doctior errores plurimos, in quos uterque incidit, vitavit, & cum in Oriente versaretur, in rebus ibidem gestis, & in secunda Synodo generali fusior & diligentior est; stylum etiam historiæ convenientem adhibuit. Clarus enim & grandis est minimeque redundans.

Theod. hist. l. 5. cap. 40.

Ib. c. 3. & 36.

Phot. Biblioth. c. 31.

Concil. tom. 1. nov. ed. tom. 2. Lab.

Clericorum vestes.

XLI. Romæ vero Cœlestinus Papa, Provinciæ Viennensis & Narbonensis Episcopis scripsit, ut quosdam tollerent abusus. Primo. " Didicimus, inquit, quosdam Domini Sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati.... Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se Scripturæ fidem, non per spiritum, sed per literam completuros........ Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum, in alterum habitum consuetudo variatur? Discreti a plebe vel cæteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. „ Ex his liquet Episcopos & Clericos inferiores usque ad hæc tempora communem cum laicis gestasse vestem. Secundo. " Agnovimus etiam pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet: quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem, pondere, quo se expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam sic promittat: Peccator quacumque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum convertatur, & vivat. „ Si quatuor prioribus sæculis, ut aliqui volunt, ea fuisset disciplina Ecclesiæ, ut magnis peccatoribus in articulo mortis negaretur pœnitentia seu absolutio, Cœlestinus profecto numquam adeo graviter reprehendisset eos, qui hunc morem adhuc retinerent.

Moribundis pœnitentibus danda absolutio.

Ezech. 18

Ibid.

C. 7.

Tertio. Præcipit ut per gradus Ecclesiasticos promoveantur Episcopi, nec ex laicis assumantur, vel criminosi. Daniel enim quidam ab Orientalibus accusatus, ut sacrarum virginum pollutus incestu, Episcopus ab iis dicebatur ordinatus, quem ab eorum cœtu segregat, debet enim, inquit, nostro judicio se subjicere, si conscientiæ suæ novit confidentiam se habere. Ejusdem Canonis observationem in alia decretali præscripsit Episcopis Appuliæ & Calabriæ. Quarto. Prohibet ne quid in aliena Provincia præsumat Metropolitanus. Quinto. Nullus invitis detur Episcopus: Cleri, plebis, & ordinis consensus & desiderium requiratur; neque ex altera petatur Ecclesia, si in ipsa, cui ordinandus est, sit idoneus. Sexto. Massiliensis Ecclesiæ Sacerdotem, qui dicitur in necem fratris sui taliter gratulatus, ut huic, qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Data octavo Kalendas Augustas, Felice & Tauro consulibus, seu anno 428. Patroclus Arelatensis Episcopus a Tribuno quodam barbaro fuerat occisus, quod factum ad occultam jussionem Felicis Magistri militum referebatur; cujus impulsu, ut creditum est, Titus Diaconus, vir sanctus, Romæ pecunias pauperibus distribuens, etiam interficitur. Ejus memoria die decimo sexto Augusti celebratur. Patroclo successit D. Honoratus monasterii Lerinensis Abbas & conditor, ejus vitæ præcipuas circumstantias in funebri laudatione descripsit Hilarius illius discipulus atque in Episcopatu successor.

Prosp. in Chron.

Martyr. Rom.

Serm. D. Maxim.

Hilar. ser. apud Bolland. 16. Jan.

S. Honorati vita.

XLII. Honoratus ex familia consulari oriundus baptismus recepit adhuc adolescens, repugnantibus licet parentibus; qui timebant ne totus simul, sicut consecutum est, religionis amore raperetur. Re ipsa statim jugum Dominicæ servitutis subdita cervice suscepit; & vere plena mortificatio corporis, sed vita spiritus fuit. Venantius frater ejus natu major exemplo ipsius ad conversionem vocatus ipsum secutus est, in ipso brevi quo vixit tempore. Ambo in jejuniis, orationibus, piis lectionibus atque in charitatis operibus assidui simul aliquamdiu vixere, omnibus & maxime peregrinis suis opibus subvenientes. Sed cum tota jam erga illos patria obsequiis, honora & amore certaret, inito consilio ad peregrina contendunt, suasque possessiones pauperibus distribuunt. S. Caprasium Eremitam assumunt tanquam ordinatorem in Domino atque custodem ætatis suæ. Peregrinatione suscepta cum eo juxta littus Achaicum commorantur. S. Venantius hic brevi consummatus Mathonæ transiit ad æternam beatitudinem. Honoratus vero rediit in Provinciam, vacantemque Lerinensem insulam ob nimium squallorem, & inaccessam venenatorum animalium metu, petit: præter secreti opportunitatem, S. Leontii Forojuliensis Episcopi oblectatus vicinia, & charitate constrictus. Ingreditur eam impavidus, & cedit turba serpentium, & nulli suorum unquam periculo fuit. Sufficiens hic electis Dei monasterium & ecclesiam construit: moxque certatim omnes quærentes Deum ad eum confluunt, quos præclare instituit, singularem

Lerinense monasterium.

eorum

CHRISTI An. 428.

eorum curam gerens, exemplo omnes atque admonitione confirmans: quos inter virtutibus enituit S. Hilarius. Honoratus hic primum diu evitati Clericatus illigatur officio, Presbyter ordinatus. Vacante dein Sede Arelatensi postulatus a plurimis consecratur Episcopus: omnibusque omnia factus communis omnium medicina fuit: prima ejus cura concordiæ fuit; sub ipso Christi Ecclesia, sicut monasterium ante floruerat. Thesauros, quos ejus decessor congesserat, dignis usibus deputavit: hoc solum, quod ministerio sufficiens erat, reservavit. Post biennium administrationis, ultimum, jam doloribus reluctantibus, Epiphaniorum die in Ecclesia sermonem habuit: & diu dilata infirmitas, nimio dudum propositi rigore contracta ingravescens octavo eum vel nono die a prædicta solemnitate confecit, anno Christi 428. die decima sexta Januarii colitur in Ecclesia. Successorem habuit S. Hilarium.

Castor. ep. apud Cassian. *Cassiani opera.*

XLIII. Cassianus mortuo D. Chrysostomo rediens Massiliam, ibique factus Presbyter, duo monasteria, primum virorum, virginum alterum instituit. Castor Aptensis Episcopus circa annum 420. ad eum scripsit. Poscimus tuam Paternitatem, ut instituta monasteriorum, quæ per Ægyptum & Palæstinam florere vidisti, & servanda tradidisti, & sicut tibi a Patribus tradita sunt, in nostro rudi monasterio, nempe quod in prædiis suis fundaverat, adhibere complanata non abnuas. Cassianus ei morem gerens ad eum misit libros duodecim de institutis cœnobiorum Orientalium, in quibus disciplinam monachorum exteriorem accurate describit. Post tres annos Leontio Episcopo, & Helladio monacho, & postea Episcopo nuncupavit decem priores collationes. In iis ad invisibilem hominis interioris habitum transiens, de purgatione vitiorum, & de virtutibus, ac de modo eas comparandi atque conservandi fuse tractat; sed de iis superius. His alias quatuordecim addidit, quarum priores septem SS. Honorato & Eucherio inscripsit, quas iteratis literis ab eo extorsit Eucherius. Septem postremæ dicatæ sunt Joviano, Minervio, Leontio & Theodoro monachis in Stæchadibus degentibus, quæ Insulæ sunt in ora Provinciæ contra Olbiam; nullum illius monasterii superest vestigium. Theodorus cœnobiticæ disciplinæ in Gallicanis Provinciis institutor fuit, & Forojuliensis post S. Leontium Episcopus. Cassianus in his de divina gratia disputans, imprudens lapsus est in errores Semi-pelagianorum; quos sic exponit in collatione decima tertia.

Cassian. in præf.

Cassian. coll. 13. *Cassianus semi-pelagianus.*

Præmittit instar principii, quod sine adjutorio Dei non solum perfectio castitatis, sed omnino nihil boni possit perfici. Nam, inquit, cum & bonum virtutis, & sanitas corporis, & omnium effectus operum actuumque prosperitas a Domino fuerit condonata, orandum est ne fiat, sicut scriptum est, cœlum æreum, & terra ferrea .... Nec in hoc tantum eget divinitatis auxilio agricolæ laborantis industria, nisi etiam insperatos avertat casus .... Quibus manifeste colligitur non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi ..... Nostrum vero est, ut quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur, vel certe dura cervice eidem resistentes, per Jeremiam mereamur audire: Induraverunt cervices suas, noluerunt reverti ..... In capite sexto idem argumentum prosequitur, probatque quod sine gratia Dei nullos industrios conatus exequi valeamus. Ostenditque semper auxilio Dei homines indigere, nec aliquid humanam fragilitatem, quod ad salutem pertinet, per se solam, id est, sine adjutorio Dei posse perficere. In capite septimo peccatum originale, quod omnes contrahunt, & Christi mortem pro omnibus confitetur. His præmissis sic errorem suum exponit. " Propositum namque Dei, quo non ob hoc hominem fecerat, ut periret, sed ut in perpetuum viveret, manet immobile. Cujus benignitas cum bonæ voluntatis in nobis quantulamcumque scintillam emicuisse perspexerit, vel quam ipse de dura silice nostri cordis excusserit, confovet eam & exsuscitat, suaque inspiratione confortat, volens omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hoc sequenti capite clarius exponit: Qui cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis respexerit, illuminat eam confestim atque confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quem vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse..... Ut autem evidentius clareat, etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt, Apostolus testis est dicens: Velle adjacet mihi, perficere non invenio. Nam libertatem Scriptura divina nostri confirmat arbitrii, dicens: Omni custodia serva cor tuum. Sed infirmitatem ejus Apostolus manifestat dicens: Dominus custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu ..... prævenit ergo hominis voluntatem misericordia Domini, de qua dicitur: Deus meus, misericordia ejus præveniet me: Et rursus Dominum remorantem, atque utiliter quodammodo subsistentem, ut nostrum experiatur arbitrium, voluntas prævenit nostra, cum dicitur: Et mane oratio mea præveniet te ...... Si enim dixerimus nostrum esse bonæ principium voluntatis, quid fuit in persecutore Paulo, quid in publicano Matthæo, quorum unus cruori ac suppliciis innocentum, alius violentiis ac rapinis publicis incubans attrahitur ad salutem. Sin vero gratia Dei semper inspirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce orationis pietate dicemus, qui desiderio suo vim quamdam regnis cœlestibus inferentes, specialis vocationis merita prævenerunt? consummationem vero virtutum, & executionem mandatorum Dei, si nostro deputaverimus arbitrio, quomodo oramus: Confirma Deus hoc quod operatus es in nobis ...... Et ita semper gratia Dei nostro in bonam partem cooperatur arbitrio, atque in omnibus illud adjuvat, protegit, ac defendit, ut nonnumquam etiam ab eo quosdam conatus bonæ voluntatis vel exigat, vel exspectet .... & nihilominus gratia Dei semper gratuita perseveret, dum exiguis quibusdam parvisque conatibus tantam immortalitatis gloriam, tanta perennis beatitudinis dona inæstimabili tribuit largitate. „

Jerem. 8. *C. 9.* *C. 10.* *C. 11. & 12.* *C. 13.*

Hæc est igitur summa doctrinæ Cassiani circa gratiam: originale peccatum, quod Adæ posteri contrahunt, non sustulit, sed infirmum reddidit liberum hominis arbitrium. Hinc nullum opus salutare nunc inchoare, vel perficere potest, nisi divina adjuvetur gratia, quam ita largitur Deus, ut quandoque a nobis exspectet initium quoddam bonæ voluntatis, quam adjuvat, & perducit ad consummationem, & tamen semper gratia ejus manet gratuita, quia ejus conatus prorsus impar est tantæ retributioni. Aliquando vero nos sua prævenit gratia, invitosque compellit Deus. Illud autem bonæ voluntatis initium, quod ortum ducit a libero arbitrio, inter opera salutaria non annumerat: fatetur enim salutarium cogitationum a Deo esse principium, qui nobis initia sanctæ voluntatis inspirat. Itaque boni salutaris initium semper est a Deo, juxta Cassianum, licet naturale ejus desiderium a nobis sit, illudque Deus exspectet, imo etiam exigat, ut ad opus salutare nos perducat; in quo ultimo consistit ejus error. Hæc dum aliqui non satis distinguunt, multis se involvunt difficultatibus: hæc opinio recte dicitur humanæ rationis hæresis, qua divinæ gratiæ mysteria suis attemperat ideis, ut eorum profunda scrutetur facilius.

Semipelagianorum error. *Prosp. epist. ad August.*

XLIV. Semi-Pelagiani rigidiores eadem prope sentiebant; illi enim simpliciter asserebant, a nobis esse bonæ voluntatis initium, quod divinæ gratiæ in quibusdam tribuit Cassianus. Eorum errores Augustino sic exponunt Prosper & Hilarius, non Arelatensis, sed vir laicus, ut in suis literis ipsemet indicat: " Multi servorum Dei, inquit D. Prosper, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis, quæ adversus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant Patrum opinioni, & Ecclesiastico sensui, quidquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti ... Evenit ex dispositione misericordiæ Dei, ut cum quidam intra Africam similia movissent, librum de correptione & gratia, plenum divinæ authoritatis emitteres. Quo putavimus omnes querelas resistentium sopiendas. Recensito hoc libro, sicut qui sanctam atque Apostolicam doctrinæ tuæ authoritatem antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti: ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores quam antea recesserunt. Hæc addit. Ipsorum definitio ac professio est: *N. 2.*

omnem

Christi An. 428.

omnem quidem hominem Adam peccante peccasse: & neminem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvari. Sed, inquit Hilarius, id convenients asserunt veritati, vel congruum prædicationi, (Hil. ep. ad Aug.) ut cum prostratis, & numquam suis viribus surrecturis annuntiatur obtinendæ salutis occasio, eo merito quo voluerint, & crediderint, a suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanitatis suæ consequantur effectum. Cæterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum quemquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant; exterrita & supplici voluntate unumquemque ægrotum velle sanari. Quod enim dicitur; crede, & salvus eris, unum horum exigi asserunt, aliud offerri: ut propter id quod exigitur, si redditum fuerit, id quod offertur, deinceps tribuatur, Unde consequens putant exhibendam ab eo fidem, cujus naturæ id voluntate Conditoris concessum est; & nullam ita depravatam vel extinctam putant, ut non debeat, vel possit se velle sanari; propter quod, vel sanetur quis a sua, vel si noluerit, cum sua ægritudine puniatur. Nec negari gratiam, si præcedere dicatur talis voluntas; quæ tantum medicum quærat, non autem quidpiam ipsam jam valeat. „

(Prosp. ib.) Cum autem urgerentur iis Scripturæ testimoniis, quibus gratia & gratuita & præveniens astruitur. "Ad conditionem hanc, inquit D. Prosper, volunt uniuscujusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem, liberi arbitrii, & rationalem gratia Creatoris instituat, ut per discretionem boni & mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum ejus possit suam dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire, per naturalem scilicet facultatem petendo, quærendo, pulsando, ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene usus, ad istam salvantem gratiam initialis gratiæ ope meruerit pervenire. „

En igitur error Semi-pelagianorum primarius: desiderium salutis, & voluntas credendi, quam fidei initium vocant, est a nobis per solas vires liberi arbitrii, in quo consistit initialis gratia, cui per naturalem facultatem petenti, quærenti, pulsanti, gratiam suam retribuit Deus: sine qua opus salutare nec inchoare, nec perficere potest homo; nam illud salutis initium inter opera salutaria non est annumerandum. Quapropter Innocentius X. hanc Jansenii propositionem; Semi-pelagiani admittebant prævenientis gratiæ necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare; damnavit ut falsam & hæreticam. Respondent, propter secundam illius partem fuisse damnatam. Sed non advertunt quod si prima pars ejus propositionis vera sit, uti volunt, secunda quoque pars vera sit. Nam si Pelagiani gratiæ prævenientis necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, admiserunt, profecto erravere tantum circa modum, quo gratia illa nos moveret. Jam vero non admisere gratiam a se ipsa efficacem in sensu Protestantium, vel Jansenii, vel prædeterminantium. Superest igitur ut in eo fuerint hæretici, quod volebant eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, aut obtemperare: quod ut hæreticum damnavit tota Ecclesia.

(Prosp. ib.) Ex eo fonte errores plurimi manabant. Primo. „ Propositum vocantis gratiæ in hoc omnino definiebant, quod Deus constituerit nullum in regnum suum nisi per Sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines universaliter, sive per naturalem, sive per scriptam legem, sive per Evangelii prædicationem vocare: ut & qui voluerint, fiant filii Dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint... quia Dei bonitas in eo apparet, quod indifferenter universos velit salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. „ Volebant igitur Semi-pelagiani, rejecta speciali prædestinatorum vocatione & electione, Deum æqualiter & indifferenter velle omnes salvos fieri. Cum autem eis objiceretur multitudo parvulorum, qui solum habent originale peccatum, & non sine Dei judicio secernuntur, ut ante usum rationis, alii per regenerationem inter cœlestis regni assumantur hæredes: alii sine baptismo morientes inter mortis perpetuæ transeant debitores. Tales, ajunt, perdi, talesque salvari, quales futuros illos, (Prosp. ib.) in annis majoribus, si ad activam servarentur ætatem, scientia divina præviderit.

Quarto. Divinam gratiam subdebant humanæ voluntati, ex cujus nutu prævio volebant pendere ejus collationem. Quinto. Perseverantiæ finalis donum pure (Ibid.) gratuitum, quod electis tantum daretur, rejiciebant. Sexto. Prædestinatorum & reproborum numerum esse prædefinitum nolebant. Demum Prosper orat Augustinum ut patefaciat, quomodo per gratiam præoperantem & cooperantem liberum non impediatur arbitrium .... Et quemadmodum per prædicationem (Prosp. ib.) propositi Dei, quo fideles fiunt, qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum qui cohortandi sunt, impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prædestinatos esse desperent. Demum demonstret, qualiter illud diluatur, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par invenitur, & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt, ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem cujusque præviderit, & sub ipso gratiæ adjutorio in qua futurus esset voluntate & actione, præscierit ... unum eorum præcipuæ authoritatis & spiritualium studiorum virum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, ac proinde in modo relatis sentiebat cum (Hil. ibid.) semi-pelagianis ... Librum de gratia & libero arbitrio non habemus: superest ut eum, quia utilem quæstioni confidimus, mereamur accipere.

XLV. Augustinus his literis permotus, ad utrumque misit libros, in quibus duos præcipuos Semi-pelagianorum confutat errores. Prior est de prædestinatione (Aug. l. de Præd. SS. c. 2.) Sanctorum, cujus argumentum sic exponit: " Fidem, qua Christiani sumus, donum Dei esse debemus ostendere ... quod jam fecimus ... sed nunc iis respondendum esse video, qui divina testimonia, quæ de hac (*Initium fidei est a Deo.*) re adhibuimus, ad hoc dicunt valere: ut noverimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed in- (C. 3.) crementa ejus ex Deo, tanquam fides non ab ipso (1. Cor. 4.) nobis donetur, sed tantum augeatur in nobis eo merito, quo cœpit a nobis ... Quem errorem jam dudum refellit Cyprianus his verbis Apostoli: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quo præcipue testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter & juste & pie vivamus in hoc sæculo. Neque enim fidem putabam Dei gratia præveniri, ut per illam nobis daretur quod posceremus utiliter: nisi quia credere non possumus, si non præcedat præconium veritatis. Ut autem prædicato nobis Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitrabar. „ Augustinus aperte fatetur, se ante Episcopatum errando credidisse fidei initium, seu piam credendi voluntatem nobis a nobis esse, nec divina præveniri gratia .... Fallunt igitur & falluntur qui Augustini & semi-pelagianorum errorem aliter exponunt.

Augustinus post hæc Hilarium, & Prosperum monet, (Ib. C. 4.) ut semi-pelagianis tradant suos ad Simplicianum libros, in quorum primo quæstionem hanc solutam secundum veritatem Scripturarum inventuri essent. Inferius divinæ vocationis secundum Dei propositum vim & (C. 8.) efficaciam ostendit ex his Christi verbis: Omnis qui audivit a Patre meo, & didicit, venit ad me. " Quid (*Vocatio efficax qualis.*) est, omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me? nisi quia nullus est, qui audiat & discat a Patre, & non veniat ad me? si enim omnis qui audivit a Patre & didicit, venit; profecto omnis qui non venit, non audivit a Patre meo, nec didicit: nam, si audivisset & didicisset, veniret ... hæc itaque gratia, quæ occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur; ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur, & docet, ut veniatur ad Filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheta prædicante promisit. Sic quippe facit filios promissionis, & vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam. Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum, nisi quia omnes, quos docet, misericordia docet; quos autem non docet, judicio non docet? quoniam cujus vult, miseretur, & quem vult, obdurat. „ Augustinus hic loquitur de vocatione efficaci pure gratuita; quæ semper & infallibiliter obtinet effectum, nec omnibus datur. Sed inde nullo modo consequens est, nullam aliis, qui non credunt, vel non convertuntur, dari gratiam, cujus ope possent credere, vel agere pœnitentiam; sed ea contempta, fiunt reprobi.

Infe-

CHRISTI AN. 428. Inferius enim duplicem sic distinguit vocationem :
„ Vocat enim Deus prædestinatos multos filios suos,
2. *Ex vocatio.* ut eos faciat membra prædestinati unici filii sui, non
ea vocatione qua vocati sunt qui noluerunt venire ad
C. 16. nuptias: illa quippe vocatione & Judæi vocati sunt,
quibus Christus Crucifixus scandalum est, & gentes,
quibus Crucifixus stultitia est; sed ea vocatione prædestinatos vocat , quam distinguit Apostolus , dicens :
Ipsis vocatis Judæis & Græcis, prædicare se Christum
1. ad Cor. 1. Dei virtutem & Dei sapientiam. Sic enim ait, ipsis
autem vocatis, sciens quamdam esse certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt ,
quos præscivit & prædestinavit conformes imagines filii
sui. Quam vocationem significans ait: non ex operibus, sed ex vocante dictum est , quia major serviet
minori. „ En vocatio efficax & secundum Dei propositum, qua non sunt vocati qui vocati ad nuptias venire noluerunt: "Sed, inquit idem D. Doctor, neque
Aug. l. 83. quæst. q. 68. illi debent sibi tribuere qui venerunt : neque illi qui
noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum
sibi, quoniam ut venirent vocati, erat in eorum voluntate „ non utique sibi derelicta , siquidem vocati
sunt; nec tantum exterius vocata ; potestas enim ,
inquit Augustinus , nisi detur a Deo , nulla est ex
libero arbitrio, quia nec liberum in bono erit , quod
liberator non liberarit.

Ibid. C. 16. Infra redit ad vocationem secundum Dei propositum, qua fiunt electi non qui eliguntur, quia crediderunt, sed qui eliguntur ut credant. Hæc autem Dei
electio seu prædestinatio, licet deficere non possit , quia
Deus omnipotens est , & non fallitur, non inde sequitur gratiam , qua Deus vocat electos suos, esse irresi-
C. 10. stibilem , licet infallibiliter suum consequatur effectum. Nam, ut ibidem observat D. Doctor : " Inter
gratiam & prædestinationem hoc tantum interest, quod
prædestinatio est gratiæ præparatio ; gratia vero jam
ipsa donatio. „ Implicat autem ut Deus omnipotens aliquos salvos fieri velit absolute, & non salvi fiant, licet divinæ motioni, qua suum decretum exequitur,
dissentire possumus, ut docet Tridentinum. Demum
Augustinus totus est ut hanc fidei veritatem evincat ,
hanc electionem & gratiæ donationem esse pure gratuitam, & merita etiam prævisa nihil prorsus ad eam
Joan. 15. conferre. Christus enim dixit : Non vos me elegistis, sed
ego elegi vos. Elegit autem , teste Apostolo , ut essemus
sancti, non vero quia futuri eramus sancti.

Aug. de dono perseverantiæ. XLVI. Semi-pelagiani dogmatis, quo finalem perseverantiam esse donum Dei pure gratuitum negabant ,
secundam partem in libro de dono perseverantiæ sic aggreditur Augustinus : " Asserimus ergo donum Dei
C. 7. esse perseverantiam , qua usque in finem perseveratur in Christo. Finem autem dico , quo vita ista finitur , in qua tantummodo periculum est ne cadatur : „
C. 2. Et addit se non agere de temporanea perseverantia,
Perseverantia finalis est donum. qua v.g. quispiam quinque annos perseveravit. Igitur de perseverantia finali agit Augustinus, & ostendit hanc esse donum Dei ... Idque confirmat ex orationibus, quibus perseverantiam postulare nos docet
C. 6. Ecclesia .... "Sed nolunt, ut scribitis, isti fratres ,
nempe Semi-pelagiani, ita hanc perseverantiam prædicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit. Ubi quid dicant, parum diligenter
attendunt. De illa enim perseverantia loquimur, qua
perseveratur usque in finem, quæ si data est, perseveratum est usque in finem ... Non itaque dicant perseverantiam cuique datam usque in finem , nisi cum ipse venerit finis, & perseverasse, cui data est, repertus fuerit
usque in finem .... ac proinde multi eam habere possunt ,
nullus amittere . Neque enim metuendum est , ne
forte cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur , ne perseveret usque
in finem . Hoc ergo Dei donum suppliciter emereri potest : sed cum datum fuerit , amitti contumaciter non potest . „

Ibid. " Sed ne forte dicatur, usque in finem perseverantiam non amitti quidem , cum data fuerit , id est, cum
perseveratum fuerit usque in finem ; sed tunc amitti quodammodo, quando agit homo per contumaciam , ut
ad eam pervenire non possit . „ Augustinus respondet :
Dicas mihi , utrum Deus dare non possit quod a se posci imperavit ... Imperavit autem Deus, ut ei Sancti ejus dicant orantes : Ne inferas nos in tentationem.
Quisquis igitur exauditur hoc poscens , non infertur
in contumaciæ tentationem, qua possit, vel dignus sit
perseverantiam sanctitatis amittere ... nihil enim fit ,
nisi quod ipse facit, aut fieri ipse permittit ... Pror-
C. 7. sus in hac re non operulas disputationes exspectet Ecclesia; sed attendat quotidianas orationes suas. Orat ut CHRISTI AN. 428.
increduli credant ; Deus ergo convertit ad fidem. Orat
ut credentes perseverent ; Deus ergo donat perseverantiam usque in finem. Hæc Deus facturum se esse præscivit : ipsa est prædestinatio Sanctorum, quos elegit in Chri- Ephes. 1. c. 4.
sto ante constitutionem mundi , ut essent sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate , prædestinans eos in
adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum , secundum placitum voluntatis suæ ; „ ac proinde gratuito.
Prædestinationem autem hic adæquate sumit Augustinus, prout includit vocationem ad fidem , & justificationem , & finalem perseverantiam , quæ necessario connexa est cum æterna gloria.

Inde concludit Augustinus: " Ex duobus parvulis ori- Ibid. c. 9.
ginali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur,
ille relinquatur ; & ex duobus ætate jam grandibus
impiis cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur ; ille
autem aut non vocetur, aut non ita vocetur ; inscrutabilia sunt judicia Dei . Ex duobus autem piis , cur huic
donetur perseverantia usque in finem , illi non donetur,
inscrutabilia sunt judicia Dei . Illud tamen fidelibus debet esse certissimum , hunc esse ex prædestinatis , illum
non esse . Nam si fuissent ex nobis, ait unus prædestinatorum, qui de pectore Domini biberat hoc secretum , 1. Joan. 2.
mansissent utique nobiscum ... Quæ est ista tandem
discretio ? ... Clamat divina Scriptura , adhibeamus
auditum . . . Non erant prædestinati secundum propositum ejus , qui universa operatur . Nam , si hoc essent, C. 12.
ex illis essent , & cum illis sine dubitatione mansissent...
Certe poterat illos Deus , præsciens esse lapsuros, antequam id fieret , auferre de hac vita . „ Gratiam Dei
non secundum merita accipientium dari , confirmat
exemplo parvulorum , qui aliquando , antequam illis
per ministerium baptizantis succurri possit, exspirant.
" Plerumque enim festinantibus parentibus & paratis
ministris , ut baptismus parvulo detur , Deo tamen
nolente non datur . „ Quomodo Deo nolente , sic
explicat Augustinus : " Qui eum paululum in hac
vita non tenuit ut daretur : „ Ac proinde Deo nolente ei conservare vitam.

Hæc autem prædestinationis doctrina prædicationis Ib. c. 14.
utilitati non adversatur , ut ajebant Semi-pelagiani.
Apostolos enim , qui toties illam commendavit , verbum Dei prædicare non destitit , & ut perseveremus ,
hortatus est. Conciliationis autem modum pro more
suo non attigit Augustinus , quia res est opinionis ,
cujus solutio nec in Scriptura, nec in traditione , nec
in Ecclesiæ regulis invenitur. Prædestinatio autem Dei
licet specialis, gratuita & absoluta , imo licet voluntas Dei prædestinans electos suos sit invincibilis &
insuperabilis , libertati non magis nocet , quam divina
præscientia ; nec magis inducit desperationem , vel
salutis incuriam , ut ibidem observat Augustinus ...
" Nam , inquit , in sua quæ falli mutarique non potest præscientia , Deum , opera futura disponere , id C. 15.
omnino , nec aliud quidquam est prædestinare . „ Præ- C. 17.
terea quemadmodum de eodem argumento agens do- L. de corrept. &
cet ; iis , quos Deus ad fidem & justificationem per- grat. c. 7.
duxit , dici potest : Homo , in eo quod audieras &
tenueras , perseverares si velles . Demum prædestinatio est actus Dei immanens , eamque Deus exequitur per gratias , quibus humana voluntas dissentire
potest . Ac proinde nullam imponit necessitatem .
Prædestinationis autem certitudo Dei præscientiæ , quæ
falli non potest , & omnipotentiæ innititur . Hanc
sæpius inculcat Augustinus , ita ut repetitionibus abundet , quoniam in ea maxime elucet divinæ gratiæ vis
& necessitas : dum constat neminem esse salvum , nisi
Deus eum misericorditer pro sua bona voluntate præveniens excitet , vocet , justificet , & perducat ad
sanctum vitæ exitum . In his e contra liberi arbitrii
vires , & humana merita plurimum prædicabant Pelagiani , & Semi-pelagiani.

Hos libros de prædestinatione Sanctorum , & de
dono perseverantiæ ad Prosperum & Hilarium viros
tunc laicos misit Augustinus , qui eos vocat filios , Gennad. de script. Eccl.
nullum in Clero gradum eis attribuens . Gennadius
Massiliensis Presbyter , Prospero prope coævus , sic de
eo scribit : Prosper homo Aquitanicæ regionis , sermone Scholasticus , & assertionibus nervosus , multa
composuisse dicitur ; ex quibus Chronica illius nomine prætitulata legi , continentia a primi hominis conditione , juxta divinarum Scripturarum fidem , usque
ad obitum Valentiniani Augusti , & captivitatem
urbis Romæ a Genserico Vandalorum Rege factam . Scriptores ejusdem ætatis eum numquam vocant Episcopum . Denique Faustus , qui Prospero

Christi An. 428.

diu fuit superstes, S. Maximo successit in Episcopatu Rejensi. Ac proinde S. Prospero nullus inter Episcopos Rejenses locus relinquitur. Alter est Prosper, cujus Martyrologia meminere, Regii Lepidi in Italia Episcopus, quem nonnulli cum Aquitano male confundunt.

S. Augustini librorum expositionem hac observatione concludo: Semi-pelagianis in ejus doctrina maxime displicuit, specialis, gratuita, & præveniens electorum vocatio, & finalis perseverantia, vi cujus eis præparat, opportunoque tempore confert specialia auxilia, quibus certissime liberantur. Semipelagianorum enim erat fundamentalis error, Deum æqualiter & indifferenter velle salutem omnium; ita ut quisque minorem, vel majorem gratiam pro minore, vel majore voluntatis suæ conatu reciperet. Augustinus igitur eorum argumentis respondens si confugisset ad gratiam sufficientem, eis minime satisfecisset: imo maxima pars difficultatis insoluta mansisset. Quamvis enim alii sufficientes gratias accipiant; verum est tamen, quod major sit erga electos Dei amor, majora dona recipiant, efficaci gratia præveniantur, finalem perseverantiam gratis accipiant. Ab his autem omnibus summopere abhorrebant Semi-pelagiani. Itaque necesse fuit, ut Augustinus a sua methodo non recedens, hæc quatuor ex Scripturis & traditione confirmaret. Hinc est quod in solvendis ejusmodi quæstionibus, rarius meminerit gratiæ sufficientis, quam eum admisisse variis in locis probavimus.

Christi An. 428.

LIBER XXII.

Nestorius novam hæresim inducit circa Incarnationem: ei publice contradicit Eusebius laicus, S. Cyrillus Alexandrinus fidei causam suscipit; res defertur ad Cælestinum Papam, qui Cyrillo vices suas committit, ut reducat, vel puniat Nestorium: qui spretis Cyrilli literis, curat ab Imperatore indici Synodum Ephesinam, Joannemque Antiochenum suæ hæreseos dissimulatione sibi conciliat, aliosque Orientales, præsertim Theodoretum, qui omnium nomine scripsit adversus duodecim anathematismos Cyrilli, quos reprehendit ut hæreticos. Joannes Antiochenus cum suis moras in itinere nectit. Itaque Cyrillus Episcopos convocat, neglectisque Joannis Comitis & sexaginta Episcoporum oppositionibus, post diligens examen Synodus deponit Nestorium, impiamque ejus doctrinam anathematizat. Joannes cum suis post quinque dies Ephesum adveniens, seorsim cum iis deponit Memnonem Ephesinum & Cyrillum. Legati Cælestini advenientes ratum habent quidquid egerat Synodus. Utraque pars scribit ad Theodosium, qui post multas contentiones aliquot Episcopos utriusque partis evocat: iisque auditis, ratam haberi vult depositionem Nestorii, quem mittit in exilium; ac pro eo curat ordinari Maximianum. Episcopi reliqui ad suas Sedes redeunt.

Christi An. 428. & 429. Prosp. Chron. Socrat. l.7. c.32. *Errores Nestorii.*

I. Estorius anno quadringentesimo vigesimo octavo, sui Pontificatus primo, errores suos disseminare cœpit. Anastasius Presbyter, quem secum Antiochia adduxerat, & magno in honore habebat, quodam die cum in Ecclesia doceret, dixit: Nemo Mariam vocet Deiparam, Maria enim homo fuit. Ex homine autem Deus nasci non potest. Id ubi auditum fuisset, multos tam ex Clero, quam ex plebe pariter conturbavit. Olim enim didicerant, Christum confiteri Deum, nec ullatenus ob susceptam humanæ salutis dispensationem, eum tanquam hominem a divinitate sejungere. Nestorius Anastasii dictum confirmavit, quæstiones de ea pervicaciter proponens, & vocem Deiparæ perpetuo rejiciens. Natali Domini die in frequenti omnium ordinum consessu, sermonem habuit de Incarnatione Dominica, qui totum continet virus ejus impietatis. "Deus, inquit, habet Matrem? ergo excusabilis Gentilitas matrem Diis subintroducens. Non, vir optime; Maria peperit Deum... peperit hominem Deitatis instrumentum, hominem theophoron." Et in alio: "Divina Scriptura Deum ex Christipara Virgine genitum esse nusquam asserit, sed Jesum Christum, & Filium, & Dominum. Hæc fateamur omnes... Aliud enim est simul esse cum nato, & aliud nasci." Quo sensu Christum dicat Deum, in alio sermone sic exponit: "Verum ut rerum omnium opificem Deum appellamus, & Moysen rursum Deum... Ita quoque Christum Dominum & Deum, & Filium, & Sanctum, & Christum appellamus. Verumtamen licet nominum communicatio similis sit, dignitas tamen non eadem extitit.... Et infra: Propter gestantem gestatum veneror: propter latentem adoro apparentem; inseparabilis a visibili Deus: atque ideo ejus, qui non separatur, honorem non separo: naturas separo, sed adorationem conjungo."

Marius Mer. to. 3.

Concil. Ephes. tom. 1. nov. ed. tom. 3. veteris.

Christi An. 429.

Is igitur fuit error primarius Nestorii: In Christo Verbi divini unionem cum humana natura substantialem, & physicam secundum hypostasim negabat. Unde consequens erat hominem in Christo a Persona Verbi realiter esse diversum, ac proinde B. Virgo Maria hominem, non Deum genuerat. Moralem tamen unionem inter utrumque fingebat, scilicet habitationis, honoris, & voluntatum, Verbumque divinum Patri æquale & coæternum fatebatur Incarnatum, atque in Christo duas naturas esse, divinam scilicet, & humanam, quia carnem induerat sicut Rex vestes regias, in quibus sese manifestat. Hinc nolebat dici duos Dei filios. Hæc constant ex sequentibus Nestorii verbis in Ephesina Synodo palam recitatis. Cæterum cum ante filius esset, & filius appellaretur, post carnem tamen assumptam seorsum per se filii nomine appellari non debet, ne duos filios videamur inducere. Sed quoniam illi unitus est qui in principio filius erat, non potest quod quidem ad filiationis dignitatem attinet, non quoad naturas, propterea etiam divisionem suscipere, secundum dignitatem dico filiationis, non secundum naturas.

Ibid.

II. Eusebius professione scholasticus, vir quidem sane probus, qui adhuc inter laicos erat, religioso zelo permotus, cum in media Ecclesia his profanis vocum novitatibus uteretur Nestorius, contentiori voce inclamitans, affirmavit ipsum ante sæcula Verbum etiam secundam subiisse generationem, id est, illam

Cyril. adv. Nest. l.1. *Eusebius se opponit Nestorio.*

Christi An. 429.

illam secundum carnem & ex muliere. Tumultuantibus ad ista populis, & majori ac saniori parte maximis illum laudibus attollente ut pium, & rectorum dogmatum haud expertem. Aliis nihilominus adversus eum efferatis, interponit se Nestorius, & illos approbat in sermone quodam, quem initio anni quadringentesimi vigesimi noni habuit velut adversus Arianos & Macedonios, reipsa vero adversus Catholicos, quo priores confirmavit errores. Eusebius, qui propter singularem doctrinam & pietatem postea Dorylæi Episcopus renuntiatus est, sequentem in eum ejusque fautores proposuit obtestationem: " Quicumque schedam hanc accepturi sunt, eos per Sacro-sanctam Trinitatem adjuro obtestorque, ut eamdem Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, nec non & laicis quoque Constantinopoli habitantibus ostendant, & ejusdem exemplum, ad evidentem hæretici Nestorii confusionem iisdem impertiantur; ut qui eadem prorsus sentiat, quæ Paulus Samosatenus, ante centum sexaginta annos a Catholicis Episcopis anathemate condemnatus. „ Collatisque utriusque textibus, concludit: " Ecce, consentit hæretico Paulo dicenti: alium esse Verbum, & alium Jesum Christum, & non esse unum, sicut recta prædicat Fides... Si quis ergo præsumpserit docere alium esse Filium ante sæcula Unigenitum, qui de Patre natus est, & alium ex Maria Virgine natum, non eumdem Dominum Jesum Christum, anathema sit. „ Reipsa Samosateno in ea parte consentiebat Nestorius, quemadmodum tunc in Epistola omnibus fidelibus inscripta demonstravit Marius Mercator. In reliquis vero etiam circa mysterium Incarnationis plurimum ab eo dissentiebat, Orthodoxe sentiens: Paulus enim Samosatenus docebat Christum esse purum hominem, qui nulla sui parte beatæ Virgini præexstiterit, & propter singularia sua merita factus sit Filius, imo & Deus, communicatione potestatis, gloriæ, & officii cum Verbo æterno, a quo tamen alium esse dicebat, Verbum autem negabat aliam esse a Patre Personam. Inepte vero Socrates Nestorium recte sensisse de Christo, sed ex imperitia de sola voce Theotocos male disputasse insinuat: errorem enim ejus gravissimum peritissimi illius ætatis viri, & tota judicavit Ecclesia.

1. parte Conc. Ephes.

Socrat. l.7. c.32.

His perlectis, magna facta est fidelium commotio, ita ut plebs Constantinopolitana levibus quibusdam vanisque hominibus, & iis, qui Nestorio adulabantur, exceptis, a synaxi abstineret; abstinerent ab ea quoque omnia fere monasteria, eorumque Archimandritæ, imo & pars magna Senatus, verentes, ne ipsomet Episcopo, & illis etiam, quos Antiochia discedens secum abduxerat, quidvis perversum evomentibus, aliquod in fide detrimentum acciperent. Nestorius de his graviter conquestus est in sermone de peccato originali, quod recte astruit, Juliano tamen præsente & audiente, qui ad eum venerat cum Cœlestio, Persidio, Marcello, Floro, Orontio & Fabio, ejus fautoribus exauthoratis, ut ejus ope Imperatoris animum inflecteret, quibus spem dederat restitutionis; rebus enim suis idoneos existimabat, nec immerito; eadem enim fere cum ipso circa mysterium Incarnationis docebant, quemadmodum Juliano exprobrat Augustinus; " Secundum vos, inquit, non a Verbo Dei homo susceptus est ut ex Virgine nasceretur, sed natus ex Virgine, suæ postea voluntatis virtute perfecit, & fecit ut a Verbo Dei susciperetur; non talem ac tantam voluntatem illa susceptione habeas, sed ad illam susceptionem tali ac tanta voluntate perveniens: nec Verbum caro factum est in utero Virginis, sed postea merito ipsius hominis, & ejus humanæ voluntariæque virtutis. „ Hinc, ut Photius refert ex libro, cui titulus erat, Exemplar Actorum ab Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata: Hinc, inquam, asserebant non genitum esse Verbum, sed eum qui ex Maria natus est, ob naturalis voluntatis dignitatem habuisse Verbum concomitans, cum sola ista nobilitate & eadem appellatione communicare cum ratione filiationis. In tribus igitur cum Nestorio consentiebant Pelagiani. Primo. Verbum non esse genitum. Secundo. B. Virginem non esse Deiparam. Tertio. In Christo humanam naturam sola connexione dignitatis secum habere Verbum concomitans. Nestorius quidem moralem hanc unionem in utero factam esse dicebat; Pelagiani vero post Christi nativitatem, scilicet, ut scribit Cassianus, dixerunt Dominum Salvatorem nostrum post baptisma factum esse Christum, post Resurrectionem Deum, alterum assignantes unctionis mysterio, alterum merito passionis.

Cyril. adv. Nestor. l.1. c.14.

Merc. præf.

Aug. op. imperf. l.4. n.83.

Phot. Bibl. cod. 4.

Cassian. l. 1. de Incarn.

Nestorius, cum jam palam diceretur hæreticus, hos rumores ut compesceret, concionem habuit velut adversus Apollinaristas, qui naturas in Christo confundebant, invisum Catholicis ea tempestate nomen: in eo texit venenum artificiosius, verbis usus in speciem Catholicis, sed quæ errori suo facile accommodaret. Fatebatur enim Verbum divinum & naturam humanam in Christo habere quandam conjunctionem, qualem habent homo ejusque vestimentum, quæ certe non separata sunt. Christus, inquit, secundum quod est Filius, indivisus est. Non enim habemus duos Christos, vel duos Filios... Filium Dei peperit Christipara. Nam quoniam Filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem Filium Dei, quia peperit hominem, qui est Filius Dei propter conjunctum ei Filium Dei. Quo sensu Christum dicat indivisum & unum Dei Filium, ibidem sic explicat: " Meministis eorum quæ sæpe dixi vobis, cum duas in Christo Domino naturas distinguerem: duæ sunt enim, si naturam spectes; si dignitatem, simplex: Naturarum enim authoritas una est, propter conjunctionem: naturis quidem semper in suo ordine permanentibus, sed dignitate enim juncta, ut jam dixi, in authoritatem unicam. „ Ac proinde solam conjunctionem dignitatis agnoscit.

Marius Merc. apud Garn. p.8. in part. 2.

III. Proclus vir magnæ eloquentiæ & authoritatis, qui licet ordinatus Episcopus, Catechistæ Presbyteri munus continuabat Constantinopoli, hæc indigne ferens, solemniori die festo Annuntiationis, orationem panegyricam de laudibus Deiparæ Virginis habuit, audiente ipso Nestorio: " Virginalis hodie, inquit, solemnitas linguam nostram, Fratres, in præconium vocat... Quem cœlum non caperet, venter Virginis cepit. Natus est ex muliere Deus, sed non nudus; & natus est homo, sed non purus... non erubuit amator hominum muliebres partus, vitæ enim erat negotiatio quæ agebatur. Non coinquinatus est habitans viscera, quæ ipse sine contumelia condiderat. Si non virgo mansit mater, purus est homo qui natus est, & non extitit mirabilis partus: si autem & post partum Virgo permansit, ille ineffabiliter ex ea natus est, qui sine prohibitione januis clausis ingressus est, cujus conjunctionem naturarum agnoscens Thomas exclamavit dicens: Dominus meus & Deus meus.... Non ex provectu factus est Deus Christus, absit; sed propter miserationem, quemadmodum credimus, factus est homo; non hominem Deificatum prædicamus, sed Deum Incarnatum confitemur... Venit salvare, sed & oportebat pati: quomodo ergo poterant utraque fieri? Homo purus salvare non valebat; Deus nudus pati non poterat; ipse existens Deus natura factus est homo, & eo quod quidem erat, salvavit, eo autem quod factus est, pertulit... Ecce approbatio manifesta sanctæ Genitricis Dei Mariæ. „

Procli sermo adv. Nestor.

Merc. ib. p. 19.

Orationem Procli magnis plausibus omnes excepere. Nestorius vero pro more surgens, ut de ea ferret judicium, eam improbavit, & quæcumque ejus hæresi adversabantur, damnavit blasphemiæ. " Qui dicit simpliciter, ait, de Maria natum Deum, & non ille qui natus est conjunctione duarum naturarum, divinæ scilicet & humanæ, Deum esse reputaverit; audiet: Ego natum & mortuum Deum & sepultum adorare nequeo: liquida autem divisio dogmatis ista est: qui natus est, & per partes incrementorum temporibus eguit, & mensibus legitimis portatus in ventre est, hic humanam habet naturam, sed Deo sane conjunctam. Aliud est autem dicere, quia nato de Maria conjunctus erat Deus ille, qui est Verbum Patris, quod est liquidissimum ac firmum atque irreprehensibile gentilibus; & aliud, quia ipsa divinitas indiguit nativitate in mensibus decurrente: Verbum enim Deus temporum est opifex, non in tempore fabricatus... Nemo eum, qui se est antiquior, generat. „ Dorotheus Episcopus, vir quæstus causa adulationi deditus, linguaque ad temeritatem promptus, surrexit, & magna voce clamare ausus est: Si quis Mariam esse Deiparam dixerit, anathema sit. Mox ingens populi clamor, & discessio consecuta est. Hoc dictum tamen silentio suo comprobavit Nestorius, atque cum Dorotheo sacram synaxim peregit.

Nestor. serm. 4. apud Garn.

Nestorius suos confirmat errores.

Postea in publico consessu eum corripuerunt plures Presbyteri, & ab ejusdem communione desciverunt. Alii vero quoniam in Ecclesia Irene maritima contra pravum ejus dogma invehebantur, dicendi facultate privati sunt. Unde accidit ut populus usitatam fidei præ-

Epist. Cyril. ad Acac.

Conc. Ephes. pars 1. c.17. nov. edit. & c.30. vet.

prædicationem requireret, publice inclamaret: Imperatorem habemus, Episcopum non habemus. Objecit etiam indigentium negligentiam, facultatesque pauperum cupidis hominibus erogatas, & comminatus est projectionem in mare, & pastoris in lupum versi necem. Minas excepissent facta, nisi Magistratuum potentia ipsiusque Imperatoris Nestorio faventis retinuisset manus.

Cyrill. in Encom. Virg.

Nestorius superbia elatus ista contemnens, tribus consequentibus post Paschalia synaxibus, tres habuit sermones in Proclum Dei Genitricis laudatorem, quem suppresso ejus nomine conviciis onerat, tresque præcipuas illius homiliæ sententias redarguit, nempe quod Deus sit passus, & mortuus, quod Deus sit noster Pontifex, & quod B. Virgo dici debeat Theotocos, seu Deipara. De his vero quæ contra ipsum gesta dictave fuerant, sic loquitur: " Contumelias quidem in me hæreticorum arbitror tanquam delirantium machinas, & horum in mare comminatas submersiones, & indigentium negligentiam, quam nobis objiciunt, & aliorum in nos garrulitatis deliramenta, tanquam ranarum ego strepitus rideo ... „ Infra totum impietatis virus evomit. Hoc enim argumento cum vehementius urgeretur: Si Crucifixus non est verus Deus, cur adoratur? respondet: " Adoro hunc cum Deitate, tanquam divinæ cooperarium authoritatis .... Propter occultum adoro quod oculis patet. Inseparabilis est Deus. Ejus qui apparet, dignitatem non separo, inseparabilis est enim; separo naturas, sed conjungo reverentiam. Non per seipsum Deus, quod in utero figuratum est ..... Non per se Deus est, quod in monumento sepultum est: sic enim essemus hominis, & mortui manifesti cultores. Sed quoniam in assumpto est Deus, ex assumente qui assumptus est tanquam assumenti conjunctus, appellatur Deus. „ Eosdem adversus Proclum sermones ordine dispositos ad varias transmisit Provincias, ipsius cura delati sunt Romam, & ad Ægypti monasteria. Hic leves homines in errorem abducti, rectene ille sentiret, an secus, anxie inter se disquirere cœperunt. Nonnulli Christum dici divinitatis instrumentum, vel theophoron, non vero Deum volebant.

Nestor. serm. 7. apud Merc. pag. 33.

Nestorii impietas.

Cælestinus Pap. ad Ægyp. monach.

IV. D. Cyrillus Alexandrinus Episcopus, hæc cum per aliquos monachos, qui venerant Alexandriam, rescivisset, iisdem literas ad suos deferendas dedit, quibus eos in fide confirmaret: " Miror, inquit, majorem in modum esse aliquos omnino, qui utrum sacra Virgo Deipara appellanda sit, plane addubitent. Etenim si Dominus noster Jesus Christus Deus est, quo tandem modo sacra Virgo, quæ illum edidit, Deipara non dicatur? hanc fidem divini discipuli nobis tradiderunt, quamvis illius dictionis non meminerint. Ad hunc modum a sanctis Patribus instituti sumus. „ D. Athanasii verba laudat, qui non semel B. Virginem vocat Deiparam; tum probat ex symbolo Christum esse vere Deum: unde concludit ejus Matrem recte dici Deiparam. Et quoniam inde consequens esse dicebat Nestorius, Mariam esse Matrem divinitatis, respondet: " Vivum illud subsistens Dei Verbum vere extra ullam controversiam ex ipsa Dei, & Patris essentia genitum esse dicimus: verumtamen illud idem Verbum novissimis ævi hujus temporibus Incarnatum, hoc est, corpori anima intelligenti informato conjunctum, secundum carnem quoque ex muliere natum esse. Habet autem hoc Incarnati Verbi mysterium non modicam cum humano partu cognationem: quandoquidem terrenorum hominum matres naturæ ad generandum subservientes, in utero quidem carnem gestant.... Deus vero corpusculo jam perfecto ..... spiritum infundit ..... Atque licet illæ terrestrium duntaxat corporum matres fiant, non alteram tamen hominis partem, sed totum hominem .... parere dicuntur .... Quemadmodum ergo unus homo ex anima, & corpore constituitur, ita & in Emmanuelis quoque ortu accidisse cogitemus. Nam ex Dei Patris substantia natum est, ut dixi, Unigenitum illius Verbum; hoc autem posteaquam carne, quam propriam sibi fecit, assumpta, nostroque more in lucem exortum, & Filius hominis factum est, citra omnem absurditatem, imo vero necessaria convenientique ratione secundum carnem ex muliere natum creditur, & prædicatur ...„ Quod autem ejusmodi naturarum unio verissime in Christo extet, probat pluribus argumentis, quæ ex sacra Scriptura deducit, ex quibus concludit: " Cum igitur secundum naturam verus sit Rex, & Deus item verus, scilicet Christus: cui dubium esse potest, quin sacra Virgo Deipara sit nominanda? „ Idem argumentum in decima septima Paschali epistola attigit Cyrillus, & fusius tractat in scholiis de Incarnatione.

Cyrillus se opponit Nestorio. Maria est Deipara.

Epist. s. Cyril. ad Monach.

Deus vere natus ex Maria.

Illius ad monachos epistolæ quædam exempla suis Apocrisariis misit ad urbem Constantinopolim; ibidemque lecta tanto adjumento fuerunt, ut plurimi de Magistratu ejus rei causas per literas ei gratias egerint. Verum hoc ipsum Nestorio quoddam iræ contra Cyrillum susceptæ fomentum subministravit... Jussit ergo Nestorius Photium quemdam respondere, & occultas primum, tum apertas inimicitias adversus Cyrillum exercuit. Cumque in urbe Regia Ægyptii quidam versarentur, in quos Cyrillus propter infamiam vitæ, & scelera ex præscripto Canonum animadverterat, Nestorius eos subornavit ad calumniam Cyrillo faciendam, dandosque adversus ipsum sibi, & Theodosio libellos, quibus argueretur, non Ecclesiam modo male administrare, sed in Ægypto etiam contra Imperatorem pene tyrannidem occupare.

Ep. Cyrilli ad Cælest. Apolog. Cyril. ad Theod.

V. Cœlestinus Papa receptis Nestorii sermonibus iis atque Orientalium turbis plurimum offensus, cum Episcopis, qui ipsi aderant, inquirendum existimavit, Nestoriine essent chartulæ, an ab alio profectæ? qua de re literas dedit ad Cyrillum, qui simul a venientibus ab Oriente audivit non parvam Ecclesiarum esse ortam de hujusmodi tractatibus perturbationem. Quibus adeo permotus est, ut statim voluerit Synodicis literis commonefacere Nestorium, se cum eo communionem retinere non posse, qui talia doceret ac saperet: ratus tamen lapsis manum porrigendam, prostratosque tanquam Fratres erigendos esse, distulit, sed hortatus est illum per literas ut a perversa illa doctrina resipisceret, turbarum causam in ejus scripta, quæ circumferebantur, conjicit, seque Fidei periculo compulsum scripsisse monachis, ut jam depravatos corrigeret. Nestorius his literis ægre rescripsit per Lamponem Presbyterum, fucatamque affectans lenitatem, Cyrillum accusat, quasi prior ad se minus modeste scripserit. Atque hoc fuit inter eos initium apertæ contentionis.

Cyril. Ep. 2. ad Nestor.

Cyril. Epist. ad Cœlest. 1. part. Concil. Ephes.

VI. Constantinopoli crescente scandalo, magna facta est animorum commotio adversus Nestorium, qua vehementer exacerbatus, in multos carcere, verberibus, & exilio desæviit, impiam doctrinam in suis concionibus semper inculcans. Basilius Diaconus, & Archimandrita, aliique monachi in sua ad Theodosium Imperatorem supplicatione, quæ gesta sunt, referunt. Exponunt primo hanc esse constantem omnium fidelium fidem, Christum Dei Filium esse verum Deum, sicut Apostoli, & Patres, quorum nomina recensent, & Synodi tradidere. Secundo. Hanc fidem impugnasse Nestorium, qui Christum natura verum Deum, sanctam vero Virginem Deiparam esse obstinata animi contentione negare pergit. Tum narrant quomodo Cleri, & populi magna pars ei restiterit. Addunt. " Verum hic populi conatus non remansit impunis. Pars namque a ministris comprehensa atque ad Tribunal abstracta, tali immanitate diverberata exceptaque est in regia civitate, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque usitata fuit ..... Simplex quidam monachus zelo vehementi instigatus, in medium Ecclesiæ progressus, cum synaxis celebraretur, impietatis præconem, quod hæreticus esset, ab ingressu probibere conatus est. Sed hunc ille cæsum magnificis præsidibus tradidit, flagrisque denuo dissectum, & publice cæsum præcone non absque clamore præeunte, in exilium expulit ..... Nos, quo perfecte edoceremur, an falsa quæ de eo acceperamus, in Episcopale palatium ejus jussu conscendimus. Semel autem atque iterum in aliud tempus rejecti, via tandem prodiens: Quæ, inquit, vultis, ea paucis exponite. Posteaquam vero ex nobis audivit quæ docuerat, scilicet Mariam nihil aliud peperisse, quam hominem sibi coessentialem; nihil rursum ex carne nasci posse, nisi carnem; ea rectæ fidei consentanea non esse, statim nos capi jussit: inde cædente nos turba satellitum, ad tribunal abducimur, ibidemque velut scelerati denudamur ... Et strati vapulamus, calcibusque impetimur .... Cæterum diu multumque vexati, fameque tabescentes, sub custodia non modico tempore sumus asservati... Demum urbis Præfecto traditi sumus, ferroque onusti ad carcerem abstrahimur: hinc iterum extracti,

Monachi accusant Nestorium.

Basil. & monach. supplic. ad Theodos. 1. part. Concil. Ephes. *Nestorii crudelitas.*

CHRISTI AN. 429.

catenisque ut antea impediti prætorio sistimur. Cumque nullus plane, qui nos accusaret, præsto foret, rursum ad reorum locum a satellitibus reducimur; hucque reducti, denuo ab illo in faciem cædimur. Denique composita oratione per fraudem assensus est, ut postea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus sit de sancta Deipara Maria: addens quoniam est etiam alius filius, atque in hunc modum tandem dimisit nos. Quamobrem iterum atque iterum immortalem piissimamque fidem vestram obtestamur, ne Orthodoxam Ecclesiam orthodoxi piissimique regni vestri temporibus ab hæreticis adulterari ultra permittatis .... Vestra proinde Majestas efficiet, ut sacra, & œcumenica Synodus primo quoque tempore huc coeat, quo hac præsente Christus sanctissimam Ecclesiam uniat .... „ Obtestanturque interea Nestorii conatus reprimat, nec in Orthodoxos sævire permittat.

Synodi petitio.

Marii Merc. commonitorium.

VII. Marius Mercator eodem anno 429. commonitorium suum obtulit Theodosio contra Julianum, & Cœlestium, cæterosque Pelagianos Episcopos, quos, licet a prædecessore suo Attico damnatos, receperat Nestorius: Pelagianorum errores, historiam, & condemnationem in eo breviter exponit, & concludit hortando Julianum, partim ut exponeret, si quid haberet querelæ, vel quæstionis; partim ut suorum qui resipuerint, exemplo rediret ad Ecclesiam. Illud Latine, & Græce scriptum edidit.

Nestorii epistola ad Cœlestinum. t. parte Concil. Ephes. C. 16. ed. nov. seu Harduin.

VIII. Nestorius; timens ne Occidentales Episcopos etiam haberet adversarios, si Julianum ejusque sectatores, Synodorum suarum, & Imperatorum decretis damnatos atque proscriptos, tamen a se receptos cognoscerent; Cœlestini Papæ animum præoccupari tentavit: itaque ad eum scripsit, Julianum cum suis quotidie deferre querelas ad Imperatorem, quasi persecutionem passi essent, licet Orthodoxi, a se quidem sæpe rejectos; sed cum insistant per singulos dies, quasi eorum condemnationem ignoraret, Pontificem orat ut de his notitiam largiri dignetur, ne veritatem ignorando ab ea dissentire videatur. Nam, inquit, sectarum novitas nullam meretur defensionem a veris pastoribus. Tum ad rem suam transiens: “ Unde & nos, inquit, non modicam corruptionem Orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira, & lenitate circa ægros quotidie utimur. Est enim ægritudo non parva, sed affinis putredini Apollinaris, & Arii. Dominicam enim in homine unionem ad cujusdam contemperationis confusionem passim commiscent: adeo ut quidam apud nos Clerici, tanquam hæretici, ægrotent, & aperte blasphement, Deum Verbum Patri Consubstantialem, tanquam originis initium de Christipara Virgine sumpsisset, cum templo suo ædificatum esse, & carni consepultum: ejus carnem dicunt post resurrectionem non mansisse, sed in naturam transisse Deitatis ..... sed & Virginem Deiparam vocantes non perhorrescunt. Idque symbolo Nicæno, & Scripturis contendit esse contrarium ..... Si quis autem hoc nomen Theotocon, propter natam humanitatem conjunctam Deo Verbo, non propter parientem, proponat, dicimus quidem, hoc vocabulum in eam quæ peperit, non esse conveniens. Oportet enim veram matrem de eadem esse essentia, qua est ex se natum, ferri tamen posse propter ipsam considerationem, & quod solum nominetur de Virgine hoc Verbum, propter inseparabile templum Dei Verbi ex ipsa, non quia ipsa sit Mater Dei Verbi; nemo enim se antiquiorem parit .... Omnem, quæ tecum est in Christo, fraternitatem, & qui mecum sunt, salutamus. „ Hæ literæ docent quam vere Socrates scripserit: Nestorium fuisse hominem imperitum, qui libros veterum Interpretum haudquaquam legere dignabatur. Arrogantia enim elatus, ob dicendi facultatem, non satis accurate vetustioribus legendis operam dabat, sed seipsum reliquis præstare arbitrabatur. Literas suas misit per Antiochum virum nobilem. Adjunxit suos de Incarnatione tractatus quibus subscripserat.

Socrat. l. 7. c. 32.

CHRISTI AN. 430.

IX. Anno sequente quadringentesimo trigesimo Cyrillus, de more diem Paschatis nuntiaturus, misit ad omnes Ecclesias, sed maxime ad Constantinopolitanam, epistolam Paschalem decimam septimam, in qua Incarnationem Verbi sic explicabat, ut primum Nestorii sermonem de Virgineo partu refelleret. Interim a Clericis suis Constantinopoli morantibus recepit scriptum adversus epistolam suam ad Monachos, & quartum Nestorii sermonem adversus Proclum: intellexit quosdam Nestorii sectatores de pace jam spargere sermones. Quare scripsit ex Synodo Alexandrina secundam hanc ad Nestorium Epistolam.

CHRISTI AN. 430.

Cyril. epist. 2. *ad Nestor.* Apud Merc. p. 45. & tom. 1. Conc. nov. ed.

Incarnationis mysterium.

“ Obloquuntur quidam de mea opinione apud tuam Reverentiam, & hoc frequentius... Erit autem hoc valde recte; si sanctorum Patrum legentes libros, pro magno eos facere festinemus, probantes nosmetipsos, si sumus in fide secundum quod scriptum est, illorum rectis, & irreprehensibilibus dogmatibus nostros intellectus bene conformemus. At igitur magna, & sancta Synodus Nicæna, ipsum, qui est ex Deo Patre naturaliter Deus, Deum de Deo Vero .... Incarnatum esse, & hominem factum passum esse .... Hæc nos sequi verba debemus... considerantes quid sit Incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa facta sit caro, sed neque quod commutata sit in totum hominem, qui constat ex anima, & corpore. Sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali uniens sibi Verbum secundum subsistentiam, ineffabiliter, & inintelligibiliter factus est homo, & appellatus est etiam Filius hominis, non secundum voluntatem solum, aut complacitum, sed neque ut in assumptione personæ solius; sed quod diversæ quidem ad unitatem veram convenere naturæ: unus autem ex utrisque Christus, & Filius, non quasi sublata naturarum differentia propter adunationem; perfecerunt autem magis nobis unum Dominum Jesum Christum, & Filium divinitas, & humanitas, per arcanum illum, & ineffabilem concursum ad unitatem. Sic dicitur, licet ante sæcula habens essentiam, & genitus sit ex Patre, nasci secundum carnem ex muliere; non quasi divina ipsius natura de sancta Virgine sumpserit exordium, neque quod indiguerit necessario propter se secunda nativitate post eam, quæ ex Patre est .... sed quia propter nos, & propter nostram salutem uniens sibi secundum subsistentiam naturam humanam, processit ex muliere, ideo dicitur nasci carnaliter. Non enim primum homo natus est communis ex sancta Virgine, deinde in eum descendit Verbum; sed ex ipsa vulva unitum dicitur sustinuisse carnalem generationem, utpote propriæ carnis generationem participans. Sic dicimus eum pati, & resurgere: non quasi Dei Verbum passum sit in sua natura, aut plagas, aut fixuras clavorum, aut alia vulnera. Impassibilis enim est Deitas, sed quoniam quod factum est proprium ejus corpus, ista passum est; rursus ipse dici potest pati pro nobis. Erat enim impassibilis in corpore passibili. Eodem modo, & de morte ejus sentimus; immortalis quidem secundum naturam, & incorruptibilis, & vita, & vivificator est Deus Verbum. Quoniam autem ejus corpus gratia Dei, ut ait Paulus, pro omnibus gustavit mortem, ipse dicitur pro nobis pati mortem. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet. Sed quia, ut nuper diximus, ejus vera caro mortem gustavit... Sic Christum unicum, & Dominum confitemur, non quasi hominem cum Verbo coadorantes, ut non divisionis quædam species inducatur, cum dicitur, cum; sed ut unum, & eundem adorantes: quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipse etiam assidet Patri, non quasi duobus considentibus filiis, sed ut uno secundum unionem cum carne. Si autem adunationem secundum subsistentiam vel quasi impossibilem, vel quasi indecoram recusamus, incidimus ut dicamus duos filios, necesse est enim omnia distinguere, & dicere hominem quidem specialiter fuisse Filii appellatione honoratum, & rursus specialiter Verbum, quod ex Deo, filiationis nomen, & rem habere naturaliter. Non ergo dividendus est in duos filios unus Dominus Jesus Christus. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licet Personarum unitionem divulgent nonnulli; non enim Scriptura dicit, quod Verbum hominis personam sibi unierit, sed quod factum sit Caro. Verbum autem factum esse carnem, nihil aliud est, quam sicut nos participasse carni, & sanguini, & suum corpus fecisse nostrum, & hominem processisse ex muliere; nec tamen abjecisse esse Deum, atque ex Deo Patre natum esse; sed in assumptione carnis permansit quod erat. Hoc itaque accuratus fidei sermo ubique prædicat, sic sapuisse sanctos Patres invenimus, nec dubitarunt sanctam Virginem dicere Theotocon, non quasi Verbi natura, vel ejus divinitas initium, ut esset, acceperit a sancta Virgine; sed quia ex ea natum est sanctissimum illud corpus, quod rationabiliter animatum est, cui etiam secundum hypostasim adunitum Verbum nasci secundum carnem dicitur. „ Demum hortatur Nestorium ita sentiat, & doceat, ut Ec-

CHRISTI AN. 430.

ut Ecclesiarum pax & concordia servetur. Illius epistolæ versio, quam edit Marius Mercator, cum aliquas habeat expositiones duriores, ut minimum dicam, & quædam paraphrastice, alia vero compendiose reddat, hanc textui græco magis inhærentem secuti sumus.

Ibid. Cyril. ep. seu commonit. ad suos Cler.

Apocrisariis etiam suis commonitorium misit Cyrillus, eos docens, qua ratione deberent, si de pace tractaretur, se gerere cum Nestorianis, qui adversus se duos libellos blasphemiis plenos publicarint etiam Alexandriæ; hanc vero se in votis habere, si rectam fidem cum suis profiteatur Nestorius. " Scribat, inquit, Catholicam Fidem, & mittat Alexandriam, paratus sum & ego pro viribus meis similia scribere, & edere librum, ac dicere nullum debere gravari consacerdotem nostrum, quia ejus voces dicimus habere rectam intentionem, & propositum manifestum. Si vero in pravitate inanis gloriæ permanet, petitque pacem, nihil restat, nisi ut obstemus totis viribus, ne consentire illi putemur. Nam mihi pro fide, quæ in Christo est, & laborare & vivere, & mori maximum est votum. " Præscribit etiam, quæ eorum quæstionibus respondere debeant, ac refellit objectiones. Suppresso denique eorum libello supplici, utpote acerbiore, mittit alium, quem tradant Imperatori, si necessitas postulaverit; Nestoriumque, qui per sceleratos homines eum accusare parabat, detrectat Judicem.

Ep. 2. Nest. ad Cyril. tom. 5. Concil. nov. ed. Hard. & apud Merc. p. 57.

X. Nestorius receptis secundis Cyrilli literis iracunde rescripsit: eum ignorantiæ accusat, quasi Dei Verbum esse passibile diceret, quamvis id verbis expressis negasset. His subjicit suam Fidei professionem circa Incarnationem, sed ambiguam; laudat Cyrillum quod admittat naturarum divisionem secundum humanationis & Deitatis rationem, & earum in unius Personæ conjunctionem: contenditque B. Virginem dici debere, Christi, non autem Dei, Genitricem. Nestorius hic admittit moralem tantum in Christo Personarum unionem, quæ facta sit secundum dignitatem; hinc utitur voce græca Synaphæja, quæ tantum connexionem significat. Econtra fides docet substantialem naturarum unionem in singularitate unius Personæ, ita ut utraque natura, divina & humana, Persona Verbi subsistat & terminetur. Concludit insultans: " Cognosce deceptum esse temetipsum ab iis, qui a sancta Synodo depositi sunt, utpote quæ sunt Manichæorum sapientes, aut forte a Clericis, qui sunt tuæ charitatis. Quæ sunt vero Ecclesiæ nostræ quotidie proficiunt. " Manichæi, quos ait in Synodo quadam Constantinopolitana depositos, sunt adversarii Pelagianorum; Imperator enim accepto Marii Mercatoris commonitorio, Julianum & Cœlestium, aliquosque Pelagianos urbe regia ejecerat. Id ægre ferens Nestorius, Cœlestium cum sociis per literas consolatus est, eorumque adversariis, Pelagianorum more, Manichæismi crimen imposuit, damnavitque eos, qui assererent animam Adæ in peccato mortuam esse: cum diabolos in cor hominis non ingrediatur. Jam fecerat ut Cœlestius ante discessum libellos daret adversus Philippum Presbyterum, qui ipsum arguerat. Nestorius hunc vocavit ad Concilium: venit ille: Cœlestius vero non venit: Nestorius igitur ad aliam accusationem confugiens, dixit Philippo: cur congregationem fecisti? cumque omnis Clerus diceret: quisque nostrum eo tempore & pro necessitate facit: adversus eum sententiam excommunicationis tulit.

Nestorius favet Pelagian.

Cyril. common. ad Possid. Concil. tom. 2. nov. ed.

XI. D. Cyrillus timens ne vafer hæreticus Imperatori blandis suis sermonibus imponeret, ejusque patrocinio se tueretur, scripsit duos de fide tractatus: primum inscripsit Theodosio: authoritates & rationes quibus Nestorii hæresim impugnarat in literis ad Monachos diligentius expendit. In hæc verba Patris æterni de Christo: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite: " Advertite, inquit, quomodo hic non dicat: In hoc est Filius meus, ne alter ab altero seorsim per se positus: hoc est, divisus intelligatur, sed quo secundum dispensatoriam unionem unus idemque simpliciter accipiatur: Hic est Filius meus. " Argumentum vero ex Eucharistia desumptum sic urget: " Videre est autem ubi Verbum propriæ actionis gloriam propriæ carni largiatur: econtra rursum ubi quæ carnis sunt, in se transferat, ac propter dispensationis unionem propriæ quodammodo naturæ tribuat. Sed dixerit quispiam: nonne in Verbum, quod secundum naturam a Deo Patre procedit, maxime convenit de cœlo venire, eaque, quibus vitam impertiri voluerit, posse vivificare? utique. Verum dic, quæso te, numquid divino modo condere ac procreare, humanæ quoque naturæ largiendum est? minime gentium. Ecquo ergo modo nos vivificat ut Deus? Hoc non tantum facit, quia Spiritum sanctum nobis impartitur, sed per hoc quoque quod Filii hominis carnem, quam assumpsit, vescendam proponit. Ait enim: Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis..... Demum tantum non digito seipsum in Corpore constitutum demonstrans, ita ait: Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita. Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut me misit vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Atqui nulli obscurum est, Carnem Filii hominis non descendisse de cœlo, sed e sacra Virgine secundum Scripturas sumptam esse. Æque certum est, Verbum secundum se manducari non posse: attamen quod secundum illam dispensatoriam unionem, utramque naturam in se complectatur, & quasi in unum colligat, fit ut utriusque naturæ proprietates familiariter sibi vindicet usurpetque. Annon carnem quæ de terra est, quod quidem ad propriam naturam attinet, inefficacem ad hoc fuisse agnoscimus, ut vivificare possit? Quo igitur modo, dic quæso, aut caro vivifica est, aut corpus quod terrenum est, e cœlo dilapsum intelligi potest? utique secundum unionem, qua viventi illi cœlestique Verbo conjunctum est. Hunc ergo in modum sentientes, vera divinisque literis consentanea sentiemus. "

Matt. 17. Cyril. de recta fide ad Theod. *Caro Christi est vivifica, quare?*

CHRISTI AN. 430.

Joan. 6.

Alterum fidei tractatum de Incarnatione misit ad Reginas, scilicet ad Pulcheriam, cujus potior tunc erat authoritas, & ad ejus sorores Virgines, quas ideo Christi sponsas vocat. Duæ sunt illius partes: in prima Mariam Virginem vere dici Deiparam Patrum probat authoritate: primo Athanasii, qui ait: " Agnoscimus illum Dei Filium, & Deum esse secundum spiritum; Filium autem hominis secundum carnem: non duas naturas unum Filium, unam adorandam, alteram non adorandam, sed unam naturam divini Verbi Incarnatam, quæ simul cum sua carne una adoratione adoratur.... Si quis autem aliud ex divinis literis docuerit, & alium Dei Filium, alium rursus eum, qui ex Maria progenitus est, & per gratiam instar nostri adoptatus, professus fuerit, tanquam duo sint filii; alter Dei secundum naturam, ille videlicet qui ex Deo natus, alter ejusdem rursus secundum adoptionis gratiam, homo nimirum qui ex Maria extitit; aut si Domini nostri carnem non ex Deipara Virgine sumptam, sed cœlitus delapsam prædicaverit... Hunc anathemate plectit sancta & Catholica Dei Ecclesia. " Hæc verba postea fuere magnarum contentionum & occasio & materia. Secundo. Laudat etiam hæc verba D. Chrysostomi, quem ad Nestorii partes voluerunt trahere quidam recentiores, " Omnia Deo obediunt. Hodie qui est, gignitur, & rursum qui est, fit quod non erat: nam cum Deus esset, fit homo; ab ea tamen quam habebat Deitate, non excidit: nec cum Deitatis jactura factus est homo; neque rursum per succedentia incrementa ex homine factus Deus: sed Verbum existens, natura propria ob sui impatibilitatem manente indemnitatu, factum est Caro. Adjungit demum: Qui in solio sublimi præcelsoque consedebat, is in stabulo ponitur: qui impalpabilis simplex ac incorporeus erat, humanis manibus contrectatur. Qui peccatorum vincula disrupit, fasciis constringitur. " In secunda parte Christum esse verum ac naturalem Deum propter humanæ naturæ unionem cum Persona Verbi demonstrat variis Scripturæ testimoniis. Unum tantum proferam: " Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna, Dei Patris Verbum, prout secundum se nude, & extra carnem consideratur, non appellatur Jesus Christus; Christi autem Jesu Nomen tunc demum sortitum, cum homo factus est; cum ipse igitur verus sit Deus, & vita æterna, quis secus sentientes ferre queat? "

Cyril. tract. 2. de recta fide ad Regin.

Chrysostomum pro se laudat Cyrillus.

Joan. 1. *Christi vera divinitas.*

Eorum, quæ in causa Nestorii scripserat & egerat, synopsim Cœlestino Papæ scripsit: simulque quonam res sit in statu, sic significat: " Sciut pietas tua com-

Christi An. 430.

Cyril ep. ad Cœl. tom. 5.

commenta illius Orientales Episcopos non probare, sed offendi eos ac dolere, ac præcipue Macedoniæ Episcopos. Et quia hoc Nestorius non ignorat, se omnibus sapientiorem existimat, se solum Christi mysterium cognovisse somniaa. Atqui quomodo non magis secum reputat, eum per omnem terrarum Orbem sparsi Orthodoxi Episcopi & laici Christum Deum, Virginem vero, quæ illum genuit, Deiparam esse confiteantur, se solum, qui hoc inficiatur, errare?..... Populus Coostantinopolitanus assidue magis magisque corrumpitur, magnaque animi ægritudine laborans, Catholicorum Doctorum præsidium quotidie exspectar avide..... At quamvis res ita se habeat, non prius tamen illius communionem confidenter deserere ausi fuimus, quam hæc ipsa pietati suæ indicaremus. Digneris proinde quid hic sentias, declarare; quo liquido nobis constet, communicarene nos eum illo oporteat, an vero libere eidem denutiare, neminem eum eo communicare, qui ejusmodi erroneam doctrinam fovet ac prædicat. Porro tuæ integritatis mens, & super hac re sententia non modo pissimis Macedoniæ Episcopis, sed totius quoque Orientis Antistitibus præcipue per literas exponi debet.... Quo autem sanctitas tua, tam quæ ille dicit, ac sapit, quam quæ beati & magni illi Patres nostri tradiderunt, clare perspiciat, misi tomos aliquot capitum quorumdam fragmenta coatinentes: quos quoque, quantum per illos fieri potuit, qui Alexandriæ vivunt, latine reddi curavi. Epistolas quoque a me scriptas tradidi Possidonio Diacono, studiose illi injungens, ut tuæ sanctitati eas offerat.„ Nestorii errores in eo commonitorio breviter exposuerat.

Acacii ep. ad Cyrillum apud Cyril. tom. 3.

Acacio Beroensi de iisdem scripsit Cyrillus. Respondit ille motum hunc esse sedandum: " Quanquam, inquit, plurimi tum Clero adscripti, tum plebei quoque ex urbe Constantinopolitana Antiochiam & ad nos usque profecti, a prædicto sermone abhorrere non videantur.... Ajunt enim in sensu nihil continere, quod vel Apostolicæ doctrinæ adversetur, vel quod fidei a sanctis Patribus in Nicæa ad homousion constituendum congregatis definitæ, & universæ Ecclesiæ traditæ repugnet.„ Deinde hortatur ut latens in verbo per imprudentiam elapso virus manifestet, & tumultus comprimat. Eadem secum sentire Joannem Antiochenum, quem, licet recens ordinatum, plurimi faciant Orientales Episcopi. Uterque his propensum suum in Nestorium studium satis indicat.

XII. Cœlestinus receptis utriusque partis literis, jussit ut in latinum sermonem verterentur, quo certius de iis ferret judicium. Simulque per S. Leonem tunc suum Archi-diaconum rogavit Cassianum, qui absolutis collationum libris, eloquentiæ & pietatis laude florebat, ut adversus novam hæresim scriberet de Incarnatione tractatum. Cassianus morem gerens opus suum in septem libros divisit. In primo libro refert antiquas hæreses circa Incarnationem. His adjungit Pelagianos, qui dicentes solitarium hominem Jesum Christum sine ulla peccati contagione vixisse, eo progressi sunt, ut assererent homines, si velint, sine peccato esse posse.... Hinc in monstrosiorem insaniam protumpentes, dixerunt, Jesum Christum hunc in mundum, non ad præstandam humano generi redemptionem, sed ad præbenda bonorum actuum exempla venisse.... Evacuantes, quantum in ipsis fuit, omne sacri adventus donum, & omnem divinæ redemptionis gratiam. In secundo, & tertio libro B. M. Virginem recte dici Deiparam, & Christum ab Incarnatione vere Deum esse demonstrat.

Cassianus de Incarnatione.

In quarto libro probat in Christo unam esse utriusque naturæ hypostasim, ac proinde Christum vere appellari Dei Filium, & Deum, atque ex ea unione reali & physica recte sequi communionem idiomatum, qua quæ propria sunt humanæ naturæ, & quæ propria sunt divinæ, uni eidemque Personæ conveniunt, licet secundum diversas naturas. Id astruit primo ex his Christi verbis: " Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis, qui est in cœlo. Et iterum: Si videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius. Filium hominis in cœlo fuisse dixit, Filium hominis e cœlo descendisse memoravit. Quid mussitas? negato hoc, si hoc vales..... Deus hoc locutus est mihi; verbum illius summa ratio est... Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo. Verbum utique Patris semper in cœlo fuit: & quomodo ille Filium hominis semper in cœlo fuisse memoravit? Intellige ergo quod eum Filium hominis esse docuit, qui semper Dei Filius fuit: eum utique eum, qui Filius hominis nuper extitit, in cœlo semper fuisse confirmet. Huc accedit majus aliud, quod eumdem Filium hominis, id est, Verbum Dei quod descendisse de cœlo dixit, etiam tunc cum in terra loquitur, in cœlo esse testatur: Nemo enim, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo. Quis, quæso, est qui hoc loquitur? Christus utique. Ubi autem tunc erat cum loqueretur? in terra scilicet. Et quomodo se & e cœlo, cum natus est, descendisse, & cum loquitur, in cœlo esse testatur: & eumdem se Filium hominis esse dicit, cum utique & e cœlo nisi Deus descendere non potuerit: & cum in terra loquitur, & in cœlo utique nisi per Dei infinitatem esse non possit? Adverte ergo tandem, & percipe, quod idem est Filius hominis qui Verbum Dei, quia & Filius hominis, dum ex homine vere nascitur, & Verbum Dei, dum idem qui in terra loquitur, manet semper in cœlo. Ac si humanæ est nativitatis quod Filium hominis vere se dicit, divinæ autem infinitatis, quod e cœlo penitus non recedit. Et ideo bene Apostolus instar divinorum verborum docens: Qui enim, inquit, descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Descendit ergo e cœlo Verbum Dei: ascendit autem Filius hominis: ipsum autem ascendisse quem descendisse dicit. Ergo vides quod idem & Filius hominis, qui Verbum Dei; & ideo secundum divini Verbi magisterium intrepide jam & inconctanter, & Filius hominis e cœlo descendisse, & Dominus Majestatis Crucifixus esse dicendus est.„ In quinto libro idem argumentum prosequitur, ostendens utriusque naturæ unionem in Christo esse physicam & realem, non autem tantum moralem, qualem volebat Nestorius. In sexto libro refert Antiochenæ Ecclesiæ symbolum, quod a Nicæno parum differt, ex eoque colligit Nestorium inducere novum errorem, eique fidei, in qua baptizatus est, contrarium; quod in septimo libro confirmat ex Patrum testimoniis, præcipuaque Nestorii argumenta solvit. Concludit deplorando Constantinopolitanæ urbis casum infelicem propter acceptam a Nestorio cladem, simulque hortatur cives ut in antiqua Catholica, & avita religione perseverent.

Idiomatum communicatio in Christo.

Joan. 3. & 6.

Cassian. de Incar. l. 4. c. 6.

Christi An. 430.

Ad Eph. 4.

C. 7.

Synodus Rom. adversus Nestorium.

Interea Cœlestinus acceptis a Nestorio secundis literis, in quibus Pelagianorum occasione, quasi quærens quid de his statuendum sit, invehitur in Orthodoxos sibi contradicentes, ineunte Augusto anni quadringentesimi trigesimi Romæ coegit Synodum; quid in ea gestum & statutum sit, exponit in sua ad Nestorium Synodica. " Legimus epistolarum tenorem, & eos libros, quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem a nobis investigatus, deprehensus & tentus es, quod multiloquio labaris.... Sed in epistolis tuis apertam, non tam de fide nostra, quam de te tulisti sententiam, volens de Deo Verbo aliter, quam fides habet omnium, disputare..... Itaque quamvis etiam Frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conventum, intelligas volo, post primam & secundam illius, & hanc correptionem nostram, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii & conventu Christianorum te prorsus esse sejunctum, nisi mox, quæ male dicta sunt, corrigantur, nisi in eam viam redeas, quam se Christus esse testatur..... Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdotis fidem & probavimus & probamus: & tu admonitus per eum, rursus eadem senti nobiscum, si vis esse nobiscum, o Frater. Si tibi sensus datur, damnatis omnibus quæ hucusque sensisti, statim hæc volumus prædices, quæ ipsum videas prædicare. Hoc tamen erit post damnationem pravi dogmatis plenum correctionis indicium, si revocentur omnes ad Ecclesiam, qui propter Christum Caput ejus videntur exclusi. Quod nisi fiat quod dicimus, ejiciendus qui ejicit: quamvis in nostra communione sunt isti, in quos talis cognoscitur extitisse. Ad Clerum quoque Ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel omnes qui censentur nomine Christiano, qualia necessitas postulavit, scripta direximus, ut si in perversæ disputationis obstinatione persistis, neque hæc, quæ Frater Cyrillus prædicat, nobiscum prædicaveris, a nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intelligant separatum; scituri, exemplo jam cauti, qualiter animæ suæ decocto & maturo judicio debeant providere.„

Cœlest. epist. ad Nestor. Concil. tom. 1. Hard. & 3. Lab.

„ Aper-

Christi An. 430. Ibid.

" Aperte igitur hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de Christo Deo nostro ea prædices, quæ Romana & Alexandrina, & universalis Ecclesia Catholica tenet, sicut & sancta Constantinopolitanæ magnæ urbis Ecclesia ad te usque optime tenuit, & hanc perfidam novitatem, quæ hoc quod venerabilis Scriptura conjungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentia tibi hujus conventionis die numerandum, aperta & scripta conventione damnaveris, ab universalis te Ecclesiæ Catholicæ communione dejectum. Quam formam ad te judicii nostri per memoratum filium meum Posidonium Diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ urbis Antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius retulit, destinavimus; ut agat vice nostra, quatenus statutum nostrum & tibi, & universis fratribus innotescat: quia omnes debent nosse quid agitur, quoties omnium causa tractatur. Data tertio Idus Augusti, Theodosio decimo tertio & Valentiniano Consulibus „ seu anno 430.

Cyrillo vices suas committit Cælestinus Papa.

Ibid. Cælest. epist. ad Cyril.

Alteram dedit ad Cyrillum, cujus studium pro fide & doctrinam laudat, seque idem unumque cum illo de Domino sentire profitetur; hortatur ut Nestorium ad veritatis viam reducere laboret: " Malumus enim, inquit, ut convertatur, & vivat, si vitam sibi commissorum non perdat: sint in communione, quos ipse resistentes sibi a communione summovit; nostramque communionem habere se non posse noverit, si in hoc pervicacitatis suæ tramite Apostolicæ doctrinæ contrarius perdurarit. Authoritate igitur tecum nostræ sedis adscita, & vice nostra usus hanc exequeris districto vigore sententiam, ut aut infra decem dies ab hujus conventionis die numerandos, pravas prædicationes suas scripta professione condemnet, & hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet, quam & Romana & tuæ sanctitatis Ecclesia, & universalis devotio tenet. Aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi Ecclesiæ provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum. Eadem autem scripsimus & ad sanctos Fratres & Coepiscopos nostros Joannem, Rufum, Juvenalem, & Flavianum, ut nota sit de eo nostra, imo Christi nostri divina sententia. Data quarto Idus Augusti. „

Ibid.

Præterea scripsit Clero & populo Catholicæ urbis Constantinopolitanæ: eos hortatur ut in ea fide quam prædicarunt Joannes Chrysostomus, Atticus, & Sisinnius eorum Episcopi, perseverent, Nestoriique errores designat & redarguit, monetque, ut ejus prædicationibus resistant. Sermonem ad Clerum inde convertens, Sanctorum exemplo, qui multa pro fide passi sunt, hortatur, ne præsenti persecutione moveantur. Cyrillo vices suas se delegasse significat, simul & suam ad Nestorium, nisi resipuerit, depositionis sententiam. Juvenalis, cui etiam scribit Papa Cælestinus, Praylo successerat in Episcopatu Hierosolymitano; hic Petrum Arabum primum Episcopum consecravit, qui eos in fide, quam a S. Euthymio didicerant, confirmaret.

Vit. S. Euphe.

Bed. hist. l. 1. c. 17.

XIII. Anno superiore, seu 429., hæresis Pelagiana per Agricolam illata Severiani Episcopi Pelagiani filium, fidem Britannorum fœda peste commaculaverat. Verum Britanni cum neque suscipere dogma perversum gratiam Christi blasphemando ullatenus vellent, neque versutiam nefariæ persuasionis refutare verbis certando sufficerent, inveniunt salubre consilium, ut a Gallicanis Antistitibus auxilium belli spiritualis inquirant. Quam ob causam collecta magna Synodo omnium judicio eliguntur S. Germanus Antisiodorensis, & S. Lupus Trecassenæ civitatis Episcopi, qui ad confirmandam fidem gratiæ cœlestis in Britannias venirent. S. Lupus patria Tullensis ex nobili genere natus, post septimum conjugii annum cum Pemeniola D. Hilarii Arelatensis sorore ex mutuo consensu vitam amplexi sunt perfectiorem. Lupus cum fratre suo Vincentio in monasterium Lirinense secessit; cum unum annum illic egisset, magno fidei calore regressus est ad urbem Matisconensem, ut ea, quæ ipsi remanserant, pauperibus elargiretur. Et ecce de improviso ad urbis Trecensis Episcopatum rapitur anno 428. Exacto biennio cum S. Germano missus est in Britannias, quibus Cælestinus Papa commisit vices suas, quo majori authoritate agerent. Dum in agro Parisiensi per Nemetodorensem parochiam transeunt, & magna incolarum multitudo eis obviam venit, quos inter

Vit. S. Lup. apud Sur.

SS. Lupus & Germanus Britannos in fide confirmant.

R. P. Du Mesnil Doctr. Tom. II.

Christi An. 430.

Vita S. Genovefæ. Apud Bolland. 3. Jan.

S. Germanus intuens Virginem, nomine Genovefam, quam ad se adduci præcepit, ejusque parentibus Severo, & Gerontiæ dixit: Felices vos tam venerandæ sobolis genitores . . . . Erit hæc magna coram Domino, & multi ejus vitam propositumque sanctum mirantes declinabunt a malo. Puellæ vero dixit: Quæso ne verearis mihi profiteri, si vis in sanctimonia consecrata Christo immaculatum & intactum corpus, quemadmodum sponsa ejus servare.... Volo, inquit, sancte Pater, & oro ut devotionem meam Dominus adimplere dignetur . . . . . Pervenientes ergo ad Ecclesiam, nonam atque duodecimam celebrantes, S. Germanus semper manum suam super caput ejus tenuit. Discedensque ad cœnam Severum cum filia primo diluculo ad se redire præcepit. Postidie nescio quid in ea cœleste conspicatus, ait: Reminisceris quid hesterna die de corporis integritate mihi sis pollicita? . . . Genovefa respondit: Reminiscor, & castitatem mentis & corporis integerrimam, Deo me juvante, usque in finem servare desidero. S. Germanus ei valedicens, eamque patri commendans profectus est.

Annum vitæ quintum & decimum tunc agebat D. Genovefa, jejunium ab eo die usque ad annum quinquagesimum nunquam dissolvit, duobus tantum hebdomadæ diebus, scilicet Dominico, & feria quinta aliquantulum panis hordeacei & fabæ comedens. Post aliquot dies cum mater ejus die solemni ad Ecclesiam pergeret, & Genovefam, quam domi remanere præceperat, sequentem & flentem videret, ei alapam dedit, & statim luminum percussa est orbitate, & fere per biennium hanc perpessa est cæcitatem. Tandem recordata mater ejus, quid testimonii de filia sua S. Germanus dedisset, vocans eam obsecrat, ut ipsi exhibeat aquam, statimque ab ea Crucis virtute signatam accepit, de qua fomentans sibi oculos paululum cernere cœpit, eumque hoc bis terve fecisset, lumen amissum integre recepit.

SS. Germanus & Lupus Britannos a Pelagii errore revocant. Bed. hist. l. 1. c. 17.

Germanus vero & Lupus dum in Britanniam transfretant, ingentem ortam tempestatem sedant, assumpta in Nomine Sanctæ Trinitatis leni aquæ aspergine. Excedentes e navi excepit magna multitudo, eos quippe venturos etiam dæmones prædixerant, qui imperio Sacerdotum dum ab obsessis corporibus detruduntur, & tempestatis ordinem & pericula, quæ intulerant, fatebantur. Interea Insulam Apostolici Sacerdores raptim prædicatione, & virtutibus impleverant. Divinusque per eos sermo quotidie non solum in Ecclesiis, verum etiam per trivia, & per rura prædicabatur, ita ut passim & fideles Catholici firmarentur, & depravati viam correctionis agnoscerent. Itaque regionis universitas in eorum sententiam prompta transierat. Latebant abditi Pelagiani, præsumunt tandem inire conflictum, procedunt veste fulgentes, sed perfidia confutatur, ita ut ad singulas verborum objectiones errare se, dum respondere nequit, fateretur. Populus arbiter vix manus continet, judicium tamen clamore testatur. Tum subito quidam Tribunitiæ potestatis cum conjuge procedit in medium, filiam decem annorum cæcam curandam Sacerdotibus offerens; quam illi adversariis offerri præceperunt. Sed ii conscientia puniente deterriti jungunt cum parentibus preces, & curationem parvulæ a sanctis Sacerdotibus deprecantur. Qui inclinatos animo adversarios intuentes, orationem breviter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu sancto invocat Trinitatem, nec mora adhærentem lateri suo capsulam cum Sanctorum reliquiis collo avulsam manibus comprehendit, eamque in conspectu omnium puellæ oculis applicuit: quos statim lumen veritatis implevit. Post hanc diem ita ex animis omnium suasio iniqua deleta est, ut Sacerdotum doctrinam sitientibus desideriis sectarentur . . . . . Sacerdotes B. Albanum Martyrem authori Deo per ipsum gratias agentes petierunt. Ib. c. 18.

Interea Saxones Pictique seu Scoti bellum junctis viribus susceperunt adversus Britannos, qui Sanctorum auxilium petierant Antistitum. Illi quotidianis prædicationibus eos disponunt ad gratiam Baptismatis, maximaque exercitus multitudo undam lavacri salutaris expetiit, & Ecclesia ad diem Resurrectionis Dominicæ frondibus contexta componitur. Hostes victoriam quasi de inermi exercitu præsumentes assumpta alacritate festinant ... Germanus se Ducem prælii profitetur . . . . Vallem circumdatam mediis montibus intuetur. Quo in loco novum componit Ibid.

CHRISTI AN. 430.

exercitum. Jam aderat hostium ferox multitudo. Germanus tunc universos admonet, ut voci suæ uno clamore respondeant .... Alleluja tertio repetitum Sacerdotes exclamabant. Sequitur una vox omnium: elatum clamorem repercusso aere montium conclusa multiplicant: hostile agmen terrore prosternitur, passim fugiunt, arma projiciunt: plures timore præcipites flumen, quod transierant, devoravit .... Pontifices hostibus fusis sine sanguine, pacataque Insula reditum moliuntur. Anno sequenti Christi 431.; Cælestinus Papa Palladio Scotis ordinato Episcopo, dum Romanam insulam studet servare Catholicam, fecit etiam barbaram Christianam. Hic primus fuit Scotorum Episcopus.

Cyril. ep. ad Joan. Antioch.

XIV. D. Cyrillus acceptis per Possidonium Diaconum Cælestini Papæ literis, quæ pro Episcopis erant Orthodoxis, illas statim misit, simulque scripsit Joanni Antiocheno, se per literas consuluisse Nestorio, ut pravis illis quæstionibus dimissis, sanctorum Patrum fidem sectaretur; eum nullam illius rationem habuisse, imo prolixa Cælestinum epistola convenisse, in qua scribere non sit veritus: citra horrorem sacram Virginem Dei Genitricem appellant. " Sed Romana, inquit, Synodus disertam statim in illum sententiam tulit ... Nos quæ illi judicaverunt, sequi omnino constituimus. Veremur enim ne a tantorum virorum communione excidamus, qui non levi de causa indignantur. „ Ad Juvenalem vero Hierosolymorum Episcopum dedit epistolam, qua eum hortatur, ut Nestorio populoque Constantinopolitano scribat. " Nam si eum, inquit, ad veritatem transtulerimus, lucrifaciemus fratrem. Oportebit autem literis ad Christianissimum Imperatorem, cæterosque in magistratu constitutos missis, iisdem persuadere, ne pietati, quæ est in Christum, ulla ratione hominem anteferant, & terrarum Orbi rectæ fidei stabilitatem concilient, ovesque a malo pastore liberent: nisi tamen is ita comparatus sit, ut omnium consiliis obsequi velit. „

Cyril. epist. ad Juvenal.

Nestorium ut resipiscat, hortatur Joannes Antiochen.

Concil. tom. 3. ed. Lab.

XV. Joannes Antiochenus, Nestorio amicus, sic ad eum scripsit: " Suscipe me, rogo, bonum tibi futurum consiliarium, non repellens in his quæ a me dicuntur ad utilitatem ... Nuper Alexandrini Clerici venientes, epistolas nobis dederunt diversas de tua reverentia missas, alias quidem sanctissimi Episcopi Cælestini, alias autem Episcopi Cyrilli: quarum exemplaria dirigens, rogo tuum affectum sic eas legere, ut neque turbam quamdam mente patiaris, ex qua forte contentiones & obstinatio noxia proveniat ... neque contemnas causam, sciens diabolum per superbiam multas inutiles causas ad culmen evehere, & ad celsitudinem elevare, ita ut eas inemendabiles faciat. Sed diligenter eas legere, & adsumere quosdam concordes tibi, ad tractatum præsentium, & dare etiam eis potestatem, ut quod utile, & non quod delectat, insinuent ... Nam licet inducias angustissimas interposuerit literis Dominus meus Episcopus Cælestinus, decem solummodo diebus ... attamen licebit hoc opus facere, & die solummodo uno, nam congruo nomine uti in dispensatione pro nobis facta secundum omnium Regem Christum, frequentato quidem a plurimis Patribus, veraci autem & salutari, hoc facile est ... Nam si mens tua eumdem sensum tenet, quem Patres & Ecclesiæ Doctores; quid contristat pium sensum congruo nomine publicare? .. Occidens enim & Ægyptus, puto autem & Macedonia definivit scindere se ab unitate; quam sudoribus plurimis, & laboribus Sanctorum & insignium Episcoporum, Dei gratia omnibus Ecclesiis condonavit .... Si autem tibi quipiam horum, qui in Ecclesia sunt, Insignium etiam hoc imponunt, non refutes indubitanter etiam Dei Genitricem dicere sanctam Virginem. Hoc namque nomen nullus Ecclesiasticorum refutat. Namque usi sunt eo plurimi & Insignes. Nam si quod eo significatur, non suscipimus, superest circa plurima nos falli, magis autem periclitari circa ineffabilem dispensationem Unigeniti Filii Dei. Sequitur enim neque Deum esse eum, qui ineffabilem dispensationem pro nobis suscepit, neque Deum Verbum exinanisse semetipsum in servi formam.... Hæc ego multos Deo amabilium Episcoporum tuæ reverentiæ amatorum apud memetipsum habens, scripsi optans tuam reverentiam non contentiosa voluntate suscipere quod cum timore Dei & amore circa te persuasi. „ Nestorius igitur cum hujus vocis, Deiparæ sensum negaret, ex his manifestum est, non levem inter ipsum & D. Cyrillum fuisse quæstionem; & Joannem Antiochenum de mysterio Incarnationis Orthodoxam habuisse sententiam. Et tamen postea Nestorii causam suscepit adversus Cyrillum. Irenæo etiam Comiti & Musæo & Halladio Episcopis & amicis communibus scripsit Joannes.

CHRISTI AN. 430.

Ibid. *Nestorii obstinatio.*

Nestorius urbane quidem rescripsit, sed in hæresi perseverans: " Scientes, inquit, quod sermo, quo dicitur Theotocos, a multis hæreticis assumatur ut suus, retinentes vero, quia nonnulli qui hic sunt, hanc vocem sumentes incautius, per hoc ipsum in hæreticas & minime pias cogitationes incidunt, & præcipue Arii & Apollinaris.. Ut venimus huc .... seditiose dissidentes invenimus, quorum aliqui S. Virginem Theotocon tantum nominabant, alii vero hominis Genitricem. Unde utramque partem ut diligenter colligerem, Christiparam vocavimus Genitricem. Circa Evangelii voces volentibus concessi, ut pie Genitricem Dei Virginem nominarent. „ Nempe ut exposuit in suo sermone duodecimo, cujus supra meminimus. Et addit. " Quæso igitur ut quiescentes ab hujusmodi curis de causa præsenti, & scientes quia per gratiam Dei eadem sapuimus semper & sapimus, in his quæ ad pietatem Fidei pertinent, orate consuete, ut in his ipsis, & in omnibus reliquis, a Christo Domino impetremus auxilium. Manifestum est enim quia si nos invicem viderimus, dum nobis hanc ipsam Synodum donaverit, quam speramus, & illud & reliqua quæcumque fieri oportet ad correctionem generalitatis atque juvamen, absque scandalo & cum concordia disponemus. „ Nestorius optabat Synodum, haud dubie fretus Imperatoris favore, Orientalium factione, & amicorum potentia.

Cyril. Synodica ad Nestor.

Apud Mar. Mercat. p. 69. tom. 1. Concil. nov. ed. & 3. vet.

XVI. Interea Cyrillus Alexandriæ coacta Episcoporum Ægypti Synodo, illius nomine sequentem Synodicam misit ad Nestorium. " Ecce itaque te simul, cum sancta Synodo, quæ apud urbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo Fratre & Consacerdote nostro Cælestino Episcopo, his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes, ut te a pravis abstineas distortisque dogmatibus, quæ & sentire cognosceris & docere: recipias vero fidem rectam, Ecclesiis per beatissimos Apostolos & Evangelistas ab initio traditam. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis præfinitam Consacerdotis Cælestini: scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei Sacerdotibus & Episcopis obtinere. Omnes itaque, quos propter fidem tua religio a communione removit, aut a suo ordine deposuit, laicos aut Clericos, in nostra communione recipimus. Non autem sufficit tuæ religioni solummodo Nicænum symbolum confiteri. Sed consequens est, ut jurejurando fatearis, quod anathematizes quidem tua polluta & profana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos universi sive per Orientem, sive per Occidentem Episcopi & Magistri, Præsulesque populorum credimus & docemus. „

Ibid. num. 4. *Doctrina Catholica adversus Nestorium.*

His subjicit symbolum Nicænum & Incarnationis expositionem, hæcque speciatim contra Nestorii hæresim inserit. " Unitum ergo Verbum secundum subsistentiam confitentes, unum adoramus Filium, Dominum Jesum Christum, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum, velut invicem sola dignitatis & authoritatis unitate conjunctos: hæc est enim novitas vocis, & aliud nihil ... sed nec illud dicimus, quod Dei Verbum velut in homine communi qui de sancta Virgine natus est, habitarit, ne Deum Homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim Verbum habitaverit in nobis, & dictum sit in Christo habitare omnem plenitudinem Deitatis corporaliter, tamen intelligimus, quod Caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus, sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus .... unitus quippe, sicut superius diximus, Deus Verbum carni secundum subsistentiam, Deus quidem est ... Cavemus autem de Christo dicere: Propter assumentem veneror assumptum, & propter invisibilem, adoro visibilem. Horrendum vero super hoc etiam illud adjicere: Is qui susceptus est, cum eo qui suscepit, nuncupatur Deus. Qui enim hoc dicit, dividit iterum in duos Christos eum, qui unus est, hominem seorsum

Ad Col. 2.

Num. 6.

in par-

CHRISTI AN. 430.

in parte, & Deum similiter in parte constituens: evidenter enim deneget unitatem secundum quam non alter cum altero adoratur, aut connuncupatur Deus, sed unus intelligitur Christus Jesus Filius Dei Unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quod idem ipse, qui ex Deo Patre Filius natus est unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamen, secundum Scripturas, carne perpessus sit ..... Ideo quamvis dicatur quod per hominem facta sit resurrectio mortuorum; tamen intelligimus hominem factum Verbum, quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum .... Necessario igitur & hoc adjicimus: Annuntiantes enim secundum carnem mortem Unigeniti Filii Dei, id est, Jesu Christi, & Resurrectionem ejus, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem; sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti Corporis, & pretiosi Sanguinis Christi omnium nostrum Redemptoris effecti, non ut communem carnem recipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati, & Verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentia habitationem, sed ut vere vivificatricem, & ipsius Verbi Dei propriam factam. „ En incruentum sacrificium vocat Eucharistiam. Tum addit: " Uni igitur Personæ cunctas ejus in Evangelio voces adscribimus, uni subsistentiæ Verbi scilicet Incarnati; quia unus est Dominus Jesus Christus, ut scriptum est .... Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta Virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei Genitricem esse profitemur .... His omnibus religionem tuam concordare, & præter aliquem dolum consentire convenit. Quæ vero religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolæ nostræ subjecta sunt. „

Altaris sacrificium. Num. 7. — Ibid. Num. 8.

Ib. n. 11. *Cyrilli 12. anathematismi.*

1. " Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propter hoc ipsum Dei Genitricem sanctam Virginem, peperit enim carnaliter Verbum, quod ex Deo est, carnem factum: anathema sit. „

2. " Si quis non confitetur Carni secundum subsistentiam unitum Dei Patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul, & hominem, anathema sit. „

3. " Si quis in uno Christo dividit hypostases post unitionem: sola eas connexione conjungens, quæ secundum dignitatem est, vel etiam authoritatem, & potestatem, & non magis conventu, secundum unionem naturalem; anathema sit. „

4. " Si quis duabus personis vel subsistentiis dividit eas voces, quæ tam in Apostolicis, quam Evangelicis scriptis continentur, & de Christo a Sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de seipso; & has quidem ut homini præter Dei Verbum specialiter intellecto applicat, illas vero ut Deo dignas soli Verbo, quod ex Patre est, anathema sit. „

5. " Si quis audet Christum dicere hominem Deiferum, anathema sit. „

8. " Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere, & connuncupari Deum, tanquam alterum cum altero .... & non potius una adoratione veneratur Emmanuelem, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum Caro factum est, anathema sit. „ In nono, & decimo, & undecimo damnas eos qui dicunt Christum non per proprium spiritum, sed aliena virtute fecisse miracula, vel pro se obtulisse semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis: siquidem peccatum nescivit; vel negaverit Domini Carnem esse vivificatricem, quia facta est propria Verbi cuncta vivificare prævalentis.

Ibid.

12. " Si quis confitetur Dei Verbum passum carne, & Crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & vivificator, ut Deus, anathema sit. „ Data est mensis Novembris die trigesima, non quidem Alexandriæ, sed Nestorio tradita apud Constantinopolim. Anno quadringentesimo trigesimo. Celeberrimis duodecim suis anathematismis, Cyrillus adjunxit duas literas, priorem ad Clerum Constantinopolitanum; Nestorii emendationis spe se diu distulisse testatur, ejus pertinacia coactum ei denuntiasse sententiam excommunicationis. " Viriliter itaque, inquit, agite in Domino: & vestram fidem servantes immutilatam, bene complacere festinate Christo uni, & soli, & vere Filio Dei, memores etiam sanctorum vestrorum Patrum, qui Sacerdotium tenuerunt recte, & sancte apud vos, quique adhuc viventes Dei Genitricem nominabant sanctam Virginem ..... Prædicabant autem unum eundemque Deum Verbum, & hominem secundum carnem ex muliere .... Hanc vobis semper reaccendentes fidem, puros, & immaculatos vosmetipsos conservate: neque communicantes memorato Nestorio, neque tanquam Doctorem respicientes, si lupus pro pastore remanserit, & post hanc nostram admonitionem ad eum factam sapere voluerit quæ perversa sunt. His autem Clericis sive laicis, qui propter rectam fidem separati sunt aut depositi ab eo, communicamus nos, qui illius infirmamus injustam sententiam. „ Eadem prope scripsit ad Monachos, quorum zelum pro fidei defensione laudat.

Cyril. ep. ad Cler. Constantinop.

Theopompus, Daniel, Potamon, & Macarius a Synodo delegati etiam Cœlestini Papæ Synodicam ad Nestorium detulere Constantinopolim. Eorum adventum prævenit declaratio Theodosii, qui generalem Synodum convocari jusserat: Imperatoriam sacram scripserat ad Metropolitanos, ut Ephesum cum suis convenirent, & conferrent de libris Nestorii, & Cyrilli judicium. " Pendet a religione, inquit, qua Deus colitur, nostræ Reipublicæ status, multaque inter hunc & illam connexio intercedit. Tua pietas Deo bene propitio operam dabit, ut sacrosancto proximo Paschate elapso, ad ipsum sacræ Pentecostes diem ad Ephesiorum Asiæ civitatem occurrat, nonnullosque, quos nimirum idoneos judicabit Provinciæ suos Episcopos, simul eodem secum adducat. Quatenus hoc factum, secundum Ecclesiasticas regulas dissolvatur; & in iis quæ non decenter facta sunt, detur correctio, & circa Deum reverentia, & publicorum utilitas firma consistat. „ Data decimo tertio Kalendas Decembris anno quadringentesimo trigesimo. Nestorius autem subripuit pio Principi ut etiam aliam sacram ad Cyrillum dirigeret, & a sua eum persecutione compesceret. In ea se injuria affectum conqueritur, Cyrillumque veluti turbarum authorem durius objurgat; cum addit: " Neque prius nostram te amicitiam recuperaturum confidas, quam omni perturbatione, & amicorum ægritudine sedata, ad propositarum quæstionum discussionem ultro accurreris. „

Concil. Ephes. p. 2. Act. 1. Liberat. cap. 4. *Theodosius Ephes. Synodum indicat.* Theod. epist. ad Metrop. — Liberat. cap. 4. Ibid. Theod. epist. ad Cyril.

XVII. Nestorius vero velut insultans adversariis Cœlestino Papæ scripsit: Cyrillum propter libellos contra eum ipsis oblatos, subterfugere judicium Synodi Orbis totius, quam indeclinabiliter indixerit Imperator propter inquisitionem aliarum rerum Ecclesiasticarum. " Nam, inquit, dubitationem verborum, scilicet Theotocos, & Christocos, non existimo habituram inquisitionem difficilem, nec impedimento esse futuram ad tractatum divinitatis Domini Jesu. „ Imperator scripsit, & beato Augustino Hipponensi Episcopo per Ebanium Magistrianum, ut ipse Concilio præstaret suam præsentiam. Ebanius veniens Carthaginem circa Paschæ festum anni sequentis, audivit a Capreolo urbis istius Antistite, beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum. Acceptis ab eo ad Imperatorem literis de obitu S. Augustini, Constantinopolim redit. Capreolus successerat Aurelio, qui per annos fere quadraginta, quibus Primatum Africæ tenuit, Donatistas universa fere Africa exclusit, Pelagianos in pluribus Synodis anathemate percussit, Paganorum templa in Christianæ Religionis usum redegit, ac in decem & septem ex universa Africa Conciliis Orthodoxam doctrinam ac disciplinam egregiis legibus confirmavit: ut sanctus colitur in antiquo Calendario Ecclesiæ Carthaginensis. Circa idem tempus etiam ad superos migravit S. Alypius Augustini condiscipulus, qui cum eo Mediolani baptizatus est, ejusque in bello Pelagiano collega. Longinquarum enim peregrinationum pericula pro Pelagianis extirpandis suscepit, & nobilissimam ad Honorium Imperatorem legationem; doctissimas etiam contra eosdem conscripsit epistolas: indeque factum est, ut Patres, qui contra eosdem literas ad Augustinum darent, cum Alypio communes facerent. Illum magnis laudibus extulit D. Paulinus Nolanus, arctissima ei conjunctus amicitia; Romanum Martyrologium illius memoriam recolit ad diem decimum quintum mensis Augusti.

Nestor. ep. 3. ad Cœlest. apud Mar. Merc. p. 80. Liberat. cap. 5. — Prosp. in Chron.

XVIII. D. autem Augustinus Episcopus mortuus est quinto Kalendas Septembris, Juliani libris inter impetus obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorum fine respondens, & gloriose in defensione

S. Augustini mors.

Chri-

Christi An. 430.

Christianæ gratiæ perseverans. Julianus octo libros adversus secundum ejus librum de nuptiis, & concupiscentia vagabunda loquacitate conscripserat, eadem prope repetens argumenta, quæ antea proposuerat. Augustinus his respondens, ejus verba proponit, eisdem subjungit responsiones suas, & sæpe quas antea dederat; sed illud opus morte præventus reliquit imperfectum, cujus testimonium in sua ad Imperatores epistola posuit Agatho Papa: illud etiam laudarunt Maximus Aquilejensis, Prosper, & Beda. In primo libro, Juliani calumnias adversus peccatum originale confutat. Julianus objicit: Peccatum, sicut ipse scripsisti, est voluntas admittendi vel retinendi quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere. Inferebatque, nullum est igitur originale peccatum. Augustinus respondet: " Hic peccatum definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati .... Ac per hoc si tria ista discernas, & scias aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque, id est, ita peccatum, ut ipsum sit etiam pœna peccati; ..... intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi est voluntas agendi quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere. Peccatum namque isto modo definitum est, non pœna peccati, non utrumque. " Tum mentem suam clarius exponens, subjicit. " Horum sane trium generum si requirantur exempla, primi generis in Adam occurrit. Multa quippe sunt, quæ agunt homines mala, a quibus eis liberum est abstinere. Nulli tam liberum est, quam illi fuit, nempe Adæ. Secundi autem generis, ubi est tantum pœna peccati, exemplum, in eo malo est, quod quisque in nulla parte agit, sed tantummodo patitur, velut cum pro scelere suo, qui peccavit, occiditur. Tertium vero genus, ubi peccatum est, & pœna peccati, potest intelligi in eo qui dicit: Quod nolo malum, hoc ago. Ad hoc etiam pertinent omnia, quæ per ignorantiam cum aguntur mala, non putantur mala, vel etiam putantur bona. Cæcitas enim cordis, si peccatum non esset, injuste argueretur. Arguitur autem juste .... Proinde originale peccatum nec ad illud pertinet, quod primo loco posuimus, ubi est voluntas malum operandi, unde liberum est abstinere. "

Nunc qui peccant, eis liberum est abstinere, licet minus quam Adamo.
Aug. operis imp. lib. 1.

Hæc igitur Augustini solutio est, allatam peccati definitionem non pertinere vel ad originale peccatum, quamvis ejus origo descendat a libera voluntate Adami peccantis; vel ad motus indeliberatos concupiscentiæ, vel cæcitatis, qui tamen dicuntur peccatum, quia sunt a peccato, nosque ad peccatum inclinant; vel ad quosdam effectus peccati nobis non liberos, vel etiam ad male facta per ignorantiam, qua tunc bene agere putamus; sed proprie pertinere ad peccatum primi parentis, quo se, & nos perdidit, quamvis multa sunt, quæ agunt homines mala, a quibus eis liberum est abstinere. An vero quoties justus peccat, tunc adsit gratia, cujus ope ei non peccare liberum sit; id non examinat, quia de solo originali peccato hic agitur, quo quædam peccandi necessitas inducta est, siquidem nunc omnia venialia peccata vitare non possumus, nec etiam omnia mortalia, nisi adsit gratia medicinalis reparans vires liberi arbitrii .... ita ut jam nemo possit esse sine omni peccato; (quod esse possibile dicebant Pelagiani) nisi gratiæ specialibus auxiliis præveniatur. Quapropter addit infra: " Quis autem nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de genere humano? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam; propter quod natura humana indiget divina gratia. " Et rursus: " Cum igitur, & illa fateamur in hominibus esse peccata, quæ committuntur, non necessitate, sed voluntate, quæ tantummodo peccata sunt, unde ab eis liberum est abstinere ... Quomodo dicis definitionibus nostris peccatum nec in moribus inveniri? "

Ad Rom. 5.
Operis imp. l. 2.
Originale peccatum.

XIX. In secundo libro, ostendit hæc Apostoli verba: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit, intelligenda de peccato originali, quod in omnes Adæ posteros pertransiit, non autem de peccato quod in peccantes tantum imitatione transit .... Breve est, sed efficax hoc ejus argumentum. Christus pro peccatoribus mortuus est, ut ait Apostolus. Atqui, ut ipse alibi confessus es, pro parvulis mortuus est: & tamen, qua fronte, nescio, transiisse in eos originaliter impietatem primi hominis negas. Quomodo ergo pertinent ad eum, qui pro impiis mortuus est? .... Et infra, Socinianorum veluti figmenta divinasset, qui mox laudata Apostoli verba sic interpretantur: Et per peccatum mors corporis intravit, & ita in omnes mors corporis pertransiit, quatenus omnes peccaverunt, sic confutat Augustinus: " Quomodo enim per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, si in aliquos ad hoc unius hominis peccatum non pertinentes, scilicet parvulos, regnavit tamen mors? In quos enim mors regnavit, pertinent ad peccatum per quod intravit; qui vero ad peccatum, per quod mors intravit, non pertinent, quo justo judicio ad mortem pertinent? Non autem pertinent ad peccatum, quod per unum hominem intravit in mundum, qui non in prævaricationis illius similitudine peccaverunt, sicut ipse dixisti: non igitur in eos regnavit mors. Quid est ergo, regnavit mors etiam in eos qui non peccaverunt in similitudine prævaricationis Adæ; nisi quia regnavit mors & in eos qui non peccaverunt, quoniam nulla peccata propria commiserunt .... pertinent tamen ad peccatum, per quod mors intravit in mundum... " Sic quippe intellexerunt Apostolica verba Doctores Ecclesiæ, qui viderunt ea non posse recte intelligi, nisi eis intelligatur obnoxiæ successionis origo peccati; propter quod dixerunt: Parvulos secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere.

Christi An. 430.
Lib. 2. n. 202.
N. 214.
Cyprian. epist. 64. ad fid.

XX. Argumenta, quibus parentum peccata filiis a Deo non imputari, probare nititur Julianus, in tertio libro refellit Augustinus, seque liberum hominis arbitrium, & Deum esse nascentium conditorem nunquam negasse demonstrat .... Pelagianos etiam in fine disputationum negasse gratiam interiorem adjuvantem ex his Augustini Julianum alloquentis verbis liquet. " Tam multa dicis, quibus nos adjuvat Deus, id est præcipiendo, benedicendo, sanctificando, coercendo, provocando, illuminando: & non dicis charitatem dando .... In hac charitate, quæ cordi humano, spiritu, non litera datur, etiam potestas illa intelligitur, de qua idem ipse in Evangelio suo; Dedit eis, inquit, potestatem filios Dei fieri. Hanc vos ab homine esse dicitis homini per liberum arbitrium, spiritum habentes hujus mundi, non eum qui ex Deo est .... Hanc vos, scilicet charitatem, inter adjutoria gratiæ, quæ commemoratis, nominare non vultis, ne hoc ipsum quod obedimus Deo, ejus esse gratiæ concedatis. Putatis quippe isto modo auferri voluntatis arbitrium: cum hoc quisquam facere nisi voluntate non possit; sed quod vos non vultis, præparatur voluntas a Domino, non forinsecus sonantibus verbis, sed sicut orante exauditaque Regina convertit Deus, & transtulit indignationem Regis in lenitatem. Sicut enim hoc divino, & occulto modo egit in hominis corde: sic operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. " Si Pelagiani a Zozimo damnati tandem admisere gratiam supernaturalem interiorem adjuvantem, & in eo fuere hæretici, quod vellent eam esse talem, ut esset in libera hominis voluntate ei consentire, vel dissentiri, ut vult Jansenius: Calumniator est Augustinus, qui tanto tempore post eorum damnationem hanc eos ut antea negasse affirmat: & prævaricator, qui de secunda parte prætensæ impietatis tacet.

Operis imperf. lib. 3. N. 506.
Pelagiani semper negarunt interiorem, & adjuvantem gratiam.
N. 114.
Jansen l. 6. de hær. Pelag. c. 1. & 2. & l. 5. c. 11.

Infra, Juliano dicenti: Arbitrium liberum non potest aliter constare, nisi ut & justitiæ ab eo, & peccati necessitas auferatur; respondet Augustinus: " Inter divinæ gratiæ species, si poneretis dilectionem, quam non ex nobis, sed ex Deo esse, eamque dare filiis suis apertissime legitis, sine qua nemo pie vivit, & cum qua nemo nisi pie vivit; sine qua nullius est bona voluntas, & cum qua nullius est nisi bona voluntas; vere liberum defenderetis, non inflaretis arbitrium. " Charitatis autem nomine amorem boni intelligit Augustinus. Hic enim de gratia efficaci loquitur, quæ, ut ibidem ait, ex nolente volentem facit, perpetuoque redarguit Julianum, qui nos ad bonum liberos esse sine gratia volebat ...... Parvulos autem non baptizatos ibidem æternis ignibus addicit Augustinus: " Si autem, inquit, non eruitur a potestate tenebrarum, & illic remanet parvulus; quid miraris in igne æterno eum diabolo futurum qui in Dei regnum intrare non sinitur? " In primo libro prius dixerat: Lege nobis, præter regnum bonis, & supplicium malis, quem

Libertas ad bonum sine gratia non habetur.
Aug. l. 8. de Trin. cap. 10.
N. 199.

tertium

CHRISTI AN. 430.

tertium locum præparaverit & promiserit non regeneratis innocentibus tuis?

Operis Imperf. lib. 4. n. 104.

Quomodo omnes homines fuere in Adamo.

XXI. Augustinus hæc Ambrosii verba laudaverat: Fuit Adam, & in illo fuimus omnes; periit Adam, & omnes in illo perierunt. Ipse vero dicebat: Per unius illius voluntatem malam omnes in eo peccaverunt, quando omnes ille unus fuerint. Hæc autem sic reprehendit Julianus. Habuerunt ergo parvuli voluntatem, non solum antequam nascerentur: verum antequam proavi eorum generarentur; & usi sunt electionis arbitrio, priusquam substantiæ eorum semina conderentur. Augustinus postquam dictum utrumque confirmavit, respondet: "Poterat Ambrosius hæc intelligere, quod tu non potes, non hoc dici propter liberum arbitrium singulorum, sed propter originem seminis, unde omnes futuri erant. Secundum quam originem omnes in illo uno erant, & hi omnes unus ille erant, qui in se ipsis nulli adhuc erant. Secundum hanc originem seminalem, etiam Levi in lumbis patris sui Abraham fuisse dicitur, quando a Melchisedech decimatus est Abraham. Unde & ipse Levi tunc decimatus ostenditur ...... Desine jam vana garrire, & omnes, qui nondum nati nihil per proprias voluntates agere poterant boni, vel mali, in uno potuisse peccare, in quo per rationem seminis erant, quando ille propria voluntate peccatum illud grande peccavit, naturamque in se vitiavit, mutavit, obnoxiavit humanam ..... si potes, intellige; si non potes, crede. „

Ibid. N. 122.

Conceptio B. Virginis fuit immaculata.

Inferius objicit Julianus: Tu ipsam Mariam diabolo nascendi conditione transcribis. Non transcribimus, respondet Augustinus, Mariam diabolo conditione nascendi, sed ideo quia conditio solvitur gratia renascendi. Si vel per instans originali peccato maculari non potuit Maria, quin tunc etiam fuerit sub potestate diaboli, profecto negando eam fuisse sub potestate diaboli, a peccati originalis labe eam prorsus immunem fuisse fatetur Augustinus, qui illius contrahendi debitum agnoscit, cujus effectum impedivit gratia sanctificans.

Operis imperf. lib. 5.

XXII. In quinto libro multa quæ dixerat de concupiscentia & de peccato, confirmat adversus Julianum, probatque primi hominis peccato inductam peccandi necessitatem, quatenus efferatis concupiscentiæ motibus necessario exurgentibus subjacemus infirmi, iisque absque gratiæ prævenientis auxilio resistere non possumus. In sexto libro multum disputat primo de peccato originali quod ad Manichæam hæresim trahere nitebatur Julianus. Secundo. De libero arbitrio, cujus viribus mali fugam, & salutarem mandatorum observationem tribuebant Pelagiani; quod sic peccato Adæ extenuatum ostendit Augustinus, ut egeat gratia Salvatoris, ut in libertatis statum reparetur, & non quidem integre, siquidem caro

L. 6. n. 10.

semper concupiscit adversus spiritum. "Quis enim nescit, neminem credere nisi libero voluntatis arbitrio. Sed paratur voluntas a Domino: nec omnino eruitur a servitute mala suis meritis debita, nisi quando per gratuitam gratiam paratur a Domino. Si enim Deus ex nolentibus volentes non faceret, profecto pro eis qui nolunt credere, non oraremus ut vellent. Quo & Apostolus se fecisse pro Judæis monstravit. „ Et infra: "Profecto nisi Deus adsit, nemo est idoneus certare cum vitiis: ac sine certamine pertrahatur ab eis, aut ne jam certans in ipsa eorum conflictatione vincatur. Ideo in hoc agone magis nos Deus voluit orationibus certare, quam viribus; quia & ipsæ vires quantas hic non habere competit, ipse subministrat certantibus, quem rogamus. Si ergo hi, quorum contra carnem spiritus concupiscit, ad actus singulos indigent Dei gratia, ne vincantur; qualem libertatem voluntatis habere possunt, qui nondum de potestate eruti tenebrarum, dominante iniquitate, ne certare quidem cœperunt; aut si certare voluerunt, nondum liberatæ voluntatis servitute vincuntur „ .....

Gratiæ necessitas ut vincantur tentationes.

Possid. vit. Aug. cap. 28.

Africæ miser status.

XXIII. Amarissimam tunc & lugubrem præ cæteris suæ senectutis jam pene extremam ducebat vitam & tolerabat Augustinus. Videbat enim civitates excidio perditas, pariterque cum ædificiis villarum habitatores, alios extinctos, alios effugatos atque dispersos; Ecclesias Sacerdotibus & ministris destitutas, virginesque sacras & quosque continentes ubique dissipatos; & in his alios tormentis defecisse, alios gladio interemptos esse, alios in captivitate, perdita animi & corporis integritate ac fidei, malo more & duro hostibus deservire, hymnos Dei & laudes de Ecclesiis deperiisse, ædificia ecclesiarum quamplurimis in locis ignibus concremata, solemnia quæ Deo debentur, de propriis locis desiisse, sacrificia, Sacramenta divina vel non quæri, vel quærenti qui tradat non facile repetiri; ipsosque Ecclesiarum Præpositos & Clericos, qui forte Dei beneficio vel eos non incurrerant, vel incurrentes evaserant, rebus omnibus expoliatos atque nudatos egentissimos mendicare, nec eis omnibus ad omnia, quibus fulciendi essent, subveniri posse. Vix tres superstites ex innumerabilibus Ecclesias, hoc est, Carthaginensem, Hipponensem, & Cirtensem, quæ Dei beneficio excisæ non erant, & quarum adhuc permanerent civitates.

Ib. c. 30.

Pastoribus quando non licet fugere in persecutione.

Honoratus Thiabensis Episcopus literis consuluit Augustinum, utrumnam, barbaris adventantibus, ex Ecclesiis Episcopis & Clericis recedendum esset, nec ne? Augustinus ei misit epistolam, quam de ea re nuper scripserat Quod-Vult-Deo Episcopo: hæc excidit. Cum non soli pastores, sed grex totus periclitatur, negabat esse fugiendum; vel quando desunt alii, qui suppleant ministerium Ecclesiasticum. Honoratus respondet opponens Christi sententiam, cum persecuti vos fuerint in civitate ista, fugite in aliam; ex quibus alter Episcopus inferebat, si proposito honore martyrii licet tamen fugere persecutores, quanto magis barbaros, qui steriles inferunt passiones.

August. ep. 228. alias 180.

Pastores quandonam fugere non debeant.

Rescripsit D. Doctor, priorem sententiam confirmans hisce Christi verbis: „ Mercenarius videt lupum fugientem, & fugit. Cum igitur plebs manet, & fugiunt alii ministri, ministeriumque subtrahitur, quid erit, nisi mercenariorum fuga illa damnabilis; quibus non est cura de ovibus ...... An non cogitamus, cum ad istorum periculorum pervenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni ætate concursus, aliis baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam pœnitentiæ ipsius actionem, omnibus consolationem, & Sacramentorum confectionem & erogationem. Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos, qui de isto sæculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? quanti gemitus omnium, & quorumdam quantæ blasphemiæ de absentia ministrorum? Vide quid faciat malorum temporalium timor, & quanta in eo sit adquisitio malorum æternorum. „

Possid. vit. Aug. cap. 28.

Accrevit mœroribus ut Hipponem rursus obsiderent Vandali, quam cum Gothorum exercitu defendebat Comes Bonifacius. In eam cum vicinis Episcopis confugerat Possidius Calamensis Episcopus, qui S. Augustini vitam, ejusque operum catalogum edidit; annis ferme quadraginta cum eo familiariter vixerat. His in mensa constitutis aliquando dixit Augustinus: Noveritis me id Deum rogare, ut aut hanc civitatem ab hostibus liberare dignetur, aut si aliud ei videtur, suos servos ad perferendam suam voluntatem fortes faciat, aut certe ut me de hoc sæculo ad se accipiat. Alii cum eo deinceps similiter petebant. Verbum Dei usque ad ipsam suam extremam ægritudinem imprætermisse, alacriter & fortiter sana mente in Ecclesia prædicavit. Et ecce tertio illius obsidionis mense decubuit febribus fatigatus, & illa ultima exercebatur ægritudine: quo tempore quidam æger ad eum venit, rogans ut ei manum imponeret, quo sanus esse posset. Cui respondit, si aliquid in his posset, sibi utique hoc primitus præstitisset: æger affirmat sibi per somnium dictum esse: vade ad Augustinum Episcopum, ut manum imponat, & salvus eris. Quod cum comperisset, facere non distulit, & illum infirmum continuo Dominus sanum ab eodem fecit. Possidius ibidem refert eum antea pro quibusdam energumenis ut oraret rogatum, in oratione lacrymas fundentem Deum rogasse, & dæmones ab hominibus recessisse.

C. 29.

Ib. c. 31.

Augustini mors.

Dicere consueverat, etiam laudatos Christianos & Sacerdotes absque digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod & ipse fecit: nam sibi jusserat Psalmos Davidicos, qui sunt paucissimi de pœnitentia, scribi, ipsosque quaterniones jacens in lecto contra parietem positos diebus suæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & jugiter ac ubertim flebat: & ne intentio ejus a quoquam impediretur, ante dies ferme decem quam exiret de

cor

CHRISTI An. 430.

Prosp. in Chron.

corpora, a præsentibus postulavit, ne quis ad eum ingrederetur. Et ita factum est: & omni illo tempore orationi vacabat: demum quinto Kalendas Septembris, anno 430. vitæ septuagesimo sexto, membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atque auditu, Episcopis adstantibus & cum eo pariter orantibus, obdormivit in Domino, quo die ejus memoriam veneratur Ecclesia. Tunc pro ejus commendanda corporis depositione, sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est. Testamentum nullum fecit, quia unde faceret pauper Dei non habuit. Ecclesiæ bibliothecam, omnesque codices diligenter posteris custodiendos semper jubebat. Nec suos consanguineos in sua vita & morte volgi more tractavit: quibus, dum adhuc superesset, id, si opus fuit, quod & cæteris erogavit, non ut divitias haberent, sed ut aut non, aut minus egerent. Clerum sufficientissimum, & monasteria virorum & fœminarum continentium cum suis præpositis plena Ecclesiæ dimisit. Hipponem postea pestis invasit, & post quatuordecim fere menses obsidionis, urbs tertia marique circumclusa in Vandalorum potestatem redacta est, & incolis destituta ab hostibus fuit concremata.

Divi Augustini sanctitatem, doctrinam, zelum pro fidei defensione laudarunt Romani Pontifices, Concilia, SS. Patres, aliique Scriptores Ecclesiastici, quorum testimonia, dum de iis agemus, referemus; unum vel alterum hic annotare sufficit:

Fulgent. l. de verit præd. c. 18. *S. Augustini elogium.*

" Augustinus, inquit D. Fulgentius, indutus virtute ex alto, abundantius illis omnibus laboravit, non autem ipse, sed gratia Dei cum illo ..., sensum quippe Christi habens, tam gratiæ Dei, quam humani arbitrii officia discrevit, & merita, semper divinis humana subjiciens, & veraciter docens, divinitus homini & gratuito justificationis donum, & bonæ voluntatis exordium, & plenum tribui glorificationis effectum. Proinde memoratus Dei Pontifex Augustinus turris fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum cœlestis juvaminis virtute confringens, non solum ipse de hoste victoriam referens triumphavit, quin etiam posteris certandi & vincendi & ordinem, si quando victa pravitas recidivo ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit. „

Cassiod. div. lect. cap. 22.

His addit Cassiodorus: " Ipse etiam Doctor eximius beatissimus Augustinus, debellator hæreticorum, defensor fidelium, & famosorum palma certaminum, in quibusdam libris nimia difficultate reconditur, in quibusdam sic est planissimus, ut etiam parvulis probetur acceptus, cujus aperta suavis sunt, obscura vero magnis utilitatibus farcita pinguescunt. „

XXIV. Eodem anno sancte obiit S. Alexander Acœmetorum monachorum parens.

D. Alexandri vita Apud Boland. 15. Jan.

Hic ex Asia illustri genere oriundus, Constantinopoli arte Grammatica eruditus, dein in militum Prætorianorum classem allectus est; brevi pervidit quam humana omnia infirma sint, & instabilia. Ergo veteris novique Testamenti libros indefesso studio pervolvens, in sanctis tandem Evangeliis invenit inexhaustum thesaurum. Patrimonium omne in pauperes profudit, & profectus in Syriam, multis precibus obtinuit, ut in Archimandritæ Eliæ monasterium admitteretur. Hic quadriennio moratus egregios in virtute progressus fecit. Tum vehementi quodam spiritu correptus, Eliæ Prophetæ exemplo abiit in solitudinem, in qua septem exegit annos, nulla terrenarum rerum pulsus sollicitudine. Cum audisset civitatem esse quamdam, in qua dæmonis dominaretur superstitio, ingressus in celeberrimum eorum fanum, illud succendit & evertit. Rabbulus urbis Præfectus gentilis Deos suos ulcisci voluit. Sed eum miraculo territum cum multis aliis ad fidem adduxit Alexander.

Ibid.

Rabbulus postea servos suos manumisit, vitæ subsidia eis largitus: possessiones vero ac vestes dividens, pretium in pauperes erogavit, atque in eremum secedens, in jejuniis, vigiliis, & precibus perseveravit. Sed cum decessisset Episcopus Edessenus, plurimorum suffragiis deligitur; annis triginta vixit in Episcopatu suorum saluti studens, & plures gentilium filios in fide instruens. Nestorio restitit; qua de re gratulatus ei sic scripsit D. Cyrillus:

Cyril. ep. frag.

Semper quidem splenduit tua sanctitas, præcipue autem modo facta omnibus Orientalibus columna & fundamentum veritatis, & sicut quemdam pestiferum expellens morbum, novæ & abominandæ hæreseos Nestorii blasphemiam.

CHRISTI An. 430.

Alexander, cum a civibus, quos per Evangelium Christo genuerat, postularetur, in sporta dimissus e muro, ne fieret Episcopus, fugit in solitudinem; hic incidit in triginta latronum latibula .... tunc precatus est Deum, obsecrans sibi improborum illorum animas daret; qui annuit ejus postulatis. Eorum Dux gratiam baptismatis suscepit, octavoque die, uti postularat, ad Deum migravit. Eo prodigio permoti alii triginta latrones, accedunt ad sanctum Alexandrum, & sincero animo Dominum nostrum Jesum Christum confessi, baptismo quoque abluti sunt, suamque latrocinii domum in monasterium converterunt. Sufficienter instructis præsidem constituit Alexander, eisque leges præscripsit: biduique itinere pervenit ad Euphratem; ibique viginti annis habitavit.

Ibid.

Quadringenti viri per illud tempus eum convenerunt: hi quatuor linguis distincti, videlicet Latini, Græci, Syri, Ægyptii, quos in octo choros partitur, ut assidue canerent & psallerent Dei laudes. Perpetuam sic primus instituit psalmodiam, quæ nec die nec nocte cessaret: unde dicti sunt Acœmetæ, seu non dormientes. Monasterii pars quædam in Dei laudibus vigilabat, cui per vices succedebat altera: post viginti annos Deum precatus, e suis septuaginta viros fide potentes designavit, qui gentilibus verbum Dei prædicarent. Assumptisque secum aliis centum quinquaginta, Trophimum virum sanctum & quietum monasterio præfecit, ipse vero abiit in Persicam solitudinem. Assidue ibi die ac nocte canonem sacræ hymnodiæ exequebantur. Nihil omnino secum rerum necessariarum detulerant, præter descriptas in membranis sacras literas. Itaque contigit eos tentari corporis necessitatibus: nam multis diebus solis arborum baccis victitabant. Sed misit Deus, uti Sanctus prædixerat, Tribunos Romanos & milites, qui cuncta iis bona attulerunt, rogaruntque ut ad eorum castella diverterent .... quos beatus Alexander secutus est: & totum obiens limitem omnes in fide confirmavit .... & profectus Antiochiam .... clam media nocte cum fratribus in urbem ingreditur; cumque veteres thermas reperisset, hic assiduam instituit hymnodiam. Theodotus Episcopus id graviter tulit. Alexander autem convocatos ad se opulentiores, pro divina, quæ ei inerat, prudentia, permovit, ut xenodochio necessaria præberent. Insignique usus libertate Ducem exercitus & Episcopum arguit, quod multa, quæ essent muneris sui, negligerent .... Sed Clericorum invidia, & factione cujusdam Malchi Subdiaconi, agente etiam Episcopo, a Duce expulsus Chalcidem Syriæ urbem relegatur. Constantinopolim demum venit, comitibus viginti quatuor fratribus, & juxta ædem S. Mennæ Martyris moratus est. Intra paucos dies convenerunt ad eum trecenti recte sentientes, Romani, Græci, Syri, ex omnibus istarum partium monasteriis: hos in sex choros distribuit, ut assiduam obirent hymnodiam, docuitque eos paupertatem, & juxta pristinam regulam omnia ordinavit, effecitque, ut intra breve tempus omni virtute florerent; vitæ necessaria non sine miraculo sæpe eis providit Deus... Non tulit hæc cernens inimicus, ... & turbam hominum in ejusdem belli advocat societatem. Defertur ad Præfectos Alexandrum Monachum hæreticum esse, velle Dei Ecclesiam tetra contagione corrumpere. Delegati judices eum condemnarunt. Comprehensus cum suis in vincula conjicitur, ipse flagellis cæsus est. Jussi sunt, qui prius ejus monachorum pastores extiterant, singuli suos recipere. Atque ita solus dimittitur Alexander. Sed statim ad eum Fratres omnes convenerunt, atque eo ipso die in divino mysterio consueta servata est regula. Cum iis discessit in fines Bithyniæ, ibique extructo monasterio, non multo post sancte obdormivit. Hic vir beatus annis quinquaginta assidue luctatus, numquam succubuit, non fractus adversis, persecutionibus, nuditate, fame, siti, sed in his gaudens, & cum libertate docens verbum veritatis. Illius institutum Constantinopoli & in toto Oriente propagarunt ejus discipuli.

Ephes. Synod. part. 2. act. 5. init. edit. Hard.

XXV. Episcopi, quos miserat Alexandrina Synodus, tandem pervenere Constantinopolim; quid autem egerint, sic ipsi narrarunt Ephesinis Patribus: " Die Dominico, cum synaxis ageretur, ad Episcopale palatium ascendimus, ibidemque toto præsente Clero cunctisque fere Illustribus adstantibus, literas Cælestini & Cyrilli Nestorio tradidimus. Quibus

acce-

CHRISTI AN. 430.

Nestor. serm. 12. apud Merc. p. 84.

acceptis, respondit ut postero die veniremus, & privatim illum conveniremus. Porro nobis redeuntibus aditum interclusit, & responsum nobis dare non est dignatus. Imo post sex dies, octavo Idus Decembris, die Sabbati, publice pro concione eadem quæ ante, & his quoque deteriora dogmata proposuit. „ Illius sermonem nobis conservavit Marius Mercator. Nestorius suppresso Cyrilli nomine in eum invehitur, atque ad disputationem provocat; erroremque arte multa dissimulans, ostendit se non eadem de Christo sentire, quæ Paulus Samosatenus, vel Photinus, & vocem Theotocos sic recipit, ut eam erroribus Apollinaris & Pauli Samosateni favere insinuet. Die sequenti Dominico sermonem alium habuit non minus artificiose conscriptum. Hæreticorum more, id re ipsa negat quod verbis concedere videtur, qui non aliam inter divinam & humanam naturam agnoscit unionem, quam dignitatis, ut aperte indicant hæc ejus verba: “ Dehinc perfectæ divinitatis & perfectæ humanitatis in unum Filium conjunctarum excellentior contemplatio, duarum jus naturarum in unam authoritatem ratione divina conveniens. „ Secundo. Mariam dicit Dei Genitricem, quia templum quod in ea creatum est a Spiritu sancto, unitum est divinitati, scilicet unione dignitatis: quod est prorsus alienum a Fide Catholica, quæ utramque naturam in Christo Personæ unitate conjunctam esse docet.

Nestorii 12. anathematismi.

Apud Merc. p. 116. & tom. 1. Concil. nov edit. Hard. & tom. 2. Lab.

XXVI. Nestorius etiam duodecim anathematismos Cyrillo misit præcipui sunt.

Primus. “ Si quis eum, qui est Emmanuel, Deum Verbum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum, hoc est, inhabitasse eam, quæ secundum nos est, naturam; & Mariam Matrem Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel est, nuncupaverit; anathema sit. „ In prima parte secundi chimæricas damnat hæreses, sed addit. “ Si quis . . . eumdem ipsum, natura & Deum dicat & hominem, anathema sit. „ Quintus. “ Si quis unum esse post assumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere, cum sit Emmanuel; anathema sit. „ Decimus; “ Si quis illud in principio Verbum, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ, factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolatum potius dixerit, oblationemque secundum eamdem rationem ei tribuat qui univit: & illi qui unitus est ad unam societatem filii: hoc est, Deo quæ Dei sunt; & homini quæ sunt hominis non deputans: anathema sit. „ Undecimus. “ Si quis unitam carnem Verbo Deo, ex propriæ naturæ possibilitate vivificatricem esse dixerit: anathema sit. „ Duodecimus: “ Si quis confitens passiones carnis, has quoque Verbo Dei & carni simul, in qua factus est, sine discretione dignitatis naturarum tribuerit, anathema sit. „ Hi quidem anathematismi non extant græce, sed eos latine redditos nobis conservavit Marius Mercator, qui tum Constantinopoli versabatur, eosque oppugnavit. Et primo quidem, Nestorii cuilibet anathemati præmittit & opponit anathema Cyrilli. Tum eadem coarguens cujuslibet vitium indicat.

In primo negat B. Virginem esse Matrem Dei; & tamen Joanni scripserat & ante biduum palam in Ecclesia dixerat, Maria est Dei Genitrix. In secundo negat Christum, quem Emmanuel esse dicit, esse naturaliter Dei Filium; sed inquit Verbum Patris est vere secundum naturam Filius Dei. Ac proinde duos inducit filios, dum unum dicere videtur. Nestorius duos ultimos suos sermones cum anathematismis Cyrilli misit ad Joannem Antiochenum, qui his perlectis, putavit eum, dum immoderate occurreret Nestorio, in sectam Apollinaris incidisse, & docuisse unam tantum esse naturam Deitatis & humanitatis. Mandavit ergo Andreæ Samosateno, & Theodoreto Cyrensi, Episcopis suæ Diœcesis, ut scripto hæc duodecim capitula confutarent. Orthodoxum vero credidit Nestorium. Qui, inquit, & nomen Dei Genitricis gratanter accepit . . . & in duobus sermonibus sanam fidei expositionem & irreprehensibilem nobis direxit: atque ita perturbatio, quæ erat Constantinopoli, jam quievit. Utramque significavit Firmo Cæsareæ Cappadociæ Episcopo Orthodoxo, eumque hortatur, ut si in Pontica Diœcesi hæc capitula divulgentur, inspiciat, & abjuret apud omnes Episcopos. Firmus tamen Cyrillo semper adhæsit.

Synodic. c. 4. apud Baluz. Joan. ep. ad Firm.

Orientales hæreseos accusant Cyrillum.

XXVII. Andreas Samosatenus adversus capitula Cyrilli scripsit nomine Orientalium, qui ejus oppositionem approbarunt. Theodoretus vero in præsenti controversia celebris actor, Antiochiæ natus est ex piis & nobilibus parentibus, quem a Deo Macedonius Asceta sanctissimus precibus suis obtinuit . . . Septennis vicino monasterio S. Euprepii traditus est. Hic in vitæ religiosæ institutis & literis ita profecit, ut & paternas opes pauperibus largitus sit, & sacris prophanisque doctrinis pene omnibus mentem admirabiliter excoluerit. Ibidem cum eo versabantur Nestorius, cui conjunctus amicitia, & Joannes Chrysostomus, & Theodorus Mopsuestenus, quos eloquentiæ & sacræ Scripturæ explicandæ præceptores habuit. Hunc adhuc juvenem Porphirius Lectorem ordinavit. Alexander Porphirii successor illum promovit ad Diaconi officium. Alexandro & postea Theodoto Ecclesiam Antiochenam regentibus per plures annos Antiochiæ Catechistam egit, & licet adscriptus esset in Clerum, de rigore tamen monasticæ disciplinæ nihil remisit. Anno 423. Cyrensis Episcopus quamvis reluctans creatus, pristinam restituit vitæ austeritatem; Ecclesiasticosque reditus impendit publicæ utilitati; vicos octo Marcionis hæresi corruptos una cum vicinis locis ad veritatem volentes perduxit; vicum alium Eunomianis refertum, & alium Arianis, divina cognitionis luce illustravit; nullumque in sua Diœcesi hæresis lolium reliquit. Neque vero ista sine periculis præstitit, sed suso plerumque sanguine, ab eis persæpe lapidatus. Inter hæc commentarios in varios Scripturæ sacræ libros composuit. Gentiles, Judæos, hæreticos doctissimis scriptis impugnavit. Pietatis & doctrinæ fama ubique clarus, inductus precibus Joannis Antiocheni, cui charissimus erat, amare invectus est in duodecim Cyrilli anathematismos, cæcoque impetu in errores abreptus est, eoque scripto tentavit fidem monasteriorum Orientis & Ægypti, & urbis regiæ, pluresque viros sanctissimos ubique locorum in Cyrillum exacerbavit.

CHRISTI AN. 430.

Theod. hist. relig. c. 13. & ep. 81.

Theodoreti vita.

XXVIII. Euoptius Ptolemaidis Episcopus utriusque scripta transmisit ad Cyrillum, qui pro sua defensione duas scripsit Apologias, quas latine reddidit Marius Mercator. Quam scribendi rationem in iis tenuerit, sic ipsemet exponit: “ Præpositis singulis anathematismis, subjectis etiam quæ sunt ab illis objecta, nostra subjunximus, peritos sanctæ Scripturæ judices facientes. „ Quinque libris eadem ratione conscriptis, Nestorianismi suspicionem sæpe movet adversus Theodoretum, nec immerito; nam in secundi anathematismi reprehensione dicit: “ Unum quidem Christum confitemur, divinis Apostolorum traditionibus obtemperantes, & eumdem propter unionem Deum & hominem nominamus. Verum unitionem secundum hypostasim penitus ignoramus, ut novam & alienam a divinis Scripturis, & Patribus, qui eas interpretati sunt. „ Hic locus damnatus est in quinta Synodo, quia in eo reprehendit & damnat Doctores Ecclesiæ, qui unitatem secundum subsistantiam Dei Verbi ad carnem confitentur. Cyrillus ibidem demonstrat quam parum sincere ei imputet errores Apollinaris, quos expresse rejicit in suis anathematismis, & literis gratias egit Euoptio; demum quinque libros scripsit adversus Nestorii blasphemias, quæ in ejus contra Proclum sermonibus leguntur.

CHRISTI AN. 431.

Cyril. Apologia adv. Orientales.

Apud Merc. p. 133.

Theodoreti error.

Tunc forte contigit, ut nefarium quoddam facinus in Ecclesiis perpetraretur. Cujusdam enim præpotentis viri servi, natione barbari, Domini sui atrocitatem experti, ad Ecclesiam confugerunt, strictisque gladiis ad ipsum altare prosilierunt. Cumque rogarentur, ut inde abscederent, nulla ratione adduci poterant, ut parerent, sed impedimento erant, quominus divinum officium celebraretur. Et plurimis diebus evaginatos vibrantes gladios, quemvis ad se accedentem ferire parati erant. Tandem vero cum ex Clericis unum interfecissent, alium autem vulnerassent, semetipsos peremerunt. Unde quidam ex iis, qui aderant, templi profanationem nihil boni dixit portendere. Hoc facinus occasionem Theodosio dedit conscribendi legem de Asylis. Ecclesiarum jura conservat: sed nequid tale deinceps contingeret: templum integrum cum adjacentibus ad ejus usus ædificiis, Asyli jure donat, simulque vetat ne quis Ecclesias ingrediatur armatus. Si quis vero monitus a Clericis arma non deposuerit, armatis immissis per vim abstrahatur.

Socrat. l. 7. c. 33

XXIX. Eodem anno quadringentesimo trigesimo

primo,

Christi An. 431.

S. Paulini mors.

Uran. ep. apud Paulin. p. 543. inter ejus elogia.

primo, S. Paulinus post viginti annos Episcopatus, vitæ suæ septuagesimo octavo, glorioso fine defunctus atque sepultus est. Illius obitus circumstantias sic describit Uranius Presbyter testis oculatus: " Ante triduum quam de hoc mundo ad cœleste habitaculum vocaretur, cum jam de salute ejus omnes desperassent, & duo ad eum Episcopi visendi studio convenissent, id est, Symmachus, & Acindynus, ita eorum adventu recreatus atque refectus est, ut oblita omni carnali infirmitate, totum se iis spiritalem exhiberet. Et quasi profecturus ad Dominum jubet sibi ante lectulum suum sacra mysteria exhiberi; scilicet ut una cum sanctis Episcopis oblato sacrificio animam suam Domino commendaret: simul etiam eos, quos pro disciplina Ecclesiastica e communione sacri mysterii extorres esse præceperat, ad pacem pristinam revocaret. Et cum hæc omnia celebrasset, subito clara voce interrogare cœpit, ubi essent fratres sui. Tunc unus ex circumstantibus, qui putavit quod Episcopos qui aderant, quæreret, ait illi: Ecce hic sunt. At ille: sed ego nunc Fratres Januarium atque Martinum dico, qui modo mecum locuti sunt, & continuo ad me venturos esse dixerunt: e quibus Januarius Episcopus simul & Martyr, Neapolitanæ urbis illustrat Ecclesiam. Divus autem Martinus Turonensis fuit Episcopus. Et his dictis, extensis ad cœlum manibus dixit: Levavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi; auxilium meum e Domino, qui fecit cœlum & terram. Deinde collecta oratione commonitus est a Posthumiano Presbytero, quod pro vestimentis, quæ pauperibus fuerant erogata, quadraginta solidi deberentur. Paulinus leviter subridens ait: Securus esto, fili, crede mihi, quia non deerit, qui debitum pauperum solvat. Et ecce, non longe interposita mora, ingreditur quidam Presbyter de Lucaniæ partibus veniens, missus a S. Episcopo Exsuperantio, atque a clarissimo Fratre ejus Ursatio, qui ei per ipsum muneris gratia quinquaginta solidos miserant; Paulinus his acceptis dixit: Gratias ago tibi Domine, qui non dereliquisti sperantem in te. Ex his Presbytero duos dedit, reliquos vero negotiatoribus, qui vestimenta pauperibus dederant, reddi mandavit. Inde usque ad mediam noctem paululum quieti concessit. Adveniente luce, excitatis omnibus, matutinum ex more celebravit. Facta autem die, Presbyteris & Diaconibus, atque omnibus Clericis exemplo Dominico pacem hæreditariam prædicavit. Demum circa horam quartam noctis, omnibus, qui aderant, sollicite vigilantibus, subito tam ingenti cellula ejus terræ motu concussa est, ut hi, qui lectulo ejus assistebant, exterriti ad orationem se jactarent, nihil tamen scientibus his, qui præ foribus consistebant: neque enim publicus, sed privatus in cellula fuerat terræ motus. Ille Angelicis susceptus manibus debitum Deo spiritum exhalavit. Decimo Kalendas Julii.

S. Paulini elogium.

Ejus elogium ibidem sic paucis exprimit Uranius. " Suavis & mitis fuit, etiam cum in superbia sæculi versaretur. Cum autem ad Christum conversus est, aperuit horrea sua pauperibus, apothecas suas advenientibus patefecit. Nam ei parum erat proximos alere, nisi etiam undique evocaret, quos pasceret atque vestiret. Quantos captivos redemit? quantos, intricatos debitis a creditoribus suis reddita pecunia liberavit? Una scilicet pietatis negotiatione & planctus debitorum extersit, & creditorum gaudia reparavit. Cum autem ad summum Sacerdotii gradum provectus esset, noluit talem se exhibere Episcopum, qui ab aliquo timeretur: sed talem se reddidit Sacerdotem, qui ab omnibus amaretur. Numquam sic iratus est, ut non in ira misericordiæ memor esset: neque enim poterat vir ille irasci, qui contumelias despiciebat, & odia vitabat .... Justitiam quoque votis benignioribus temperabat, rigorem tenens in examinatione justitiæ, misericordiam autem in definitione sententiæ proferens. „ D. etiam Ambrosii, Augustini, Eucherii, Hieronymi laudibus celebratur. Ex ejus operibus supersunt duæ & viginti epistolæ, & viginti sex poemata, quorum decem sunt de S. Felicis laudibus.

Synodus Ephesina.

Cœlest. epist. ad Const.

XXX. Peractis festis Paschalibus anni quadringentesimi trigesimi primi, continuo Nestorius Constantinopoli, Cyrillus Alexandria Ephesum profectus est. Nestorium comitabantur Candidianus Comes domesticorum ab Imperatore missus, & Comes Irenæus ut Nestorii amicus. Adveniens multos illic congregatos Episcopos reperit: adfuerunt inter alios, Pelagiani exules, Julianus scilicet ejusque socii. Cyrillus quinquaginta secum adduxit Episcopos, totidemque reliquit, qui curam Ecclesiarum gererent, Ephesumque pervenit quinque diebus ante Pentecosten, quæ eo anno in septimum Junii incidit. Quinto post festum die adfuit cum Palæstinis Juvenalis Hierosolymitanus, Flavianus Philippensium cum Macedonibus Episcopis advenit ante primam sessionem. Joannes Antiochenus solus cum suis Orientalibus ad diem dictam non adfuit. Nonnulli volunt eum sponte traxisse moras, ne damnationi Nestorii subscribere cogeretur. Ille, contendit se ad constitutum diem occurrere non potuisse, quando Episcopi, quos secum habebat, Dominicam illam, quæ Nova vulgo dicitur, nunc Dominica in Albis, in suis sedibus celebrassent, & plerique nonnisi post tx. dies itineris potuerint pervenire Antiochiam, quæ ab urbe Epheso distat triginta mansionibus. Sed cum prima Concilii sessio celebrata sit diebus quindecim post Pentecosten, frivola est Joannis excusatio; Juvenalis enim, quamvis major esset locorum distantia, decem ante primam sessionem dies Ephesum pervenerat. Capreolus Carthaginensis Archi-Episcopus propter impetus Vandalorum Africanas regiones obsidentium, non valens congregare suum Concilium, Bessulem Diaconum suum misit Ephesum ad Concilium legatum.

Christi An. 431.

Liberat. C. 5.

Cyril. tom. 5. part. 2.

B. Mariæ laus.

Incarnationis mysterium.

Isaiæ 9.

Concil. Ephes. part. 4.

Interim coram Episcopis de Dei Genitricis laudibus sermonem habuit Cyrillus, eamque sæpius salutat Deiparam: " Salve, inquit, Maria Deipara, per quam salvatur omnis spiritus fidelis. „ Tum invehitur in Nestorium, ostendit Christum esse vere Dei Filium & Deum, ejusque Matrem recte dici Deiparam: addit se manum Nestorio per literas porrexisse, quam contempsit contumax. " Quod, inquit, ita res plane sint, testem locupletem proferamus Cœlestinum Archi-Episcopum, & Patriarcham magnæ orbis Romæ. „ Cujus monitis obtemperare noluit Nestorius, quem deponendum esse concludit. Acacius Melitenes Metropolitanus vir magnæ eloquentiæ habuit etiam de Incarnationis fide sermonem. Utriusque naturæ unionem in Christo & Personæ unitatem probat, ex his Isaiæ verbis: " Puer natus est nobis &c. Quid sibi volunt, inquit, Consiliarius, Deus fortis, Dominus & Pater futuri sæculi? Nimirum ille superne dominator, inferne subditus, superne filius, parvulus in terris; superne admirabilis & consiliarius, inferne homo ... Superne Deus fortis, in terris homo qui colaphis cæditur, Cruci affigitur, mortemque per illam perpetitur. Nam hæc omnia ad servi formam pertinentia nullo modo Deus, qui illam susceperat, detrectavit; ut per quodlibet jam dictorum ea demoliretur, quæ salutis viam nobis obstruebant, dignamque tanta exinanitione beneficentiam in nos transfunderet. Equidem Dei gratiam non abjicio. Ea quæ mea causa perferre dedignatus non est, in medium depromere non vereor: nam impassibilis corpori patibili semetipsum conjungens, passiones non recusavit, sed salutis meæ gratia sustinuit. Deiparam Virginem eo honore non privo, quem dispensationis ministerium gratuito ipsi impertivit. Etenim, carissimi, absurdum fuerit, crucem ignominiosam, quæ Christum portavit, cum altaribus Christi conglorificari, atque in fronte Ecclesiæ splendentem apparere; eam vero, quæ ad tantum beneficium Deitatem suscepit, Deiparæ honore privari. Deipara igitur est sancta Virgo. Deus enim est, qui ex ea natus est, non quod initium, ut esset, ex ea sumpserit, sed quod ut homo fieret, principia inde hauserit. „ Tres etiam de eodem argumento homilias habuit Theodotus Ancyræ Metropolitanus, quarum duæ priores lectæ sunt in ipsa Synodo. Uterque pro antique necessitate conatus est Nestorium colloquiis adducere ad communem cum Ecclesia sententiam; sed frustra: nam triduo priusquam sessio celebraretur, ab eo audierunt has voces impias: Deum ego bimestrem aut trimestrem non colo .... Alius est qui passus est; alius, qui Verbum Dei: & Judæi hominem crucifixerunt non Deum. Interea Cyrillus de diversis Nestorii libris, vel tractatibus excerpta descripsit capitula. Differunt ista tum ab excerptis, quæ Synodo Ephesinæ oblata sunt; tum ab iis, quæ libro contradictionum continentur.

Nestorii impietas.

Joan. ep. ad Cyril. t. part. Concil. Ephes.

XXXI. Joannes Antiochenus ex itinere, Cyrillo scripsit. " Sum ad januas, jam multum passus itinens laborem. Dies enim habeo triginta ... ora

ergo

(Christi An. 431.)

ergo Domine, & has quinque aut sex mansiones sine tristitia nos iter agere, & concurrere & amplecti sacrum nobis sanctumque caput. Qui circa me sunt Deo amabiles Episcopi, Joannes, Paulus, Macarius, alloquuntur tuam sanctitatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus. „ Die decimo post Pentecosten ex parte Joannis advenerunt duo Metropolitani, Alexander Apameæ, & Alexander Hierapolitanus. Cum autem de cunctatione Joannis quererentur omnes, dixerunt illi sæpius: Mandavit nobis, ut pietati vestræ indicemus, ne Synodum prorogetis, si amplius ipsum tardare contigerit; sed potius quod opus est facto, id fiat .... Cum hæc illi renuntiassent, certoque constaret tam ex mora, quam ex iis, quæ nuntiata fuerant Joannis nomine, eum detrectare consessum, & gratificari Nestorio, qui Ecclesiæ suæ fuerat Clericus; Episcopi ducenti, qui jam Ephesum convenerant, exactis sex diebus quos postularet Joannes; cum plures moræ longioris impensis & morbo premerentur, ad Synodicam audientiam die vigesima secunda Junii congregati sunt. Scilicet sexdecim diebus post Pentecosten, quem diem festum Synodi consessui præscripserat Imperator.

(Ephes. Syn. act. 5. in rel. ad Cælest.)

(Nestorius citatur.)

XXXII. Pridie Episcopi quatuor, Hermogenes Rhinocurorum, Athanasius Parali, Petrus Parembolorum, Paulus Lampæ, Synodi nomine missi ad Nestorium, monuerunt sequenti die Synodum sessionem habiturem, & ne a consessu abesse vellet. Respondit: mecum deliberabo, & siquidem me venire oportuerit, veniam. Simul sex aut septem alios Episcopos, qui ibidem aderant, eadem de re commonefecerunt. Qui dixerunt: deliberabimus, & siquidem ita visum fuerit, crastina die accedemus. Eodem die octo & sexaginta Episcopi Syriæ, Asiæ, Thraciæ protestati sunt, postulantes primo observari Synodum Nicænam, quam per Cyrilli capitula everti sæpe dixerat Nestorius. Secundo. Exspectari Joannem Antiochenum, cui vix iter triduanum supererat, & tunc eo præsente fieri Synodum. Tertio. Ne quis ab Episcopo suo depositus in communionem aut gradum restitueretur; propter scilicet Clericos, quos blasphemiis suis obsistentes Nestorius ejecerat. Quosdam etiam e suis delegarunt, qui denuntiarent se non prius conventum habituros, quam eum convocaret Comes Candidianus.

(Synodic. c. 7. apud Baluz.)

(68. Episcoporum protestatio.)

(Candidiani protestatio. 1. part. Synod. Ephes.)

Postridie Cyrillus cum suis in magna Ecclesia, quæ Maria vocabatur, Synodum celebravit. Candidianus his auditis advolans eos contestatur, ne quid agerent, ne forte particularis fieri Synodus videretur, præsertim cum Joannes Antiochenus, & Metropolitani plures abessent: hanc esse Imperatoris dispositionem. Cyrillus & Memnon Ephesinus, ut Imperatoris literas prælegeret, efflagitarunt. Cum recusaret propter absentes: coegerunt illi, se ignorare asserentes, quid ab Imperatore præscriptum esset. Coactus ergo sacram legit. “ Candidianum domesticorum Comitem ad sacram vestram Synodum abire jussimus; sed ea lege & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis, quæ circa Fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat; (nefas est enim qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere) verum ut Monachos & Sæculares, qui hujus spectaculi causa eo confluent, ab eadem illa civitate modis omnibus submoveat .... Tum rursum, ut diligenter prospiciat, ne qua dissensio e mutuo repugnandi studio coorta increbescat .... Ante omnia autem eidem Candidiano mandatum est, ut quam studiosissime observet, ne quem ex vestra Synodo aut reditum molientem, aut iter ad curiam nostram affectantem, aut ad alium quemcumque locum abscedere cupientem, a constituto disquisitionis loco abire permittat. Hinc ne aliam omnino Ecclesiasticam quamcumque controversiam .... ante moveri sinat, quam eorum omnium, quæ nunc in controversiam vocata sunt, exactissimo judicio discutiantur, finemque Orthodoxæ Religioni congruum sortiantur. Postea durante Synodo forenses causas Ephesi agitari vetat. His auditis inchoandam Synodum statuerunt Episcopi. Candidianus vero in eadem contestatione permansit, postulans nihil eorum fieri; sed quatuor tantum dies sustinerent Joannem Antiochenum cum suis. Hæc sæpius admonens nihil profecit. Itaque velut affectus contumelia, hanc suam contestationem per modum edicti publicavit eodem die, prohibeas ne quid novi tentarent, sed omnium Episcoporum exspectarent præsentiam, & illius exemplar Imperatori trasmisit.

(Theod. ep. ad Syn. Ephes.)

(1. part. Concil. Ephes.)

(Sessio 1. Concil. Ephes.)

(Concil. tom. 1. ed. Hard. & tom. 3. Lab.)

XXXIII. Ubi primum discessit, sessio prima celebrata est, considentibus in sancta Ecclesia, quæ vocatur Maria, religiosissimis Episcopis, Cyrillo Alexandriæ, qui & Cœlestini sanctissimi Romanæ Ecclesiæ Archi-Episcopi locum obtinebat, & Juvenali Hierosolymorum Patriarcha, & Memnone Ephesiorum Metropolitano, & Flaviano Philippensium, qui Rufi Thessalonicensium Episcopi locum gerebat, cum aliis centum quinquaginta Episcopis, & Bessula Diacono Carthaginensi. Sanctorum Evangeliorum liber in medio throno, veluti Christum repræsentans, fuerat collocatus. Petrus Presbyter Alexandriæ, & Primicerius Notariorum paucis exposuit quæ hactenus gesta essent in causa Nestorii: atque conclusit. “ Cum igitur Imperiali nutu sacra vestra Synodus in hunc locum convenerit, necessario indicamus, nos ejusmodi epistolas præ manibus habere, scilicet Cœlestini, Cyrilli, & Nestorii, ut fiat quod pietati vestræ placuerit. „

(Ibid.)

Juvenalis dixit: Legatur Imperatorum sacra ad omnes Metropolitanos destinata, Quæ mox per eumdem Petrum lecta est .... Memnon dixit: a præfinita die in literis Imperatoris præteriisse sexdecim dies. Cyrillus dixit: Sacra & magna hæc Synodus satis hactenus cunctata, Episcoporum, qui venturi sperabantur, exspectavit adventum ... Proinde chartulæ illæ quæ ad presens institutum faciunt, ordine recitentur ... Theodotus Ancyræ monuit prius evocandum esse Nestorium. Hermogenes cum collegis pridie id se præstitisse declaravit. Postulante Flaviano rursus ad eum quatuor missi sunt Episcopi cum hac syngrapha.

(Ibid.)

(Nestorius ter citatur.)

„ Quoniam sanctitas tua congregatæ Synodo deest, licet jam admonita, necessario per Theopemptum, Anderium, & Theodulum Episcopos, & Epaphroditum Lectorem iterum te rogamus convenire, & non deesse his, quæ geruntur; præsertim cum religiosissimi Imperatores præceperint, ut, cæteris omnibus posthabitis, ad Fidem confirmandam summo studio incumbamus. Hi citatione peracta reversi Synodo dixerunt. In Nestorii domum venimus, & videntes multitudinem militum cum fustibus, nostrum adventum ei indicari rogavimus. Illi autem ne id fieret, impediebant, dicentes, se, ne quempiam omnino conveniendi sui causa intromitterent, jussos esse. Cumque assereremus fieri non posse, ut nullo accepto responso recederemus, quod sancta Synodus, publico illum scripto citaret; illius Clerici egressi, idem quod milites responderunt. At vero ubi perstamus responsum urgentes, Florentius Tribunus .... in medium prodiens ... exspectare nos jubet. Paremus non gravatim. Tandem una cum quodam Nestorii Clerico foras egressus ita nos affatur. Mihi quidem Nestorium videre non licuit; per alios tamen significavit, cum omnes Episcopi simul convenerint, tum se quoque affuturum: atque ut hæc vestræ pietati renuntiarem. Nos vero contestati & ipsum, & omnes præsentes milites, & Clericos ejus, recessimus. Flavianus dixit: Quoniam nihil ex iis quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent, prætermitti par est ... tertia rursus citatione accersatur. „

(Ibid.)

Episcopi quatuor ad eum cum Anysio Lectore delegantur, qui sequens anagnosticon deferebat: “ Sancta Synodus Canonibus obtemperans, teque leni patientique animo ferens, en tertio ad suum consessum te invitat. Digneris itaque vel nunc tandem huic te adjungere, eorumque dogmatum, quæ hæretice pro concione disseminasse diceris, in communi Ecclesiæ conventu rationem reddere. Quod si tu ipse non accesseris, responderisque ad ea, quæ tibi de scripto, sive citra scriptum objiciuntur, scito sanctissimam Synodum necessitate compulsam ea de re prolaturam, quæ sanctorum Patrum Canonibus sancita sunt. Posteaquam hi quoque revertissent, Joannes Hephæsti Episcopus dixit Synodo ... Advenimus ad Nestorii domum, & invenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante januas. Rogavimus, ut ... vel nos admitterent, vel saltem, ut ipsi illum nos jam adesse, certiorem faciant, a sacra Synodo cum tertia citatione destinatos; ne responso quidem nos dignantur milites. Cum autem diu multumque exspectassemus ... tandem milites nos dimiserunt dicentes, aliud nullum responsum nos accepturos: addunt & hoc quoque, ea de causa vestibulo se custodes adhi-

CHRISTI AN. 431. adhibitos, ne ullum omnino, qui a Synodo missus esset, apud ipsum ingredi permittant. . . . „

XXXIV. Juvenalis his auditis inde concludit:

Ibid. “ Juxta Canonicas sanctiones quæ jam præ manibus sunt, & ad rectam piamque Fidem corroborandam conferunt, ea capessantur. Imprimis recitetur Fides, quam trecenti decem & octo Patres & Episcopi Nicææ quondam congregati exposuerunt: ut sententiis ad Fidei doctrinam spectantibus cum ea expositione collatis, consentientes quidem confirmentur, dissentientes autem rejiciantur. Et lectum est symbolum Nicænum. Postea lecta est secunda Cyrilli ad Nestorium Epistola, quæ sic incipit: Intelligo quosdam meæ apud tuam pietatem existimationi detrahere. Cysillus autem rogavit Synodum, ut coram exponeret, rectene & inculpate, sanctoque illi Concilio convenienter hæc scripserit, an secus? Juvenalis dixit: Nicænum symbolum, & Cyrilli Epistolam per omnia sibi consentanea, ac inter se consentientia comperio; quocirca piis hisce dogmatibus assentior & subscribo. Eadem omnes judicarunt, atque ita se credere professi sunt. Episcopis exinde postulantibus lecta est Nestorii ad hanc Cyrilli Epistolam responsio, quæ incipit: Mirabilium literarum tuarum contumelias. Quid videtur sanctæ huic & magnæ Synodo de Epistola modo recitata? Juvenalis dixit: Nullo modo consona est piæ Fidei expositæ a sanctis Patribus, qui Nicææ convenerunt; & eos anathematizo, qui ita credunt: etenim aliena sunt hæc omnia ab Orthodoxa Fide. Omnes eodem modo hanc condemnarunt, simulque exclamaverunt: Quicumque Nestorium non anathematizat, anathema sit . . . . . Omnes Nestorii Epistolam & dogmata anathematizamus; omnes hæreticum Nestorium anathematizamus. „

Cyril. a. epistola ad Nestorium approbatur.

Nestorii epistola damnatur.

Ibid. Juvenalis dixit: “ Legantur & literæ sanctissimi Cœlestini Romanæ Ecclesiæ Archi-Episcopi, quas de Fide perscripsit. Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter legit Cœlestini Epistolam ad Nestorium, quæ incipit: Aliquantis diebus vitæ nostræ, ut superius. Hac perlecta, idem Petrus dixit: His quæ modo recitata sunt, sanctitas quoque Cyrilli consona scripsit . . . . si pietas vestra jusserit, recitabimus. Flavianus Philippensium Episcopus dixit: Legantur hæc quoque, lectaque in Actorum commentarios referantur. Petrus Presbyter legit Epistolam quam Cyrillus & tota Synodus Ægypti scripserat ad Nestorium, quæ continet duodecim Cyrilli anathematismos, & incipit: cum Salvator noster diserte pronuntiet; ut superius . . . . Hanc Nestorio se reddidisse Patribus affirmarunt quatuor Episcopi, qui eam detulerant. Synodus vero de ejus Orthodoxia nullum tulit judicium.

Ibid. Cyrillus dixit: “ Quandoquidem non de vulgari, sed de re omnium maxima hic agitur, puta de recta in Christum fide, consentaneum est ut reverendissimi Episcopi Theodotus & Acacius juxta obtestationem pissimi Fidei Episcopi . . . ea nobis aperiant, quæ cum Nestorio in hac Ephesiorum civitate de Orthodoxa Fide disputantes ex illius ore audierunt. „ Theodotus Ancyræ dixit: “ Hoc in loco disserens, Deum bimestrem aut trimestrem appellare, nefas esse repetivit. Atque hæc non solum nos ex eo intelleximus... sed alii præterea non pauci. Acacius Melitenæ dixit: Cum Nestorio in colloquium veni. Cumque illum minus recte sapere animadverterem, ab erronea opinione, qua tenebatur, eum abducere, & ad veritatis tramitem transferre conatus sum: eoque hominem induxisse videbar, ut se verbis ab ea sententia recessisse fateretur. Cæterum decem aut duodecim dierum intervallo interjecto, cum ego veritatis patrocinium suscepissem, deprehendi illum in duas graves absurditates simul prolabi. Primo namque ex illius interrogatione, quæ absurda erat, eo respondentem adigere contendebam, ut vel Unigeniti Deitatem Incarnatam negaret; vel certe, quod impium erat, Patris, & Filii, & Spiritus sancti Deitatem una cum Verbo carnem sumpsisse fateretur. Quæ mentis erant perversissimæ, & piam fidem modis omnibus avertere paratæ. Mota deinde altera concertatione, Episcopus quidam, qui cum ipso erat, sermonem excipiens, alium asserebat Filium esse qui mortem subierat, & alium item Dei Verbum. Quam blasphemiam amplius ferre non valens, omnibus consalutatis abivi. „ Utrumque antea cum Nestorio fuisse amicitia conjunctum, notum erat omnibus.

CHRISTI AN. 431. XXXV. Flavianus Philippensium dixit: “ Consequens est ut beatorum Patrum nostrorum sententiæ ad præsens institutum facientes, in medium proferantur, & lectæ in acta referantur. „ Petrus

Ibid. Presbyter legit varias Patrum sententias antea præparatas, quæ Fidem Orthodoxam de Incarnatione confirmabant: primo D. Petri Alexandrini & Martyris: secundo D. Athanasii ex libro contra Arianos. “ Nunc, inquit, postquam Verbum Incarnatum est, & ea quæ carnis sunt propria sibi adscivit, ejusmodi passiones in corpus non amplius desæviunt, propter Deum Verbum quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumptæ sunt . . . Carne proinde ex Deipara Maria nata, ipse natus perhibetur, qui aliis rebus ut sint, largitur. „ Ejusdem ex Epistola ad Epictetum. Quomodo autem quidam in quæstionem vocare audent; Dominusne, quem Maria in lucem edidit, natura quidem & essentia Dei Filius existat: secundum carnem vero ex semine David, & S. Mariæ carne ortum ducat. Quidam vero in eam temeritatem prolapsi sunt, ut dicere audeant, Christum, qui carne passus & crucifixus est; nec Deum esse . . . nec Patris Filium. Tertio. S. Julii Papæ in Epistola ad Docimum: Ad Fidei plenitudinem, inquit, Incarnatus quoque Dei Filius ex Maria Virgine prædicatur, atque inter homines moratus . . . Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu: non duo Filii, unus quidem germanus filius, qui suscepit hominem. Alter vero homo mortalis a Deo assumptus, sed unus Unigenitus in terra Deus. Quarto. S. Felicis Papæ & Martyris in Epistola ad Maximum Alexandrinum. “ Credimus in Dominum Jesum Christum ex Virgine Maria natum, quod ipse sempiternus est Dei Filius & Verbum, non autem homo a Deo assumptus, ut alius sit ab illo. Neque enim hominem assumpsit Dei Filius, ut alius ab ipso existat: sed cum perfectus Deus esset, factus est simul homo perfectus, ex Virgine Incarnatus. „ Quinto. Theophili. Sexto. D. Cypriani. Septimo. D. Ambrosii. Octavo. D. Gregorii Nazianzeni ex Epistola prima ad Cledonium. “ Si quis, inquit, Mariam Deiparam esse inficiatur, a Deo alienus est ... Si quis duos introducit Filios, unum quidem ex Deo Patre, alterum vero ex Maria, non autem unum atque eumdem, is quoque ab ea adoptione excidat, quæ rectam Fidem servantibus promissa est. Duæ namque naturæ sunt, Deus & homo, quemadmodum anima & corpus, non tamen duo sunt filii . . . Atque ut paucis rem complectar, aliud & aliud est ex quibus Salvator constat, si quidem non unum & idem sunt, visibile & invisibile, æternum & temporaneum: at non est tamen alius & alius; absit hoc: utraque enim hæc conjunctione unum sunt, Deo nimirum homine facto, atque homine Deificato . . . . . „ Nono. D. Basilii. Decimo. D. Gregorii Nysseni. Undecimo. Attici Episcopi Constantinopolitani. Duodecimo. D. Amphilochii. Hæc paulo fusius exposuimus, quia Cyrillum inter & Nestorium fuisse de sola voce disputationem dixere quidam recentiores, & Synodum Ephesinam damnasse hæresim imaginariam, affirmare non erubuerunt.

Patrum testimonia de Incarnatione.

XXXVI. Petrus Presbyter his recitatis dixit: Habemus etiam præ manibus Nestorii blasphemiarum commentarios ... quæ si sanctæ huic Synodo placet, prælegemus. Flavianus dixit: legantur, & in acta referantur. Cæteri dixerunt: omnes eadem dicimus. Lectum est igitur ex libro Nestorii quaternione decimo septimo. “ Christipara Virgo filium Dei genuit: attamen quia filius Dei duplicis naturæ existit, non Dei filium, sed humanitatem genuit, quæ propter filium adjunctum filius est. Ex eodem quaternione vigesimo primo ... Non idem ego interpretor illud, processit, & genitus est, siquidem Deum Verbum ex Christipara Virgine processisse per divinam scripturam edoctus sum: quod autem Deus ex ipsa natus sit, id nusquam scriptum comperi . . . . Animadverterunt ergo Patres . . . si pro eo quod incarnatum dicimus, genitum diceremus, necessario consecuturum, Deum Verbum vel esse filium Spiritus sancti, vel duos habere patres. Si vero factum assereremus, hinc rursum inferri, Deum Verbum Spiritus sancti creaturam esse. „ Præterea legit quædam alia jam relata superius: quæ si cum Patrum sententiis supra laudatis comparemus, apparebunt statim contraria. Quapropter Flavianus dixit: “ Quandoquidem horrenda ac blasphema sunt Nestorii dicta,

Nestorii hæresis.

Ex quatern. 24.

neque

CHRISTI AN. 431. neque aures nostræ hisce amplius inquinari ferant: blasphemæ illius voces, ad perpetuam authoris accusationem & notam, sigillatim actis inserantur." Denique lecta est Capreoli Carthaginensis Episcopi epistola: excusat si solemnem legationem ad Synodum non miserit, prohibitus incursibus Vandalorum, qui vastabant Africam. Hortatur autem Patres "Ut novas doctrinas, & antehac ecclesiasticis auribus inexpertas, priscæ authoritatis robore instructi e medio profligent, ne hos, quos pridem impugnavit Ecclesia, hisque temporibus repullulantes, Apostolicæ sedis authoritas, Sacerdotumque in unum consonans sententia oppressit, secundæ disputationis prætextu vos jam dudum ablata renovare videatur: nam si quid forte novarum controversiarum inciderit, id discussioni subjiciatur oportet: ut vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum caplodatur. At vero si quis ea quæ jam olim dijudicata sunt, denuo in disputationem vocari sinat; is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quæ hactenus valuit, ipsemet dubitare." Hæc jubentibus Patribus, actis inserta est.

Nestorius deponitur. XXXVII. Sessionem clausit sequens sententia depositionis Nestorii. "Sancta Synodus dixit: Cum præter cætera impiissimus Nestorius nostræ citationi parere noluerit; non potuimus ad eorum, quæ impie docuit, examinationem animum non adjungere. Deprehendentes itaque partim ex literis commentariisque ipsius, partim e sermonibus, quos nuperrime in hac Ephesinorum Metropoli habuit, quique testimoniis comperti sunt, illum impia sentire & prædicare; enacti per sacros Canones & epistolam S. Patris nostri & comministri Cœlestini Romanæ Ecclesiæ Episcopi, lacrymis subinde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus. Igitur Dominus noster Jesus Christus, quem suis ille blasphemis vocibus impetivit, per hanc Synodum eumdem Nestorium episcopali dignitate privatum, & ab universo Sacerdotum consortio & cœtu alienum esse definit." Episcopi omnes subscripsere: quidam absentium vices egerunt. Accesserunt postea & alii Episcopi ad sanctam Synodum, qui & ipsi quoque præpositæ damnationi subscripserunt. Universus vero civitatis populus a primo diei ortu usque ad vesperam, sanctæ Synodi judicium præstolabatur. Cyrill. epist. ad Cler. Alexand. Ut autem auditum est, Nestorium sua dignitate privatum esse, omnes una voce Synodum laudare, Deumque glorificare cœperunt, quoniam fidei hostis concidisset; Episcoposque ex ecclesia egressos eum facibus & tædis usque ad diversorium deduxerunt, nonnullæ quoque mulieres thuribula gestantes eos antecedebant. Multa etiam in urbe luminaria accensa sunt.

Synod. Ephes. act. 1. Synodi sententia sequenti die significata est Nestorio in hunc modum. "Sancta Synodus Dei gratia juxta religiosissimorum Christianissimorumque Imperatorum nostrorum statutum in Ephesiorum Metropoli congregata, Nestorio novo Judæ. Agnosce te propter impias prædicationes tuas, & adversum Canones contumaciam, vigesimo secundo die mensis Junii præsentis, juxta Ecclesiasticarum sanctionum decreta, a sancta Synodo depositum, atque ab omni ecclesiastico gradu alienum esse." Eodem die in variis urbis locis affixa publice omnibus innotuit, missaque est Euchario Constantinopolitanæ Ecclesiæ defensori, œconomis aliisque Clericis, quibus scripsit: omnia quæ ad ecclesiam pertinent, custodite, ut rationem reddituri illi, qui Dei voluntate, piissimorumque Imperatorum ordinandus est Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus. Cyrillus Synodi gesta misit Dalmatio Monasteriorum Archimandritæ, & suis apocrisariis qui erant Constantinopoli. Dalmatius dum vixit, vitæ austeritate & sanctitate fuit omnibus venerabilis, præsertim senatui & Imperatori, qui eum frequenter invisebat; ille vero totos 3. Aug. quadraginta annos Monasterio pedem non extulit. Eum ut Sanctum cum filio Fausto colit Græca Ecclesia.

Nestorii relat. Ephes. Synod. part. 1. XXXVIII. Candidianus Comes eadem die, edicto publice proposito adversus Synodi gesta contestatus est, & de iis retulit ad Imperatorem. Sola Nestorii superest relatio, quæ fortassis fuit & Candidiani, qui haud dubie eadem scripsit. Conqueritur quod contra ejus literas & ejus contestationem, multorum Episcoporum, & præsertim Joannis Antiocheni adventum non expectaverint, quamvis ipse promisisset se communi consessui præsto futurum.... "Ægyptii, inquit, & Asiatici soli Concilium celebrarunt. Rem utique ab Ecclesiæ consuetudine, & pietatis vestræ literis alienam agentes.... satellitibus suis per forum dispositis totam civitatem tumultu compleverunt.... Hujus seditionis author fuit Memnon Ephesiorum Episcopus. Hic etenim sanctas Ecclesias..... nobis præclusit..... his vero magnam Ecclesiam aperuit ... supplices proinde pietatem vestram rogamus..... ut jubeat vel nos inoffensos custodiri, legitimamque Synodum haberi ... ex qualibet autem provincia duos selectos non cum Metropolitano ad consessum admitti." Dolose id postulabat, pauci sunt enim in Patriarchatu Alexandrino Metropolitani. Episcopi decem cum Nestorio huic relationi subscripserunt.

Antequam adveniret Joannes Antiochenus, acta sua Synodus ad Imperatorem misit cum Synodica. Ibid. Observant Primo. Sacrum Pentecostes diem celebrandæ Synodo designasse Imperatorem, se tamen totos sexdecim alios dies expectasse Joannem Antiochenum, qui per Episcopos eis significarit, ut rem propositam aggrederentur. Secundo. Referunt tres factas Nestorio citationes, ejus errores, & latam in eum sententiam. "Laudavimus inquiunt, Cœlestinum magnæ Romæ Episcopum, qui ante nostram sententiam hæretica Nestorii dogmata condemnarat, nosque in ferenda contra ipsum sententia antevertcrat, prospiciens securitati Ecclesiarum ... Vestram *Concilii Synodica.* ergo Majestatem iterum atque iterum rogatam cupimus, ut universam illius doctrinam a sanctissimis Ecclesiis submoveri, ejusdemque libros ubicumque repertos flammis aboleri jubeat." Synodus eadem scripsit Clero populoque Constantinopolitano; Cyrillus autem Clero suo & Monachis: sequentibus diebus Cyrillus & alii Episcopi in suis concionibus invecti sunt in Nestorium, cujus partibus relictis, Synodo adhæsere septem Episcopi.

XXXIX. Quinto post Nestorii depositionem die, Ibid. epist. Memn. an Cler. Const. Joannes Antiochenus cum suis Ephesum ingreditur. Synodus cum ejus adventum intellexisset, quosdam Episcopos cum nonnullis Clericis obviam illi misit, & debitum honorem illi deferens, simulque ut a Nestorii, propter impietatem depositi, colloquio se abstineret, eum commonefaciens. Cum autem militum comitatu impediti, cum per viam alloqui non possent, nihilominus ad illius diversorium usque consecuti sunt. Multis autem horis ibi præstolantes.... tamdiu manserunt, donec post diuturnam moram, illos per milites ad se introducit. Posteaquam vero quæ a Synodo in mandatis habebant, illi exposuissent, per Comitem Irenæum, suosque Clericos illis plagas imponi permisit: qui redeuntes quæ acciderant, exposuerunt.

Ipse vero Joannes statim conciliabulum suum habuit. Ibid. Relat. ad Act. conciliab. Joan. Antioch. *Joannis Antiocheni pseudo-Synodus.* Candidianus Comes exposuit quæcumque gesserat, ut Cyrillus cum suis adventum ejus expectaret, & suas adversus gesta in Synodo contestationes & oppositiones: denique Nestorium inauditum fuisse damnatum. Imperatorisque literis ei traditis, ipse discessit. Joannes his auditis, & præsentium Episcoporum querelis, ex eorum consensu sequentem protulit sententiam. "Tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon hujus civitatis Episcope, scite vos depositos & ab Episcopatu alienos, atque ab omni Ecclesiastico ministerio & functione esse amotos: ut qui in causa fuistis, ut Patrum Canones conculcarentur, & Imperatorum decreta contemnerentur, omniaque confusione & turbis miscerentur, ac totius sceleris authores & duces extitistis. At vos reliqui omnes, qui seditiose & inique contra Ecclesiasticas sanctiones, Regiaque decreta agentibus consensistis, excommunicati estis, donec agnita culpa vestra resipiscatis, fidemque a SS. Patribus in Nicæna civitate expositam suscipiatis, nihil extraneum aut peregrinum attexentes. Capita præterea hæretica a Cyrillo Alexandrino exposita, quæ Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ aperte repugnant, anathematizetis." Huic sententiæ subscripsere triginta septem Episcopi; quos inter Juliani & sociorum nomina non reperiuntur. Illam Cyrillo & Memnoni & aliis Episcopis significarunt, atque scripto publico proposuerunt legendam. Joannes statim hæc scripsit Imperatori, Reginis, Clero, populoque Constantinopolitano, Cyrillum accusans violatæ Majestatis, tumultus, seditionis, violentiæ, fraudis, & hæresis. Sed & ipse Cyrillus, inquit, biduo ante habitum ab illis consessum, ad me scripserat, quod universa Synodus meum expectaret adventum.

CHRISTI AN. 431.

Ibid. *Theodosius rescribit advers. Synodum.*

XL. Interea Theodosius, qui in Nestorii partes inclinabat, accepta priore Candidiani Comitis relatione, sequens dedit rescriptum ad Ephesinam Synodum per Palladium Magistrianum. " Candidiani Comitis relatu pietas nostra accepit, quædam in Ephesiorum Metropoli per tumultum, ac secus quam conveniat, transacta fuisse. Nam neque omnes, ut decretum erat, convenerunt . . . . . neque illi, qui jam venerant, simul consultaverunt, neque inter se consenserunt; neque ea, quæ de fide sunt, modo quo oportebat . . . . examinaverunt. Proinde Sacræ Majestati nostræ placuit talem procedendi modum nullum habere locum, his vero quæ inepte ac citra ordinem gesta sunt, cessantibus, doctrinam de pietate prius, sicut decretum fuit, discuti, eamque juxta communem totius Synodi sententiam in posterum obtinere. „ Postremo prohibet ne ulli Episcopo liceat Epheso exire, vel in patriam, vel in comitatum proficisci, priusquam omnia rite absoluta sint, idque certo agnoscat per hominem, quem missurus erat, ut hæc curet cum Comite Candidiano. Datum tertio Kalendas Julias, anno 431.

Ibid. *Synodi supplicatio ad Imperatorem.*

Imperiali rescripto per eundem Palladium sic respondit Synodus. " Vestra quidem Majestas, pietatem confirmare volens, exactiorem dogmatum examinationem Synodo injunxit, quam & fecimus, antiquam secuti traditionem, sanctorumque Apostolorum & Evangelistarum, & trecentorum decem & octo Patrum apud Nicæam quondam congregatorum: Quam etiam una voce unoque consensu interpretati, perspicue testatum pietati vestræ exhibuimus in commentariis Actorum, in quibus & Nestorium diversa sentire manifesto deprehensum exauthoravimus . . . . . Sed quoniam magnificentissimus Comes Candidianus Nestorii amicitiam pietati præponens, aures pietatis vestræ præoccupare festinavit, priusquam Majestas vestra quæ gesta sunt intelligeret, & commentarios acciperet, Majestatem vestram rogamus, ut Synodi studium erga Deum agnoscat, Candidianumque Comitem accersat, & quinque e sancta Synodo, qui ea quæ gesta sunt coram vestra pietate exponant ac defendant. Apud Nestorium & Joannem Antiochenum triginta septem, vel paulo plures relicti sunt Episcopi: alii ex his dogmatum pravitate fœdati, utpote Pelagiani . . . . Qui vero in consessu canonicam depositionis sententiam contra Nestorium hæreticum tulimus, ducenti & eo amplius numeramur ex toto terrarum Orbe collecti, totumque Occidentem nobis consentientem habentes. „ His subjiciebant nomina triginta quinque Episcoporum, qui Nestorii partes sequebantur.

Ibid. *Joannis epistola ad Imp.*

Joannes Antiochenus cum suis per eundem Palladium adulatorie scripsit Imperatori, Cyrillum propter duodecim capitula seu anathematismos accusans hæreseos, Episcopos vero ei adhærentes ignorantiæ, tumultus, seditionis ac contemptus erga decreta Imperialia: " Quapropter, inquit, ne turbatio, aut aliqua tumultuatio Concilium infestet, vestra celsitudo decernat, ut duo tantum cuilibet Metropolitano adsint . . . Nisi enim hoc statuatur, fieri non poterit, quin aliqua rursus oriatur confusio: siquidem quinquaginta sunt Ægyptii, sub Memnone tyranni duce, quadraginta Asiatici, duodecim item ex Pamphilia, præter alios eidem Metropolitano adhærentes, & alii a Synodis excommunicati „ Joannes adversariorum numerum fatetur quintuplo majorem, quam suorum. Conqueritur omnes ecclesias suis occlusisse Memnonem, " Quapropter, inquit, obtestamur vestram pietatem, ut præcipue Memnonem tyrannum jam depositum .. hac civitate expelli jubeat.

Ibid.

Ejusmodi querelarum causam indicat Memnon in sua ad Clerum Constantinopolitanum epistola. Ephesini Patres excommunicationi subjecerant Joannem Antiochenum, qui Episcopos ad se missos male mulctatos dimiserat. Ille vicissim, uti diximus, depositionis sententiam adversus Memnonem publice affixam proposuerat, Ephesinumque senatum & illustrissimos cives ad se advocans, magna importunitate flagitabat, ut eorum suffragiis alius in locum Memnonis ordinaretur Episcopus. Hinc factum est, ut omnes Orthodoxi civitatis incolæ oratoria occuparent, ibique sese continerent, ne illius temeritas & nefarius ausus publice propositus effectum sortiretur. Unde ad sancti Joannis Evangelistæ basilicam ascendens, & quod ibidem Memnoni successor ordinatus esset, divulgans, seditionem tumultumque in eo loco concitavit: tanta namque armatorum multitudine comitatus ascendit, ut aliquos semineces reliquerit.

CHRISTI AN. 431.

Actio 2. Concil. tom. 1. nov. ed. Hard. & tom. 3. Lab.

XLI. Interim appulerunt Ephesum die decimo Julii ejusdem anni 431. Legati a Sede Apostolica missi, Arcadius & Projectus Episcopi, & Philippus Presbyter, eodemque die secunda sessio habita est in Episcopio, Præside Cyrillo, qui Cœlestini Papæ locum tenebat. Philippus Presbyter dixit: " Gratias agimus sanctæ & adorandæ Trinitati, quod nos humiles sancto vestro conventu dignata est. Dudum quidem sanctissimus Papa noster Cœlestinus sedis Apostolicæ Episcopus, per suas epistolas ad Cyrillum virum piissimum, de præsenti hac causa & negotio definivit; quæ literæ sancto vestro cœtui sunt exhibitæ. Et nunc alias rursus ad corroborationem fidei Catholicæ, ad vestram omnium pietatem per nos misit literas, quas a nobis exhibitas decenter jubete legi, ac inter ecclesiasticos commentarios referri. „ Patribus jubentibus eas pro more latine recitavit Siricius Romanæ Ecclesiæ Notarius. Easdem postea græce legit Petrus Presbyter Alexandrinus, & Notariorum primicerius. Hæ sunt earum partes præcipuæ. " Spiritus sancti præsentiam testatur congregatio Sacerdotum . . . sanctum namque est pro debita sibi veneratione Concilium, in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius, quam legimus, congregationis aspicienda est reverentia. Numquam his defuit Magister, quem receperant prædicandum. Adfuit his semper Dominus & Magister: sed nec docentes a suo Doctore deserti sunt unquam. Hæc ad omnes in commune Domini Sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit: hæreditario in hanc sollicitudinem jure constringimur, quicumque per diversa terrarum eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: Ite, docete omnes gentes. Advertere debet vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam id nos agere voluit, qui illis sic omnibus in commune mandavit officium. „ Cœlestino Papæ & Patribus Ephesinis, qui ejus approbarunt epistolam, igitur persuasum erat Ecclesiam docentem, seu Romanum Pontificem cum Episcopis suæ communionis, habere assistentem Spiritum sanctum, cujus ope semper bene docerent, eamque Ecclesiæ docentis infallibilitatem Christi promissis contineri, non tantum respectu Apostolorum, sed etiam Episcoporum, qui eis successere etiam in munere docendi. Tum addit: " Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros . . . . Arcadium & Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur, intersint, & quæ a nobis antea statuta, exequantur. „ Data octavo Idus Maji, anno 431. Omnes Episcopi simul acclamarunt. " Hoc justum judicium: novo Paulo Cœlestino, novo Paulo Cyrillo, Cœlestino custodi fidei, Cœlestino cum Synodo concordi, Cœlestino universa Synodus gratias agit . . . . Una fides Synodi, una fides orbis terrarum. „

Ecclesiæ docentis infallibilitas.

Matth. 28.

Ibid.

Philippus Presbyter post gratiarum actionem dixit: " Non ignorat vestra sanctitas, totius Fidei vel etiam Apostolorum caput esse B. Apostolum Petrum. Proinde cum nostra mediocritas multis tempestatibus jactata serius accesserit, rogamus ut ea nobis patefieri mandetis, quæ ante adventum nostrum in sancta hac Synodo acta sunt, quo juxta beati Papæ nostri, præsentisque hujus sancti cœtus sententiam acta nos quoque confirmemus, conformiter eorum depositioni. Quod Synodus fieri præcepit. Cœlestinus in commonitorio legatis suis mandaverat, ut omne suum consilium ad Cyrillum converterent, cunctaque ex ejus arbitrio agerent, reservarentque Sedis Apostolicæ authoritatem. Eis quoque literas dederat ad Theodosium, cui Fidei causam commendabat, & ad Cyrillum de Nestorio; ut si correctus fuerit, eum recipiat, ut orti in Ecclesia tumultus comprimantur. Hæresiarchas igitur pœnitentes quinto sæculo ad pœnitentiam recipiebat Ecclesia.

Ephes. Synod. apud Baluz. p. 381.

Ibid. *Actio* 3.

XLII. Postero die, quinto Idus Julias, sancta Synodo ad eumdem locum conveniente, Juvenalis Legatis dixit .. " Vestra pietas .. postulavit, ut acta in depositione Nestorii legerentur: idque consequenter sacra Synodus fieri præcipit: sanctitas igitur vestra docere dignetur, num legerit ac perceperit vim eorum. Philippus Presbyter dixit: ex Actorum lectione cognovimus quæ in Nestorium constituta sunt in sancto vestro Concilio. In quibus commentariis intelleximus omnia Canonice, & ex

Ecclesia-

CHRISTI AN. 431.

Ecclesiastica disciplina judicata esse. Ac nunc quoque petimus a corona vestra ... ut rursum eadem legantur, ut sequentes formam sanctissimi Papæ Cælestini, qui hanc curam nobis commisit, & vestræ etiam sanctitatis, judicia vestra confirmare possimus. Jubente pro omnibus Memnone, ea legit Petrus Presbyter. His recitatis, Philippus Presbyter dixit: Nulli dubium, imo sæculis omnibus notum est, quod sanctus Petrus Apostolorum Princeps & Caput, Fideique columna, & Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo... Claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est: qui ad hoc usque tempus, & semper in suis successoribus vivit, & judicium exercet. Hujus itaque secundum ordinem successor & locum tenens sanctus Papa noster Cælestinus, nos ipsius præsentiam supplentes, ad hanc Synodum misit: quam quidem Synodum convenire jusserunt Christianissimi Imperatores. His Nestorii damnationem subjicit; tum addit: Firmum ergo est juxta omnium Ecclesiarum decretum ... quod in ipsum pronunciatum est, qui impio ore, & hostili spiritu blasphemas voces depromere contra Dominum nostrum Jesum Christum non est veritus. „ Nestorii damnationis firmitati nihil ergo derogabat oppositio & contradictio triginta septem Episcoporum, quos inter erant plures Metropolitani, & Antiochenus Patriarcha, cui multi absentes adhærebant. Alii duo legati Arcadius & Projectus eamdem sententiam confirmarunt, Nestoriumque declarant Episcopali dignitate exutum, atque a tota Ecclesia, & communione omnium Sacerdotum alienum esse.

Legati Papæ depositionem Nestorii confirmant.

Cyrillus tunc petiit ut Legati sententiæ Synodi contra Nestorium, quam Papæ nomine, & Synodi Occidentalium Episcoporum confirmarant, subscriberent. Itaque sic subscripserunt .... " Philippus Presbyter, & Apostolicæ Sedis Legatus commentariis subscripsi. Arcadius Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus, sententiæ in Nestorium, schismatis & hæresis, omnisque blasphemiæ & impietatis authorem pronuntiatæ subscripsi. Projectus Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus, justo sanctæ hujus & œcumenicæ Synodi judicio, prout ex actis edocti sumus, per omnia assentiens, impii Nestorii depositioni subscripsi. „

Synodi epistola 3. ad Imperatorem.

Sancta Synodus de gestis in his duabus sessionibus retulit ad Imperatores per epistolam, quam misit per Eutychen Diaconum. " Vestram, inquit, Christianissimi Imperatores, erga pietatem & curam & studium, universorum Deus gratum acceptumque habens, etiam Sanctorum Occidentalium Episcoporum animos zelo, ut Christum contumelia affectum vindicarent, excitavit .... Illic simul congregati, Cælestino magnæ Romæ Episcopo etiam præsente, & nunc nostram de Fide sententiam magno consensu prædicarunt, eosque qui diversa sentiunt, ab omni prorsus Sacerdotii sorte, graduque alienos esse definierunt. Et hæc quidem, etiam antequam hæc S. Synodus conveniret, Cælestinus per literas suas indicaverat, Cyrilloque, ut suas vices subiret, commiserat. Sed & nunc denuo aliis etiam literis sanctæ Synodo .... hæc significavit. Misit autem has literas per Arcadium & Projectum SS. Episcopos, & Philippum Presbyterum, qui Cælestini .... præsentiam supplent. Quia ergo viri illi, qui venerunt, totius Occidentalis sanctæ Synodi sententiam nostræ huic Synodo per literas exposuerunt, sensumque de Fide & pietate nobis consonum declararunt, & eadem quæ nos decreverunt, tum per literas, tum per ea quæ in mandatis acceperant, quæ & in scriptis deposuerunt, necessario de consensu illorum nobiscum ad Majestatem vestram retulimus; ut pietati vestræ certo constet, judicium quod paulo ante a nobis exiit, esse unam communemque totius terrarum Orbis sententiam. Cum itaque negotium hoc finem Majestati vestræ peroptatum, Ecclesiisque omnibus tutissimum, & Fidei firmitatem afferentem, jam acceperit, rogamus vestram pietatem .... ut liceat nobis futuri Episcopi Constantinopolitani ordinationi incumbere. „ Subscripserunt omnes Episcopi post Cyrillum. Aliis literis amotum a Sacerdotio Nestorium significavit Clero populoque Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

Ibid. Actio 4.

XLIII. Decimo septimo Kalendas Augusti, quarta sessio celebrata est, considentibus in Ecclesia, quæ appellatur Maria, Cyrillo & tribus aliis Legatis, cæterisque omnibus Episcopis. Hesychius Ecclesiæ Hierosolymitanæ Diaconus dixit: Cyrillus S.

Episcopus, & S. Memnon, œcumenicæ Synodo libellum exhibuerunt: quem cum in manibus habeamus, si vestra sanctitas jusserit, recitabimus. Juvenalis dixit: " Libellus oblatus recitetur, & inter acta referatur. Hesychius Diaconus legit: Cyrillus & Memnon in eo conquerebantur de Joanne Antiocheno, qui post damnatum Nestorium tandem Ephesum adveniens eos deponere tentaverit: idque cum S. Synodus, quæ Nestorium deposuit, Episcopos supra ducentos habuerit, ille vero ad triginta alios collegisset. Et quidem nec per leges Ecclesiasticas, nec per Imperiale decretum potestatem habuit, qua fultus omnino simile quidpiam attentare posset, præsertim contra majorem sedem .... Synodum obtestantur, ut Joannem ejusque socios accersat, quo temeritatis suæ rationem reddant. Nos enim, inquiunt, parati sumus evidenter ostendere, ipsum impie & illegitime hanc nobis contumeliam inferre molitum esse. „ Reipsa occulte, absque ulla prævia monitione, vel citatione eos inauditos deposuerat.

Synodus delegavit Archelaum Myndi, Paulum Lampæ, & Petrum Parembolarum Palæstinæ Episcopum, qui citarent Joannem Antiochenum. Cum essent reversi, Reverendissimum Joannem, ut verisimile est, intelligentem, qua de causa missi essent, aditum ad se negasse dixerunt: Cyrillus tunc petiit, ut Joannis sententiam aboleret Synodus, atque adversus eum decerneret quæ viderentur. Juvenalis dixit: .... " Canones sequentes .... alii Episcopi ipsum commonefaciant, ut ad sanctam Synodum accedat. Missi sunt Timotheus Termesi, Eudociadisque Episcopus, & Eustachius Docimii, & Eudoxius Chomatis Lyciæ Episcopus. Et postquam reversi sunt, Eudoxius dixit: .... Invenimus milites circa domum Joannis & Clericos quos rogavimus, ut de adventu nostro illum certiorem facerent. Illi vero ingressi cum hæc nunciassent, reversi ad nos hujusmodi responsum attulerunt: Episcopus Joannes dixit: Nos hominibus per nos depositis & excommunicatis responsum nullum damus. Cum vero interrogaremus, a quo exauthorati & excommunicati essemus, responderunt: a Joanne Episcopo Antiocheno. Cum vero iterum misissemus, ut exactius aliquanto de illius sensu nobis constaret, dixerunt: vel coram tabellionibus hæc dicere recusamus. Cyrillus & Memnon rursus rogarunt Synodum, ut Joannis sententiam nullius momenti esse declararet, eumque sacris Canonibus subjiceret. Sancta Synodus dixit: " Nullam vim vel ordinem habere ea, quæ gesta sunt, cum Joannes in omnibus contra Canones fuerit impulsus, ex actis innotuit .... Unde sancta Synodus hæc .... invalida esse pronuntiat, nec ullum iis, qui contumeliam perpessi sunt, præjudicium afferre posse declarat .... Ipsum vero Joannem tertia adhuc citatione accerser. „

Sententia Joannis Antiocheni annullatur.

Ibid. Actio 5.

XLIV. Postridie decimo sexto Kalendas Augusti, sanctissima Synodo considente in eadem Ecclesia, Cyrillus, in ultima sessione gestis breviter commemoratis, conquestus est de adversariis: " Qui, inquit, chartulam arrogantia inscitiaque plenam concinnantes, eaque publice proposita, totam hanc civitatem non tam ad tumultuationem, quam ad inconsultæ temeritatis ipsorum condemnationem concitarunt ... Si, ut in scripto, quod proposuerunt, continetur, tanquam hæreseos Apollinarii principes nos extitisse, aut illius opinionibus imbutos quandoque fuisse, vere convincere queunt, veniant nunc, redarguant, hæresi infectos esse ostendant, si possunt ... Etenim nos nullo unquam tempore Apollinarii, aut Arii, aut Eunomii doctrinam probavimus, sed ab ineunte ætate sacras literas didicimus, & in Sanctorum & Orthodoxorum Patrum manibus educati sumus. Anathematizamus Apollinarium, & Arium, & Eunomium, & Macedonium, Sabellium, Photinum, Paulum, & Manichæos, & quamcumque aliam hæresim, & præter eos insuper novarum blasphemiarum inventorem Nestorium, & qui ei communicant & consentiunt, & eos qui Cælestii vel Pelagii placita sequuntur .... sanctam vestram Synodum rogamus, ut ipsum Joannem Antiochiæ Episcopum, reliquosque, qui una cum ipso calumniam in nos composuerunt, citari curet ... & si venire recusant, hoc ipso condemnationis sententiæ subjaceant. „

Ibid.

Synodus designavit tres Episcopos, Danielem Coloniæ, Commodum Tripolis Lydiæ, & Timotheum Thermæ Hellesponti, qui cum Musonio Notario sequentem citationem deferrent ad Joannem

Christi An. 431. Antiochenum. " Quoniam quidem S. Synodus pacifice ea, quæ Canonum sunt, decernere volens, secunda citatione Reverentiam tuam vocavit, neque tamen obedisti, ut te defenderes ab injuriis, quas intulisti, aut saltem correctionem adhiberes: propterea S. Synodus neque tibi, neque alicui ex iis qui tecum sunt, ullam omnino Episcopalem functionem ex propria sententia interea permittit. Quod si tertia hac vice vocatus non parueris, nec veneris, ea in vos decernentur, quæ a Canonibus statuta sunt. Cum autem reversi essent, Daniel dixit: .... Asphalius Ecclesiæ Antiochenæ Presbyter .... ad ædes Joannis nos propius adduxit .... & postquam ipse aliique Clerici eum de nostro adventu certiorem fecerunt, Archidiaconus illius .... chartam secum deferens ad nos descendit, eamque nobis offerens dixit: Sacra Synodus hanc ad vos mittit, ut eam accipiatis .... Cui respondimus; Non, ut scriptum aliquod a vobis suscipiamus, missi sumus, sed ut sanctæ Synodi mandata renunciemus .... Rogat ut Dominus Joannes consessui se adjungat, & accedat ad Synodum. Archidiaconus respondit: Exspectate itaque, ut hæc Episcopo nunciem. Reversus eamdem chartam nobis obtulit hoc dicens: Neque vos ad nos mittatis, neque nos quidquam ad vos mittemus: siquidem posteaquam decreta nostra semel ad Imperatorem detulimus, quid opus sit facto ut ipse nobis præscribat, exspectamus. Cum autem diceremus: Audite Synodi verba: confestim exiliit dicens: Vos schedam respuistis, ego Synodi verba non ausculto. Cæterum Asphalin, qui nos deducebat, & Alexandrum Presbyteris hæc diximus: Synodus Dominum Joannem ob id præsertim, quod secundo citatus venire noluerit, a Sacerdotali functione abstinere judicavit. Hortatur autem, ut tertia hac citatione vocatus accedat, ne quid canonicum contra ipsum proferre compellatur ....

Ibid. *Joannes Antioch. cum suis excommunicatur.*

S. Synodus dixit: " Quoniam benignitatis Episcopalis munus esse putamus, interim in præsenti, juxta ea quæ jam decreta sunt, idem Joannes & qui cum eo facinus hoc moliti sunt, scilicet triginta tres Episcopi, quos inter recenset Theodoretum, ab Ecclesiastica communione alieni sunt, nullam habentes facultatem, tanquam ex authoritate Sacerdotali, qua aliquibus vel detrimentum, vel adjumentum afferre queant: donec se ipsos condemnantes, proprium delictum confiteantur, id interim pro certo habentes, nisi celeriter hoc præstiterint, fore ut perfectam sententiam juxta Canonum decreta incurrant. Quin & illud certo quoque constat, nempe quæ jam ante illegitime contra Canones, & contumeliose adversus Cyrillum & Memnonem sanctissimos Episcopos machinati sunt, ea nullam firmitatem habere: quemadmodum nunc, & hesterna quoque die satis jam declaratum est. „ Huic decreto subscripsit Juvenalis Hierosolymorum Episcopus, & post eum tres Legati cæterique omnes subscripserunt.

Ibid. *Synodi epistola ad Imperatorem.*

Imperatori quæcumque in ea causa essent gesta, scribens Synodus, narrationi suæ hæc addit: " Quæ igitur constituta sunt, ad vestram pietatem necessario perscripsimus, quam enixe quoque rogamus, ne hominum criminibus obnoxiorum conventiculum Synodus esse judicetur .... Perabsurdum enim est, ducentorum & decem sanctorum Episcoporum Synodo, quibus & universa Occidentalium sanctorum Episcoporum multitudo, & per ipsos reliquus totus terrarum Orbis consentit, triginta tantum numero sese opponere .... Verum jubeat, ut ea, quæ a S. & œcumenica Synodo ad pietatis præsidium contra Nestorium, impiamque ejus doctrinam sancita sunt, vim suam obtineant, accedente ad robur eorum nutu & consensu pietatis vestræ. „ Omnes subscripserunt eodem ordine, quo superius. Gestorum etiam relationem ad Cælestinum Papam misit Synodus: hæc ea tantum, quæ Synodalibus actis expressa sunt, continet, si tamen Pelagianorum damnationem excipias, de quibus dicit: " Perlectis in Synodo commentariis actorum in depositione impiorum Pelagianorum, & Cælestianorum; Cælestii, Pelagii, Juliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orentii, & eamdem cum illis sententiam, quæ a pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, judicavimus & nos ea solida firmaque permanere debere, & idem omnes tecum statuimus, eos pro depositis habentes. Ut autem omnia, quæ gesta sunt, clare cognoscas, etiam commentarios misimus, & Synodi subscriptiones. Sic Ephesini Episcopi judicantes ea

Pelagianos damnat Synodus.

Christi An. 431. confirmarunt, quæ de Pelagianis definierant tres Romani Pontifices. Ex hic etiam manifestum est, Canonem Pelagianis faventem, qui in acta Ephesinæ Synodi irrepserat, esse supposititium.

Ibid. *Oriental. relat. ad Imperatorem.*

XLV. Orientales schismatici Imperatori per literas significarunt depositionem Cyrilli, quem de Apollinarii dogmatibus in suis anathematismis accusant, & Memnonis ut ejus commilitonis, qui turbis excitaverit: utrumque tamen ab Episcopis ipsis adhærentibus restitutum conqueruntur. " Supplicamus, inquiunt, Nicomediam accersiri, ut expedite quæ aguntur Dominationi vestræ significemus ..... obsecramus etiam ut cum quolibet Metropolitano duo duntaxat Episcopi convocentur .... Ad hæc pietatem vestram enixe obtestamur, ut omnibus præcipiat, ut Fidei in Nicæna civitate expositæ, quam huic epistolæ præposuimus, subscribant; nihilque peregrinum ipsi assuant: neque Dominum nostrum Jesum Christum purum hominem esse dicant: nam & Deus perfectus est, & homo perfectus. Neque Christi Deitatem patibilem inducant: utrumque enim æque temerarium est. „ Litteras etiam dederunt ad tres Nestorii potentissimos amicos, scilicet ad Antiochum Præfectum prætorio, & hujus anni Consulem; ad Valerium Magistrum officiorum, & anni sequentis Consulem; & ad Scholasticum regii cubiculi præpositum. Conqueruntur in iis quasi violentissimam paterentur persecutionem, obtestanturque, ut eorum opera Constantinopolim evocentur. Has litteras direxere Comiti Irenæo, qui de iis, quæ post suum Constantinopolim ingressum in eorum causa gesta erant, sic rescripsit.

Epist. Com. Iren. ad Orient.

" Venimus in regiam civitatem triduo post Ægyptiorum adventum .... omnium fere aures præoccuparunt .... omnes denique publice privatimque in suam sententiam allicientes, ut etiam magni Principes .... persuasi essent, examinatione, quam oportuit, judicioque consecuto, & omnibus piissimis simul Episcopis unam eandemque sententiam proferentibus contra Nestorium, quem indicta causa condemnarunt, mirabilem illam depositionem esse factam .... Qui simul atque relationem nostram accepissent, omnia quæ Ægyptius in præsentem causam commisit, ad Imperatorum aures referre coacti sunt. Denique .... placuit ut utraque pars, tam ego, quam Ægyptii, sui suæque causæ tuendæ gratia præsentibus etiam magnis Principibus, piissimum Imperatorem adiremus, atque ab eo audiremur ... Adversarii damnati sunt, ... propterea quod neque Nestorii depositionis commentarios, neque quæ hic per mendacium effutiverant, ulla ratione defendere possent. Quin & illud quoque omnibus perspicuum evasit, nec recto congruoque ordine servato Concilium convocatum fuisse ab Ægyptio, nec ei judicare licuisse, cum unus esset ex iis, qui judicandi erant: neque omnino materiæ tractationem aggredi præter Comitis Candidiani voluntatem potuisse. Etenim omnes ejusdem Comitis denuntiationes, & sacra per eum ad Synodum scripta, ad plenam rei notitiam, Imperatore jubente, recitata sunt ... ita ut veritatis hostes ab omnibus communi sensu damnationis sententiam ferrent, & vestræ pietatis judicium probaretur. Cæterum cum Joannes Cyrilli medicus advenisset, advertimus majorem partem Principum quasi mutatam fuisse, ut qui jam ne audire quidem ea a nobis velint, quæ coram ipsis, vel etiam ab ipsis fuerint judicata. Quidam enim affirmant, quæ utrimque facta essent, in præsenti valere debere .... & trium depositionem confirmandam esse: alii exauthorationes quidem omnium ex æquo annullandas, aliquos vero ex Episcopis, ut & Fidei doctrina accurate ad veritatis amussim examinetur, & quæ Ephesi contra jus ac fas acta sunt, huc accersendos censent. Non desunt qui maximopere studeant .... ut certis decretis instructi a piissimo Imperatore Ephesum abire sinantur, tanquam omnia cogniturі, & pro virili composituri. Quod ne fiat, qui vos amant obnixe deprecantur. „ Hæc tamen ultima sententia prævaluit, Ephesumque ab Imperatore missus est Joannes largitionum Comes.

Ibid. *Utriusque partis legatos audit Imperator.*

XLVI. Sed priusquam perveniret, undecimo Kalendas Augusti, in episcopali æde Memnonis convenit sancta Synodus, præsidente Cyrillo tanquam Cælestini Papæ locum obtinente, cum alii tres Legati sedebant, quos sequebantur cæteri Episcopi. Petrus Presbyter dixit: " Sancta & magna vestra Syno-

Actio 6. Concil. tom. 1. edit. Hard. & tom. 3. Lab.

CHRISTI AN. 431.

Nicænum Symbolum explicatur.

Synodus.... definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si placet sanctitati vestræ, legemus. Synodus dixit: Prolata definitio legatur, & actorum monumentis inferatur. Petrus tunc legit Symbolum Nicænum, cui hæc addita sunt. Huic sanctæ Fidei omnes consentire convenit. Continet enim pietatem, & quæ sufficiunt ad totius orbis utilitatem. Quoniam vero aliqui simulant quidem eam se confiteri, eique consentire, male autem intrepretantur sensuum virtutem, sicut eis placet, & circumveniunt veritatem, existentes filii erroris & perditionis: opus fuit ex sanctis & orthodoxis Patribus comparare testimonia, quæ satisfacere valeant, quemadmodum intellexerint eam, & prædicare confisi sunt: ut palam sit, quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem, sic intelligunt, & interpretantur, & prædicant eam. „ Petrus igitur Presbyter relegit capitula Patrum, quæ in prima sessione habentur.

Ibid.

Postea idem Petrus dixit: Presbyter quidem, Charisius nomine, S. Philadelphiensium Ecclesiæ œconomus, significavit, hæreticos quosdam Lydios, errore quo tenebantur deserto, ad veritatis lucem redire, & in Catholicæ Ecclesiæ rectis ac piis dogmatibus institui voluisse: Verum cum ad veritatem manu duci debuissent, in graviorem errorem abductos..... Exposuit enim Antonium quemdam & Jacobum, Presbyterorum nomen habentes, ex urbe Constantinopoli descendisse, literasque commendatitias Anastasii & Photii Presbyterorum, qui Nestorio adhærebant, secum detulisse... & quamdam impiorum dogmatum expositionem in Symboli formam redactam obtrusisse, utque huic subscriberent, miseros illos induxisse...... Ad exactam autem dictorum evidentiam, libellus a Charisio exhibitus, impiæque illius ac pravæ opinionis, quæ est de unigeniti filii Dei incarnatione expositio, una cum illorum subscriptione, qui decepti sunt, hic interferuntur..... eumque legit.

Symbolum Nestorianum damnat Synodus.

Post rectam mysterii Trinitatis expositionem, hæc de Incarnatione sequuntur. " Nosse oportet Dominum verum hominem secundum naturam perfectum, ex humana carne & anima rationali consistentem, ex Abrahæ & David semine assumpsisse, ut divinæ Scripturæ testantur..... Quem hominem existentem, Spiritus sancti virtute in utero Virginis formatum..... ineffabiliter sibi conjunxit, ac ipsum quidem humano more morti objecit, ex mortuis autem excitavit, & in cœlum assumpsit, & ad dexteram Dei collocavit..... Sic constitutus ab universa quoque creatura adoratur, tanquam inseparabilem habens cum divina natura conjunctionem.... Neque duos filios, aut duos Dominos dicimus: quando quidem unus tantum est per essentiam filius, nempe Deus Verbum, filius Patris unigenitus, cui conjunctus hic, & deitatis comparticeps, consors est etiam appellationis & honoris filii...... solus eximium hoc habens propter societatem conjunctionemque cum Deo Verbo; ac filiationis & dominationis particeps, omnem quidem dualitatis filiorum atque dominorum cogitationem excludit: per illam vero cum Deo Verbo conjunctionem efficit, ut nos omnem fidem, omnemque cogitationem, & contemplationem de illo habeamus. Quare etiam adorationem, ob eam quæ in Deum refert habitudinem, ab universa creatura suscipit....... Hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina, & omnis qui diversa ab his sentit, anathema sit. „ Viginti & unus huic Symbolo subscripsere; quorum alii erant Novatiani, alii Quarto-decimani. Hinc duo adjuncta sunt ultima anathemata. Philadelphiensis Clerus Charisium declarat hæreticum, quia Jacobo & Antonio illud Symbolum circumferentibus resistebat. Charisius igitur obtulit etiam Nicænum Symbolum, cui subscripserat, hanc suam fidem esse professus.

Ibid.

Quo sensu statuit Synodus, ne alia fides præter Nicænam scriberetur.

His perfectis, statuit sancta Synodus, " Alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis, sive ex Gentilitate, sive ex Judaismo, sive ex aliqua hæresi, hos quidem, si sunt Episcopi aut Clerici, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & Clericos a Clericatu decrevit. Si vero laici fuerint, anathemati subjici. „ Quibus verbis liquido constat, hanc prohibitionem spectare tantum privatas personas, vel Ecclesias. Et certe quosdam symboli articulos clarius vel fusius exponere, cujus rei graves subinde occurrunt necessitates, id alteri Concilio generali, vel Romano Pontifici prohibere non debuit Ephesina Synodus, quæ his addidit: Simili etiam modo si qui inventi fuerint vel Episcopi, vel Clerici, vel laici, sive sentire, sive docere ea, quæ continentur in oblata expositione a Charisio Presbytero de Unigeniti Filii Dei Incarnatione: sive scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ & subnexa sunt, subjaceant sententiæ sanctæ hujus & universalis Synodi: ut videlicet Episcopus quidem removeatur ab Episcopatu, & sit depositus: Clericus vero similiter excidat a Clericatu: si vero laicus quis sit, & ipse anathematizetur, sicut superius dictum est.... „ Hoc symbolum mox relatum a Theodoro Mopsuesteno conscriptum confutavit Marius Mercator. Postea lecta sunt exempla ex codice Nestorii, quæ supra in gestis damnationis ejus habentur.

Marr. Merc. apud Garn. P. 251.

Ibid. *Actio 7.*

XLVII. Septimam & ultimam sessionem pridie Kalendas Augusti in Ecclesia, quæ dicitur Maria, habuit Synodus. Rheginus, Constantiæ Cypri Episcopus nuper ordinatus, Synodo libellum obtulit, tam suo, quam Zenonis Curiensis, & Evagrii Solensis Cypri Episcopi nomine accusans Joannem Antiochenum contra Canones Nicænos, velle sibi subjicere Cypri Ecclesias; quæ suum Metropolitam semper ordinassent. Joannes autem, mortuo Troilo Rhegini decessore, impetrarat a Dionysio utriusque militiæ præfecto literas ad Theodorum Cypri præsidem, ne alium Episcopum in defuncti locum ordinari permitteret, donec ea de re statuisset Ephesina Synodus. Episcopis quoque Cypri scripserat ne antea tentarent novam electionem: qui tamen Rheginum ordinarunt Constantiæ Episcopum. Rhegini libello Dionysiique literis perlectis, testati sunt iidem Episcopi, quod ad suggestionem Antiocheni Episcopi & Cleri Dux illas scripsisset.... sancta Synodus dixit: Numquamne Antiochenus visus est in Constantia ordinare Episcopum? Zenon dixit: A sanctis Apostolis numquam possunt ostendere, quod adfuerit Antiochenus & ordinaverit, vel communicaverit. Sancta Synodus dixit:... Si non est vetus mos, quod Episcopus Antiochenus ordinet in Cypro, sicut libellis & propriis vocibus testantur religiosissimi viri, qui ad Synodum accesserunt, habebunt jus suum intactum, & inviolatum, qui sanctis in Cypro Ecclesiis præsunt, secundum Canones sanctorum Patrum & veterem consuetudinem, per se ipsos ordinationes religiosissimorum Episcoporum facientes. Illud autem etiam in aliis Diœcesibus, & in omnibus Provinciis servetur, ut nullus Episcoporum aliam Provinciam occupet, quæ antea & ab initio sub sua vel antecessorum suorum potestate non fuerit: sed si quis occupaverit, vel per vim sibi subegerit, ipsam restituat.... Prudens est hæc Synodi sententia, quæ Episcopis Cypri suam adjudicat petitionem, si talis sit mos antiquus. Eorum autem expositionem esse falsam, constat ex S. Innocentii Papæ primi literis ad Alexandrum Antiochenum, cui Cyprum adjudicat, cujus Metropolitanum semper ordinarant Antiocheni Patriarchæ, quorum jus tantum fuerat interruptum, dum Antiochiæ præsiderent Ariani.

Ibid. Synod. Ephes. epist. ad Synod. Pamphil.

In ea quoque actione de rebus Eustathii Pamphiliæ Metropolitani constitutum est. Rite quidem & secundum Canones fuerat ordinatus, sed cum usum in rebus gerendis admodum exiguum haberet, & sustinere tam multas tamque graves, quæ incumbebant, curas non vellet.... abdicationis obtulit libellum:.... necessitate adacta Provinciæ Synodus Theodorum elegit Episcopum, qui curam hujus Ecclesiæ subiret. Eustathius cum Theodoro venit Ephesum, cum lacrymis postulans solum Episcopalis nominis honorem & vocationem...... quod ea lege ei concessit Synodus, ut neque ordinandi ipse authoritatem habeat, neque in ulla Ecclesia ex propria sacrificet authoritate, nisi id sibi vel adjuvandi causa, vel concessionis ratione, affectu amoreque Christiano a Coepiscopo liberaliter deferatur.

Ibid. *Messaliani damnantur.*

Valerius & Amphilochius ejusdem Provinciæ Episcopi proposuerunt in commune considerandum de Messalianitis.... Valerio autem attulit schedulam Synodicam de illis compositam in magna Constantinopoli sub B. memoriæ Sisinnio: quæ ubi lecta est, ab omnibus probata est.... & placuit omnibus, ut omnia, quæ in ea continentur, robur habeant...

Ita

CHRISTI AN. 431. Ita ut omnes, qui per universam Pamphiliæ Provinciam hæretici Messaliani, vel de hæreseos morbo suspecti sunt, sive Clerici, sive laici sint, conveniantur: & si quidem anathematizaverint, juata ea quæ in prædicto Synodico scripto pronunciata sunt, in scriptis, si Clerici fuerint, maneant Clerici, si laici ad communinnem admittaotur. Quod si renuerint anathematizare, ... excidant & a Clem, & a gradu, & a communione; laici vero anathematizcotur. Convicti quoque non permittantur habere monasteria, ut ne zizania diffundantur & crescant. Hæc ut sicot agantur, omnes vires iotendant omnes Reverendissimi totius Provinciæ Episcopi: unde ad hæc placuit librum pollutum illius hæreseos, qui dicitur Asceticon, anathematizari . . . similiter si quid illnrum impietatem sapiens apud plerosque inveniatur, etiam hoc anathema sit.

Ibid. Euprepius & Cyrillus in Thracia Episcnpi libellum obtulere, quo docebant, prisco more in Provinciis Europæ Episcopum unum præesse pluribus Ecclesiis. Unde, inquiebant, Heracleæ Episcopus sub se habet Heracleam & Panion, Episcopus autem Bizes sub se habet Bizen & Arcadiopolim..... verum quoniam Fritilas Heracleæ Episcopus . . . . Nestorio se addixit, & veoiat ad ordinandos Episcopos . . . . in memnratis eivitatibus, quæ numquam proprios Episcopos receperunt. Itaque priscos mores & consuetudinem, quæ olim & ab initio viguit, commoveri propter novitates cogitantes, oramus vestram pietatem, defioitionem de ea re prnnunciare . . . . ita ut neque Ecclesiis nostris privemur, in quibus plurimum laboravimus . . . . . Responsum a Patribus, nihil innovandum in Europæ civitatibus, sed juxta veterem consuetudinem gubernentur ab Episcopis.

D. Leon. epist. 92. alias 62. ad Maxim. Juvenalis Hierosolymitanus ad nbtinendum Palæstinæ Proviociæ principatum credens se posse sufficere, suos ausus per commentitia scripta firmare voluit. Quod Cyrillus merito perhorrescens, ei obstitit, & literis suis, quid Juvenalis ausus esset, Papæ indicavit, & sollicita prece mulum poposcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Hujusce rei nullum in actis Synodi extat indicium: nec mirum, siquidem non admissa est ejus postulatio, nec ad eaamen perducta est, nec ad judicium. Metropolitani enim Cæsariensis jura erant notissima. Sex etiam Canooes edidere Patres Ephesini, quorum primus est.

Can. Ephes. Act. 7. ib.

Deponuntur qui adhæserint Nestorio. XLVIII. " Si quispiam Metropolita Provinciæ, derelicta sancta & œcumenica Synodo, aut accessit ad illorum defectionis consessum, aut accedet in posterum; sive cum Cœlestio sentit & sentiet, ipse nihil poterit amplius agere adversus Provinciæ Episcopos: ut qui jam inde a Synodo totius Ecclesiasticæ communionis expers sit factus, & inutilis: sed & ipsis Episcopis illius Provinciæ, circumque vicinis Metropolitis recta sentientibus subjacebit, ut omnino disjectus sit a Sede Episcopatus. Secundus. Si qui provinciales Episcopi a sancta Synodo absuerunt, & deficientibus adhæserunt, aut adhærere tentaverint, vel etiam postquam subscripserunt Nestorii depositioni, rursus ad defectionis consessum recurrerunt: istos placuit sanctæ Synodo penitus alienos esse Sacerdotio, & a gradu cecidisse. Tertius. Clericos a Nestorio depositos restituit. Clericos autem Orthodoxæ & œcumenicæ Synodo consentientes jubet, eis qui defecerunt, aut defecturi sunt, Episcnpis nullo pacto aut ratione subjectos esse debere. Quartus. Deponit Clericos privatim vel publice eum Nestotio vel Cœlestio sentientes. Quintus. Si a Synodo damnati restituuntur a Nestorianis, maneant depositi . . . . . Sextus. Episcopos & Clericos deponit, & excommunicat laicos, qui contra Synodi gesta quidpiam moverint. „ Scripserunt etiam tractoriam seu generalem epistolam ad singulas Provincias. Primo recensent nomina triginta quinque Episcoporum, qui Joanni Antiocheno adhærebant: quos, inquiunt, communi sententia sancta Syoodus & ab omni Ecclesiastica communione alienos effecit, & cuncta Sacerdotii opinione privavit, per quam possint vel nocere, vel juvate. His subjicit sex Canooes mox laudatos.

Ephesin. conciliabul. t. 1. Concil. ed. Hard. XLIX. Joannes Comes Ephesum mira festinatione pervenit. Quid autem egerit, sic ipse scripsit Imperatori: " Cyrillo & Memnone se munientibus, per me ipsum, iis, qui convenerant denuntiavi, & iis qui aberant manifestavi, ut sequuti die absque ulla mora omnes in diversorio meo confluerent. Porro ne conflictus quidam fieret, promiscue ipsis convenientibus, ingressus ordinem distribui: illucescente aurora Nestorius primus venit, deinde Cyrillus cum suis, solus Memnun absuit. Magnus tumultus eaoriri cœpit. Cyrillus & ejus Episcopi præsente Nestotio nolebant legi literas Imperatoris. Joannis Episcopi idem de Cyrillo contendebant. Frebat igitur super hac re contentio. Jam autem maaima diei parte exacta operæ pretium existimavi absque Cyrillo & Nestorio cæteris patefacere Regias literas, quandoquidem in iis nulla eorum fieret mentio. Verum utraque pars renuebat... Vix igitur potui persuasione & vi sequestratis Nestorio & Cyrillo inducere omnem Synodum, ut Regium rescriptum audiretur, quod tandem coram omnibus legi. In eo depositi sunt Cyrillus, & Nestorius, & Memnon. Cum autem Joannis Episcopi lectionem pacifice susciperent, audierunt ab adversariis depositionem Cyrilli & Memnonis illegitime factam. Cæterum ne major fieret seditio, Nestorium custodiendum suscepit Candidianus Comes nobilium Domesticorum, qui omnibus consiliis & operibus meis interfuit. Cyrillum autem custodiendum tradidi Jacobo Comiti, & Præposito quartæ scholæ. Memnoni vero absenti, missis dispensatore, defensore & Archidiacono S. Ephesiorum Ecclesiæ, manifestavi quod depositus esset..... His in hunc modum actis, descendi in Ecclesiam. Cognoscens autem Memnonem agere in episcopio, mitto principem Palatinorum ad ipsum, ut ad me veniret, & absque mora advenit: & reprehensus a me quare mane non venisset, dixit ægritudine se deprehensum esse, & propterea non adfuisse, & statim in meam intravit domum; traditus est & ipse Jacobo Comiti custodiendus a scutariis & palatinis. Hæc primo die a me facta sunt. „ Imperatoris epistola dirigebatur ad omnes utriusque partis Episcopos, omissis Cyrillo, Nestorio & Memnone, quorum depositionem confirmabat. Ad eos etiam misit literas Acacii Beroensis Episcopi, qui propter extremam senectutem non potuerat adesse Synodo, concordiam suadebat. Joannem Comitem a se missum esse dicit, ut hic ipse serena suæ Majestatis erga Fidem scopum, quæ utilia perspexerit, ea perficiat.

Cyrillus & Memnon & Nestorius custodiæ traduntur.

Ibid. epist. Synod. ad Imperat. *Synodus agit pro Cyrillo & Memnone.* L. Sancta Synodus Joannis Comitis factum gravissime ferens, querelas detulit ad Imperatorem, affirmans Cyrillum & Memnonem, adeo non esse damnatos, ut ipsi omnes & Occidentis & Africæ, & Illirici Episcopi cum iis communicarent, eosque propter Orthodoxæ fidei zelum susciperent, solumque Nestorium propter hæresim Canonice fuisse depositum, seque non posse communicare cum Orientalibus, qui ejus depositioni subscribere nolint, eique faverent, suosque Præsides contra Canones affecissent injuria.... " Quapropter, inquiunt, oramus vestram Majestatem, ut Cyrillum & Memnonem Episcopos.... Synodo restitui curet, eamque Fidem inconcussam custodiri faciat, quæ a majoribus tradita.... & in commentariis contra Nestorium editis admodum dilucide explicatur. „ Juvenalis cum reliquis huic subscripsit. Secundas de iisdem rebus literas ad Imperatorem dederunt: id unum addunt, depositionis sententiam adversus Cyrillum & Memnonem tulisse tantum triginta Episcopos, Nestorio faventes; hanc vero se rescidisse ut sacris Canonibus contrariam.

Ibid. epist. Synod. ad Cler. Constantinop. Episcopis Constantinupoli agentibus, & urbis Clero scripsit Synodus. " Sciat pietas vestra, Ephesum perinde ac carcerem nos inhabitare; in qua jam trimestre spatium usque adeo arcte inclusi tenemur, ut neque per mare, neque per terras libere & absque discrimine quempiam omnino vel ad pium comitatum, vel in alium quempiam locum amandare possimus. Nam quotiescumque ea quæ misimus, reddi contigit, ut tabellarii sexcenta vitæ discrimina evaderent, in alias atque alias formas sese transformare coacti sunt. Quod autem tam diligenter custodimur, hoc aliunde non provenit, quam quod ad piissimos Imperatores omnia contra nos falso deferuntur. Nam alii, ut accepimus, quasi seditionis authores apud pias Augustorum aures nos accusant; alii sic suggerere ausi sunt, quasi œcumenica Synodus Cyrillum & Memnonem deposuisset . . . . Ne igitur, hæc patefiant, tanta diligentia custodimur. „ Inde eos exorant, ut provoluti ad Imperatoris genua, eum faciant certiorem, se non condemnasse Cyrillum & Memnonem, quos sibi reddi petunt: alioquin se paratos cum illis in exilium proficisci.

Addunt

Christi An. 431.

Addunt se a communione ecclesiastica abscidisse Joannem Antiochenum, & Episcopos ei adhærentes, adempta iis omni Sacerdotii functione, seque malle privarii Ecclesiis, quam cum illis redire ad communionem, nisi facta sua correxerint. His adjunxere sequens commonitorium ad Dalmatium. " Necamur æstibus, & pene quotidie aliquis sepelitur, ita ut omnes pueri languentes ad propria remittantur. Unde consequens est Reverentiam vestram adire Principem, & dicere quia opprimitur Synodus ab his, qui prohibent terminum dari, ut absumpti languore necentur. Scire vero Reverentia vestra debet, quia licet io tantum nitantur, ut omnes moriamur; non tamen fiet aliud, præter hæc quæ decreta per nos sunt a Salvatore nostro Christo. ,,

Ibid. Cyrilli epist. ad Cler. Const.

Cyrillus harum duarum Synodi literarum ad Imperatorem meminit scribens ad Clerum populumque Constantinopolitanum. Inde refert quæ egerit Comes Joannes, quo Joannes Antiochenus, & qui cum eo sunt, in sanctæ Synodi communionem recipiantur. " In hodiernum usque diem, inquit, ne audire quidem hujusmodi vocem sustinuerunt, sed obsistunt omnino, & dicunt: fieri non potest ut ad hoc veniamus, nisi quod contra legem ab illis factum est, dissolvatur, ac Synodo tanquam qui deliquerint, supplices accidant, & Nestorium illiusque dogmata scripto anathematizent ...., Rursus a Synodo petiit Joannes, ut Fidei expositionem scripto sibi exhiberet: ut cum illi quoque ipsius impulsu assensissent, ac subscripsissent, reversus diceret: Redegi illos in amicitiam, qui humanis offensis inter se diffidebant. Hoc intelligens Synodus, iterum surrexit diserte dicens: Nolumus nobis ipsis eam contumeliam irrogare: non enim tanquam hæretici huc vocati sumus; sed venimus, ut Fidem labentem, & exagitatam stabiliamus, quam & stabilivimus. Addit, adversarios inter se dissidentes non potuisse convenire circa Fidei expositionem, cum alii beatæ Virgini nomen Deiparæ concederent, alii denegarent. Scripsit etiam Theopempto, Danieli, & Potamio Ægypti Episcopis, quorum duos ultimos jam secundo miserat Constantinopolim. Primo. Significat falsas esse deprehensas calumnias, quas de eo vulgarant ejus adversarii. Secundo. Nestorii depositionem confirmatam a Comite Joanne, qui cognovit sanctam Synodum Fidei causa contendisse studio proprio, neque sibi, neque ulli alteri gratificantem, sed divino zelo motam, quod blasphemias illius ferre non posset, se quoque custodiæ traditum. Tertio. Synodum nolle communicare cum Orientalibus. Has epistolas quidam mendicus in arundine inclusas detulit Constantinopolim. Nestorii quidem studiosi omnia tum navigia, tum publicas vias obsidentes, neminem prorsus a Synodo Constantinopolim venire, neque inde rursus ad Synodum abire permittebant Orientales.

Ibid. epist. Joan. Antioch. ad Imper.

LI. Joannes Antiochenus, & ejus Episcopi literas ad Theodosium direxerunt per Comitem Joannem .... " Festinavimus, inquiunt, illa, quæ nuper exposita sunt a Cyrillo, capitula Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ contraria condemnare .... Hæc autem, sicut vestrum cognovit Imperium, Episcopus Acacius, Synodum per literas edocuit, quod Apollinarii impietati conveniunt. Novit hæc ille vir, qui centum decem vitæ annos implevit ... & Synodis multis interfuit, & eos qui Apollinaris dogmata sentiunt, semper secundum locum proximos habuit. ,, Beroea enim vicina Laodiceæ fuit, unde Apollinaris ..... Asserunt se confirmasse Nicænam fidem, quæ sufficit. Tum addunt: " Quoniam vero Imperatores piissimi præcepistis, & de sancta Dei genitrice Virgine nos innotescere vestræ pietati ... Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationali, & corpore, ante sæcula quidem ex Patre natum secundum Deitatem: in fine vero dierum eumdem, propter nos, & propter nostram salutem de Maria Virgine consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum vero naturarum unitio facta est: propter quam unum Christum, unum Dominum, unum Filium confitemur. Secundum hunc inconfusæ unionis intellectum confitemur sanctam Virginem Dei genitricem. ,, Catholica est hæc Fidei confessio, eamque postea Cyrillus per pacificam laudavit epistolam. Hinc liquet, Joannem Antiochenum cum suis quidem authores fuisse schismatis, & gravis scandali, non autem defensores hæreseos, nec simplex est conjectura eos Nestorio amico suo consulere voluisse, ut ipse, & Cyrillus pariter damnarentur, & postea quamdam doctrinæ suæ expositionem darent, atque ita ambo restituerentur. Iidem scripsere Clero, & populo Antiocheno, Imperatorem approbasse damnationem Cyrilli, & Memnonis, quos deposuerant: sed taceot de Nestorio. Hortantur Doctores illius Ecclesiæ continue in collecta contra impium eorum dogma faciant sermonem: Si vero quempiam miserint Antiochiam, hunc caute teneant, & tradant judicibus. Joannes cum duodecim aliis Episcopis huic subscripsit. Eadem fere Acacio significarunt per literas.

Evagr. hist. l. 1. cap. 15.

LII. Joannis Antiocheni literæ magnorum virorum animos commoverunt, præsertim S. Isidori Pelusiotæ, qui cum ob res gestas, tum eloquentiæ causa ubique celebrabatur. Hic usque adeo corpus suum laboribus maceraverat, & animum arcanis, & sublimioribus doctrinis saginaverat, ut Angelorum vitam in terris duceret, & spirans quædam imago perpetuo esset tam vitæ monasticæ, quam divinæ contemplationis ...... Scripsit multa: Supersunt tantum eius literæ plurimæ elegantes, & stylo conscriptæ Laconico. Tunc sic scripsit ad Cyrillum.

Isid. Pelus. l. 1. ep. 310.

" Compassio quidem non acute videt, aversio autem omnino non videt. Si igitur utraque vis purgari, noli violentas extorquere sententias, sed justo judicio causas permitte .... Multi enim te diffamant eorum, qui in Epheso convenerunt, velut proprias inimicitias vindicantem, & non quæ Jesu Christi sunt, recte quærentem. Nepos est, ajunt, Theophili, & votum illius imitatur, sicut enim ille manifesta insania virum Deo plenum Joannem calumniatus est, ita & iste desiderat gloriari: quamvis in his, qui judicati sunt, plurima esse differentia videatur. ,, In alia recte exponit mysterium Incarnationis. Tertio Theodosium adhortatus est, ut Ephesum proficiscens, præsentia sua tumultus compesceret, ac justum procuraret judicium. Imprimis monet, domesticos suos de fide disputare prohibeat.

Concil. Ephes. tom. 1. nov. ed. to. 3. ver. *Cleri Constantinopolitani supplex libellus.*

LIII. Constantinopolitanus Clerus, acceptis Synodi literis, libellum supplicem obtulit Imperatori, reverentiæ erga Principes, & Christianæ fortitudinis exemplum. " Hanc, inquit, nos in præsentia liberius loquendi occasionem nobis oblatam esse rati, hac supplicatione nostram sententiam vestræ pietati manifestamus: nimirum si dominatio vestra exauthorationem, quam illi in Cyrillum, & Memnonem sanctissimos Episcopos machinati sunt, qui a sancta Synodo desciverunt, approbarit ... Nos omnes prompti paratique sumus .... quodvis periculum cum memoratis sanctissimis viris subire ..... arbitrati talem illis mercedem propter discrimina, quæ Fidei gratia sustinuerunt, jure optimo deberi. Quamobrem cum unum hoc omnibus nobis sit propositum, etiam atque etiam sacram vestram Majestatem rogamus, & exposcimus, ut apud vos etiam illorum sententia confirmetur, qui & numero plures sunt, & sedium authoritate, & exacta Fidei Orthodoxæ examinatione sanctissimo viro Cyrillo, adstipulati sunt, & quod recte sentiat, ad vestram Majestatem retulerunt; neque pacis obtentu, aut ne parva quædam Orientalium portio separari videatur, quæ tamen, si canonibus obsequi vellet, conjuncta maneret, universum terrarum Orbem simul misceri patiatur. Etenim si œcumenicæ Synodi præses, cujus sententiæ, per ea quæ disposuerunt, reliqui omnes subscripserunt, indignum quidpiam præter Canonum ordinationem pertulerit ..... palam est, quia cum privato detrimento eamdem in alius ejusdem sententiæ consortes pœnam confirmabit. Hinc etiam consequetur, omnes Orbis Episcopos una cum prædictis sanctissimis viris depositionis sententiæ subjacere: ac de cœtero rectæ Fidei existimatio penes Arium vel Eunomium invenietur .... Quamobrem Christi amantes Imperatores sedulo curate, ne Ecclesia, quæ more nutricis vos educavit .... in posterum dissipetur .... Quin potius majorum vestrorum erga Ecclesiam amorem, & studium memoria repetentes, ac quemadmodum unusquisque eorum sanctorum Patrum Synodis paruerit, Patrumque sanctiones legibus suis muniendo, quam illis deferrent observantiam, satis ostenderint; ita & vos quoque parem affectum erga sanctam Synodum alacriter suscipite. ,,

Ibid. Epist. Episc. ad

S. Abbas Dalmatius strenue quoque fidei causam egit, quemadmodum in suo ad Synodum rescripto narrant Episcopi, qui Constantinopoli tunc forte commo-

CHRISTI An. 431.

Synod. Ephes. *Dalmatius S. Synodo reconciliat Imperatorem.* commorabantur. Dalmatius annos quadraginta octo reclusus, extra monasterii sui septa numquam pedem extulerat.... sed cum in hac re quid facto opus esset, Deum precando consuleret, vox cœlitus ad eum delapsa, ut egrederetur, imperavit; itaque contendit ad regiam concomitantibus aliis archimandritis cum suis monachis qui psalmos, & hymnos alternabant. Archimandritæ ab Imperatore acciti, ad illum ingrediuntur, plebs vero, & monachorum cœtus antiphonarum modulationi intenta foras mansit. Archimandritæ æquo responso potiti regrediuntur. Exclamant omnes mandata Imperatoris; his respondent: Ad sancti Mocii Martyris basilicam concedamus, ibidem Imperatoris responsum, allatæque epistolæ sententiam percipietis ..... Ubi in eam psallentes pervenere, publice recitata est ipsis epistola; populusque una omnium voce exclamat: anathema Nestorio. Sanctus Dalmatius suggestum ascendit, & dixit: si vultis audire, quieti adeste, & discite ..... Quam nunc pietas vestra epistolam Synodi audivit, eam Imperator quoque legit, & persuasus est ..... Convenientia, & ad rem opportuna cum eo locutus sum... & narrationis seriem sanctæ Synodi comprobavit.... ac persuasus ait: Si res ita habet, sine ut Episcopi huc veniant. Cui ego: nemo eorum venire sinitur. Et ille: nemo prohibet. Rursum ego: detinentur, inquam, & prohibentur ne veniant. Subjeci: Qui e Nestorii factione sunt, eorum multi eunt, & redeunt libere; quæ vero a sancta Synodo aguntur, ea nemo ad vestram pietatem referri permittit. Cæterum pro parte Cyrilliana coram omnibus Imperatori dixi: Sex millia ne Episcoporum audire mavis, an unum hominem, eumque impium? sex millia autem eos ajebam, qui sub Metropolitanorum Episcoporum potestate degunt .... Et respondit: Recte quæsivisti ..... Precamini pro me. Et certo novi, Imperatorem Deo, & sanctæ Synodo obsecuturum potius, quam perversis hominibus ... Populus exclamavit: Anathema Nestorio.

Ibid. LIV. Theodosius ad Comitem Joannem misit sanctionem evocatoriam, qua jubebat, ut utraque pars aliquos mitteret Episcopos, qui rerum gestarum rationem coram se redderent, Cyrillo tamen interim, & Memnone in custodia retentis. Consolatorias pariter, & gratulatorias epistolas ad Patres Ephesinos misere omnes, ad quos ipsi scripserant, privatimque Dalmatius, & Alypius Presbyteri. Misit sancta Synodus Philippum Presbyterum, Cœlestini Papæ Legatum, & SS. Episcopos Arcadium, Juvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Evoptium: *S. Synodi Legati.* & sequens mandatum eis dedit: " Hoc præceptorum diploma vobis exhibuimus, ut pietas vestra intelligat, quod nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sanctitatem vestram scire oportet, nullam omnino se cum Joanne Antiocheno, apostaticoque ejus Concilio communionem admittere debere... Quod si qua forte necessitas afferatur ab Imperatore.... si prædicti Nestorii depositioni voluerint subscribere, veniamque per libellos a sancta Synodo de iis petere, quæ in nostros præsides temere admiserunt, & in primis anathematizare Nestorii dogmata, ac rejicere illos, qui eadem aperte sapiunt vel sapuerunt: elaborare tandem una nobiscum, ut sanctissimi Episcopi Cyrillus, & Memnon nobis restituantur. Hæc si contigerint, permittimus vestræ sanctitati, ut communionem illis polliceatur; ut singula ad nos perscribantur, ut & a nobis quoque vobiscum consentientibus, perfecta cum iis pax ineatur. Non prius autem illis communionem spondeatis, quam præsides suos recipiat Synodus. Scire quidem volumus vestram sanctitatem, quod si quid horum a vobis fuerit neglectum, neque sancta Synodus acta vestra rata habebit, neque vos ad communionem suam admittet. „ Omnes subscripsere.

Imperatrici quoque scripsere deprecantes restitutionem Cyrilli, & Memnonis, atque ut iis liceat redire ad suas Ecclesias. Episcopis etiam egere gratias, hortantes ne Constantinopoli discederent, ut Orientalium fraudes per eos magis ac magis innotescerent Imperatori. Demum Dalmatio scripsit Synodus: Baluz. coll. Concil. p. 653. " Gratias agimus Christo vero Deo nostro, qui vos ita impulit juvare rectum dogma fidei nostræ, & nostros tandem labores sudoresque demonstrasse non tantum piissimis Imperatoribus, sed etiam sanctissimis Archimandritis, totique Christo amabili Clero ac populo.... Hortamur igitur adjungi nobis ad amplius aliquid præstandum, & implendum illic nostrum locum, in his quæ oriuntur fidei negotiis. CHRISTI An. 431. Quamquam hortatione non opus est. Novimus enim Deum tibi revelasse quæ Nestorius in corde gereret, antequam Constantinopoli palam grassaretur, teque jam tum omnibus in monasterio existentibus, dicere solitum. Cavete vobis, Fratres, siquidem mala bestia in hac urbe grassatur, & multos sua doctrina inficit. „

Orientales quoque misere septem Episcopos, Joannem Antiochenum, Joannem Damascenum, Himerium, Paulum, Macarium, Apringium, & Theodoretum, quibus etsi liberam fecerint rerum gerendarum potestatem, mandarunt tamen ut Cyrilli anathematismos tanquam hæreticos, alienosque ab Ecclesia Catholica, & Apostolica modis omnibus rejicienda curarent. Adjunctus est mandato libellus precum ad Imperatorem, quo per quidquid sacrum est, obsecrarentur, ne cui liceret impune aliam Fidei formulam, præter symbolum Nicænum subscribere: & ut de quæstionibus quisque scripto apud Imperatorem deponeret sententiam, qua posset argui, si quid postea in contrarium assereret, ut esset una omnium consensio, nec duæ permitterentur liberæ de quæstionibus opiniones, sed res tota disputando definiretur. Id vero sin minus in præsentia effici posset, fas sibi esset ad Ecclesias suas redire. Juvenalem insimulabant, quasi malis artibus conaretur Phœniciam secundam, & Arabiam Cyrillo vindicare ac subjicere. Ibid. Conciliab. Ephes. *Orientalium Legatorum mandata.*

LV. Orientalium Legati postquam Chalcedonem venerunt (nam Constantinopolim, neque ipsi, neque eorum adversarii intrare permissi sunt,) fama acceperunt, inquit Theodoretus, quod ante octo dies, quam comparerent, Nestorius jussu Imperatoris ab Epheso dimissus sit, ut eat, quo liberet, unde valde doluerunt, quandoquidem ea, quæ contra eum gesta erant, jam robur habere videbantur. Prudentissimum fuit illud Theodosii judicium. Synodus ducentorum Episcoporum, & Romanus Pontifex suffragantibus Occidentalibus eum damnarant ut hæreticum, ejus doctrinæ patrocinium in suis scriptis numquam susceperant Orientales; sed de forma judicii litigantes, reliquum silentio premebant, licet ei maxime faverent. Unde facile erat colligere, eum de hæresi legitime fuisse condemnatum. Nestorius rogavit sibi liceret ad suum S. Euprepii monasterium reverti, quod in suburbanis Antiochiæ situm est. Præfecti proficiscendi fecere copiam, angariis annonisque transmissis. Ille eis gratias agens, nihil inquit, nobis amplius honorabile est, quam pro pietate removeri. Postulavitque ut duodecim Cyrilli anathematismi decreto Imperiali proscriberentur. Ibid. Evagr. l. 1. c. 7. *Nestorius exul.*

Die quarto Septembris Chalcedonem veniens Imperator, divertit ad villam Rufinianam, Orientaliumque Legatos convocatos audivit quinquies, & quidem satis benevole. Hinc quasi victores sibi gratulabantur. Legati Synodi orabant, ut accerseretur Cyrillus, qui satisfaceret accusationibus. Orientales responderunt, Patrum fidem prius esse stabiliendam. Imperator jussit ut quælibet pars suam offerret fidei confessionem: Orientales dixerunt sufficere Nicænam, quod approbavit Imperator: Orientales hæc suis Ephesi degentibus scripsere, qui ipsis quoque remiserunt a se subscripta duo fidei Nicænæ exemplaria, unaque expositionem capitulorum a Cyrillo recens factam, & addunt: parati sumus prius animam reddere, quam quodlibet hæreticorum capitulorum Cyrilli suscipere. Ibid.

Sed paulo post magna facta est rerum conversio, vel fatente Theodoreto inter schismaticos adversus Cyrillum infensissimo, sic enim scribit Metropolitano suo Alexandro Hierapolitano. " Nullum humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omisimus, quo apud Imperatorem, & illustre consistorium non simus usi ..... ne contemnatur fides, quæ adulteratur .... Et usque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferentibus ..... Cum juramento Imperatori fassimus, quod impossibile sit nobis Cyrillum, & Memnonem reconciliari, quod fieri nequeat, ut illis communicemus, qui non antea ejecerint capitula hæretica. Sed studium his est, qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ Jesu Christi, ut reconcilientur eis, & præter mentem nostram... De amico, nempe Nestorio, sciat tua sanctitas, quod si quando ejus faceremus mentionem apud Imperatorem, vel apud illustre consistorium, detectionis notabamur... Imperator præ omnibus aliis aversatur nomen, manifeste dicens: De eo mihi nullus loquatur: Ibid.

speci-

CHRISTE AN. 431.

specimen enim semel ipse dedit . . . . Nobis quoque studium est, ut hinc liberemur. Nihil enim hinc boni sperandum, eo quod Judices ipsi omnes auro confidant, & contendant unam esse naturam deitatis & humanitatis. „ Hæc autem sunt criminationes hominis causa cadentis. Frequentem populum ad suas conciones concurrere gloriatur, Clerum tamen & monachos suis partibus adversari fatetur, seque suosque ab omnibus Ecclesiis exclusos ab Episcopo Calcedonensi, qui cum Synodi Legatis communicat.

Ibid. Imperator postquam quinquies Legatos utriusque partis audiit, in urbem rediens jussit Synodi Legatos comitari, ut Episcopum Nestorii successorem ordinarent: Orientalibus interim Chalcedone relictis, qui statim ad Imperatorem miserunt libellum supplicem: *Orientalium protestatio.* Exponunt quid hactenus egerint mandatis ejus obsequentes, conqueruntur quod adversarii sui, quos propter Cyrilli anathematismos hæreseos accusabant, disputare de dogmatibus coram eo noluerint, id est, ut in eorum petitione continetur, ut Cyrilli capitula examinarentur, atque apud consistorium pro iis certamen susciperent eorum adversarii. Denique sic protestantur: *Ibid. Concilab. Ephes.* " Necessarium duximus ut præsentibus literis doceremus vestram pietatem coram Deo & Christo ipso ac sancto Spiritu, quod si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica sentiunt, necesse sit ut tota Ecclesia scindatur, tam Clero quam plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum feret hæreticum colentibus communionem dari, & omnes nos, qui ex Orientali Diœcesi, & vestræ Provinciæ ex Diœcesi Ponti, & Asiæ, & Thraciæ, & Illyrici, & Italiæ, Cyrilli dogmata admitti non sinent, & qui vestræ pietati librum beatissimi Ambrosii misetunt, adversa pullulanti huic superstitioni docentem. Quapropter ne hoc veniat, & vestra pietas magis conturbetur, precamur & obsecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec Orthodoxa Fides formetur. „

Ejusmodi protestatio est insolens, ni postulata concedantur, schisma comminantur. Est etiam fallax: Ephesina Synodus Nestorium & ejus errores damnaverat, de Cyrilli vero capitulis nihil statuerat, de quibus solis disputationem instituere volebant Orientales, qui in suis literis sæpe conqueruntur, quod alii effugiant ne capitula examinentur: adversarios vero a re proposita in diversum transire renuentes accusabant hæreseos, dum ipsi Nestorii damnationi subscribere nollent. Denique est mendax: Illyrici & Italiæ Episcopi, quos secum sentire dicunt, per suos Legatos Synodi decretis & Nestorii depositioni subscripserant. Præterea, non magis sinceri sunt in iis, quæ referunt de libro S. Ambrosii. Illius equidem librum de Incarnationis Dominicæ mysterio ad Synodum Ephesinam miserat D. Martianus tunc Episcopus Mediolanensis, qui Orientales ab ea defecisse scire non poterat, & propter locorum distantiam, & temporis angustias. Sed ejus literæ, quo casu incertum est, redditæ sunt Episcopis schismaticis, qui ad se missas male gloriabantur, eoque libro capitula Cyrilli tanquam hæretica damnari mendacissime divulgabant. Eadem fraude scripsere Ruso Thessalonicensi, ut illum sibi conciliarent, simulque Flaviani Philipporum Episcopi, cui suas partes in Synodo commiserat, suspectam ei redderent relationem. Flavianus enim cum Macedoniæ Episcopis semper in omnibus fuerat Cyrillo consentiens.

Ephes. Synod. tom. 1. ed. Hard. Imperator ad Ephesinam Synodum misit sequens rescriptum: " Nos Ecclesiæ pacem cunctis aliis occupationibus honorifice præponentes, non solum per judices nostros, sed etiam per nos ipsos aggregare voluimus. . . . Quoniam vero neque uniri vos possibile factum est, nec ad reddendam rationem de his circa quæ dubitatio est, venire voluit venerabilitas vestra, decrevimus ut Orientales Episcopi ad suas patrias & Ecclesias revertantur, & Synodus Ephesina solvatur: ita videlicet ut Cyrillus intret in Alexandriam, Memnone in Epheso permanente. Hoc enim significavimus vestræ religiositati tantummodo, quod quamdiu vivimus, Orientales adjudicare non possumus. Coram enim nobis nulla ex parte convicti sunt. Si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potius eligentes, nobis absque contentione rescribite. Alias de profectione vestra cogitate.

Ibid. Orientales statim tertiam ad Imperatorem miserunt contestationem: conqueruntur de mandatis Imperatoris . . . . & addunt: " Precamur vestram Majestatem, ut nostris precibus annuat, & nihil sinat adjici ad fidem sanctorum Patrum, qui in Nicæa congregati sunt. Quod si &c. post hanc nostram obsecrationem, hanc doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam pulverem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi sumus ex sanguine vestro. „ *Act. 21.* Rerum gestarum relationem miserunt ad suos in Epheso, imprimis conqueruntur, quod adversarios de Cyrilli capitulis secum disputare non coegerint Judices, Imperatorisque sententiam paucis perstringunt. Hic fuit exitus Ephesinæ Synodi. Joannes cum suis quamdiu divisus permansit, semper habitus est schismaticus, utpote a reliquis totius Orbis Christiani Ecclesiis communione sejunctus. Cyrillus vero pridie Kalendas Novembris victor Alexandriam ingressus est.

LVI. *Collect. Concil. Baluz. p. 587.* Ephesinæ Synodi Legati, aliique Episcopi, qui tunc forte convenerant Constantinopoli, de Episcopo in locum Nestorii eligendo deliberarunt. Post multas contestationes elapso quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, octavo Kalendas Novembris, *Maximianus Nestorio sufficitur.* Maximianus Presbyter eligitur Episcopus Constantinopolis: Vir, qui monasticam vitam agens, jam pridem sanctitatis opinionem fuerat adeptus, eo quod propriis sumptibus monumenta construxisset, in quibus religiosi viri sepelirentur. In sermone autem rudis atque imperitus, vitamque quietam, & a negotiis alienam præoptabat; Cœlestini Legatis eo acceptior, quod in Ecclesia Romana posuerat prima sacræ militiæ rudimenta: statim ab ordinatione literas de more dederunt ad primas Sedes, quibus eos de ordinatione Maximiani faciebant certiores: ea tantum superest, quæ est ad Epiri Episcopos. " Ut autem, inquiunt, securiores sitis, & sciatis quod *Epist. ad Episc. Epir. Synod. Ephes. tom. 1. ed. Hard.* non literis tantum nostris paretis, sed etiam decretis sanctæ & œcumenicæ Synodi Ephesi congregatæ, subjicimus Synodicas literas, ut vos ex illis certiores reddamini de iis, quæ contra schismaticos & Nestorianos decreta sunt, & qualis item pœna illis constituta est, qui cum ipsis communicare præsumpserint. „ Primus subscripsit Maximianus, secundus, Juvenalis, & postea tres Legati Cœlestini Papæ. Ex hac subscriptionum varietate liquet veteres in iis scrupulose certum ordinem non semper observasse.

Ibid. Maximianus privatim scripsit Cyrillo, ejus consiliis & precibus juvari postulans. Cyrillus ei & aliis rescribens exponit mysterium Incarnationis, & rursus Apollinari dicit anathema. Imperator, Episcopi, & Maximianus singulas ad Cœlestinum summum Pontificem dedere literas, quas perferendas acceperunt Joannes Presbyter, & Epicterus Diaconus: tres illæ non extant amplius, sed ex Cœlestini responsionibus scimus earum perlatores Romam venisse ad natalem Domini diem. Joannes autem *Synodic. collect. Concil. Baluz. p. 939.* Antiochenus rediens ad Ecclesiam suam, in urbe Tarso Ciliciæ primæ Metropoli collectis suæ partis pluribus Episcopis iterum damnavit Cyrillum, & cum eo septem Episcopos, qui Epheso Constantinopolim missi fuerant a Synodo Ephesina.

TEX-

TEXTUS GRÆCI LIBRI XXII.

NUm. I. Nest. quat. 21. ad 1. Conc. Ephes. ἐδίδαξε τοίνυν ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου Παρθένου λέγει γεγεννῆσθαι, ἀλλ' Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ υἱὸν, καὶ κύριον. ταῦτα πάντες ὁμολογοῦμεν. Ibid. quatern. 24. ἄλλο γὰρ τὸ συνεῖναι τῷ γεννωμένῳ, καὶ ἄλλο τὸ γεννᾶσθαι. Ibid. ex quatern. 27. ἀλλ' ὥσπερ ἐλέγομεν Θεὸν τὸν πάντων δημιουργὸν, καὶ Θεὸν τὸν Μωϋσέα. . . . . . οὕτω λέγομεν καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν καὶ Θεὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ Ἅγιον, καὶ Χριστόν. ἀλλ' ἡ μὲν κοινωνία τῶν ὀνομάτων ὁμοία, οὐχ ἡ αὐτὴ δὲ ἀξία. Ib. quatern. 16. διὰ τὸν φοροῦντα, τὸν φορούμενον σέβω. διὰ τὸν κεκρυμμένον προσκυνῶ τὸν φαινόμενον. ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός. διὰ τοῦτο τοῦ μὴ χωριζομένου τὴν τιμὴν οὐ χωρίζω. χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν. Item quatern. 17. ἀλλ' ἐν τῷ πρὸ τούτου υἱὸς καὶ καλούμενος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται καλεῖσθαι κεχωρισμένος Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίσωμεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐκείνῳ συνῆπται τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι υἱῷ τῷ πρὸς αὐτὸν συναφθέντι, οὐ δύναται κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἱότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις, διὰ τοῦτο καὶ διαίρεσιν δέξασθαι. κατὰ τὸ ἀξίωμα φημὶ τῆς υἱότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις.

Num. 3. Procl. Cyz. part. 1. Conc. Ephes. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν, ἀδελφοὶ, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος· καὶ μάλα εἰκότως . . . . . συνεκάλεσε μὲν ἡμᾶς ἐνταῦθα ἡ ἁγία καὶ θεοτόκος Παρθένος Μαρία . . . ἡ δούλη καὶ μήτηρ . . . ἡ μόνη Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα . . . . . ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησε, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ ἐστενοχώρησεν. ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη Θεὸς οὐ γυμνὸς, καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός . . . . . οὐκ ᾐσχύνθη οἰκῆσαι μήτραν, ὅπου αὐτὸς ἀνεπαισχύντως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος. εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, ἐκεῖνος ἀφράστως ἐγεννήθη, ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀνεκεκράγει λέγων· ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου . . . . οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστὸς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν . . . . ἦλθε σῶσαι, ἀλλ' ἔδει καὶ παθεῖν. πῶς ἀμφότερα δυνατόν; ἄνθρωπος ψιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε. Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. τί οὖν; αὐτὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν . . . . . ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

Num. IV. Cyr. Alex. Epist. ad Monach. τεθαύμακα τοίνυν ὅπερ ὅλως ἐνδοιάζουσί τινες, πότερον Θεοτόκος, ἢ μὴ, λέγοιτ' ἂν ἡ ἁγία παρθένος. εἰ γάρ ἐστι Θεὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, πῶς οὐ Θεοτόκος ἡ τεκοῦσα ἁγία παρθένος; ταύτην ἡμῖν τὴν πίστιν παρέδοσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, κἂν εἰ μὴ τῆς λέξεως πεποίηνται μνήμην. οὕτω φρονεῖν ἐδιδάχθημεν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων . . . . . γεγέννηται μὲν ὁμολογουμένως ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος Λόγος αὐτοῦ, καὶ ἄναρχον ἐν χρόνῳ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, ἀεὶ συνυφεστηκὼς τῷ γεγεννηκότι, ἐν αὐτῷ τε καὶ σὺν αὐτῷ συνυπάρχων καὶ συνεννοούμενος. ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἐπειδὴ γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἑνωθεὶς σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικὴν, γεγεννῆσθαι λέγεται καὶ σαρκικῶς διὰ γυναικός. ἔοικε δέ πως τῷ καθ' ἡμᾶς τόκῳ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς μητέρες ὑπηρετοῦσαι τῇ φύσει πρὸς γέννησιν, ἔχουσι μὲν ἐν μήτρᾳ πηγνυμένην κατὰ βραχὺ τὴν σάρκα . . . . ἐνίησι δὲ τῷ ζώῳ τὸ πνεῦμα ὁ Θεὸς, καθ' ὃν οἶδε τρόπον . . . . . ἕτερος δὲ σαρκὸς, καὶ ὁμοίως ἕτερος ὁ ψυχῆς ἐστι λόγος. ἀλλ' εἰ καὶ γεγόνασι μόνων αὐταὶ τῶν ἀπὸ γῆς σωμάτων μητέρες, ἀλλ' οὖν ὅλον ἀποτεκοῦσαι τὸ ζῶον, τὸ ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, οὐχὶ μέρος λέγονται τεκεῖν. οὐδ' ἂν εἴποι τις, φέρε εἰπεῖν, τὴν Ἐλισάβετ σαρκοτόκον μὲν, οὐ μὴν ἔτι καὶ ψυχοτόκον· τέτοκε γὰρ ψυχωθέντα τὸν Βαπτιστὴν, καὶ ὡς ἐν ἐξ ἀμφοῖν τὸν ἄνθρωπον, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος. τοιοῦτόν τι πεπρᾶχθαι παραδεξόμεθα καὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ Ἐμμανουήλ· γεγέννηται μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος· ἐπειδὴ δὲ σάρκα λαβὼν, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος, κεχρημάτικε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς, οὐδὲν, οἶμαι, τί ἄτοπον εἰπεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν ὅτι καὶ γεγέννηται κατὰ σάρκα διὰ γυναικός.

Num. XI. Cyrillus lib. ad Theodos. ἑώρακεν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. σιωπῶ δ' ἂν, ὅπως οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ, φησίν, ἐστὶν ὁ υἱός μου, ἵνα μὴ οὐχὶ μέρος, ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ τυχὼν, ἀλλ' ὡς ποιεῖ ὁ αὐτὸς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν.

Ibidem. καὶ γοῦν αὐτὸς ὑπάρχων ἡ πάντων ζωὴ, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ζῶντος Πατρὸς ἄρρητον Γέννησιν ζωοποιεῖσθαι λέγεται μεθ' ἡμῶν. παρὰ δ' ὃν ὁμοῦ ἰδεῖν χωριζόμενον μὲν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς θεοπρεποῦς ἐνεργείας τὴν δόξαν, οἰκειούμενος δ' αὖ τὴν σάρκα, καὶ οἰονεί πως καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν, καὶ τῇ ἰδίᾳ περιτιθεὶς φύσει. οὐχὶ δὴ μᾶλλον πρέπειν ἐρεῖς τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν υἱῷ Θεοῦ πατρὸς Λόγῳ τὸ ἄνωθεν ἥκειν καὶ ἐξ οὐρανοῦ ζωογονεῖν δύνασθαι τὰ οἷς ἂν ἐθέλοι βούλοιτο τὴν ζωήν; τί δὲ τὸ δημιουργεῖν, εἰπέ μοι, θήκαις δύναται τῶν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων; ὦ δαιμόνιε, πῶς τοίνυν; ἡμᾶς ζωοποιεῖ μὲν ὡς Θεός· πλὴν οὐ μόνῳ τῷ μεταλαβεῖν Ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' ἰδικὴν παραθεὶς καὶ τὴν αὐτῷ ἑνωθεῖσαν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἔφη γὰρ, ὅτι· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς . . . . . καὶ πρός γε τούτοις πολυειδῶς καὶ δακτύλῳ καταδεικνὺς ἑαυτὸν ἐπιλέγει· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. &c. - - καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς καταπεφοίτηκε μὲν οὐκ ἐξ οὐρανοῦ ἡ σὰρξ, ἀλλ' ἦν ἐκ παρθένου, κατὰ τὰς γραφάς; ὅτι ἐστὶ δὲ οὐκ ἐνδεὲς ὁ Λόγος, ἀλλ' εἰς ἓν ἄμφω συνελθόντων κατὰ σύμβασιν οἰκονομικὴν τὸ τῶν φύσεων ἰδιώματι, διὰ τοῦτο ὅσων ὑμῖν ὁρᾶται λόγων . . . . . οὐχὶ δὲ καὶ ἐνεργητὴν ὁμολογήσαιμ' ἂν τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα πρὸς τὸ δύνασθαι ζωοποιεῖν, ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν; πῶς οὖν εἴπωμεν ζωοποιὸς ἡ σάρξ; ἢ πῶς τοῦτο καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἀπὸ γῆς; καθ' ἕνωσιν δηλονότι, τὴν πρός γε φημὶ τὸν ζῶντά τε καὶ οὐρανόθεν Λόγον· φωτισόμεθα γὰρ ἤδη τὸ λίαν ὀρθὸν, καὶ τοῖς ἱεροῖς συμβαίνοντα λόγοις.

Ibidem Athan. lib. de Incarn. apud Cyril. lib. ad Reg. ὁμολογοῦμεν γὰρ καὶ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ πνεῦμα, υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει· οὐδὲ δύο υἱοὺς, ἄλλον μὲν υἱὸν Θεοῦ ἀληθινὸν καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν υἱὸν Θεοῦ γενόμενον, ὡς καὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ, ὡς ἔφην, ἕνα υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἄλλον· καὶ ἐκ Μαρίας γεγεννῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς ὁ Ἄγγελος τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ . . . ἔλεγε . . . . τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. ὁ τοίνυν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, υἱὸς Θεοῦ φύσει, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ οὐ χάριτι καὶ μετουσίᾳ . . . . εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ἐκ τῶν θείων γραφῶν διδάσκει, ἕτερον λέγων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας, κατὰ χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱοὺς, ἕνα κατὰ φύσιν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἕνα κατὰ χάριν, τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον· ἢ εἴ τις τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ἄνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας· ἢ τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σάρκα, ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἀλλοιωθεῖσαν, ἢ παθητὴν τὴν τοῦ Κυρίου θεότητα, ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ὡς ἀνθρώπου, καὶ μὴ προσκυνητὴν ὡς Κυρίου καὶ Θεοῦ σάρκα, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ Ἐκκλησία.

Item Joan. Constant. de divina generatione. Ibidem. σύνδρομα πάντα Θεῷ. σήμερον ὁ ὢν τίκτεται, καὶ ὁ ὢν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν. ὢν γὰρ Θεὸς, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. οὔτε γὰρ κατ' ἔκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε Θεός· ἀλλὰ Λόγος ὢν διὰ τὸ ἀπαθὲς, σὰρξ ἐγένετο ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως . . . . . ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου καθήμενος, ἐν φάτνῃ τίθεται· ὁ ἀναφὴς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ ἀσώματος, χερσὶν ἀνθρωπίναις εἱλίσσεται· ὁ τὰ τῆς ἁμαρτίας διαρρήξας δεσμὰ, σπαργάνοις ἐμπλέκεται.

Ibidem Cyril. καὶ οἴδαμεν, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐ γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν καὶ ἔξω σαρκὸς, ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς νοεῖται Λόγος· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ὠνόμασται Χριστὸς Ἰησοῦς. εἰ τοίνυν οὗτός ἐστιν ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος, τίς τῶν ὀρθοφρονούντων ἀντιλέξεται;

Ibidem Cyr. Epist. ad Cælest. γινωσκέτω δὲ καὶ τοῦτο ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἐπι-

Ἐπισκόπους συμπίδα τὰ λεγόμενα· καὶ δυσχεραίνουσι πάντες, καὶ λυποῦνται, καὶ μάλιστα οἱ κατὰ τὴν Μακεδονίαν εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι. καὶ τοῦτο εἰδὼς, οἴεται ὅτι πάντων ἐστὶ σοφώτερος, καὶ μόνος οἶδε τὸν σκοπὸν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ Μυστήριον. καίτοι πῶς οὐκ ἔδει πληροφορεῖσθαι μᾶλλον αὐτὸν, ὅτι πάντων τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων καὶ λαϊκῶν ὁμολογούντων, ὅτι καὶ Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ Θεοτόκος ἡ τεκοῦσα αὐτὸν Παρθένος, πλανᾶται μόνος αὐτὸς τοῦτο ἀρνούμενος; .... τί τοίνυν δράσομεν, ὅτε μὴ ἀνεπείσθησαν αὐτὸν, ὑπὸ πάντων διωκόμενοι τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν, καὶ ὁσημέραι κατεφθαρμένον τὸν λαὸν τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ δυσχεραινόντων μὲν, ἐκδεχομένων δὲ τὴν παρὰ τῶν ὀρθοδόξων διδασκάλων ἐπικουρίαν; .... ὁ πρότερον δὲ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας ἐκβάλλομεν ἑαυτοὺς μετὰ παρρησίας, πρὶν ἂν τοῦτο τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ἀνακοινωσώμεθα. διὸ δὲ καταξίωσαι τυπῶσαι τὸ δοκοῦν. καὶ πότερον χρὴ κοινωνεῖν αὐτῷ, ἢ λοιπὸν ἀπειπεῖν μετὰ παρρησίας, ὅτι τοιαῦτα φρονοῦντι καὶ διδάσκοντι οὐδεὶς κοινωνεῖ. τὸ δ' ἐπὶ τούτοις σκοπὸν τῆς σῆς θεοσεβείας χρὴ γενέσθαι διὰ γραμμάτων κατάδηλον καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις τοῖς κατὰ Μακεδονίαν, καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολήν. ἐπιθυμοῦσι γὰρ αὐτοῖς δώσομεν ἀφορμὰς τὸ πάντας μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ γνώμῃ στῆναι, καὶ ἐπαγωνίσασθαι τῇ ὀρθῇ πίστει πολεμουμένῃ.

Num. XVI. Cyr. & Synod. Ægyp. ad Nest. ἰδοὺ τοίνυν ἅμα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην συνειλεγμένῃ, προεδρεύοντος τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κελεστίνου τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τρίτῳ σοι τούτῳ διαμαρτυρόμεθα γράμματι, συμβουλεύοντες ἀποσχέσθαι μὲν τῶν οὕτω σκαιῶν καὶ διεστραμμένων δογμάτων, ἃ καὶ φρονεῖς καὶ διδάσκεις, ἀνθελέσθαι δὲ τὴν ὀρθὴν πίστιν τὴν ταῖς Ἐκκλησίαις παραδοθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς διὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν ..... καὶ εἰ μὴ τοῦτο δράσειεν ἡ σὴ εὐλάβεια, κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ μνημονευθέντος ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν τοῦ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπου Κελεστίνου, γίνωσκε σαυτὸν οὐδένα κλῆρον ἔχοντα μεθ' ἡμῶν, οὐδὲ τόπον ἢ λόγον ἐν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ καὶ Ἐπισκόποις. .... ἅπασι δὲ τοῖς παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας κεχωρισμένοις διὰ τὴν πίστιν, ἢ καθαιρεθεῖσι λαϊκοῖς, κοινωνικοὶ πάντες ἐσμέν ..... οὐκ ἀρκέσει δὲ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὸ συνομολογῆσαι μόνον τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, τὸ ἐκτεθὲν κατὰ καιροὺς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς κατὰ καιροὺς συναχθείσης ἐν τῇ Νικαίων .... ἀλλὰ γὰρ ἀκόλουθον ἐγγράφως καὶ ἐνωμότως ὁμολογῆσαι, ὅτι καὶ ἀναθεματίζεις μὲν τὰ μιαρὰ σαυτοῦ καὶ βέβηλα δόγματα· φρονήσεις δὲ καὶ διδάξεις, ἃ καὶ ἡμεῖς πάντες, οἵ τε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν ἑῴαν Ἐπίσκοποι, καὶ διδάσκαλοι, καὶ λαῶν ἡγούμενοι .... ἑνούμενόν γε μὴν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν Λόγον, ἕνα προσκυνοῦμεν Υἱὸν καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὔτε ἀνὰ μέρος τιθέντες καὶ διορίζοντες ἄνθρωπον καὶ Θεὸν, οὔτε συνημμένους μᾶλλον ἀλλήλοις τῇ τῆς ἀξίας καὶ αὐθεντίας ἑνότητι· κενοφωνία γὰρ τοῦτο καὶ ἕτερον οὐδέν .... ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό φαμεν ὅτι κατῴκησεν ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κοινῷ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένῳ, ἵνα μὴ θεοφόρος ἄνθρωπος νοοῖτο Χριστός. εἰ γὰρ καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ὁ Λόγος· εἴρηται δὲ καὶ ἐν Χριστῷ κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἀλλ' οὖν ἐννοοῦμεν, ὅτι γενόμενος σὰρξ, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικῆσαι λέγεται, κατὰ τὸν ἴσον καὶ ἐν αὐτῷ τρόπον γενέσθαι διοριζόμεθα τὴν κατοίκησιν. ἀλλ' ἑνωθεὶς κατὰ φύσιν, καὶ οὐκ εἰς σάρκα τραπεὶς, τοιαύτην ἐποιήσατο τὴν κατοίκησιν, ἣν ἂν ἔχειν λέγοιτο καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ πρὸς τὸ ἴδιον ἑαυτῆς σῶμα .... ἑνωθεὶς γὰρ, ὡς ἤδη προείπομεν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν, Θεὸς μέν ἐστι τῶν ὅλων .... παραιτούμεθα δὲ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ, διὰ τὸν φοροῦντα τὸν φορούμενον σέβω· διὰ τὸν ἀόρατον προσκυνῶ τὸν ὁρώμενον· φρικτὸν δὲ πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν· ὁ ληφθεὶς τῷ λαβόντι συγχρηματίζει Θεός· ὁ γὰρ ταῦτα λέγων διατέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστοὺς, καὶ ἄνθρωπον ἵστησιν ἀνὰ μέρος ἰδικῶς, καὶ Θεὸν ὁμοίως· ἠρνημένος τὴν ἕνωσιν, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ συμπροσκυνεῖταί τις, οὔτε μὴν συγχρηματίζει Θεός, ἀλλ' εἷς νοεῖται Χριστὸς Ἰησοῦς, Υἱὸς μονογενὴς, μιᾷ προσκυνήσει τιμώμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς Υἱὸς, καὶ Θεὸς μονογενὴς, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ὑπάρχων ἀπαθὴς, σαρκὶ πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς ..... ὅτι χρὴ λέγεσθαι δι' ἀνθρώπου γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ τολμᾶν ἄνθρωπον τὸν ἐκ Θεοῦ γεγονότα Λόγον, καὶ λελύσθαι δι' αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος .... ἀναγκαίως δὲ κἀκεῖνο προσθήσομεν· καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γενόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ οὐχ ὡς σάρκα κοινὴν δεχόμενοι· μὴ γένοιτο· οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος· ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ Λόγου ....

α. εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

β. εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

γ. εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικήν· ἀνάθεμα ἔστω.

δ. εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς Εὐαγγελικοῖς καὶ Ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε. εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, ὡς Υἱὸν ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ς. εἴ τις τολμᾷ λέγειν, Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ Λόγου κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω ....

η. εἴ τις τολμήσει λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν Θεὸν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ· τὸ γὰρ, σὺν, ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάσει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀνάπτει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος· ἀνάθεμα ἔστω ....

ιβ. εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή τέ ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

Num. XXXVI. Theod. in repreh. 2. anat. S. Cyril. ἕνα μὲν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν, ταῖς θείαις τῶν Ἀποστόλων διδασκαλίαις πειθόμενοι· καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον ὀνομάζομεν· τὴν δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν παντάπασιν ἀγνοοῦμεν, ὡς ξένην, καὶ ἀλλόφυλον τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν ταύτας ἑρμηνευσάντων πατέρων.

Num. XXX. Cyril. hom. in Nestor. Ephesi. φαιδρὸν ὁρῶ τὸ σύστημα τῶν ἁγίων πάντων συνεληλυθότων προθύμως, κεκλημένων ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου .... χαίροις τοίνυν παρ' ἡμῶν ἁγία μυστικὴ Τριὰς, ἡ πάντας ἡμᾶς ταύτης συγκαλεσαμένη ἐπὶ τήνδε τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Θεοτόκου Μαρίας. χαίροις παρ' ἡμῶν Μαρία Θεοτόκε, τὸ σεμνὸν κειμήλιον ἁπάσης τῆς οἰκουμένης, ἡ λαμπὰς ἡ ἄσβεστος, ὁ στέφανος τῆς παρθενίας, τὸ σκῆπτρον τῆς ὀρθοδοξίας, ὁ ναὸς ὁ ἀκατάλυτος, τὸ χωρίον τοῦ ἀχωρήτου, Μήτηρ καὶ Παρθένος, δι' ἧς ὀνομάζεται ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. χαίροις ἡ τὸν ἀχώρητον χωρήσασα ἐν μήτρᾳ ἁγίᾳ παρθενικῇ· δι' ἧς Τριὰς ἁγιάζεται· δι' ἧς Σταυρὸς τίμιος ὀνομάζεται, καὶ προσκυνεῖται εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· δι' ἧς ὁ οὐρανὸς ἀγάλλεται· δι' ἧς Ἄγγελοι καὶ Ἀρχάγγελοι εὐφραίνονται· δι' ἧς δαίμονες φυγαδεύονται· δι' ἧς διάβολος πειράζων ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ· δι' ἧς τὸ ἐκπεσὸν πλάσμα εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβάνεται· δι' ἧς πᾶσα ἡ κτίσις εἰδωλομανίᾳ κατεχομένη εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλήλυθεν .... δι' ἧς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι τεθεμελίωνται .... καὶ τί πολλὰ λέγω, ... δι' ἧς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ φῶς ἔλαμψε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ..... δι' ἧς βασιλεῖς βασιλεύουσι διὰ Τριάδος ἁγίας. καὶ τίς δυνατὸς ἀνθρώπων λέγειν τὴν πολυύμνητον Μαρίαν; .... ἀλλ' ἄρα, σὺ ποσότητι, ἢ μεγαλύνεται περὶ τὴν πίστιν, ἡμεῖς χεῖρα οὐκ ὀρέξομεν; μάρτυρα δέχου τὸν τίμιον καὶ ἅγιον Ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστῖνον, συνεχῶς γράψαντά σοι, ἀποστῆναι τῶν ματαίων ..... δογμάτων.

Ibidem Acac. Melit. hom. Ephesi habita. παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, Υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. τί ἐστι, καὶ ἐδόθη; οὐ μόνον ἐγεννήθη, ἀλλὰ καὶ ἐδόθη· ὁ γὰρ ὢν ἐδόθη ..... καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. καλεῖται δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν. τί δέ ἐστι τὸ, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐξουσιαστὴς, κάτω ὑπήκοος· ὁ αὐτὸς Υἱὸς, κάτω παιδίον· ὁ αὐτὸς θαυμαστὸς σύμβουλος, κάτω ἄνθρωπος· ὁ αὐτὸς Θεὸς ἰσχυρὸς, κάτω ἄνθρωπος ὁ ῥαπιζόμενος .... πάντα γὰρ ταῦτα τῆς τοῦ δούλου ὄντα μορφῆς, ὁ δεσμὸς ἡ ...

τὸν λαβοῦσα Θεὸν ἐξέλαμψεν, ἵνα δὲ ἑκάστου τῶν ἁμαρτιῶν λύσῃ μὲν ἡμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν κωλύματα, ἀξίαν δὲ τῆς πάσης κτίσεως τὴν ἐργασίαν ἡμῖν χαρίσηται. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· ὃ παραιτοῦμαι αἰτῶν, ἃ ἐκεῖνος ὑπέμεινε ὑπὲρ ἐμοῦ. ἀπαθὴς γὰρ ὢν ὁ παρῃτήσατο, ἀλλὰ τῷ παθητῷ σώματι ἑνωθεὶς, ὅσον τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐδόξασε πάθη. οὐκ ἀποστερῶ τῆς τιμῆς τὴν Θεοτόκον παρθένον, ἣν αὐτὴ ἡ τῆς οἰκονομίας ὑπουργία κεχάρισται. καὶ γὰρ καὶ ἄτοπον, ἀγαπητοί, Σταυρὸν μὲν τὸν ἐρυθρωθέντα βαπτισθέντα τοῖς δεσποτικοῖς Χριστοῦ συνδοξάζεσθαι, καὶ ἔτι τὸ μνῆμα τῆς Ἐκκλησίας ἐκλάμποντα φαίνεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ τοσαύτῃ ἐργασίᾳ δεξαμένην Θεότητα, τὴν Θεοτόκον ἀποστερηθῆναι τιμῆς. Θεοτόκος οὖν ἡ ἁγία Παρθένος. Θεὸς γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς, οὐκ ἐκεῖθεν τὸ εἶναι τὴν ἀρχὴν λαβὼν, ἀλλ' ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἐνανθρωπήσεως δεξάμενος.

Ibidem Theodotus Ancyr. act. 1. Conc. Ephes. τοσαύτη ἐστὶ διμηναῖον ἢ τριμηναῖον μὴ δεῖν λέγεσθαι Θεόν. Item Acac. Melit. ibidem. τρόπῳ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπερωτήσεως ταύτῃ ὅσας ἀνάγκην ἐπιστῆσαι τοῖς ἀποκεκρημένοις, ἢ ταύτῃ ἀρνήσασθαι τὴν τοῦ μονογενοῦς θεότητος ἐνανθρωπήσεως, ἢ ὁμολογεῖν, ὅπερ μὴ ὅσιον, ὅτι περ καὶ ὁ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὁ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁ τοῦ Πνεύματος θεότης συσσαρκωθῆ τῷ Θεῷ Λόγῳ· ὅπερ ἐν παντὶ τρόπῳ κακοτεχνοῦ διανοίας, καὶ ἐκβαλοῦσιν τὴν ἀσέβειαν τῆς. ὅπου δεύτερον κινηθέντος λόγου, ἀντιλαβομένη συνὼν αὐτῷ Ἐπίσκοπος τοῦ λόγου· καὶ ἄλλον μὲν ἔφη εἶναι τὸν Υἱὸν τὸν τὸ πάθος ἀναδεξάμενον, ἄλλον δὲ τὸν Θεὸν Λόγον. πρὸς ἣν βλασφημίαν οὐχ ὑπενεγκὼν διαλεχθῆναι, συνευξάμενος πᾶσιν ἐξῆλθον. καὶ ἕτερος δὲ τῶν σὺν αὐτῷ συνηγόρει τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς οὐκ εἰς Θεὸν, ἀλλ' εἰς ἄνθρωπον ἀσεβησάντων.

Num. XXXII. Theod. fac. ad Concil. Ephes. ἐνετειλάμην Κανδιδιανῷ . . . . Κόμητι . . . . ἀλλὰ τὰ ἁγίας ὑμῶν διαβῆναι συνόδῳ· καὶ μηδένα μὲν ταῖς περὶ τῶν δογμάτων γινομέναις ζητήσεσι κοινωνῆσαι· ἀθέμιτον γὰρ, τὸν μὴ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγιωτάτων Ἐπισκόπων τυγχάνοντα τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς σκέμμασιν ἐπιμίγνυσθαι· τοὺς κοσμικοὺς δὲ καὶ μονάζοντας, τούς τε ἤδη διὰ τοῦτο συνειλεγμένους, καὶ τοὺς συνάγεσθαι μέλλοντας τῆς πόλεως παντὶ τρόπῳ χωρίσαι τελέως.

Num. XXXV. Athan. contra Arian. τοῦ δὲ τοῦ Λόγου γενομένου ἀνθρώπου, καὶ ἰδιοποιουμένου τὰ τῆς σαρκὸς οὐκέτι ταῦτα τοῦ σώματος ἅπτεται διὰ τὸν ἐν αὐτῷ γενόμενον Θεὸν Λόγον . . . . ὅθεν καὶ γεννωμένης τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, αὐτὸς λέγεται γεγενῆσθαι, ὁ τοῖς ἄλλοις τὴν γένεσιν εἰς τὸ εἶναι παρέχων. Ibidem Epist. ad Epich. πῶς δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι Χριστιανοὶ, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας προελθὼν Κύριος, Υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει τοῦ Θεοῦ ἐστι. Ibidem ex Greg. Naz. εἴτις ὁ Θεοτόκον τὴν Μαρίαν οὐχ ὑπολαμβάνει, χωρίς ἐστι τῆς θεότητος . . . . εἴτις εἰσάγει δύο υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. φύσεις μὲν γὰρ δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα. υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί . . . . καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν· ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτὴρ . . . . . οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο. τὰ γὰρ ἀμφότερα, ἓν τῇ συγκράσει, Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος.

Num. XXXVII. Act. 5. Conc. Ephes. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· πρὸς τοῖς ἄλλοις μόνοις ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ ἀσεβεστάτου Νεστορίου τῇ παρ' ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἁγιωτάτους καὶ θεοσεβεστάτους Ἐπισκόπους δεξαμένου. ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δυσσεβηθέντων αὐτῷ· καὶ φωράσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν, καὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων κατὰ τήνδε τὴν μητρόπολιν, καὶ προσμαρτυρηθέντων, δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κατεπειχθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου τοῦ Ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ τὴν σκυθρωπὴν κατ' αὐτοῦ ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγιωτάτης συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τὸν αὐτὸν Νεστόριον τοῦ Ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ.

Num. XLI. Act. 2. Conc. Ephes. Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπε. χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ἁγίᾳ . . συνόδῳ, ὅτι ἀναγνωσθέντων ὑμῖν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Πάπα ἡμῶν, τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις φωναῖς, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ . . . . . ἐνωθῆτε. οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἢ καὶ τῶν Ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος ὁ Ἀπόστολος. καὶ ἐπειδὴ νῦν τὸ μέτριον τὸ ἡμέτερον πολλοῖς χειμῶσι . . βραδύτερον παρεγένετο, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν, τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ πρὸ τῆς ἡμῶν ἀφίξεως πεπραγμένα ἡμῖν φανερωθῆναι κελεύσητε· ἵνα κατὰ τὴν γνώμην τοῦ μακαρίου Πάπα ἡμῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ παρόντος ἁγίου συλλόγου, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τῇ αὐτῶν καθαιρέσει βεβαιώσωμεν.

Num. XLII. Act. 3. Conc. Ephes. Φίλιππος . . . πρεσβευτὴς τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπεν· οὐδενὶ ἀμφίβολόν ἐστι, μᾶλλον δὲ πᾶσι τοῖς αἰῶσιν ἐγνώσθη, ὅτι ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος Πέτρος ὁ ἔξαρχος καὶ κεφαλὴ τῶν Ἀποστόλων, ὁ κίων τῆς πίστεως, ὁ θεμέλιος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ λυτρωτοῦ τοῦ γένους τοῦ ἀνθρωπίνου τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἐδέξατο· καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσία τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας· ὅστις ἕως τοῦ νῦν καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ, καὶ δικάζει. τούτου τοίνυν κατὰ τάξιν ὁ διάδοχος καὶ τοποτηρητὴς, ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος Πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος ὁ Ἐπίσκοπος εἰς ταύτην τὴν ἁγίαν σύνοδον διαδόχους ἡμᾶς τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀπέστειλε, τινὲς συνόδοι αἱ χριστιανικώταται . . . Βασιλεῖς ὥρισαν.

Num. XLIV. Syn. Ephes. Epist. ad Cælest. τῆς μὲν σῆς ὁσιότητος ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Θεῷ φίλη τε καὶ ἀρέσκουσα φροντὶς, ἀξία παντὸς γέγονε θαύματος. ἔθος γὰρ ὑμῖν τοῖς οὕτω μεγάλοις εὐδοκιμοῦσιν εἰς ἅπαντα, ἐρείσματα τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. ἐπειδὴ δὲ ἔδει ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνενεχθῆναι τὰ παρακολουθήσαντα, γράφομεν ἀναγκαίως . . . . ὑπὲρ δὲ τοῦ τῆς ἐκείνου (Ἰωάννου τοῦ τῆς Ἀντιοχείας Ἐπισκόπου) προπετείας μακροθυμίᾳ νικῆσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δικαίως ἂν ἐπεπόνθει αὐτὸς, καὶ ἐντέχνως, ἀνετηρήσαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας καὶ αὐτὸν . . . . ἀναγνωσθέντων δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῶν ἀσεβῶν Πελαγιανῶν, καὶ Κελεστιανῶν, Κελεστίου, Πελαγίου, Ἰουλιανοῦ, Περσιδίου, Φλώρου, Μαρκελλίνου, Ὀροντίου, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ αὐτοῖς φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὁρισθέντα παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας. καὶ ψήφῳ πάντες ἐσμὲν, καθῃρημένους ἔχοντες αὐτούς.

LIBER

LIBER XXIII.

Orientales Episcopi magnum schisma constant, quod Theodosii authoritate extinctum est. Utraque pars, agente Paulo Emesseno pacis sequestro, communi fidei formulæ subscripsit. Orientales præterea Synodum Ephesinam receperunt, & anathematizarunt Nestorium & impiam ejus doctrinam; ac de iis omnibus certiores literis pacificis faciunt Sixtum Papam, Cyrillum, & Maximianum Constantinopolitanum: qui vicissim ad eos dedere literas communionis. Pauci, qui paci consentire noluerunt, sedibus suis ejiciuntur. Nestorius misere moritur. Hac ætate floruere Scriptores Ecclesiastici, S. Cyrillus, S. Isidorus Pelusiota, S. Prosper, S. Vincentius Lerinensis, Marius Mercator. S. Germanus Antisiodorensis Episcopus, & S. Lupus Trecensis, in Britanniam profecti, Pelagianorum reliquias dissipant. S. Patricius fidem propagat in Hybernia.

[CHRISTI AN. 431.] [*Semipelagiani.*]

I. Presbyteri quidam Galli Semipelagiani, D. Augustini libris de dono perseverantiæ, & de prædestinatione Sanctorum magis offensi, D. Doctorem sugillabant, quasi nimio disputationis æstu in periculosos excessus exorbitasses. Itaque Prosper & Hilarius, qui Augustini libros defendendos susceperant, Romam proficiscuntur, querelasque ad Cœlestinum Papam deferunt, qui bis permotus sic scripsit ad Episcopos Galliæ: " Filii nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum nescio quibusdam Presbyteris illic licere, qui dissensioni Ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, ut indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adversantia veritati. Sed vestræ id dilectioni justius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi . . . Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus hi loquuntur, qui si ita est, eorum discipuli non fuerunt. Timeo ne connivere sit hoc tacere . . . . in talibus causis non caret suspicione taciturnitas: quia occurreres veritas, si falsitas displiceret. Merito namque nos causa respicit, si silentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujusmodi. Non sit his liberum habere pro voluntate sermonem . . . . . sciant se, si tamen censeantur Presbyteri dignitate, vobis esse subjectos . . . . Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor adspersit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis Decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui cunctis & amori fuit & honori. Unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. "

[Epist. Cœlest. ad Episc. Gal. t. 1. Concil. nov. ed. & tom. 3. Lab.]

[*S. Augustini laus.*]

[Ibid.] Illius decretalis subscriptionem, in libris antiquis, & in collectione manuscripta Dionysii exigui, sequuntur decem articuli, quorum hic est titulus: " Sedis Apostolicæ Episcoporum authoritates de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio. " Hinc constat non esse novam definitionem, quam suo nomine ediderit Papa Cœlestinus; utrum vero hos articulos miserit, negant aliqui recentiores, quorum alii eos tribuunt D. Leoni, alii D. Prospero, qui Sedis Apostolicæ mandato eos collegerit tum ex literis decretalibus Romanorum Pontificum, tum ex Canonibus Synodorum Africæ a Sede Apostolica receptis . . . . sed quodvis horum dicatur, ejusdem sunt semper authoritatis. Antiquiores eos Cœlestino Papæ tribuunt, scilicet Petrus Diaconus in libro de Incarnatione & gratia; Flurus in libro adversus Joannem Scotum; Hincmarus contra Gothescalcum; Cresconius Episcopus Africanus, Canonumque collector; Ivo Carnotensis, & alii. Iis ut omnem authoritatem adimeret, incerti esse authoris, primus dixit quidam recentior.

[*Cœlestini Canones de gratia.*]

[CHRISTI AN. 431.]

I.

" In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit.

II.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participatione sui ille donet, qui solus est bonus.

III.

Neminem, etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit.

Hos tres articulos S. Innocentii Papæ primi authoritate confirmat, qui verbis æquivalentibus eos tradit in sua Epistola ad Carthaginense Concilium.

IV.

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio. Id in sua ad Melivitanos Patres Epistola docet Innocentius primus.

V.

Quod omnia studia & omnia opera ac merita Sanctorum, ad Dei gloriam laudemque referenda sunt: quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo, quod ipse donaverit. Id docet Papa Zozimus.

VI.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ita Zozimus in eadem Epistola.

VII.

Illud etiam, quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ Sedis decretum amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo: ut si quis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus atque valea-

CHRISTI AN. 431.

valeamus, anathema sit ..... Item quinto capitulo; ut quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium jubemur, facilius possimus implere per gratiam: tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa divina implere mandata, anathema sit.

VIII.

Præter eas autem beatissimæ & Apostolicæ Sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi Patres, pestiferæ novitatis elatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam, ad Christi gratiam referre docuerunt: obsecrationum quoque Sacerdotalium Sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in omni Ecclesia Catholica uniformiter celebrantur; ut legem credendi lex statuat supplicandi .... Præsides autem postulant & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici Catholicæ Fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique Catechumenis ad regenerationis Sacramenta perductis cœlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non perfunctorie inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus ..... Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio ... referatur.

IX.

Exorcismis & exsufflationibus Clericorum, spiritus a baptizandis immundus abigitur, ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras. His itaque Ecclesiasticis regulis confirmati ... omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur authorem, & non dubitemus ab ipsius gratia hominis merita præveniri; per quem fit, ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur .... Agit in nobis, ut quod vult, & velimus & agamus .... ut & nos cooperatores simus gratiæ Dei.

X.

Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur Catholicum quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium. „ His regulis si semper insistamus, opiniones nostras tanquam fidei articulos non conferabimus, aliterque sentientes non notabimus ut hæreticos: sed salva charitate doctrinam suam quisque modeste propugnabit.

Bolland. Mens. Mart. *S. Patricius Hyberniæ Apostolus.*

II. S. Papa Cœlestinus circa idem tempus S. Patricium Episcopum consecratum destinavit Hiberniæ Apostolum. Patricius in agro Castri Dunbritannici natus est in Britannia: ætatis suæ anno decimo sexto a piratis abducitur in Hiberniam; post sex servitutis annos, quibus linguam illius regionis moresque didicit, fuga elapsus in patriam redit, ac post tres menses enavigans in Gallias in S. Martini monasterium secessit, ibique vitam monasticam professus tribus annis commoratus est: anno quarto in Britanniam reversus, unde trajecit in Italiam, illius & vicinarum Insularum monasteria lustravit, insumptis in ea peregrinatione septem annis: ibidem Presbyter ordinatur, & apud sanctum Seniorem Episcopum Pisanum triennio studet; deinde divinis visionibus admonitus, ut putabat, rursus navigavit in Hiberniam. Sed barbaris ad ejus prædicationem aures obturantibus, regressus in Gallias contendit ad D. Germanum Antisiodorensem, eique se per septem annos in vitæ perfectioris studiis informandum tradidit: Inde transiens in Lerinense monasterium, ibidem novennium commoratur. Demum suadente S. Germano Romam proficiscitur, ubi Cœlestinus audita S. Palladii morte, ei vitæ suæ anno quinquagesimo quinto legationem Hibernicam committit: quo cum pervenisset, doctrina, vitæ austeritate & miraculis clarus, plurimos ad Christi fidem adduxit, ac circa Dunum fundavit Sabellense monasterium, cui præfecit S. Dunium suum discipulum. Hibernos adhuc barbaros literas edocuit, Armachanam fundavit Ecclesiam, totius Insulæ Metropolim. Laboribus confectus & meritis plenus anno vitæ suæ octogesimo tertio, Christi 460. ad superos evocatus est. Decimo sexto Kalendas Aprilis ejus dies festus celebris est in Ecclesia.

CHRISTI AN. 432.

III. Cœlestinus Idibus Martii anno quadringentesimo trigesimo secundo rescripsit ad Synodicas Maximiani Constantinopolitani, & ad relationem Synodi Ephesinæ, eademque die literas dedit ad Theodosium, & ad Clerum populumque Constantinopolitanum. Ephesinis Patribus gratulatur damnatam hæresim ... " Obtinui, inquit, quod credidi, quia contra nocentes atque perversos innocentes & recti adhæserunt mihi. Una igitur eademque relatione per filios vestros religiosos Joannem Presbyterum, & Epictetum Diaconum, dejectionem justam Nestorii, & exaltationem didicimus justiorem Maximiani .... Talem successorem quærebat Sisinnii beata simplicitas .... Etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacuasse dicamus .... Læti præterea sumus de hoc Christianissimi Imperatoris testimonio, cum Epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem .... Felix Imperium, cui militat executio divinorum ..... Scripsimus clementiæ principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque Nestorium Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi prælitam facultatem. Innocentium exitium est illud exilium. In oculis est ejusdem civitatis Ecclesiæ, quæ per hunc perdidit Sacerdotem .... nisi forte quod pro quiete Ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstret, deserendo damnatum. (Intelligit Joannem Antiochenum, qui Nestorio faverat.) Sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere videat perversitatis authorem? ubi colitur ab omnibus exulatus .... Elaborate, Fratres charissimi, elaborate, obsecro, ut vere tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Sola decet tales homines solitudo .... Adjutorio apud Reges terræ his estote, quæ scripsimus .... facite præsentes, quod hortamur absentes. Nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus: præcipue tamen nos convenit Antiochenis præcipitantibus subvenire, quos pestifer morbus obsedit .... De his autem, qui cum Nestorio videntur pari impietate sensisse, atque se socios ejus sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernemus quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quæ Apostolica Sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cœlestianorum, seu Pelagianorum testantur exempla. Habent, si resipiscant, copiam revertendi, quod his solis non permittitur, quos proprie cum authoribus hæresens omnium fratrum constat subscriptione damnatos. Hoc moneo, sequantur exemplum reliqui, quos cum his sentientes in communione Ecclesiastica non habemus, ejiciantur e civitatibus suis, & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum Ecclesiasticum, & Christianorum Principum constitutum, damnata cum authoribus sociisque damnantes, se profiteantur Catholicos Sacerdotes ..... Antiochenum vero, si habet spem correctionis, Epistolis a vestra fraternitate volumus conveniri: ut nisi quæ sentimus, senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque Ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare ..... „ Data Idibus Martiis, Ælio & Valerio consulibus. Cœlestinus Synodi decreta nullatenus restringit, sed jubet ut ab ea damnati, præter Nestorium, si damnata condemnent, recipiantur, & suas conservent Ecclesias: quod non prohibuerat Synodus, imo Legatis suis in mandatis dederat, ut ea lege cum eis communicarent.

Cœlestini Epistola ad Ephes. Synod. Tom. 1. Concil. nov. edit. Hard. t. 3. Lab.

Quibus conditionibus recipi debeant fautores Nestorii.

Ibid. *Cœlestini Epistola ad Theodos.*

Theodosio scripsit: " Causis suis divinam providentiam præstitisse quod sperabamus, agnovimus: nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium, regnantibus vobis, quam id quod evenisse gaudemus: ut prædicatio in Deum impia concideret, & cum suo authore novi dogmatis damnata pravitas depe-

CHRISTI AN. 432.

deperiret. Nunc est omnis apponenda custodia, ne rapax lupus ovilibus Dominici gregis, cum sævierit, exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perveniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis . . . . Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei Ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia Sacerdotum in prædicatione sacrilege perdurantem, cum vestra clementia ab omni societate removeat, ut facultatem perdendi aliquos non habeat . . . . . „ Asiæ possessionum, e Proba illustri fœmine pauperibus, monasteriis alendis relictarum, reditus non, ut par erat, dispensabantur: rogat igitur Imperatorem, ut tam Ecclesiæ, quem suis Dominis tuta sit possessio. Tum ejus studium erga fidem laudat, & Maximiani ordinationem, cui etiam per literas gratulatus est, hortaturque ut strenue suo munere perfungatur, & fortiter resistat hæreticis. Constantinopolitanæ vero Ecclesiæ suam testatus est sollicitudinem, dum eis præesset Nestorius, qui tamen suum errorem eis persuadere non potuit, quem lætatur abdicatum. Plurimum laudat Cyrillum, qui nixus est labentem revocare collegam: “ Nos quoque, inquit, pro ejus salute laboravimus: sed ille, abusus nostro studio, medicinam respuens elegit abscindi, & Synodo, quam postularet, adesse noluit: sed socios, & adjutores sibi elegit Cœlestianos iniquitatis operarios: habuit ergo secum sui magistros exilii: habuit hujusce rei perfectos tiro doctores. Nam separare difficile est quos scelera sola junxerunt: quia majore ligantur glutino fœdere vitiorum. „ Hæc ideo dicit, tum quia hæretici, quamvis diversa sentientes adversus Catholicam Ecclesiam sese mutuo juvant: tum quia Pelagiani eadem prope cum Nestorio de mysterio Incarnationis docebant.

Prosp. Chron.
Sixtus 3. fit Pontifex Rom.
Concil. ibid.

IV. S. Cœlestinus viginti duobus diebus post missas in Orientem epistolas, migravit ad Deum, cum sedisset annos novem, menses decem, & aliquot dies. Sixtus tertius natione Romanus ei successit, ac die vigesimo sexto Aprilis, anno quadringentesimo trigesimo secundo, ordinatus est Episcopus. Præsentes aderant Hermogenes, & Lampetius Episcopi, quos ad Sedem Apostolicam miserant Patres Ephesini, & literis commendaret Cyrillus. Eis rescripsit Sixtus: “ Necessario ad vestram fraternitatem per eos has literas testes ordinationis nostræ dedimus: & infra: loquendum superest nobis de iis, quæ Sanctus Frater Cyrillus, immemor propriæ contumeliæ, & laborum, postulat. Etenim sufficiunt quæ jam scripta fuerunt a beatæ memoriæ prædecessore meo de fide ..... S. autem Cyrillus ostendens quomodo, & quantum de fide sollicitus sit, contemnensque contumelias, quas gloriose secundum Apostolum passus est, magis ordinari Ecclesias, quam se vindicari desiderat. Confestim autem in naufragio laborantibus petit aperiri portum, solius Nestorii contentus morte, seu depositione .... solus ergo sit naufragus is quem in tanta caligine propriorum documentorum nihil cernentem impietatis fluctus allisit scopulo depositionis .... Unde recipiantur qui voluerint ad rectam viam reverti. De Joanne autem Antiochiæ hæc definimus debere servari, quæ posita sunt in ante missis literis: ut noverit futurum se unum Catholicorum, si cuncta per Synodum eversa subvertens, ostenderit seipsum Catholicum Sacerdotem. „

Ibid.
Joannis Antiocheni obstinatio.

V. Joannes autem Antiochenus a pace prorsus alienus videbatur; namque ab urbe Ancyra scripsit Antiocho Præfecto prætorii: “ Nunc quoque cooperatorem sibi sumentes illum, quem in Constantinopoli urbe produxerunt, scilicet Maximianum, direxerunt ad Ancyram literas infirmiores araneis. Nam dum prius ipsi a nobis excommunicati sunt, eo quod hæreticis subscripserint Cyrilli capitulis .... suspensiones contra nos segregationesque miserunt... Memor est autem magnificentia vestra, quia & quando Chalcedone degebamus, sæpius piissimo Principi diximus, quia quicumque a damnatis, & excommunicatis ordinatus fuerit, ordinationem habet illicitam, & iniquam .... Hæc quæsumus ut etiam piissimo Imperatori nostro legantur, & magnificentissimo Præposito, & omni amico Christi consistorio sive Senatui. „ Antiochiam vero reversus, colligens plurimos Episcopos, damnavit iterum Cyrillum,

Liberat. cap. 6.

cum jam esset Alexandriæ: suspendit etiam a communione sua Rabulam, qui sancto Eulogio in Episcopatu Edesseno successerat: Hic in Ephesina Synodo per aliquod tempus Orientalibus consenserat; sed agnita veritate, ab iis recedens, se Catholicis adjunxit: postea videns hæresim Nestorianam sub Theodori Mopsuesteni nomine diffundi, solemniter in Ecclesia damnavit Theodorum ejusque libros, & quæ contra Cyrilli capitula scripserat Andreas Samosatenus. His auditis Joannes Antiochenus misit ad Episcopos Osrhoenæ Provinciæ, cujus Rabula erat Metropolita, decretum Synodicum, ut immunes se ab ejus communione servarent, donec eum evocaret, & integre discutiens quæ ad eum pertinerent, aut ignosceret satisfacienti, aut convictum subjiceret satisfactionibus regulæ. Theodoretus Cyrillo semper infensior adversus ejus capitula scripsit quinque de Incarnatione libros, quorum quædam fragmenta tantum supersunt, Constantinopolitanosque, quorum plerique favebant Nestorio, de ejus exilio literis consolatus est.

CHRISTI AN. 432.

Synodic. cap. 44.

Baluz. nov. collect. Concil.

VI. Maximianus non minus acriter insectabatur schismaticos: Episcopos enim, qui ejus nomen sacris diptychis inserere detrectarunt, abdicavit, & ejecit; sed quidam, resistentibus civibus, suas sedes retinuere. Hinc scandala, tumultus, & seditiones, divisis etiam primis magistratibus. Firmus Cæsareæ Cappadociæ Præsul in civitate Thyanensi quemdam ex assessoribus suis in locum Eutherii consecravit Episcopum. Longras vero Comes Isauros misit, qui civibus juncti Firmum cum omnibus suis detinuere. Episcopus vero quem crearet, negat se acquievisse ordinationi, indutaque chlamyde spectatum ludos se confert ad theatrum, quo facto Episcopatum se abdicare profitebatur. Ipsius autem comites fuga Nazianzum petierunt. Marcianopoli econtra Plintha militum magister per vim ejecit Dorotheum Nestorio faventem, eique substituitur Saturninus.

Liberat. brev. c. 6.
Theodosius agit pro pace Ecclesiarum.

VII. Imperator videns Cyrilli, & Joannis permansisse discordiam, intolerabilemque judicans eorum dissensionem, vocavit ad se Maximianum Episcopum, & alios plurimos tunc Constantinopoli repertos Episcopos, interrogavitque quomodo tolleretur Ecclesiarum dissensio. At illi dixerunt, quia non aliter hoc fieri posset, nisi prius præferretur unius fidei vinculum, & Joannes Antiochenus anathematizaret Nestorium, & improba ejus dogmata. Et gaviso valde super hoc Imperatore, missus est hoc ipsum agere Aristolaus Tribunus, sacram Principis deferens Joanni, cui scripsit responsionem Episcoporum, eique subjicit: “ Cum itaque hoc nostrum esse studium, & consilium non ignores, omnibus aliis curis posthabitis, in hoc unum incumbe, ut omni contentione, & æmulatione sublata, pax hæc diligenter, & firmiter sanctissimis Orbis Ecclesiis, quæ ubique Orthodoxam Fidem profitentur, & per illas omnibus subditis nostris cum Dei auxilio restituatur: utque ad Nicomediæ civitatem summa cum celeritate venire matures, nec ullum omnino Episcopum tecum adducas, sed paucos tantum Clericos, qui sanctitati tuæ famulentur. Omni ergo dilatione postposita festina, certo tibi persuasum habens, Cyrillo Episcopo per majestatis nostræ literas mandatum esse, ut ipse quoque eadem animi promptitudine ad eumdem locum occurrat, ipsique denunciatum, nullum prius ad nos aditum habiturum, quam inter vos convenerit, omnemque mutuam inimicitiam penitus exueritis, & ad confirmandam pacem per propriam concordiam communi omnium proposito consenseritis. Atque hoc ipsum & tuæ quoque reverentiæ denunciatum volumus .... Interea .... nulla prorsus quorumcumque Episcoporum aut creatio, aut depositio, aut quæcumque ordinatio tentabitur .... cum religiosissimi Clerici ad divina ministeria exequenda sufficere queant, donec perfecta unio consequatur... Si vero, quod non credimus, nostram hanc sententiam, rectumque propositum privato consilio, humanæque alicujus perturbationis impulsu contemnere ausus fueris, nostraque alia decreta parvi feceris, tibi imputabis, si sanctitas tua promptitudinis, quæ sanctæ Dei Ecclesiæ debetur, neglectæ meritas pœnas dederit. „ Scripsit etiam Acacio Beroensi, & Simeoni Stylitæ, suum pro pace studium, eis significans & quid egerit ut eam procuraret; hortatur ut suis apud Deum precibus hanc instanter exorent. Plintha militiæ magister jussus est militari manu adjuvare Aristolaum, qui literas Imperatoris detulit.

Theodos. epist. ad Joan. Antiochen. tom. 1. Concil. p. 1683. nov. ed. Hard.

Christi An. 432. *Baluz. collect. Concil. p. 153. Synodic. cap. 50.*

Joannes Antiochenus hæc cum ab amicis cognovisset, qui etiam dolum interfectionis in via ei compositum falso monebant, scripsit Alexandro Hierapolitano ..... " Si in nostra potestate fuerit ire, vel non, responsione congrua opus est, & quæ ex communi deliberatione descendet. . . , Quæso igitur ut post collectam, quæ hoc tempore Cyri fieri solet, simul cum domino meo Theodoreto, & his, quoscumque repereris, advenire absque mora digneris. Ea enim quæ ad fidem pertinent, si cum fastidio experior egi, ad extrema pervenient, dum quid sim responsurus, ignorem . . . Volo autem ut dum venerius, quasi sub occasione honoris domini mei magistri militum veniatis. Nam & ipse præceptum habet, ut nobis violentus insistat de his ipsis imperitebilibus propositionibus. „ Loquitur de Cyrilli capitulis, quæ ibidem dicit obumbratam habere incongruitatem.

Ibid. p. 756. *Pacis conditiones quas proponit Joannes Antioch.* *Cyril. ep. ad Acac. Melit.*

Alexander Macarium, Andream, & Theodoretum, & fortassis nonnullos alios Episcopos secum educit Antiochiam, quo brevi pervenit Aristolaus, qui cum omnibus benigne agens indulsit ut Synodum celebrarent. Hæc Cyrillo proponenda statuerunt, tanquam pacis conditiones: Permanemus in Fide sanctorum Patrum, qui in Nicæa convenerunt, quæ Evangelicam, & Apostolicam doctrinam continet, & additamento non indiget. Manifestum vero facit ejus intellectum S. Athanasius in epistole ad Epictetum Episcopum Corinthi. Permanemus igitur & in ipsa, tanquam integram interpretationem habente prædictæ fidei. Quæ vero nuper superintroducta sunt dogmata, vel per epistolas, vel per capitula, evacuimus, contenti antiqua Patrum legislatione. Volebant, inquit Cyrillus, ea omnia aboleri, quæ vel epistolis, vel tomis, vel libris evulgaveram, & soli fidei, quæ a Patribus Nicææ edita fuerat, consentire.

Cyril. ep. ad Acac. Beroens.

VIII. Aristolaus, qui regias literas Antiochiam extulerat, eorum precibus inductus, Alexandriam proficiscens cum Maximo Magistriano, hæc secum postulata Cyrillo tulit nomine Acacii, qui erat veluti pacis sequester. Acacio per Maximum rescripsit Cyrillus. Expositioni fidei, quam Nicæni Patres ediderunt, adhæremus omnes, nihil prorsus eorum, quæ in ipsa continentur, labefactantes; sunt enim ea omnia recte inculpateque tradita. ; , Quæ vero contra Nestorii blasphemias scripsimus, ea ejusmodi sunt, ut nulla nobis ratione persuaderi possit, ut recte scripta esse negemus. Opus proinde magis est, ut ipsi juxta pientissimi Imperatoris decretum, imo vero sanctæ Synodi Ephesinæ sanctionem, illum, qui contra Salvatoris Christi gloriam pugnavit, ejiciant; impiasque illius blasphemias anathemate insectentur, ejusque depositioni consentiant, ac S. Episcopi Maximiani ordinationem approbent. „ Hic addit: " Ea quæ sunt Apollinarii, vel Arii, sive Eunomii, me sapere diffamant . . . . Ego per gratiam Salvatoris, semper fui Orthodoxus, & neque illa, quæ sunt Apollinarii, sapui unquam; absit, nec alterius cujuslibet hæretici, imo vero anathematizo illos. Neque enim inanimatum dico Christi corpus, confiteor vero quod animatum sit anima rationali: & neque confusionem, vel confermentationem, vel refusionem factam confirmo, sicut aliqui dicunt, inconvertibile vero, & immutabile subsistere secundum naturam Dei Verbum novi, & omnis passionis insusceptibile secundum propriam naturam. Impassibile enim est quod divinum est, & conversionis obumbrationem minime suffert . . . Unum vero, & eumdem Christum, & Dominum Unigenitum Dei Filium ipsum dico passum pro nobis carne secundum Scripturas. Capitulorum vero virtus contra sola Nestorii dogmata scripta est . . . . Qui vero anathematizant atque negant ejus vesaniam, cessabunt hæc quæ a nobis scripta sunt, increpare: videbunt enim capitulorum sensa solis illius contraire blasphemiis. Reddita vero communione, factaque inter Ecclesias pace, quando rescribere absque suspicione licuerit . . . . tunc & satisfaciemus facillime . . . . Eis vero qui dicunt, quia oportet ejici ea, quæ contra polluta Nestorii dogmata scripsimus, nullus acquiescet. Apertissime enim nos elingues esse volunt illius blasphemiis, cunctorum nundinantes taciturnitatem . . . . Consenserunt enim his quæ a nobis facta sunt, atque consentiunt universi, Et illud super hæc tua religiositas cogitet, quia oportet ita componi pacem Episcoporum, ut non ulli displiceat eorum, qui per omnem Romanorum sunt principatum, & universalis fiat, ne minima scissura ingentes plures alias faciat. Omnino enim non consentiens, si tale aliquid fuerit factum, quod non sequens videatur .... Contristatos vero nimis, & intolerabiliter dolentes propter illa, quæ contra me gesta sunt ab Orientalibus, tam ex Clero Alexandriæ, quam cunctos Ægyptiacæ diœcesis Episcopos sic mitigavit dominus meus Tribunus Aristolaus, ut mihi etiam lenissimam pacis faciendæ redderet viam. „

Christi An. 432.

Hic litteris acceptis, Acacius Beroensis, consentiente Joanne Antiocheno, eorum exemplaria misit Orientalibus, scripsitque ut Antiochiam convenirent, vel saltem literis consentirent iis, quæ rescriberet Joannis Synodus. Alexander Hieropolitanus respondit: " Cyrillus hæreticus est, unam naturam prædicans Christi, & ipsi universas passiones adjungens, & ipsam mortem. Ut lucidum est cuilibet legenti capitula ejus, ... sparsit vero carnis nomen propter unius naturæ confessionem. Quod si ita non est, non opus est multiloquio. Confiteatur quia Christus, qui e sancta Virgine genitus est, Deus & homo, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, passus, & crucifixus secundum humanitatem, & resuscitatus fuerit a mortuis per Verbi divinitatem.... si vero permanet in capitulis suis hæreticis, nulla nobis pars est cum illo .... si vero confessus fuerit evidentissime duas naturas, liberat semetipsum ab hæretico sensu....„ Infra addit: "Si potuerit ostendere aliquis S. Episcopum Nestorium contraria Prophetis, & Apostolis, & Evangelistis, aut sapuisse, aut sapere, & doctrinam ejus anathematizamus, & ipsum, donec Orthodoxiam prædicet, quam in codicibus ejus, & habemus, & legimus. „

Ibid. Alexand. epist. ad Acac. Beroens.

Eadem respondit Theodoretus, exegitque ut sex propositiones ab ipsis propositas approbaret Cyrillus. Fatetur tamen se in ejus literis agnovisse magis consona doctrinæ Patrum. Alexander datis literis in suam sententiam pertraxit Andream Samosatenum, & Maximum Anazarbi, & Helladium Tarsensem. Eutherius Thianensis Joanni Antiocheno rescripsit — " Legi Alexandrini epistolam multa quidem incongrua continentem; ut contra dogmata pertinaciam malam, & alias propositiones non piae. De his justum judicavi ut indicarem quæ meæ humilitati placuerunt .... Et prius quidem de capitulis hoc suspicor, ut non prius uniamur expositori eorum, nisi omnino ea voce propria, & subscriptione repulerit quæ habent præcipue blasphemiam .... siquidem eorum scriptorem deposuimus, illaque suscipientes excommunicavimus .... & infra: Quis dixerit Deum verbum carne passum, & crucifixum? . . . . . Super hæc subscriptiones, tanquam exactor, exigere gloriatur Cyrillus, ad illius impudentem damnationem, qui neque judicatus, neque convictus, neque peregrinum aliquid fidei dixit, quem vel unde culpemus, omnino non novi. „ Hic loquitur de Nestorio.

Ibid. Theod. epist. ad Acac. *Euther. epist. ad Joan. ib.*

IX. Joannes Antiochenus eorum consiliis non acquiescens, iterum scripsit Alexandro: " Non inhærendum his minutiis dialecticæ, quandoquidem tota Apollinaris hæresis in naturarum confusione, & mixtione consistit, quam anathematizat Cyrillus duas in Christo naturas confitens, eademque cum ipsis de Incarnatione sentit. Quapropter, inquit, profectus sum Beroeam, & dum multa nobis hic exercitatio fuisset, Acacio patri meo, & nobis placuit, ut dominus meus Paulus Episcopus Emesenus ad Ægyptum iter assumat pro pace universali, ut ibi conflictu habito per vivam vocem, quæ dicuntur ad majorem manifestationem perveniant ..... Nunc nec Philosophiæ, nec martyrii tempus est, sed correptionis totius Orbis terrarum, & perturbationis Ecclesiasticæ.„ Alexander a prima opinione non recessit. Dorotheus vero Moesiæ Metropolita, & ejus Episcopi Pauli legationem approbarunt. „

Ibid. p. seq. Joan. ep. 2. ad Alexand. *Ibid.*

Cyrillo scripsit Joannes Antiochenus, se ab eo divisum fuisse amore veritatis, quæ non ferebat ejus capitula, seque lætificatum postremis ejus literis ad Acacium: " Præstabant enim, inquit, nobis satisfactionem non modicam, & indigent non multo additamento, quod ipse te peracturum esse promisisti: . . . . Plus autem nos lætificavit, quia communis Patris Athanasii epistolam gratissime suscepisti, quæ sufficiens est omnes discordias solvere . . . . fit nobis hic interpres illius fidei, quæ in Nicæa a SS. Patribus exposita est . . . . His igitur bene inchoatis, illa, per quæ inter nos ad invicem facta fuerat diversitas, de reliquo jam quiescant.„ Demum horta-

Synodic. cap. 80. apud Baluz. collect. nov. Concil.

CHRISTI AN. 432.

hortatur eum ut confidenter agat cum Peulo, qui ab ipsis invitatus ad eum ultro profectus est . . . , & una consideret illa , quæ mundum recolligere valeant.

Concil. tom. 1. ed. Hard. & tom. 3. Lab. *Cyrilli epist. ad Acac. Melit. Pacis conditiones.*

Peulus Emesenus eum his literis , & Aristobulus Tribunus venerunt Alexendriem . Quid autem egerint , sic nerrat Cyrillus : " Diu multumque cum eo disserui de iis rebus , quæ Ephesi præter jus & officium dicta factaque fuerent. Quia vero istis oblivioni traditis , iis potissimum curis insistendum videbatur, quæ majoris momenir & ponderis erant , interrogevi num quid literarum a piissimo Joanne Episcopo attulisset ? Moa ille epistolem reddidit , non ea quæ debebat , hebentem . . . Complectebatur enim irritationis vim potius , quam exhortationis. Hanc itaque non acceptavi, sed respondi: Cum de prioribus veniem petere deberent , quomodo novas iterum contumelias inferre audent ? Cum autem Peulus factum escuferet , juramentoque affirmaret , non esse hoc illorum propositum, sed ex mera animi simplicitate ad id scribendum progressos esse : Charitatis causa purgationem admisi. „ Cyrillo Peulus obtulit fidei confessionem circa mysterium Incarnetionis eb Orientalibus compositam. Quemadmodum testeotur Liberatus & Orthodosi Episcopi in collatione Constantinopolitana , & Paulus in libello pacis aperte testetur , quærens en eam probe-

Ejusdem ad Donat.

Epist. Cyrilli ad Joan. Antioch. Liberat. brev. c. 8.

ret. Hanc sic refert Cyrillus: " Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, Deum esse perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore constitutum , ante sæcula quidem ex Petre netum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos & propter nostrem salutem ex Marie Virgine secundum humanitetem ; eumdem Patri Consubstantialem secundum divinitetem , nobis eutem coessentialem secundum humanitatem ; siquidem duerum naturarum facta est unio : & propterea unum Cristum, unum Filium , unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum sanctam Virginem Deiparem esse confitemur , propter quod Deus Verbum Incarnatum sit & homo factum, & ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Evangelicas autem & Apostolicas de Domino voces scimus Theologos , elias quidem tanquem ad unam personem pertinentes , communes fecere; alias vero tanquam in duebus naturis divisim usurpare : & illas quidem Deo dignas secundum Christi divinitatem : elias vero humiles secundum illius humanitetem tradere. „ Hes voces eum legisset Cyrillus , approbavit , & se non aliter sentire professus est . Paulus his lætus urget pacis reconciliationem , quam aliter coalescere non posse testetus est Cyrillus , quin Nestorium & ejus errores damnarent Orientales. Paulus dixit se paretum Nestorii blasphemias enathemetizare , scriptoque in illius depositionem consentire , atque id pro omnibus, & tanquem ex communi omnium Orientalium Episcoporum persona sese facere affirmavit.

Ibid. Cyril ep. ad Acac. Melit.

Paulus libellum, cui subscripserat, obtulit. In eo Imperatoris jussu , se a Joaone Antiocheno & Acacio missum, ut eorum nomine pacem sanciret, profitetur : tum addit : " Proinde eum huc venissem atque congressus essem . . . comperi tuam sanctitatem benevole affectam . Quare & tua quoque sanctitas scriptum , quod immaculatam & rectam fidem complectitur , qualem a majoribus nostris prædicatam accepimus, nobis obtulit: quod imprimis laboro & studio dignum eras . At vero quia ea quoque , quæ ad Nestorium pertinebant , juxta constitutionem a vobis editam firmanda sunt , præsens præsenti sanctitati tuæ hes literas offero, quibus confiteor, nos Maximiani S. Episcopi ordinationem suscipere, Nestoriumque, qui ante illum maximæ urbis Constantinopolitanæ Episcopus aetiterat, pro deposito habere. Ad hæc, illa quæ ille impiam doctrinam tradendo dixit , anathematizamus : puramque & sinceram vobiscum communionem complectimur, juxta expositionem de Verbi Dei Incarnatione breviter a nobis editam , tuæque sanctitati traditam , quam tu ipse quoque collaudasti, & perinde ac propriam fidem suscepisti ; cujus quoque exemplum his insertum est literis. Atque ita tandem sincera hac communione iis omnibus, quæ interim utrimque, ut in tumultuatione fit, acciderunt, finem imponimus: & per Dei gratiam ad pristinam Ecclesiarum pacem & tranquillitatem revertimur. „

Pacis libellus a Paulo datus. Concil. tom. 1. nov. ed. Hard.

In eo pacis libello tria observanda sunt. Primo. Peulus Orientelium nomine Nestorii depositionem ratam habet, & impiam ejus doctrinam enathemarizat , & quidem pure & simpliciter . Nullum enim extat vel levissimum indicium , quod Orientales ejus propositiones eeposuerint: ac proinde dici non potest, quod eas damnent juxta datam a se expositionem.

CHRISTI AN. 432.

Secundo. Cyrilli communionem amplectuntur , eum Orthodoxum agnoscentes , juxta expositionem de Verbi divini Incarnatione ab ipsis editam , quam ipse receperat. Hanc ineundæ pacis viam proposuetat Paulus , ac palinodiam canere viderentur Orientales , qui Cyrillo , quem antea hæreseos ejusque capitula demnaverant , nunc communicabant , quamvis ea non retractaret, sed etiam ut Orthodoxa defenderet , responderentque quod seipsum interpretatus esset , uti contigit. De duodecim eutem Cyrilli anathematismis nihil definierat Ephesina Synodus , sed post eorum lectionem , illos tantum actis inseri jusserat. Tertio. Illius expositionis, vel alterius cujuscumque non meminere Joannes Antiochenus aliique Orientales in suis literis unionis ad Sixtum Papam , & ad Maximianum Constantinopolitanum : sed simpliciter & absolute recipiunt Ephesinam Synodum , demnant Nestorium & impia ejus dogmeta , eorumque communionem amplectuntur.

Paulus Emesenus , rebus sic utrimque compositis , admissus est ad communionem, Ecclesiamque ingressus pacem ennuntiavit , & Cyrillo præsidente die 25. mensis Decembris, anno quadringentesimo trigesimo secundo , sequentem habuit homiliam : " Opportunum est hodierno die vestram pietatem hortari , ut secrum quemdam nobiscum chorum constituatis , unaque cum sanctis Angelis exclamemus : Gloria in excelsis Deo , & in terra pax , in hominibus bona voluntas: Nam hodie puerulus nobis natus est , in quo universa visibilia & invisibilis creatura solidam salutis spem obtinet . . . Hoc miraculum olim Prophete Isaias prævidens exclamabat : Ecce Virgo in utero habebit , & pariet Filium: & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Quod Evangelista exponens, idem sonare docuit, quod Nobiscum Deus. Parit itaque Dei Genitrix Maria Emmanuelem . „ Populus acclamavit : Ecce fides hæc est , Dei hoc donum est , Orthodoxe Cyrille : istud audire quærebamus. Peulus prosecutus est. " Qui non ita dicit, intelligit, ac sentit, anathema sit ab Ecclesia. Peperit proinde nobis Deipara Maria Emmanuelem, hoc est, Deum hominem factum. Nam Deus Verbum, qui ante sæcula arcano ineffabilique modo ex Patre genitus est, novissimis temporibus natus est ex muliere. Natura namque nostra perfecte assumpta, humaniteteque ex prima conceptione sibi conjuncta, ex Deipara Virgine Deus perfectus , & homo itidem perfectus prodiit. Nam duarum naturarum perfectarum concursus, humanæ scilicet & divinæ, unum nobis constituit Filium , unum Christum , unum Dominum. „ Populus acclamavit: bene venisti Orthodoxe Episcope : dignus digno conjungitur . Peulus subjunxit : " Noram & ego , dilectissimi , quod ad Orthodoxum Patrem venire . . . . Qui vero dicunt duos filios , eos anathematizamus . . . . & infra . Cum igitur Christus interrogasset discipulos suos . . . . Vos autem qui me tres jam annos secuti estis . . . quem me esse dicitis. Mox Petrus Apostolorum vertex , & os discipulorum respondit : Tu es Christus Filius Dei vivi. Tu es Christus natura constans gemina , utpote homo factus . Tu es Christus , non dixit autem , Filii , sed Filius Dei vivi ; agnovit enim personæ unitatem. „

Ecclesiæ pax. Ephes. Synod. Concil. tom. 1. ed. Hard. *Pauli Emes. homilia de Incarnat.*

Primo die sequentis anni quadringentesimi trigesimi tertii alteram de eodem argumento pronuntiavit homiliam ; sed in ea laudat Cyrillum , qui vicissim Pauli verba , postquam peroravit , sic confirmavit : Beetus Propheta Isaias Christianorum doctorum facundiam prænuntians ajebat : Haurite aquas in gaudio de fontibus Salvatoris . En igitur hausimus vobis aquam ex sacro fonte , doctoris , inquam , qui ante nos disseruit , qui Spiritus sancti lumine illustratus exposuit nobis magnum ac venerandum Salvatoris nostri mysterium.

CHRISTI AN. 433.

X. Peulus his gestis, petiit ut, istis a se omnium Orientalium Episcoporum loco oblatis libellis , nihil amplius exigerem , inquit Cyrillus ; quod nulla ratione fieri passus sum, sed una eum domino Aristolao duos e nostris Clericis misi Antiochiam , chae-

Cyril. epist. ad Donat.

tamque

CHRISTI AN. 433.

tamque tradidit mandans, ut si Joannes Antiochiæ Episcopus subscripserit, & illam acceperit, dum demum literas de communione redderent. Paulus etiam plurimum institit, Helladii, Eutherii, Himerii, & Dorothei depositorum causa, omniaeque rogavit, ut quæ contra ipsos decreta erant, abrogarentur. Affirmabat enim pacem Ecclesiarum aliter fieri non posse. Ego vero respondebam: rem ipsum impossibilem conari, eo quod nos istud numquam essemus permissuri. Manserunt itaque in eodem schismate: neque ulla eorum in conditionibus de pace sanctarum Ecclesiarum propositis, facta est mentio. Cyrillus in suo libello præscribebat Joanni, ut Nestorium ejusque dogmata damnaret. Aristolaus Tribunus juramento confirmavit, non prius datum iri chartulam, nempe communionis, quam id præstitum sit. Confirmavit vero se, nisi Joannes subscribere voluerit, continuo Constantinopolim perrecturum., ut Imperatorem nostrum doceat per Alexandrinam Ecclesiam non stare: sed Antiochenæ Episcopum pacem non amare. Paulus Emesenus & Tribunus Aristolaus cum duobus Cyrilli Diaconis contendunt Antiochiam, deferentes Joanni & reliquis Orientalibus libellum concordiæ leges continentem, quibus si subscriberent, communionis literæ redderentur.

Cyril. epist. ad Theod.

Nonnulli hic referunt literas Epiphanii, qui erat Cyrilli Syncellus & Archidiaconus, quibus eum hortatur ut pro viribus cum Dalmatio & Eutyche Archimandritis agat apud Imperatorem, ne amplius ulla Nestorii fiat memoria, testaturque Cyrillum ea de causa scripsisse, & benedictiones seu magna donaria misisse viris & fœminis aulæ primariis; sed hæ literæ Epiphanii dubiæ mihi videntur. Quid enim necesse erat tot impendere pecunias, tot movere machinas, ne ultra fieret mentio Nestorii, cujus damnationi jam per Paulum Emesenum subscripserat Joannes Antiochenus cum aliis Orientalibus, quemadmodum severe præceperat Imperator, cujus jussa strenue exequebatur Aristolaus. Has ergo finxit Irenæus Comes, vel alii fautores Nestorii, qui ubique invidiose conquerebantur, se a Cyrillo sagittis aureis esse devictos. Certum est autem Cyrillum Apocrysiariis suis Constantinopoli degentibus misisse brevem rerum pro pace gestarum relationem, qua Nestorianorum os obstruerent, qui eum sua capitula retractasse divulgabant. Illam sic concludit: " Quapropter neminem despondere animum sinatis. Non enim sic desipuimus, ut nostra abrogaverimus: quin imo manemus in iis quæ scripsimus & sentimus: recta enim & inculpata sunt, & Scripturis sacris, ac fidei, quæ a sanctis Patribus nostris edita est, consentiunt. "

Baluz. nov. coll. Concil. p. 907.

Cyril. epist. ad Theod.

XI. Joannes Antiochenus libello, quem miserat Cyrillus, subscripsit, eique sequentes pacis literas misit: " Nos piis literis Imperatoris morem gerere volentes, recta mox dominum meum Paulum Episcopum misimus . . . Mandavimus autem illi, ut vice nostra, & pro nobis, & nomine nostro constituat quæ ad pacem faciunt, id quod ejus legationis præcipuum caput est; simulque pietati tuæ exhibeat expositionem de Domini nostri Jesu Christi Incarnatione concorditer a nobis editam, quam proinde pietati tuæ per prædictum piissimum virum misimus. "

Concil. tom. 1. ed. Hard. *Joannis Antiocheni literæ pacis.*

His subjicit supra laudatam fidei expositionem: " Hac fide suscepta, placuit nobis ut omnis tollatur contentio . . . Nestorium quondam Constantinopolitanum Episcopum pro deposito habere, tum pravas illius profanasque vocum novitates anathematizare . . . Consentimus autem in ordinationem quoque Maximiani sanctæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopi: & communicamus universis Orbis terræ religiosissimis Episcopis, rectam inculpatamque fidem habentibus, & prædicantibus. " Quo die & mense data sit hæc epistola, non annotatur. Joannem vero non distulisse responsionem, patet ex sequentibus.

Ibid.

D. Cyrillus die 23. Aprilis anno quadringentesimo trigesimo tertio suas ad Joannem Antiochenum literas, ejusque responsionem, qualem optaverat, legit in sua Ecclesia. " Lætentur cœli, inquit, & exultet terra, solutus est enim medius paries maceriæ . . . & omne dissidiorum genus sublatum est, omnium nostrum Salvatore Christo pacem Ecclesiis suis tribuente . . . Quod vero Ecclesiarum dissensio superflua prorsus, & citra ullam causam acciderit, id ex charta, quam religiosissimus Episcopus Paulus attulit, evidenter cognovimus, quæ irreprehensibilem continet fidei confessionem, eamque tum a tua sanctitate, tum a cæteris quoque religiosissimis Episcopis, qui illic degunt, compositam asserebat: quam etiam ad verbum huic nostræ epistolæ inserere placuit . . . " Hæc ei subjicit. " Cum has ergo sacras vestras voces legissemus, & nos ipsos quoque non aliter sentire animadvertissemus . . . glorificavimus omnium Salvatorem Deum, nobis invicem congratulantes, quod nostræ & vestræ Ecclesiæ Fidem divinis Scripturis, sanctorumque Patrum traditionibus congruentem habeant. Deinde confutat eos, qui eum docuisse dicebant, Christi corpus cœlo allatum esse. Quomodo, inquit, in hanc adducti sunt sententiam, cum S. Virginem Dei Genitricem esse affirmemus: quod nulla ratione intelligi potest, si Emmanuelem secundum carnem vere non peperit. Tua vero sanctitas illorum ora comprimere dignetur, qui concretionem, vel confusionem, vel commixtionem Verbi Dei cum carne factam esse me sentire jactant in vulgus. Atqui tantum abest, ut eos etiam insanire existimem, qui vel aliquam conversionis adumbrationem in divinam Verbi naturam cadere posse suspicantur . . . . . Impatibile præterea ipsum Dei Verbum confitemur omnes: etiamsi admirabili quadam sapientia mysterium hoc ipse dispensans, eas sibi adscribere cernatur passiones, quæ proprie carni acciderunt. Hinc quoque sapientissimus Petrus, Christo, inquit, pro nobis passo in carne, non autem illa ineffabili divinitatis natura . . . "

Concil. tom. 1. nov. ed. & tom. 3. Lab. *Cyrilli pacifica.*

" Quod vero sanctorum Patrum, maxime autem beati Patris nostri Athanasii sententias ubique sequamur, & caveamus ne vel minima in re declinemus, id tua quidem sanctitas sibi certo persuadeat . . . . Nullo autem modo patimur, ut ab aliquo fides illa, sive fidei symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam Patribus Nicænis editum est: Neque enim aut nobis, aut ulli alteri vel unam voculam ibi positam immutare permittimus . . . Quia vero didicimus, quosdam Orthodoxam Patris nostri Athanasii epistolam, quam ad beatum Epictetum scripsit, adulteratam depravatamque edidisse, multosque graviter hinc lædi, rati hoc utile, & necessarium Fratribus fore, ex vetustis exemplaribus, quæ sincera incorruptaque apud nos extant, exempla ad sanctitatem tuam transmisimus. " Hanc epistolam ad suos rediens tulit Paulus Emesenus, qui aliquando postquam de recta fide cum Cyrillo contulisset, quæsivit ab eo, & quidem instanter, iis ne assentiretur, quæ beatus Athanasius ad Epictetum Corinthiorum Episcopum quondam scripserat? Cyrillus respondit, se prorsus & per omnia iis assentiri; modo tamen scriptum illud apud eos extet incorruptum. Multa enim ab inimicis veritatis in eo depravata esse. Paulus se quoque epistolam illam habere dixit: velle autem ex iis, quæ apud Cyrillum erant, exemplaribus cognoscere, ipsorum libri corrupti-ne sint, an secus. Exemplar suum facta collatione depravatum cum cognovisset, ex libris Alexandrinis exempla descripsit, atque ad Antiochenam Ecclesiam transmisit.

Ibid.

Epist. Cyril. ad Acac. Melit.

Joannes Antiochenus hæc ubi primum rescivit, Theodoreto & aliis Orientalibus Episcopis scripsit, Cyrillum ultro suscepisse & confirmasse fidei confessionem, quam ipsi conscripserant, eumque clare confiteri duas in Christo naturas in unitate personæ, eademque prorsus sentire cum ipsis de Incarnatione Verbi divini. " Facta est igitur, inquit, propitiante Deo, per hæc una communio & concordia omnium totius Orbis Ecclesiarum . . . sic enim pure mundeque ac sine dolo dissolvit dubietatem, quæ inter nos erat, ut nullam relinqueret occasionem his, qui contra eum volunt de divinis dissentire dogmatibus. Suscipiamus ergo piam fidei consonantiam, & cum hac super eam Ecclesiæ pacem . . . Ipsum direxi vobis epistolæ librum in similitudine satisfactionis ab illo compositum, a nobis vero cum communione indubitate susceptum . . . In eo Ægyptus quidem ea quæ Orientis sunt, Oriens vero ea quæ Ægypti sunt, sapit atque complectitur . . . Direxi vero epistolam conjunctionis etiam cum literis meis, quas scripsi ad Cyrillum, ut agnoscatis, quia non turpiter neque serviliter intellectu pietatis usi ad hanc beatitudinem venimus pactionum. "

Baluz. Synod. cap. 86.

Ibid. c. 2.

Theodoretus rescripsit, hanc Deo odibilem & omni pio indignam esse pacem. " Nec enim, inquit, sanctum & salubre, ut nos quidem depositiones, sive

Ib. c. 87. *Theodoretus pacem respuit.*

CHRISTI AN. 433. sive damnationes justas solvamus, & ordinationes illicitas suscipiamus, & his qui omnia sursum ac deorsum fecerunt, impertiamus veniam, ab illis vero, & in ipso pacis tempore, quæ sunt hostium, perpetrentur, & egregios nostri cunei pellant ab Ecclesiis. Tuam enim sanctitatem decet talem pacem Ecclesiis providere, quæ ab omni macula sit libera, & quæ pios non amplius quam ipsum prælium vulneret.... Literas suscipio S. Episcopi Himerii culpantis nos tanquam communis certaminis proditores. Ergo & ipsum refoveat tua sanctitas, & Imperatoribus significet, quia nos deteriorem prælio arbitramur hanc pacem.„ Consolatorias etiam ad Nestorium dedit literas, quibus se numquam ejus damnationi consensurum esse spondet.

Ib. c. 91. *Joannis Antioch. epistola de pace ad Imper.* Aristolaus peracta concordia, cujus causa missus fuerat, Constantinopolim rediens, Joannis Antiocheni literas de pace tulit ad Imperatore... " Idem, inquit, sapimus universi: & communis nobis est facta confessionis convenientia ... satisfacientibus nobis invicem in his, de quibus nos ambigebamus, decertando contra dominum meum Episcopum Cyrillum... Et ut vestrum nosse possit imperium vel ea quæ a nobis ad eum scripta sunt, vel ab eo ad nos, in quibus unum eumdemque sensum paternum in ministrando servamus, ipsas ad invicem nostras epistolas his literis nostris subdentes direximus ... suscepimus & ordinationem S. Episcopi Maximiani, viri cujus virtutem conversationemque ab olim novimus. Et depositum sive damnatum habemus Nestorium, qui olim fuit apud Constantinopolim Episcopus, anathematismo subjicientes quæcumque ab eo aliene ac peregrine dicta sunt contra doctrinam Apostolicam. Supplicamus autem pietati vestræ, ut perfectam festivitatem præstetis mundo, quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis extorris sit, & jubeatis ut Episcopi, qui inter præcedentes turbas expelli Ecclesiis visi sunt, ad priorem habitum reducantur, & ab omni importunitate sint liberi.„ Id imprimis optabant Orientales, ne soli sua pœnitentia pœnam redemisse viderentur.

Concil. tom. 1 ed. Hard. & tom. 3. Lab. *Orientalium Synodica de pace.* XII. Joannes Antiochenus & Episcopi, qui cum ipso erant, communes de pace literas scripserunt Sixto Romano Pontifici, & Cyrillo, & Maximiano, in quibus legitimam agnoscunt Ephesinam Synodum: „ Anno proxime elapso, inquiunt, sacra Episcoporum Synodus juxta religiosissimorum Imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum Metropoli, profligandæ Nestorianæ hæreseos causa convenit, consessuque celebrato una cum Legatis a beatæ memoriæ Cœlestino Romanæ Ecclesiæ quondam Episcopo missis, prædictum Nestorium tanquam profana doctrina utentem, multorumque scandalorum authorem, & in Fide Catholica graviter errantem, depositionis sententiæ subjecit. Addunt dissidium inde natum, quod cum advenissent, rem peractam comperissent, sed cum Imperator voluerit, ut ea sublata contentione pax fieret, placuit & nobis quoque, inquiunt, sanctæ Synodi sententiæ, qua Nestorium deposuit, acquiescere, ipsumque pro deposito habere, ac blasphemam illius doctrinam anathematizare; eo quod nostræ Ecclesiæ perinde ac vestra sanctitas, rectam semper inculpatamque fidem tenuerint, eamdemque populis tradiderint. Assentimur etiam ordinationi Maximiani & cum omnibus universi Orbis religiosissimis Episcopis, quicumque Orthodoxam sinceramque Fidem habent, eamque servant communicamus. „ Orientales hic pure & simpliciter se subjiciunt decretis Ephesinæ Synodi, & damnant Nestorium ejusque hæresim. Profecto si secundum aliquam suam expositionem tantum eum damnare voluissent, hanc Romano Pontifici & Maximiano significassent.

Cyrilli literæ ad Papam priores Romam pervenere, adhuc perseverante Synodo, quam natalis Sixti dies hic congregarat. Singulis de pace gratulatus est Sixtus, qui Cyrillo rescribens hæc de Joanne Antiocheno dicit: " Non se exuli vestro Nestorio sanctus Frater noster Joannes addiderat; non ejus est blasphema prædicatione deceptus: nam, quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negavit. „ Datum 15. Kalendas Octobris anno 433.

Nestorii error in Hispaniis repressus. XIII. Nestorianus error nescio quomodo irrepsit in Hispanias: quidam respuebant has locutiones: Deus natus est ex Virgine, Deus Crucifixus est. Vitalis & Constantius eos pro viribus confutarunt: sed qum debellarent potentius, Capreolum Carthaginensem Episcopum consuluere de ejusmodi propositionibus. Ille sic rescripsit: " Perlectis literis, quas per Numinianum, filii dilectissimi, transmisistis.... adverti Nestorianam hæresim, sicut quibusdam locis jam cœperat pullulare, apud vos quoque velle zizaniæ suæ semina in imperitorum corda jacere. Jam, intra Orientis partes, ubi primum pestis ista surrexit, congregata gloriosa Synodo Sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit, in vestibulo cum suo authore compressa est, & radio Apostolicæ lucis extincta est. Nec mirari debet charitas vestra si etiam post damnationem suam inter morientes spiritus fœtidus adhuc flatus aspiret. Est enim semper pertinax hæreticorum audacia, & in sua male pernicie urgente peccatorum pondere perseverat.... Quamvis igitur Christianis & devotis mentibus ipsa universalis Ecclesiæ authoritas plene sufficiat.... Ne tamen ego quoque petitioni sanctæ necessarium videar negare responsum, unam veramque doctrinam hanc esse confitemur, quam Evangelica tenet & tradit antiquitas. Id est, Dei Filium Deum verum, & hominem verum, unius prorsus atque inseparabilis esse personæ ... „ Idque confirmat multis Scripturæ testimoniis ... hisque subjicit: " Absit aliud credere, absit aliter de omnipotente sentire. Nec nasci æternus, nec crescere perfectus, nec impassibilis pati, nec immortalis mori, sine ulla sui mutatione vel corruptione formidavit ... Quid ergo erubescimus confiteri Deum propter hominem, atque in homine natum & passum; cum non negamus donante Deo factum eumdem ipsum hominem Deum? „ CHRISTI AN. 433. Sirmond. tom. 1.

XIV. D. Vincentius S. Lupi Trecensis Episcopi frater, prima ætate sæcularem militiam secutus est, & postea in monasterio Lerinensi vitam monasticam professus & factus Presbyter, circa idem tempus, scilicet, ut ipse dicit, tribus annis post celebratam Synodum Ephesinam, composuit ad evitanda hæreticorum collegia, nitido satis & aperto sermone, disputationem, quam absconso nomine suo attitulavit, Peregrini adversus hæreticos. Has autem proponit regulas. " Sæpe magno studio ... perquirens a quam plurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quonam modo possim certa quadam & quasi generali ac regulari via Catholicæ Fidei veritatem ab hæreticæ pravitatis falsitate discernere? hujusmodi semper responsum ab omnibus fere retuli: quod sive ego, sive qui vellet exsurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque vitare, & in fide sana sanus, atque integer permanere; duplici modo munire fidem suam Domino adjuvante deberet: Primum scilicet divinæ Legis authoritate, tum deinde Ecclesiæ traditione.... Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sui altitudine, non uno eodemque sensu universi accipiunt; sed ejusdem eloquia aliter alius, atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur ... Atqui idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris anfractus, ut propheticæ & Apostolicæ interpretationis lineæ, secundum Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigantur. „ Gennad. de script. *Vincentii Lirin. commonitorium.* C. 1. *Fidei regula.* C. 2.

Inde concludit primo. Novelli dogmatis inductiones esse fugiendas; secundo, non audiendos magnos viros, & magna virtutis & scientiæ opinione conspicuos, cum aliquid novum docent. Hi enim licet a sectatoribus suis laudentur ut veritatis assertores, sunt tamen fidelibus magnum & periculosum tentationis argumentum. Idque confirmat exemplo Origenis, Tertulliani, Photini, Apollinaris, Donati, & Nestorii, cujus hæresim speciatim confutat. " Quæ cum ita sint, inquit, ille est verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam diligit, qui Catholicæ Fidei nihil præponit, non hominis cujuspiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam: sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, stabilis permanens, quidquid universaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum, credendumque decernit ... Christi vero Ecclesia sedula & cauta depositorum apud se dogmatum custos nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit .... sed omni industria hoc unum studet, ut vetera fideliter sapienterque tractando, si qua illa sunt antiquitus informata & inchoata, poliat; si qua jam expressa & enucleata, consolidet, & firmet, si Ibid. C. 25. C. 32.

qua

qua jam confirmata & definita, custodiat. Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis enisa est, nisi ut quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur ... & quod prius a majoribus sola traditione susceperat, hoc inde posteris per scripturæ chirographum consignaret ... Econtra,

C. 34.

quis unquam hæreses instituit, nisi qui se prius ab Ecclesiæ Catholicæ universitatis & antiquitatis consensione discreverit? Quod ita esse luce clarius exempla demonstrant. Quis enim unquam ante profanum illum Pelagium tantam virtutem liberi præsumpsit arbitrii, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos adjuvandum necessariam Dei gratiam non putaret? „ Infra D. Cœlestini epistolam adversus Semi-pelagianos doctrinæ D. Augustini obtrectatores sic laudat: " Sed & Papa Cœlestinus ... ait in epistola, quam Gallorum Sacerdotibus misit, arguens eorum conniventiam, quod antiquam fidem silentio destituentes prophanas novitates exurgere paterentur: Merito, inquit, causa nos respicit, si silentio foveamus errorem. Ergo corripiantur hujusmodi, non sit iis liberum habere pro voluntate sermonem. Hic aliquis forsse addubitat, quinam sint illi, quos habere prohibeat liberum pro voluntate sermonem: vetustatis prædicatores, an novitatis adinventores? Ipse dicat, & dubitationem legentium ipse dissolvat. Sequitur enim: desinat, inquit, si ita res est, incessere novitas vetustatem. „

Ejus secundi commonitorii maxima pars excidit. Nonnulli tamen ei tribuunt objectiones Vincentianas, eumque enumerant Semi-pelagianis, maxime propter hæc ejus verba: Jam vero illis, quæ sequuntur, promissionibus miro modo incautos homines hæretici decipere consueverunt: audent enim polliceri & docere, quod in Ecclesia sua, id est, in communionis suæ conventiculo, magna & specialis, ac plane personalis quædam sit gratia Dei, adeo ut sine labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiamsi nec petant, nec quærant, nec pulsent, quicumque illi ad numerum suum pertinent, tamen ita divinitus dispensentur, ut Angelicis erecti manibus, id est, Angelica protectione servati, numquam possint offendere ad lapidem pedem suum. Quibus verbis, inquiunt, sententiam D. Augustini de prædestinatione, & de dono perseverantiæ sic reprehendit. Alii volunt hic eum suggillare Prædestinatianos, alioquin Cœlestini non laudasset epistolam. Ejus sanctitatem veneratur Ecclesia.

Prosperi resp. ad object. Vinc.

XV. Vincentianis sexdecim objectionibus adversus doctrinam D. Augustini, respondit S. Prosper. In præfatione, de adversariorum fraude conqueritur, qui falsas & impias ei affingunt opiniones. " Contexunt, inquit, ineptissimarum quarumdam blasphemiarum prodigiosa mendacia, eaque ostendenda multis publice privatimque circumferunt, asserentes talia in nostro sensu, qualia diabolico continentur indiculo: quæ falsa in nos ad excitandam invidiam jactitari, facile, & sufficienter subscriptione unius probaremus anathematis. „ Doctrinam igitur in objectionibus contentam, non ut suam, sed ut blasphemam habet S. Prosper. Prima autem objectio sic habet: Quia Dominus noster Jesus Christus non pro omnium hominum salute, & redemptione sit passus. Semi-pelagiani hanc D. Augustini doctrinam esse contendebant: Prosper respondit: " Quod ad magnitudinem & potentiam pretii, & quod ad unam pertinet causam generis humani, Sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine fide Christi; & sine regenerationis Sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt ... Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra & virtute divina, habet quidem in se ut omnibus prosit; sed si non bibitur, non medetur. „ Quæ verba cum hac Tridentini sententia coincidunt. Etsi Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii duntaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur.

Christi mors pro omnibus.

Trid. sess. 6. 13.

Secunda objectio: Quia Deus nolit omnes salvare, etiamsi omnes salvari velint. Prosperi responsio: ... " Sincerissime credendum atque profitendum est, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant: Siquidem Apostolus, cujus ista sententia est, sollicitissime præcipit, quod in omnibus Ecclesiis piissime custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur: ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum; quod multi salvantur, salvantis est donum ... „

Tim. 2.

Deus vult omnes salvos fieri.

Objectio decima. Quia adulteria & corruptelæ virginum sacrarum ideo contingant, quia illas Deus ad hoc prædestinavit ut caderent. Prosperi responsio: " Detestanda & abominanda opinio, quæ Deum malæ cujusquam voluntatis aut malæ actionis credit authorem, cujus prædestinatio numquam extra bonitatem, numquam extra justitiam est: universæ enim viæ Domini misericordia & veritas. Adulteria igitur maritatarum, & corruptelas virginum non instituere novit sancta divinitas, sed damnare; nec disponere, sed punire. Quæ mala homines cum admittunt, suis concupiscentiis & cupiditatibus serviunt .... non ergo casus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium, prædestinatio Dei aut excitavit, aut suasit, aut impulit: sed plane prædestinavit judicium suum, quod unicuique retributurus est prout gessit, sive bonum, sive malum. Quod judicium futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent. „

Deus non est author peccati.

Ibid.

Objectio duodecima. Quia prædestinatione efficiuntur de filiis Dei filii diaboli. Prosperi responsio: " Prædestinatio Dei, etsi apud nos incerta est, apud illum tamen ... incommutabilis permanet. Nec quæ illuminavit, obcæcat; nec quæ ædificavit, destruit; nec quæ plantavit, evellit. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei ... Nullo igitur modo Dei prædestinatio facit, ut aliqui ex filiis Dei, filii sint diaboli ... sed potius prædestinatio facit, ut ex filiis diaboli fiant filii Dei ... Hi autem, de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt; & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati. Essent autem prædestinati, si essent reversuri, & in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei, multis est causa standi, nemini est causa labendi. „

Prosperi resp. ad cap. Gall.

XVI. Nonnulli Galli in publicis scriptis Augustino easdem prope impias affingebant opiniones, quorum calumniis respondit S. Prosper. Hic aliquas tantum referemus. Objectio tertia. " Quod non prædestinati ad vitam, etiamsi fuerint in Christo per baptismum regenerati, & pie justeque vixerint, nihil eis prosit, sed tamdiu reserventur, donec ruant & pereant, nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat, auferri. „ Prosperi responsio: " A justitia ad iniquitatem plerosque transire non dubium est: & taies ad prædestinationem filiorum Dei, cohæredum Christi, non pertinere certissimum est. „ Quod ergo hujusmodi in hæc prolapsi mala, sine correctione pœnitentiæ defecerunt, non ex eo pereundi necessitatem habuerunt, quia prædestinati non sunt: sed ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione præsciti sunt. Quod autem illos non eo tempore, quo in fide recta & bonis moribus erant, ab hac vita Deus abstulit: ad occulta ejus judicia, quæ tamen numquam sunt injusta, referendum est ... Si ergo aliquis in vitæ suæ longitudine deseruit Deum, bonn, quod erat ex Deo, male usus est. Nam longa vita non est nisi ex Deo, & quod ex Deo est, nonnisi bonum est, & quod bonum est, mali causa non est. Non itaque recte opinantur, qui putant prorogatorem vitæ, lapsuris authorem esse peccati ... Igitur sicut bona opera ad inspiratorem eorum Deum, ita mala sunt ad eos referenda qui peccant. Non enim relicti sunt, ut relinquerent Deum: sed reliquerunt, & relicti sunt, & ex bono in malum propria voluntate mutati sunt: atque ab hoc, licet fuerint renati, fuerint justificati, ab eo tamen, qui illos tales præscivit, non sunt prædestinati. „

Nullus cadit, quia non est prædestinatus.

Ibid.

Objectio duodecima. " Quod quibusdam vocatis, & pie justeque viventibus, obedientia subtrahatur, ut obedire desistant: „ Prosperi responsio: " Si Deus hominem sibi obedientem a pietate deturbat, & bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & injuste punit, quod ut fiat, impellit. Quid tam perversum, quid tam insanum dici aut cogitari potest? sed in talem sensum trahuntur, qui putant in omnibus hoc esse præscientiam Dei, quod & voluntatem: cum voluntas ejus numquam velit nisi bona; præscientia autem noverit & bona & mala: sed bona, quæ aut ipse faciat, aut etiam ut nos faciamus, imperiit; mala autem, quæ omnino ipse non fecit, neque fieri suasit, aut impulit. „ Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinavit: sed ideo eum non prædestinavit, quia recessurum ab ipsa obedientia prævidit.

Justis non subtrahitur gratia.

XVII. Lau-

CHRISTI AN. 433.

Cassian. collat. 13.

XVII. Laudatur imprimis Prosperi opus adversus Collatorem, seu Cassianum, qui in decima tertia sua collatione docuerat alios quidem ad gratiam pervenire sine gratia, dum petunt, pulsant, & quærunt, & hunc affectum petendi, quærendi, pulsandi habere quosdam de vigilantia liberæ voluntatis; fatebatur autem alios divina præveniri gratia: quem sic redarguit Prosper. " Ecce hic etiamsi bonis cœptis necessarium fateris Dei auxilium: ipsos tamen laudabiles motus appetitusque virtutum, remota gratia Dei, nudæ libertati adscribis arbitrii: ut boni salubresque conatus nequeant quidem proficere, nisi Deus adjuvet: possint tamen, etiamsi non a Deo inspirentur, incipere .... Doces ergo non posse quidem hominem per semetipsum adprehendere sanitatem, sed habere eum a semetipso desiderium sanitatis, & sua tantum sponte venire ad medicum, non etiam hoc ipsum medici esse quod veniat. „ D. Prosper his aperte dicit salutis desiderium, inquisitionem, postulationem, secundum Semi-pelagianos esse a solo libero arbitrio sine gratia, quam proinde negarunt esse necessariam ad salutis initium.

Initium bonæ voluntatis soli libero arbitrio tribuebant Semi pelag.

Prosper. adv. coll. num. 10.

Ibid.

Opponit ei summorum Pontificum Innocentii & Zozimi decreta contra Pelagianos, Cassianique argumenta dissolvit & confutat, inculcans illud Apostoli: Non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est, sicque concludit: " Frustra igitur disputator iste ad inscrutabilem unius gratiæ varietatem argumentum definitionis suæ voluit aptare, ut portio justificatorum solius voluntatis suæ motibus ad Christum venire credatur, portio autem reluctans trahi & invita compelli: cum Deus sit, qui operatur omnia in omnibus, sive alios sic, alios autem sic attrahere voluerit: ad quem nemo, nisi aliquo modo attrahatur, venit .... Quam regulam firmat Dominus dicens: Nemo potest venire ad me, nisi ei datum fuerit a Patre meo .... & non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Demum Ecclesiastica est regula: Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? „ Id confirmat ex summa infirmitate & miseria, in quam incidit humana natura prævaricatione illius, in quo peccaverunt omnes. Denique Cassiani fraudem coarguit, qui Catholicam sententiam de gratia in disputationis principio prædicat, dum dixit: Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum esse ex Deo principium; qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Tum sic eam temperat, ut gradatim ad præcipitia Pelagiana decurrat, dum docet aliquos ad gratiam pervenire sine gratia. Cassianus, licet Semi-pelagianus, tamen quia necdum damnata erat hæc opinio, Massiliæ ut sanctus colitur die vigesima tertia Julii: & D. Gregorius Magnus laudat monasterium, quod in honorem S. Cassiani est consecratum. Gelasius Papa ejus opera damnavit: ejus annus emortualis ignoratur.

2. ad Cor. 3.

1. ad Cor. 12.

Joan. 6. & 10.

1. Cor. 4.

Prosp. resp. ad excerpt. Genuens.

XVIII. Itaque cum Prosper veluti Augustini defensor omnium laudibus celebraretur, Camillus & Theodorus Genuenses Presbyteri, cum quibusdam difficultatibus in libro D. Augustini de prædestinatione sanctorum premerentur, dubiorum solutionem ab eo petiere. Ille ad eos misit librum inscriptum: ad excerpta Genuensium responsiones. Circa idem tempus S. Leontius Episcopus Foro-Juliensis in Gallia mortuus est, successoremque habuit Theodorum. D. vero Maximus cum annos septem monasterio Lerinensi Abbas præfuisset, Rejensis Episcopus renunciatus est, eumque in Abbatia excepit Faustus monachus Lerinensis, ejus encomiastes, qui postea eidem in Episcopatu Rejensi successit, licet in majori Britannia natus esset. Marius Mercator eodem anno vel præcedenti scripsit librum annotationum in verba Juliani, cujus opera cum Augustini libris acceperat: primo refert Juliani objectionem, cui subjicit Augustini responsionem, quam quadam nota confirmat, vel elucidat. Pelagianæ hæresis authores dicit Theodorum Mopsuestenum & Rufinum Syrium. Scripsit etiam adversus eumdem Theodorum, quem dicit Nestorianæ hæreseos parentem, ejusque symbolum confutat, illiusque operum adversus Augustinum, & de mysterio Incarnationis fragmenta refert, quæ brevibus notis refellit.

XIX. Cyrilli, & Joannis Antiocheni pax & reconciliatio non paucis displicuit, qui vel suis affectibus inserviebant, vel Nestorio injuriam inferri existimabant. Ita sentiebat Theodoretus, qui tamen doctrinam in Cyrilli literis expressam recipiebat ut Orthodoxam. Alexander vero Hierapolitanus de pace sic scripsit. " Venit finis, & communio revera facta est ad impium Cyrillum, non Cyrillo hæresim relinquente, sed nobis ipsis per unum verbum, nempe Theotocon, quod est in epistola positum, inferentibus hæresim .... Quoniam vero nulla mihi pars, neque sors est cum eis, sed sive exilium, sive mors mihi, sive bestiæ proponantur, Deo me roborante, universa sustineam potius, quam communicem talibus ... „ Sicque novum schisma conflavit. Eadem scripsit ad Theodoretum .... Eamque affert rationem. " Post corruptionem totius Orbis, & ex quo prædicari nunc cœpit, passibilis Deus, ab impiis Cyrilli capitulis, dogmatice poni solam vocem, quæ Mariam eorum pronuntiat Deum, id est, theotocon, absque illa, quæ pronuntiat hominis genitricem, id est, antropotocon, nihil est aliud nisi ea quæ Cyrilli sunt, prædicari: universas siquidem passiones ac mortem hoc unum dictum pariter introducit .... Quid vetuit ut sanctam Virginem dicerent Christotocon, hi qui clare Deum hominemque perfectum Consubstantialem nobis prædicabant Dominum Christum? .... Absit enim ut unquam quemlibet piorum Dei Genitricis nomen pigeat confiteri, si una ponat, & hominis genitricem. Nam sicut est impium refutare vocem anthropotocos cum theotocos, ita & theotocos cum anthropotocos. „

CHRISTI AN. 433.

Synod. Baluz. c. 88. & 110.

Ib. c. 93.

Orientales quidam schismatici.

Ib. c. 94.

Andreas Samosatenus frustra cum literis hortatus est ut pacem amplecteretur, vel saltem Zeugma convenientes de ea re deliberarent. Utrumque respuit, rescripsitque se malle deserere Episcopatum, quam paci adhærere, numquamque communicaturum cum Episcopis ac populis, qui eam admitterent. Joannem autem prodidisse fidem, & Nestorium, quem sciebat innocentem.

Ib. c. 97. & seq.

Andreas ex his intelligens quantum irasceretur Alexander, ipsius Ecclesiæ œconomis scripsit: " Ecce aperte dico, sicut & olim scripsi, quia & postquam allata est ultima epistola ex Ægypto, clare continens Orthodoxæ Fidei dogma, ego & amplector pacem, & omnibus ubique sanctissimis Episcopis communico, & Episcopo Sixto & Cyrillo & Maximiano & Rabulæ, & Acacio Melitinensi & omnibus Ponticis, & a nullo discissus sum, dum apud eos omnes obtineant dogmata veritatis, & unitio atque pax Ecclesiæ ad gloriam Dei pertineat. „ Joannes Germaciæ similiter paci consensit atque subscripsit. Episcopi vero secundæ Ciliciæ, Præside Maximino Anazarbensi in Metropolim convenientes, Cyrilli depositionem confirmarunt, donec sua capitula damnet, & eos qui eum receperunt, a sua communione alienos pronuntiarunt: huic decreto acquievit Helladius Tarsensis, consensumque suum per literas significavit Alexandro.

Ib. c. 106.

C. 105.

C. 113.

Eutherius Tyanensis, & idem Helladius literas appellationis dedere ad Sixtum Pontificem: summatim & parum sincere Ephesi gesta narrant: Cyrillum hæreseos, Joannem Antiochenum proditionis & perfidiæ accusant, Ephesinamque Synodum variis calumniis appetunt, Nestorium declarant innocentem ac iniquissime damnatum, sicque concludunt: " Rogamus vero, & sanctis tuæ religiositatis provolvimur pedibus, ut manum porrigas salutarem ... omnique horum inquisitionem jubeas fieri, & his illicitis cœlestem superduci correctionem; ut revocentur quidem sancti pastores ... & reddatur gregibus ordo ... Quæ ex parte quidem videntes, ex parte audientes, olim concurrissemus ad sanctitatem tuam nos, qui e diversis regionibus sumus, id est, ex Euphratesia, ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia, & Mœsia, nisi detineret nos luporum terror .... unde coacti sumus nostra vice dirigere religiosissimos Clericos, & Monachos, qui impleant locum nostrum. Quæsumus igitur, ut absque dilatione exsurgatis, & fervido zelo magnum victoriæ trophæum contra æmulorum cuneos erigatis, ante oculos habentes boni pastoris diligentiam, simul & studium circa ovem quæ erraverat. „ Hi duo soli Metropolitani hisce literis subscripsere. Sixtus, qui Cyrilli gesta & acta Synodi Ephesinæ confirmaverat, ne quidem eos responso dignatus est; ejus enim literas non omisisset Comes Irenæus, qui nihil eorum prætermisit, quæ huic causæ vel leviter faverent. Pontifex Romanus igitur contempsit hanc appellationem, quæ tamen id evidenter

C. 114.

Ad Sixtum Papam appellant schismatici.

Concil. tom. 1. ed. Hard p. 1635

CHRISTI AN. 433.

ter evincit, Orientales Episcopos pro certo babuisse ejusmodi appellationes ad Sedem Apostolicam & licitas esse, & antiquitus usurpatas. Sed in iisdem literis Synodum Ephesinam rejiciebant ut latrocinium quorumdam factiosorum.

Pontificalis libec narrat Sixtum Papam stupri accusatum a Basso exconsule, in Romana Synodo dixisse causam, atque purgatum, damnatumque Bassum, Clero, Senatu, & Imperatore præsentibus. Sed fabula est, Synodus enim habita legitur, Valentiniano & Anatolio viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris, seu anno 440., quo tempore Sixtus non erat amplius inter homines. His adde clarissimi viri titulum solis privatis datum, nusquam autem Imperatoribus. Suppositionem confirmat epistola Sixti ad Orientales, quæ idem refert, quippe consuta est ex sententiis Concilii Toletani octavi, Felicis tertii, Gregorii Magni, Hadriani primi, codicis tam Theodosiani, quam Justiniani, & Sixti Pythagoræi. Ejusdem farinæ sunt acta de Synodali accusatione & expurgatione Polychronii Episcopi Hierosolymitani, quæ sub Pontificatu Sixti tertii Romæ habita dicuntur. Constat autem toto Sedis Sixti tempore Juvenalem præfuisse Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Hæc pauca e multis annotavimus propter eos, qui hæc avidius, & similia arripiunt.

CHRISTI AN. 434. Socrat. l. 7. c. 40. Synodic. Procl. Socrat. ibid.

XX. S. Maximianus Constantinopolitanus cum per biennium & menses quinque hanc Ecclesiam pacate administrasset, fato functus est pridie Idus Apriles, anno 434.: celebris est ejus cultus apud Græcos. Nestoriani facultatem præsumptionis susceperunt, coacervatæque eorum multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, & urbi pericula, Ecclesiæque minabantur incendium. Imperator Theodosius prudenter huic negotio prospexit; nondum deposito Maximiani corpore, Episcopis qui aderant, mandavit ut Proclum in Episcopali solio collocarent. Id enim Cælestini literæ ante biennium datæ, & tunc exhibitæ confirmabant, quas ille Cyrillo, Joanni Antiocheno & Rufo in eam rem miserat docens nihil obstare quo minus is, qui alicujus Ecclesiæ nominatus sit, aut re ipsa existat Episcopus, ad aliam Ecclesiam transferatur. Itaque Proclus in Sede Episcopali collocatus, Maximiani corpus sepulturæ tradidit.

Proclus fit Episcopus Constantinop.

Proclus ab ineunte ætate Lector Rhetoricæ operam dedit: Vir factus Attici notarius fuit, & ab eo promotus ad Diaconatum, deinde ad Presbyterii honorem. Sisinnius hunc ordinavit Cyzici Episcopum, cujus possessionem numquam inire potuit. Vir optimis moribus Attici virtutes studiose imitatus est. Patientiam vero magis etiam quam Atticus excoluit. Nam hic quidem interdum terribilem se hæreticis exhibebat: Proclus vero placidus erga omnes fuit, dum hæreticos hac ratione potius, quam vi ad rectam fidem adducere studeret.

Synod. C. 123.

Taurus Præfectus Prætorio sciens Procli ordinationem Joanni Antiocheno fore gratissimam, statim hanc ei literis notam fecit. Joannes rescripsit: " Confidenter dico, quia magna Deus Constantinopolitanorum donavit Ecclesiæ per studium vestrum, & cursum Principis .... sed sicut effectum est per magnificentiam vestram, sic rogo ut annuatis & de istarum pace partium cogitare. Sunt enim pauci quidam effrænati, qui pacem, quam Deus donavit, & quam pius executus est Imperator, propriam duxerint læsionem, & præferant non esse sub Principe super omne quod expedit tam sibi, quam cunctis Ecclesiis. Cum certe omnino sit dignum, ut approbent ordinationem domini sanctissimi Episcopi Procli .... & ad deteriora proficiunt, quia nunc usque & nos & vos circa eos lenes existimus. "

Sur. vit. Melan. Phot. cod. 53. *S. Melania junior.*

Episcopi Procli promotores Orientalibus scripsere Synodicam, cui omnes Episcopi subscriberent, proposita depositionis pœna contra contumaces schismaticos, qui non cessere minis. Proclus circa idem tempus ad Fidem Catholicam adduxit, & paulo ante mortem baptizavit Volusianum Romæ Præfectum, qui tunc Legatus agebat Constantinopoli. Patruus erat S. Melaniæ junioris, quæ cum inducta ejus precibus Hierosolymis in urbem regiam advenisset, non parum adjuvit sanctum ejus propositum. Eo mortuo illa statim rediit Hierosolymam, ibique post quatuor annos sanctam animam emisit, ultima die mensis Decembris. Illius & ejus conjugis sic meminit Romanum Martyrologium. Natalis S. Melaniæ junioris, quæ cum viro suo Piniano Roma abscedens, & Hierosolymam proficiscens, ibi inter fœminas Deo sacras, vir inter monachos religiosam vitam exercuis, & ambo sancto fine quieverunt. Theodosius junior eodem anno 434. suggerente Tauro Præfecto prætorio Orientis, qui Ecclesiarum commodis favebat, lege statuit, ut bona Clericorum quorumcumque, Episcoporum scilicet, Presbyterorum, Diaconorum, Diaconissarum, & Subdiaconorum, Lectorum, Monachorum, Monialium, deficientibus successoribus testamentariis, non Fisco, uc antea, verum Ecclesiæ & monasterio, quibus fuerant destinati, deferrentur. Ex ea liquet tunc Clericos & Monachos testandi jus habuisse, suosque in bonis suis non tantum ab intestato, sed etiam ex testamento hæredes.

CHRISTI AN. 434.

XXI. Orientales schismatici quamdiu res intra minas stetit, cœpta promovebant. Eorum igitur contumaciam ut frangeret Joannes Antiochenus, Constantinopolim misit Vecium, qui Theodosii rescriptum obtinuit, quo jubebat ut omnes cum Joanne communicarent, aut ab Ecclesiis ejicerentur: Helladio Tarsensi per literas illud significavit. Quæstor Domitianus, omnes cohortatus ut ad salutis unitatem redirent. Taurus autem Præfectus intercessit ne publicaretur, veritus, futuras ea hoc eversiones urbium. Helladius hinc factus audacior illis suadet, ut aliquos mittant ad Imperatorem, qui ejus sacræ revocationem impetrent. Joannes Antiochenus his auditis, mandatum ab Imperatore impetravit, ut nullus Orientalium Constantinopolim proficisceretur, sed in suis persisterent Ecclesiis; illudque misit Alexandro, ut suffraganeis suis notum faceret. Joannis literas non suscepit Alexander, illis tamen coram ipso lectis a Magistriano, qui eas attulerat, Notario suo perferendam eidem Magistriano dedit sequentem responsionem: Declaro quod in his quæ præcepta sunt ab Imperatore nostro, permaneo, ut nec fatiger nunc ad pium ejus comitatum, & in mea Ecclesia persistam orationes faciens pro ejus imperio.

Synod. C. 124.

Ibid. C. 127.

Ibid. C. 137. *Schismat. depositi.*

Imperatoris primam sacram tandem executioni fuisse mandatam, evincunt Episcopi, quos Joannes consecravit in Euphratesia, in locis eorum, qui damnationi Nestorii & paci subscribere detrectabant. Proclus etiam Dorotheum Marciopolitanum ejicere tentavit, sed Clerus & populus obstitit ne perficeret. Schismaticorum duces Alexander Tarsensis & Theodoretus, aliique suorum dejectione permoti, graves adversus Joannem literas dedere Episcopis Syriæ, Ciliciæ, & secundæ Cappadociæ; de Nestorii damnatione, & pace cum Cyrillo amare conqueruntur. Communi igitur consilio quosdam monachos & clericos delegant ad Pulcheriam aliasque sorores Imperatoris, easque suis literis obtestantur, ut pro sua pietate suadeant Imperatori, ejectos Episcopos suis restitui ecclesiis, & S. Sergii ecclesiam, cui novum Episcopum destinarat Joannes, reddi Helladio, qui magnis sumptibus eam instauraverat. Reginarum nullum extat responsum, rejectamque schismaticorum postulationem demonstrant sequentia.

Ibid. C. 129.

Cyril. epist. ad Acac. Melit. *Cyrilli Apologia*

XXII. Cyrillum etiam non pauci criminabantur, reprehendebantque ut faventem Nestorianis fidei expositionem, cui subscripserat; nolebant duas dici in Christo naturas. Injustas querelas ille confutavit, in primis in epistola ad Acacium Melitinæ Episcopum: " Orientalium apologiam, inquit, non absque amarulentia proscindunt eamdem ..... prave interpretantes, a Nestorii vocum novitatibus non abhorrere contendunt: Intelligo hoc quoque illos nobis objicere, quod novum symbolum receperimus, quasi vetus illud venerandumque aspernati ...... Illud tantummodo dicimus, nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegisse, neque ab aliis innovatam admisisse .... Sed quia Orientales Episcopi, cum Ephesi essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa, quasi blasphemiarum Nestorii laqueis irretiti tenerentur, suspecti erant, ut eo se crimine liberarent .... apologiam composuerunt, & id quidem admodum prudenter. Quid enim, si ipse Nestorius eo tempore, quo a nobis omnibus illi proponebatur, oportere ut sua ipse dogmata condemnaret, veritatemque amplecteretur, scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset, quispiam dicturus erat, illum novum fidei symbolum nobis conscripsisse? "

Ibid.

Demum fidei expositionis sententias cum Nestorii erroribus comparans, ostendit quantum inter se diffe-

CHRISTI AN. 434. differunt. " Nestorius Christum in duos filios dividens negabat Deum ea Christipara Virgine asse genitum. Illi vero, inquit, sanctam Virginem Deiparam nominant, unumque Filium & Christum & Dominum essa prædicant, perfectum in divinitate, & rursus in humanitate perfectum .... qui est consubstantialis Patri secundum divinitatem, & nobis coessentialis secundum humanitatem ... At vero Nestorii prava sententia ab hac doctrina est plane diversa. Nam etsi Verbum Deum Incarnatum, hominemque factum confiteri simulet, attaman Incarnationis virtutem ignorans, duas naturas nominat, easque a se invicem divellit, Deum seorsum ponens, & itidem seorsum hominem habitudine quadam Deo conjunctum, per solam honoris æqualitatem, seu authoritatem. Hæc enim sunt verba illius: inseparabilis est Deus a visibili: unde honorem ejus qui non separatur, non separo: separo naturas, sed conjungo adorationem. „ Utramque partem sibi tribuisse victoriam ex his patet. Cyrillus fidei expositionem vocat apologiam Orientalium, qui vicissim eam dicebant Cyrilli retractationem.

Cyril. ep. 1. ad Succes. *Incarnationis mysterium.* In alia Epistola ad Sucressum Diocæsareæ Episcopum in Isauria .... qui sciscitabatur, utrum in Christo duas naturas dicere oportent: respondet primo, sa unum Filium & Christum & Dominum confiteri ... Non enim, inquit, alter Filius erat illud ex Deo Patre Verbum, alter ille ea sancta Virgine natus; sed ille idem qui erat ante sæcula, etiam secundum carnem ex muliare natus creditur. Deinde rejicit errorem Apollinarii. Tum addit: " Considerantes modum humanationis, intelligimus duas inter se indissolubili unione convenisse naturas, citra confusionem, atque immutationem ullam: Caro enim caro ast, & non divinitas, etiamsi Dei caro facta est. Itemque Verbum Deus est, & non caro, quamvis dispensatoria ratione propriam sibi fecerit carnem ... sed post unionem, naturas, alteram ab altera, non dividimus, neque in duos filios illum unum impartibilemque secamus, sed unum asserimus Filium, & ut sancti Patres dixeruot, unam naturam Dei Verbi incarnatam ...„ Denique confutat eos, qui Christi corpus post resurrectionem in divinitatis naturam transiisse dicebant ... " Factus est, inquit, homo, non hominem assumpsit, ut Nestorio placet. Atque ut homo factus asse credatur, licat id quod erat, permanserit, nimirum Deus secundum naturam, idcirco & esurire dicitur, & ex itinere fatigari, perferre etiam somnum & turbationem, atque tristitiam, cæterasque humanas & irreprehensibiles passiones. Contraque ut certos faceret videntes, se, cum sit homo, etiam verum Deum esse, efficiebat divina miracula, cum increparet mare, mortuosque excitaret ..„ Post resurrectionem vero erat quidem illud ipsum corpus quod passum fuerat, non tamen adhuc in sa humanas infirmitates habens ... sed jam incorruptibile & vivificum ... Glorificatum etiam claritate, quæ maxime Deum decet, & intelligitur Dei corpus .... Conversionem porro in Deitatis naturam subire non contingit corpus a terra: id enim fieri non potest: alioquin Deitati derogabimus tanquam sit facta, & tanquam illi aliquid accesserit, quod illius naturæ proprium non sit. Par enim ast ad absurditatis rationem dicere mutatum esse corpus in Deitatis naturam, & dicere divinitatem in carnis naturam transiisse ..., quia immutabilis & invariabilis natura Deitatis. „

Cyril. ep. 2. ad Succes. *Adversariorum objectionibus respondet S. Cyrillus.* Successus Cyrillo remisit commonitorium, plures adversus ejus doctrinam continens objectiones, quarum præcipuæ sunt: Si ex duabus naturis compositus est Emmanuel, ac post unionem una intelligitur natura Verbi Incarnati, consequetur omnino ut ipsum in sua natura passum esse dicamus ... & permixtionem confusionemque factam fuisse. Cyrillus negat hanc consequentiam, docetque solam humanam naturam sustinuisse passionem, Verbo impassibili manente. " Non tamen, inquit, propterea illud eximimus, quo minus dicatur passum: ut enim proprium ipsius Verbi factum est corpus, sic omnia quæ sunt corporis, excepto solo peccato, dispensatoria quadam conjunctione, ipsius dici nihilominus possunt .... & infra. Etiamsi unus a nobis dicatur Unigenitus Filius Dei Incarnatus, & homo factus, non propterea permixtus est, ut illi putant, neque in carnis naturam transiit Verbi natura: neque rursus natura carnis in Verbi naturam: sed cum utraque in sua proprietate naturali permaneat, & consi-

deretur ineffabiliter & inseparabiliter unitum, unam nobis Filii naturam ostendit, sed, ut diximus, incarnatam ... Nam ad plenissime declarandum quod sit factus homo, satis est fateri illud fuisse incarnatum ... „ Successus instat: " Si quis dicat Christum cum animo intelligente passum, ut passio sit spontanea, tantumdem ait ac si dicat, in natura humanitatis fuisse passum. Quod si verum est, quomodo negari potest duas naturas post unionem indivise subsistere? ... Cyrillus respondet .... Cum scriptura dicat ipsum carne passum, satius ast nos quoque sic dicere, quam in natura humanitatis: quamvis ea locutio nihil violet mysterii rationem. Quid enim aliud est humanitatis natura, nisi caro animata per animam intelligentem, in qua passum carne Dominum fatemur. „ Hæc tamen Cyrilli locutio, una est Verbi natura incarnata, occasionem dedit hæresi Eutychis, licet eam ubique evertat.

Valeriano quoque Iconiensi Episcopo de Incarnatione scripsit adversus Nestorianos: quam ubi eos confutans fusius exposuit, a quorumdam calumniis vindicat fidem Orientalium, quam ex sincera eorum fidei expositione prorsus orthodoxam esse demonstrat: monetque rejiciendas quasdam sub eorum nomina supposititias Epistolas, quas confinxere falsarii. Qui enim semel fidam suam per scriptum professi sunt, qui fieri potest, ut jam contraria scribant. Maximum etiam Diaconum Antiochenum admonuit, ut præteritorum immemor, Joannis Antiocheni communionem amplecteretur. Cyrill. epist. ad Valer.

S. Isidorus Presbyter & Abbas monasterii circa Pelusium, qui prius Cyrillum objurgarat, quasi schisma foveret suas ulturus injurias, auditis quæ paris causa scripserat Orientalibus, veritus ne iis plura concesserit, rursus ad eum sequentem dedit Epistolam. " Ta oportet, vir admirande, firmum atque constantem semper manere. Sic nempe ut nec cœlestia prodas, nec tecum ipse pugnare videaris. Nam si ea quæ nunc abs te scripta sunt, cum superioribus perpendas, aut adulationi obnoxius videberis, aut levitatis minister, vana quidem gloria superatus, nec magnorum virorum imitatus certamina, qui omni vita sua in exilio affligi maluerunt, quam ut perversum dogma vel ad aures suas admitterent. „ Plures extant ejusdem Sancti literæ, quæ magnam præ sa ferunt cognitionem scientiæ Ecclesiasticæ, magnamque erga omnes libertatem ac fortitudinem Christianam. In summa senectute transiit ad Deum, atque inter sanctos recensetur & colitur pridie nonas Februarii. Isid. L. 1. ep. 370.

XXIII. Orientales schismatici cum nec pacis Ecclesiæ, nec jussionum imperialium ullam haberent rationem, nec de sua paucitate adversus Ecclesiæ & Imperii authoritatem confunderentur, novam sacram adversus eos dedit Theodosius, qua jubet ut eorum Duces, Alexander, Helladius, Maximus & Theodoretus aut statim Joanni Antiocheno communicarent, vel a suis Ecclesiis expellarentur. Edictum regium his denuntiavit Dionysius militiæ magister: Theodoretus conturbatus fluctuabat; sancti enim monachi Jacobus Nisibenus, Simeon Stylita, & Baradatus, quos plurimum venerabatur, & quorum sanctitatem laudavit, vehementer urgebant ut Joanni reconciliaretur: idem suadebat Comes Titus, qui & sanctos monachos incitaverat, qui Theodoretum civitatem relinquere & Provinciam, & ad vitam monasticam fugere cogitantem impulerunt, ut secum in itinere Gindari cum Joanne colloqueretur. Theodoretus hæc Alexandro significavit, qui rescripsit impia accusans adversarios, quod hæresim Deopassianam prædicarent. " Hæc scribere sum coactus, inquit, nimis ægre suscipiens, propter sanctorum monachorum contra nos curiositatem. Rogo igitur ut etiamsi omnes mortuos ab initio mundi resuscitant; quiescant, & orent pro nobis. Si autem damnant nos, parcat illis Deus: nec enim majoris authoritatis sunt, quam de cœlo Angeli, & quam Chorus ille Apostolorum, quos anathematizavit per Paulum Christus, si quid præter Evangelium Christi Evangelizare præsumpserint ..... Nec si mihi totum cœlorum regnum Joannes dederit, ei communicare sustinebo, nisi prius correcta fuerint illa, quæ per Orbem terrarum sunt operata hoc fidei naufragium.... Et gratias ago Deo, quod cum illis sunt & synodi & sedes & regna & judices, nobiscum vero Dominus Deus, & munda atque intemerata fides in eum. „ Sed hic erat status quæstionis, utrum ex Baluz. Synod. c. 146. Ibid. C. 147.

CHRISTI AN. 434. ejus parte, an vero adversariorum staret recta fides, quam contra totius Ecclesiæ authoritatem sibi vindicat, ac tribuit privilegium, quod Ecclesiæ proprium esse declarat Apostolus, qui eam vocat columnam veritatis.

Ibid. C. 148. & 160. Theodoretus his respondit, quod Helladius & Eutherius secum aliunde sententia restarentur orthodoxe docere Cyrillum. Unde concludit: " Rogo igitur sanctitatem tuam ut legens hæc, sicut de recta fide, sic & de Ecclesiarum pace cogites, quæ secundum veritatem nimis commoventur, & facti sumus universo populo ridiculi. „ Dolet tamen quod Nestorium anathematizaverit Joannes. Alexander in schismate perstitit obstinatius, omnes respuens pacis conditiones, nisi recepto Nestorio, Cyrilli capitula damnarentur.

Joannis Antioch. prævaricatio. Theodoretus tamen cum Joanne Antiocheno collocutus, pacem ejusque communionem ea lege complexus est, ut nullus coarctaretur ad subscriptionem depositionis Nestorii. Prævaricatio Joannis, fautores Nestorii pervicaces in communiona sua recipientis, non potest trahi in exemplum, quandoquidem Theodoretum ejici ut hæreticum postea jussit Chalcedonensis Synodus, nisi Nestorio diceret anathema. Hanc unionis conditionem acceptarunt Episcopi utriusque Ciliciæ & Isauriæ, exceptis Meletio Mopsuesteno, & Alexandro Hierapolitano. Meletius ab Imperatore Melitinam in Armenia relegatus est, agente Joanne Antiocheno, qui in ejus locum Chomasium vel Thomam ordinavit. Pro Alexandro suo Metropolitano apud Joannem intercessit Theodoretus, qui modis omnibus eum ad pacem sollicitavit: verum ille obduratus in sua pervicacia perstitit.

Titus Comes, & Dionysius ejus vicarius Alexandrum blandis literis cohortati sunt, ut cum cæteris consentiret, inita cum Joanne communione: si vero debitam Synodo Ephesinæ & Imperatori denegaret obedientiam, contumaci exilium imperare cogerentur. Utrique respondit:

Ibid. C. 182. " Ille scilicet Joannes, qui nunc contra nos quatuor Imperiales literas clementer obtinuit, & ante Ephesum, & in Epheso, & post Ephesum hæreticum sciebat Ægyptium . . . & nunc adversum nos usque ad sanguinem pugnat, eo quod parati sumus per virtutem Dei contra Cyrilli hæresim repugnare usque in finem. Quando tibi placuerit illam persecutionis, quæ contra nos lata est, formam promulgare, mihi jubeat vestra magnitudo, ut sub silentio & absque strepitu abeam, & hoc modo, quæ sancita sunt, impleam. „ His acceptis, Titus Lybiano Euphratesiæ Judici mandat, Alexandrum, si in proposito perstiterit, ejicere, eumque in ejus loco suscipere, quem Synodus ordinarit. Alexander his cognitis, Hierapoli sponte clam exiit; cives graviter indoluere prope conversi in seditionem. Ecclesias, quas clauserant, aperiri, & divinum officium celebrari jussit Lybianus, se pro ipsis intercessurum pollicitus: promissis stetit missa simul rerum gestarum relatione. Joannes Hierapolitanis

Ibid. C. 187. sic benigne scripsit . . . Spondemus quia, si possibile fuerit ut correctione resipiscens deponat superbiam pristinam, parati sumus eum excipere, & ad vos cum nostra & illius festivitate remittere. Contumax ad Phamatim Ægypti metallum relegatus est.

Schismatici depositi. Episcopi quindecim sectatores Nestorii & pacis inimici suas sedes amiserunt, ex iis sex per vim expulsi sunt, reliqui sponte cesserunt. Eorum pœnitentiæ nullum extat indicium.

CHRISTI AN. 435. *Theodosii lex adversus Nestorium.* Imperator, ne Nestorii hæresis sensim glisceret ac turbaret Imperium, sic adversus ejus sectatores statuit: " Hac lege sancimus, quotquot ubicumque execrandæ opinionis Nestorii sequaces extiterint, eos Simonianorum nomine appellandos esse . . . Decernimus præterea, ne quis impios sacrilegi Nestorii libros, quos de sacra Orthodoxorum religione, & adversus dogmata Episcoporum, qui in sacra Ephesina Synodo convenerunt, dedit, habeat, aut legat, aut transcribat: quos etiam omni studio ac diligentia undecumque conquisitos publice concremari volumus . . . Nullamque domum, aut agrum, aut suburbanum, aut alium quemcumque locum conventus causa occulte aut manifeste eisdem concedi. Decernimus enim hujusmodi homines omni conventus habendi facultate privatos esse . . . Quicumque nostram hanc legem transgressus fuerit, & Nestorium imitatus, omnium bonorum amissione multabitur . . . . „ Data tertio nonas Augusti, anno 435.

Conc. t. r. ed Hard. to. 3. Lab.

Theodosius anno sequenti Nestorium, tot dissensionum facem, ne eas præsentia sua foveret, longius submovendum prudenter judicans, aliam legem dedit ad Isidorum Præfectum prætorio & consulem.

CHRISTI AN. 435. Conc. t. 3. Labbe. " Tua celebris dominatio hac pragmatica sanctione sive peculiari authoritate ostensa, prædictum Nestorium ob admissam a se impietatem in perpetuum exilium Petras, prope Oasim Amoenam deportari jubeat, omniaque illius bona Ecclesiæ Constantinopolitanæ addicat. „

Evagr. l. 1. c. 7. Hic captus a barbaris, & postea dimissus venit in Thebaidem. Panopolim ingressus, Provinciæ Præfectum literis suis obtestatus, ut de sua captivitate & transmigratione referat ad Imperatorem, Præsidis jussu deductus est Elephantinam in finibus Thebaidis, moxque Panopolim reductus: demum in fines Thebaidis relegatus

Nestorii mors. jussu Imperatoris. Scriptorem quemdam legi, inquit Evagrius, de illius morte ita narrantem: eum lingua vermibus erosa ad graviora & sempiterna migrasse supplicia. Ejus corpus putredine corruptum, refert Theodorus Lector.

Theod. lib. 2.

Baluz. Synod. C. 209. XXIV. Orientales Episcopi non pauci præsertim in Cilicia clam sectabantur dogmata Nestorii, cujus depositioni non subscripserant. Id cum ex multorum relatione comperisset Cyrillus, Aristolao Tribuno & pacis sequestro scripsit: " Orabam ut omnes per Orientem Episcopi nec suspecti a principio ullatenus fierent de malo sensu Nestorii . . . sed ut addisco, lingua quidem nonnulli anathematizant vesaniam Nestorii, audent vero rursus ea sapere & loqui quæ ejus sunt . . . Quia vero . . . omni reverentia dignæ sunt personæ hæc testantium, dignetur tua virtus semetipsam Deo commendandam cura attentiori intendere, ut præcipue qui in suspicione sunt ejusmodi mali, anathematizent contaminatum Nestorium propter multas blasphemias ejus. Non enim id tantum dixit, quia sancta Virgo non esset Dei Genitrix, sed & alia super hæc adjiciebat mendacii patrocinia contra rectam & Apostolicam traditionem. Duos enim nominabat Christos filios, unum quidem semotim ex Deo Patre Verbum, alterum vero præter eum semotim, illum ex semine David, & quem divinitatis organum nominabat . . . Si vero & anathematizant voce, & sapiunt altera, videant impendens sibi a Deo periculum, & prolatum terminum, seu Canonem, ab universali Concilio, quod in Epheso congregatum est. Definivit enim ut qui ea, quæ sunt Nestorii, loquuntur, aut sapiunt, sive Episcopi fuerint, sive Clerici, a Sacerdotio repellantur. „

Ibid. C. 10. *Cyrillus agit contra occultos Nestorianos.* Specialiter de Theodoreto conquestus est apud Joannem Antiochenum: " Credebam, inquit, quod postquam semel scripsit & amplexus est pacem, ac recepit a me salutationis pacem: quæ pacationi videbantur officere, abstulerit & ipse de medio. Sed ipse mihi tradidit Rev. Presbyter Daniel, quod nunc usque perstitit . . . Nestoriique blasphemias nec anathematizavit, nec pertulit ejus dejectioni subscribere. „ Cyrillus tantum scandalum ut de medio tolleret, quid egerit, scripsit Maximo & Thalasio Presbyteris & Archimandritis: " Alienum est ab anima Sacerdotis, inquit, & quæ populis præsidere sortita est, lingua quidem anathematizare polluta & contaminata Nestorii dogmata, refertam vero iis habere mentem, & avertere animas fratrum, pro quibus Christus mortuus est. Scripsi & domino meo Tribuno Aristolao, & aliis quibusdam . . . . Quoniam vero mihi multi Orthodoxorum Episcoporum scripserunt, opposita sibi seu populis, qui sub eorum manu sunt, ab insensatis Nestorianis, colligens ea librum brevem scripsi de Incarnatione Unigeniti, in tribus capitula redigens omnem de fide sermonem. Et primum quidem est, quod sancta Virgo sit Dei Genitrix. Secundum, quia unus est Christus, & non duo. Tertium vero, quia manens impassibile Dei Verbum, pertulit propria carne pro nobis. Igitur religiositas vestra præparet eum ab Orthodoxis legi. Placebit, sicut arbitror, omnem fere illorum solutam habens excusationem. „

Orientales omnes anathematizant Nestorium. Aristolaus hujus prævaricationis Orientalium certiorem fecit Imperatorem, qui intelligens quantum fidei periculum immineret, si Nestorii hæresis clam sensim glisceret, donec invalesceret, sicque majus excitaret incendium, quod facile restingui non posset, Orientalibus per eumdem Aristolaum misit edictum, quo decretis Ephesinæ Synodi subscribere jussi sunt. Paruisse fere omnes constat ex sequenti Synodica Helladii Tarsensis & aliorum Ciliciæ Episcoporum.

" Adve-

CHRISTI AN. 435.

Ibid. C. 192. Concil. tom. 1. ed. Hard.

" Advenienta ad vestræ Ciliciæ provinciam clarissimo viro Aristolao Tribuno & Notario . . . . . . " pronam nostram voluntatem & obedientiam, quam circa vestræ Deo amabilitatis pias sanctiones habemus, ostendimus. Juxta enim divinas præceptionas vestras communionem cum sancta Synodo, quæ in Epheso facta ast, amplectimur: & Nestorium, qui quondam fuit Constantinopolis Episcopus, habemus depositum, & anathematismo subjicimus super omnibus, quæ impie coram Ecclesia docuit, seu in scriptis exposuit, seu semotim locutus est: sequentes sanctos Episcopos Xistum Romæ, & Proclum Constantinopolis, & Cyrillum Alexandriæ, & Joannem Antiochiæ, & omnes reliquos religiosissimos Episcopos in omnibus quæ pie definiuntur ab ais: coanathematizantes ipsum Nestorium, & eos qui eadem impie asserunt, id est, Nestorianos, quos juste vestrum sic cognominavit Imperium. "

Ibid. C. 197.

Joannes Antiochenus hac secunda Aristolai legationa se notari sentiens, ut prævaricationem suam quoquo modo tegeret, Proclo per eumdem Aristolaum scripsit, quod a quatuor annis cum omnibus Orientis Episcopis anathematizaverit Nestorium & impia ajus dogmata, ajusque depositioni subscripserit. Tum addit: " Complacemus atque sentimus ut nihil nequa adjiciatur atque dematur de expositione in Nicæa a SS. Patribus facta . . . . . Intelligimus vero eam, traditamque recipimus circa intallectum, & verbum, & sermonem, sicut hi qui anta nos fuerunt Episcopi, in Occidenta quidam Damasus, Innocentius, Ambrosius, & alii Patres: in Hellada vero & Illyrico, Methodius, & alii Patres qui pietate claruerunt: & in Africa Cyprianus: in Alaxandria, Alexander, Athanasius, Theophilus: in Constantinopoli, Nectarius, Joannes, Atticus: in Ponto, qui circa Basilium atque Gregorium: in Asia, Amphilochius, Optimus: in Oriente Eustathius, Meletius, Flavianus, & omnes quicumque similiter talibus pietata micuerunt . . . . sed nescio unde nobis, & Ecclesiis procuratus ast malus iste circuitus, qui revolvitur mordens, non solum, quantum videtur, nos, sed & eos qui ubique sunt, nisi nunc Deus per vestram Deo amabilitatem restinguat incendium. "

Ibid.

" Hi qui ex Paralia, seu maritima, sunt Episcopi his consona componentes & subscribentes direxerunt. Illi qui ex secunda Phœnicia venientes propter ordinationem Theodori Episcopi Damasceni, ipsi quoque subscripserunt. Cilices utrique ab anno præterito his convenientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt. Arabes per Metropolitanum suum . . . . Antiocheni his acquieverunt. Mesopotamia & Osrhoena & Euphratasia & Syria secunda omnia quæ fecimus, unanimiter vindicarunt. Ab Isauris quæ facta sunt, olim vestra Deo amabilitas longe ante suscepit. Primæ Syriæ hæc ipsa nobis eum per semet & sapiunt, & subscripserunt universi. Qualiter autem qui apud nos Clerus ast & audierit hæc, & tuam religiositatem laodavarit propter has tuas beatas curas, adjacet tuæ sanctitati a clarissimo Tribuno & Notario Aristolao discere, quem sicut filium proprium adspeximus, & per eum nota fecimus universa. Cessant igitur, quæso, hæc de cætero usque in finem per te & sapientiam tuam & sudores & labores singulorum dierum, qui semper Ecclesiis prosunt . . . . Ut paululum ax his improvisis malis respirantes, quæ propter maledictum Nestorium mundus expertus est, adversum Gentiles possimus resistare, & adversum cuncta Judaica, & maxime quæ sunt Laodiceæ: subito enim impii Judæi Archi-diaconum mirabilem virum in theatrum ducentes punierunt: insuper & contra eos qui in Cilicia effrænate resistunt. Sunt namque adhuc rebelles ex conspiratione Nestorii contra vaneratorem vestrum domum Choneum, quem juvare dignare. " Hæc apistola scripta fuit anno 437. nempe quatuor annis postquam Paulus rediit Alexandriam. Aristolaum vero missum anno superiore 436. ex eadem colligimus, perlustratisque Orientis Provinciis, ut Episcopos hortaretur ad subscriptionem depositionis Nestorii, postremo venisse Antiochiam.

Hæc paulo susius retulimus propter eos, qui etiamnum scripsere, Nastorium recta sensisse, male locutum essa, & deterius interpretatum. Præterea si quis eum actis authenticis, quæ retulimus, confarat quæ de Ephesina Synodo refert Basnagius in sua historia, cuilibet legenti fiet manifestum, quam fidem mereatur.

Diodori & Theodori Mopsuest. libros divulgant Nestoriani.

XXV. Nastorii libris Ecclasiastica & Imperiali lege prohibitis, ad alias fraudes se convertunt Nestoriani. Divulgant Nastorium non novam, sed vatarum Patrum tradidisse doctrinam, scilicet Diodori Tarsensis, & Theodori Mopsuesteni, qui in communione Ecclesiæ diem extremum clauserant. Eorumque volumina in Syrorum linguam & Armenorum & Persarum translata publicant, ac per omnas Provincias disseminant. Acacius Melitinensis, & Rabulas Edessanus Episcopus libros Theodori publice anathematizarunt, & scripserunt Armenis ne eos susciperent, siquidem Theodorus essat author dogmatis Nestoriani. Ciliciæ vero Episcopi insimulaverunt Rabulam & Acacium, quod hæc non ex charitata, sed ex æmulatione, & contentione fecissent. Rabulas autem D. Cyrillo scripsit: " Theodorus Episcopus, vir potens persuadera, alia quidem super tribunali Ecclasiæ statim dicebat ad populi placentiam, alios autem laqueos perditionis in scriptis ponebat . . . . . Primum exposuit non asse vere Dei Genitricem sanctam Virginem . . . . sequitur autem hoc, & quod est de humanatione: nec enim dicunt secundum substantiam, vel secundum subsistentiam unitum esse Deo Verbo hominem, sed bona voluntata quadam, tanquam divina natura non suscipiente altarum modum unitatis, quia incircumscriptibilis ast. Iste & Dominum nostrum Jesum Christum dixit non oportera adorare sicut Dominum, sed ralatione Dei honorati sicut quamdam imaginem . . . . . Ista & carnem Domini pronuntiavit nihil omnino prodesse . . . . . Iste & Apostolum dicit non cognovisse Christum, quod Deus erat, sed supra fidem quæ est in homine, ædificatam esse Ecclasiam. Cyrillus ei rescripsit: " Semper quidem tua splenduit sanctitas, præcipue autem modo, facta omnibus Orientalibus columna & fundamantum veritatis, & sicut quemdam pestiferum expellens morbum, novæ & abominandæ hæreseos Nestorii blasphamiam. Nam procedit quidem ex altera radice, illius dico, qui de Cilicia erat, illa impietas. " Rabulas cæcus quidem, sed mente oculatissimus, Clericorum suorum vexationem passus propter Fidem Orthodoxam, paulo post pie obiit. Successorem habuit Ibam, qui ab ajus vestigiis deflectens, in veritate non stetit.

Liberat. brev. c. 10.

Concil. tom. 5. Lab. p. 496.

Teodori Mopsuest. errores.

Cyril. ad Rab

Liberat. C. 10.

XXVI. Interea congregati sunt in unum Armeniæ Episcopi, & miserunt duos Presbyteros Leontium & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, secundum morem, cum libellis suis & uno volumina Theodori Mopsuestani, scire volentes, inquit Liberatus, utrum doctrina Theodori, Rabulæ & Acacii vara esse probaretur. Extat autem in actis quintæ Synodi eorum legatorum libellus, quo Theodorus ut impius hæreticus, Nastoriique præcursor dure perstringitur: doctrinam ejus impiam esse argo non dubitabant. Proclus accipiens Armeniæ Episcoporum libellos, & Theodori volumen, diligentius utraque axaminans, tomum Armenis destinavit. In eo Trinitatis & Incarnationis mysterium diligenter exponit, atque unum de Trinitata Incarnatum, præcipuasque Nestorianorum fallacias refellit, hortaturque ut constantes in fide perseverent; Theodori Mopsuesteni nulla fit mentio, nomini parcit dum confutat errores. Proclus tomo supposuit etiam capitula quædam, collecta ex Theodori codicibus, quæ consonantem Nastorii perfidiæ intellectum habent, & adhortatos ast etiam illa anathematizari pro commum fide servanda, atque cum suo Concilio tomum suscipere & subscribere. Idem scripsit epistolam, in qua dicit: " Dicentes autem passibilem Deum, id est Christum, confitamur eum . . . . propria carna crucifixum, & ita prædicantes nullo modo fallimur. Quoniam quidem & unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, & divinitatem passibilem minime blasphemantas . . . . Hæc direxit Joanni per Theodorum Diaconum. "

Baluz. Synod. C. 222. Liberat. ibid.

Facund. l. 8. c. 2.

Maximus autam Archimandrita damnandis articulis Theodori Mopsuesteni nomen inseruit. Joannes autem & qui cum eo erant congregati Episcopi legentas tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt, articulos vero damnare noluerunt, ne Theodori Mopsuestani memoriam pariter damnare viderentur; quod & li-

CHRISTI An. 435.

teria suis Proclo significarunt. Proclus Maximi factum improbavit, eisque præcepit, ut omnia cum Joannis voluntate facerent. Joannes interim Cyrillo scripsit: " Initium apud nos alterius tempestatis surreait, & plurimis est timor, ne forsitan quidam instabiles ad priora revertantur .... Dicunt enim quosdam interpellasse Christianissimos Imperatores, & postulasse per divinam eorum sanctionem anathematizari libros Theodori Mopsuesteni, ipsumque memoratum virum, cujus nomen magnum est per Orientem. Contristantur omnes, quod vir nobilis & defunctus in communione Ecclesiarum anathematizetur: „

Cyril. ep. ad Procl.

Ibid. Cyril. judicium de Theodoro Mopsuest.

D. Cyrillus bis permotus Proclo scripsit. " Vix aliquando multisque sudoribus sanctitatis tuæ sanctique Concilii apud Ephesum congregati, Nestorii vaniloquia rejecerunt ubique Dei Ecclesiæ, nimium vero contristantur propter hoc quidam Orientalium, non solum laicorum, sed etiam Sacerdotum... Verumtamen Dei gratia sive occasione, sive veritate unum Christum loquuntur & prædicant, & impias Nestorii verbositates anathematizaverunt; & interim multa tranquillitas ibi est, & in fide quotidie confirmantur etiam illi, qui aliquando dubitabant...., Nunc vero quod in conscriptis Theodori invenimus quædam nefarie dicta, & nimiæ plena blasphemiæ, nulli dubium est recte sapientium. Sciat vero sanctitas tua, quod prolata apud sanctam Synodum Ephesinam fidei expositione ab eo composita ...... reprobavit quidem eam sancta Synodus, utpote perversis plenam intellectibus, & Nestorianam impietatem quasi effluentem. His vero condemnatis, qui sic sapiunt, nullam viri mentionem fecerat dispositive, nec ipsum nominatim anathemati subjecit propter dispensationem, ne quidem ad existimationem tanti viri respicientes, sese ipsos ab Ecclesiis separent. Dispensatio vero in his optima res est & sapiens. Si enim adhuc in vivis esset, & Nestorii blasphemiarum fautor, aut suffragari vellet iis, quæ scripsit ipse, anathema etiam in propria persona subiisset. Quoniam vero ad Deum abiit, sufficit, ut ego puto, ea quæ ab eo absurde scripta sunt, rejici ab eis, qui recte sentiunt: quandoquidem ulterius progredi nonnunquam tumultuum occasionem præbeat .... Si hæc tuæ sanctitati placent, indicare digneris, ut communibus literis mandeptur. „

Liberat. C. 10.

Basilius Procli Diaconus sumens ejus tomum, paulo post venit Alexandriam, & Armenorum libellos suis libellis annectens obtulit Cyrillo. Præterea ut ipsemet Cyrillus scripsit ad Acacium Melitensem: „ Maximus Diaconus Antiochenus & Archimandrita ...... legit mihi epistolam sanctitatis tuæ ad Joannem Antiochenum, plurimæ plenam confidentiæ simul & amoris Dei. Scripsi & ego tales epistolas ad eum: sed, ut video, pejora vincunt. Confingentes enim ea quæ Nestorii sunt odisse, alio iterum ea introducunt modo, quæ Theodori sunt admirantes, & certe æqualem, magis vero multo pejorem morbum impietatis habentia .... & unum malæ doctrinæ ex suo corde evomunt venenum, Scripserunt etiam ad me Orientales, quod non oportet quæ Theodori sunt, accusari, ne, sicut dicunt, & beati Athanasii, & Theophili, & Basilii, & Gregorii dicta accusentur. Ego vero scribentes ista non sustinui, sed fiducialiter dixi, quod Theodorus blasphemam quidem habuit linguam & calamum ei ministrantem: illi autem fuerunt totius Orthodoxiæ Doctores. Hæc vero sic persuaserunt Orientalibus, ut exclamationes in ecclesiis fierent a populis: crescat fides Theodori, sic credimus, sicut Theodorus: & lapidaverunt eum, qui aliquando ausus est aliquid brevi subloqui ...... Inspectis igitur Theodori & Diodori libris,...... posui aliqua capitulorum, & quo potui modo contradixi eis, declarans ubique abominationis plenam esse sectam eorum. Cum autem me adhortatus esset Maximus, ut interpretarer fidei symbolum Nicænum, ad hoc me contuli. Affirmat enim versute quosdam ipsum sequi..... & ea quæ sunt recte & constanter dicta, ad id quod sibi videtur, detorquere: ne vero hæc ignoret tua sanctitas, librum misimus & tomum. „

Cyril. ep. ad Acac. Melit.

Cyril. in S. symbolum.

In eo quidem hoc instar primi principii præmitti fidem integram cum bonis operibus esse necessariam, ut quis vere placeat Deo. Tum refert symbolum Nicænum, cujus partes sic interpretatur. " Credere se dixerunt in unum Deum, ut funditus quodammodo Gentilium opiniones everterent...., Porro cum Filii mentionem fecissent ......, genitum & non factum esse dicunt. In eo quod non factus intelligentes, eum secundum essentiam in creaturarum ordine minime censeri, sed extitisse illum affirmantes ex ipsa Dei & Patris essentia, sine tempore incomprehensibiliter. Erat enim Verbum in principio...... Igitur Consubstantialis est Filius Patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus esse dicitur..... cæterum cum omnium tam invisibilium, quam visibilium Patrem esse factorem pronuntiassent, per Filium omnia facta esse dicunt; non ut minorem gloriam, quasi sortem quamdam ipsi convenientem tribuerent, minime quidem: ubi enim omnino minus, vel etiam majus, id identitate substantiæ videri potest. Sed quod Deo & Patri natura sit insitum, non alio modo aliquid operari, & vocare ut sit, quam per Filium in Spiritu, tanquam per virtutem ac sapientiam suam. „

CHRISTI An. 435.

Ibid.

" Postquam demonstrarunt Consubstantialem, ejusdemque gloriæ, & ejusdem in operando efficaciæ cum Patre Filium, opportune commemorant ipsum hominem factum; nam utrumque credentibus necessarium est. Propter hoc dicunt; Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, Incarnatus, & homo factus est.... Intelligi autem poterit descensus ...... ex cœlo, vel etiam ab ipso Patre......, Unde cum sanctos discipulos suos alloqueretur, dixit: Exivi a Patre & veni in mundum..... nam cum in summa celsitudine esset, & cum Patre suo secundum substantiam super omnia, utpote identitate unius cum ipso naturæ clarus, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum. Enimvero quoniam verbum, quod Deus erat, quamvis carnem nostram induisset; mansit tamen sic quoque Deus..... Et carnem sumpsit anima intelligente præditam.... Et quæ carnis erant, sibi propria fecit. Non enim caro ipsi ineffabiliter, & inenarrabiliter unita, alterius cujuspiam erat, sed ipsius ejusdem. Ita & sapiens Joannes: Verbum, inquit, Caro factum est: non quod secundum transitionem, vel conversionem, vel commutationem, in carnis naturam transmutatum sit; neque quod commixtionem aut concretionem, aut quod consubstantiationem subierit; id enim est impossibile, quoniam secundum naturam incommutabiliter & inconvertibiliter se habet. Sed quod ex Virgineo & illibato corpore, carnem anima intelligente animatam assumpserit, & suam fecerit..... Neque prius homo intelligitur Christus, deinde sic progressus, ita ut esset Deus: sed Deus existens Verbum factum est homo, ut in eodem Deus simul & homo intelligatur idem. Qui autem ipsum in duos dividunt filios, & audent dicere, quod ex semine Abrahæ hominem sibi ipsi conjunxerit Deus, & communicaverit illi dignitatem & honorem, ac filiationis excellentiam, & præpararit illum ut ferret crucem, moreretur, & reviviscеret, ac in cœlum ascenderet, & ad dexteram sederet Patris, ut ab omni creatura adoraretur, & honorem relatione ad Deum habita sortiatur; primum quidem duos filios prædicant: deinde sacramenti vim imperite retorquent...... Quod autem Pontifex factum sit nobis Unigenitum Dei Verbum, quando & homo factum est, quomodo dubitari potest, cum divinus Paulus scribat: considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum? Itaque Sacerdotii dignitas humanitatis mensuris convenire recte intelligitur; & minor quidem quam ut Dei Verbi naturæ ac gloriæ competat: non tamen illi cum carne dispensationi indecens,...... Quod autem Incarnatum Dei Verbum consideat & æqualis gloriæ sit cum Deo Patre etiam cum carne, tanquam unus existens Filius etiam quando factum est homo, manifestat Paulus scribens: Talem habemus Pontificem, qui sedet in dextera Throni magnitudinis in excelsis....„ Demum multis Scripturæ testimoniis probat Christum esse vere Deum; qui cum natura sua sit impassibilis, in carne passus est.... " Spiritus quoque sancti, inquit, mentionem faciunt Nicæni Patres. Credere namque se in illum dixerunt, simili modo videlicet ut in Patrem & Filium; est enim ipsis Consubstantialis; & profunditur quidem, seu procedit, sicut a fonte Deo & Patre; tribuitur autem creaturæ per Filium. „

Joan. 16.

Ad Philip. 2.

Joan. 1.

Ad Heb. 8.

Ibid.

Basi-

CHRISTI AN. 435. Baluz. Synod. C. 198.

Basilius Diaconus ad Reginas & Impetatorem detulit hanc fidei eepositionem, eum Cyrilli literis, quibus Orientis turbas eeponit, & quare symbulum eeposuerit, hortaturque us animas suas intactas servent e Diodori & Theodori impietatibus, qui Patres fuerunt Nestorii blasphemiæ. Ista significavit Lamponi Presbytero & Clericis, qui res ejus curabant Constantinopoli. Basilius Constantinopolim veniens libellos composuit, & Proclo porrexit, associans cuncta, quæ entea Cyrillo porrexerat, eognoscensque Proclum jam destinasse tomum suum Armenis, scripsit libellum, in quo docuit libros Theodori vitandos, sicut Arii, & Eunomii blasphemias.

Liberat. C. 10.

Post hæc surrexerunt quidam monachi ab Armenie, duo vel trie portantes excerpte capitula de libris Theodori Mopsuesteni, & quorumdam sancturum Patrum, qui tunc scripserant contre Apollinarem; & intreuntes regiam eivitatem calliditate sua oronia perturbabant. Deinde circumeuntes totius Orientis eivitetes & universa monasteria, demnanda esse cum authuribus clamabant, aceusantes ea Nestorieno sensu fuisse conscripta, & quurumdem uteores patrocinio, terrebant minis Clericos, populos & monechos.

Ibid.

XXVII. Joannes Antiochenus, his cognitis, totius Orientis Synodum congregat Antiochiæ, ejusque nomine tres dictevit epistulas, & unem quidem direcit Theodosio Imperatori, aliem Cyrillu, tertiam Proclo, laudans in eis Theodorum, & exponens

Epist. ad Joan. epud Cyril.

ejus sapientiam. Theodori scripta ut entiquis Patribus consuna defendit, & si quædem, inquit, ab eo dure dicte sunt, necessitate compulsus dixit, ut melius resisteret hæreticis, naturarumque proprietates in Christu dividens, prout res eeigebat, sumroam earum unionem non negans; addit in excerptis Procli, eujos tomum ad Armenos laudat, esse quædero, quæ possunt eliter intelligi, quam dicta sunt, atque ex his concludit: " Ut autem enatheme eis imponerur, erbitremur audae & asperum apperere, etsi personæ eum dictis non anethematizentur. Quis enim nostrum speret . . . . . . quod inde populi non perturbentur . . . Quid non præbebimus ee hoc desiderabile Nestorii defensoribus? Quis eum non honorebit, si eum isto & aliis, qui in Episcopatu vitam deposuerunt, simul enathematizetur. „

Facund. l. e. c. 2.

Imperatorem vero sic alloquitur: " Theodorus, quem quando dicimus, virum dicimus in Episcopatu clarum finem habentem, & quinquagiota pene annis fortiter repugnantero cunctis hæresibus, & in expositionibus, quas in omoibus Ecclesiis Orientalibus faciebat, & quas in regia civitate, valde esse comprobatus apparet, a nullo unquam neque majorum, neque similium judicatus est hæreticus. Econtrariu autem ab omnibus Sacerdotibus propter eam, quæ illi aderat doctrinæ gratiam, in admiratione semper ust hebitus . . . . . . & non a Sacerdotibus tantum, sed & a saeratissimu vestro avu Theodosio, qui in desiderio visionis viti fectus, in Ecclesie ejus doctrinæ fuit euditor: nec arbitratus est alterum se talem comperisse Docturem, quem nunc sperount aliqui, teuquam sortem sumentes probandi & teprobandi obeuntium Doctorum, quos volunt . . . Iste est Flavieni magni Pontificis amantissimus discipulus, & B. Joanois Constantinopoliteni Episcopi condiscipulus, eujus memoriem redivivam fecistis, maximam hanc gloriam pietatis vestræ Imperiu facientes. „

Cyril. ep. ad Joan.

D. Cyrillus rescribens postquam egit de mysterio Incarnationis, quod recte eeposuisse Proclum ait, & de damnatione Nesturii, qua compreheodi contendit eos, qui paria cum ipso sentiunt: hic addit: Infames eutem opiniones Diodori ec Theoduri, quos nun laudare satius eret, ne quid grevius dicam, propterea quod plenis quodammodo velis edversus Christi glotiam ferantur, nemo, obsecro, senctis Orthoduxis Patribus nostris, Athanasio, Basilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis tribuat, ne quu pecto res hæc nonnullis scandali fiat occasio, existimentibus revera ita sensisse, ac docuisse viros totius fidei custodes . . . . . . uptamus autem ut omnes res soas agent, neque turbas Ecclesiis excitent. „ Hortatur demum ut Nestorii sectetores benigne suscipiet; & si qui Clerici vel Monechi aceusentur sentire cum Nesturio, hoc audiat & jodicet in Ecclesia. Proclus vero sic respondit Joanni.

Facund. l. 8. c. 2.

" Ex hoc, quod in tomo directu subscripsi, & illa capitula, quæ subjecta sunt, repuli, utpote subtilitatem habentia pietatis. Neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam, qui jam defuncti sunt, scripsi tibi aut ut anathematizetur, aut abdieetur. Sed neque charissimus Theodorus, qui a nobis directus est Diaconus, talia mandata percepit. „

CHRISTI AN. 435.

Ibid.

Imperatoris rescriptum hos motus consopivit; Joannem Antiochenum & ejus Synodum hortatur, ne nullius eos momenti deputent, qui euntra suam salutem propriam vulunt religionem saluberrimam perturbare. Illa enim est, inquit, nostræ majestatis intentio, ut eum quiete omnes homines degant: præcipoe autem sanctæ Ecelesiæ Dei, per quas & nos salvamur, & nostrum erescit imperium. Hac itaque voce quieti Ecelesiæ pruvidete.

CHRISTI AN. 437. Jornand. c. 97.

XXVIII. Annu 437. Valentinianus Imperator Rume Constantinupolim, ob suscipiendam in roatrimonium Eudoeiem Theodosii Principis filiam venit, datque pro munere socero suo tota Illyria; celebratis nuptiis ed sua regoa cum uxure tecessit. Sixtus Romanus Pontifex post istam donationem, ut jus suum retineret in omnes Illyrici ecclesias, duas dedit epistoles. Jam unam scripserat universis Episcopis in Synodo apud Thessalonicam congregandis.

Holsten. collect.

" Nus, inquit, Fratri & Co-episcopo oostro Anastasiu tantum tribuimus, quantum decessoribus ipsius a nostris decessoribus attributum . . . . Habeant honorem suum Metropolitani singulerum . . . . & in Provincia sue jus habeant ordinandi; sed inseio vel invito Anastasio, quem de omnibus volumus ordinationibus consuli, nullus eudeat ordinare. Ad Thessalonicensem majores causæ referantur Antistitem. Ipsum major eura respectet, eos qui ed Episcopetum vocantur, discutiendi sollieitius, & probandi . . . . Noverit Corinthius Episcopus sibi licentiam potestatis liberæ minime tribuendem . . . . . . eui necesse est nos quoque, si quid tentare voluerit, obviare. „ Date octevo Idus Julias anno 435. alteram decimo quinto Kelendas Jenuerias anni 437. scripsit universis Episcopis Illyriei, quibus eadcro præscribit. Id unum addit: Nec his vos Fratres carissimi constitutis, quæ præter nostre præcepta Orientelis Synodus decernere voluit, credatis teneri: præter id quidem quod de fide nobis consentientibus judicavit. Loquitur de Synodo Constantinopolitene, quæ secundum honoris locum regiæ urbis Episcupo decreverat.

Ibid.

Eodem die Proclo scripsit, cujus eximiam scientiam, morumque probitatem & summam in observandis Canonibus sollicitudinem laudet. Tum subjieit: " Id ergo quod nos quoque servemus, fraternitetem tuam, quam scimus hoc suo more facturem, volumus custodire: id est, ut si quis harum provincierum, quæ ad Fratrem & Co-episcopum nostrom Thessalonicensis urbis Antistitem pertinent, Sacerdos adveniat præter ejus conscientiem, si sine ejus epistulis etque formata venire tentaverit, tenquam disciplinæ Ecclesiesticæ despector & contemptor Cenonum, quos nos temereri ex aliqua parte non patimur, habeatur . . . . Discent omnes illius Provinciæ Sacerdotes tantæ fraternitatem tuam esse censuræ, ut nun permittas fieri quod non licet a Sacerdotu tenteri . . . . Habes recentissimum nuper habitæ actionis exemplum fratris nostri Idduæ, eirea quem tuæ fraternitatis decrevimus judicium custodiri. „ Asiaticos ergo ille Episcopus Romanum appellarat Pontificem, quod & Orientales entee fecisse vidimus: certum primatus illius jurisdictionis argumentum.

Socrat. l. 7. c. 45.

XXIX. Proclus secto Kalendas Octobris, ejusdem anni, cum de more laudaret D. Chrysostomum, cujus dies festus tunc egebatur, clamoribus populi Juannem sibi reddi postulantis interpellatus, Imperatori persuasit, ut Joanois corpus, quod Comanis sepultum erat, Constantinopolim deportari juberet. Illudque solemni pompa per urbem traductum, ingenti cum honore in Ecclesiem Apostolorum deposuit die sexto Kelendes Februarii, enno post ejus abdicationem trigesimu quinto. Hoc modo eos, qui ub depositionem Joannis seorsum conventus agebant, ad unitetem Ecclesiæ revocavit. Imperator vero secro turnulo chlamyde tecto, & fronte etque oculis urnæ impositis, communem supplice precetionem fecit pro parentibus, petens, ut iis, qui per imprudentiem peccassent, Deus veniam concederet.

CHRISTI AN. 438.

Sozom. l. 9. c. 2. *Martyrum 40. reliquiæ translatæ.*

Eodem sedente Proclo reliquias quadraginta Martyrum militum, qui sub Licinio passi sunt Sebastiæ, inventas sic narrat qoi præsens aderat Sozomenus: Eusebia sectæ Macedonianæ Diaconissa ædes & hortum habebat haud procul a mœnibus urbis Constantinopolitanæ. Illic eorum sacras reliquias custodiebat. Jam moritura monachis ejusdem sectæ hunc locum reliquit, & jurejurando eos obstrinxit, ut ipsam illic sepelirent, ac supra caput in summa parte loculum ipsius separatim inciderent, & Martyrum reliquias una cum ipsa deponerent, nec ulli rem indicarent. Monachi id quod mandatum erat, fecerunt, sed oratorium sub terra circa mulieris tumulum ædificarunt. Postmodum Cæsarius Consul & Præfectus Prætorio uxorem suam ibidem sepelivit, atque ut ipse juxtam eam sepeliretur, locum emit. Monachi vero alio migrarunt nihil de Martyribus indicantes. Cæsarius demum in honorem Thyrsi Martyris magnificam illic ecclesiam Deo ædificavit. Pulcheria demum Augusta cum S. Thyrsius ter illi apparuisset, Martyres qui sub terra latebant, indicavit, utque ad ipsum transferrentur, præcepit, ut eadem depositione parique cultu quo ipse, fruerentur. Ipsi quoque 40. Martyres candidis vestibus amicti eodem tempore semetipsos indicarunt. Effosso circa ambonem loco, in summa parte ubi Martyres jacebant, exiguum foramen apparuit, quod ostendit Martyres intus conditos. Augusta confestim & Episcopus ad basilicam Martyris accurrunt, ac protinus ferreis vinculis circumquaque exemptis, operculum facile posthac extractum fuit, sub quo magna copia unguentorum, & in his duæ pixides argenteæ repertæ sunt, in quibus sacræ reliquiæ erant reconditæ. Augusta cum Martyres pretiosissima capsa honorasset, eos juxta S. Thyrsum deposuit: publica festivitate, ut par erat, & solemni pompa cum psalmodiis, & competenti cultu celebrata.

Socrat. l. 7. c. 14.

XXX. Imperator Theodosius pro acceptis beneficiis gratias & vota Deo persolvit. Quin etiam uxorem suam Eudociam misit Hierosolymam. Nam & illa hoc se voto obligaverat, si filiam suam nuptam vidisset, & ecclesias omnes, tam quæ Hierosolymis, quam quæ in aliis Orientis urbibus sitæ sunt, variis ornamentis decoravit, & cum illuc proficisceretur, & cum rediret: Lauras & monasteria construxit, instauravit muros urbis Hierosolymæ, atque in honorem primi omnium Diaconi & Martyris ædificavit templum splendore ac pulchritudine eximium uno circiter stadio ab urbe. Anno sequenti D. Stephani reliquias in martyrio S. Laurentii deposuit.

Evag. l. 1. c. 20. & 22.

Hoc anno 438. codicem suum ab ejus nomine dictum Theodosianum promulgavit. Codicis Gregoriani & Hermogeniani antea recepti ad exemplum constitutiones, edicta, rescripta, epistolas Christianorum Principum ab anno Constantini Magni septimo ad usque Theodosii junioris trigesimum primum vindicavit ab interitu. Liber decimus sextus in constitutionibus, quæ ad res personasque Ecclesiasticas pertinent, totus est. Magnorum virorum nomina, quorum in condendo codice consilia adhibuerit Theodosius, ibidem recenset in novella. Huncque ea de causa conditum esse testatur, quod pauci ætate sua extiterint, qui juris scientia ditarentur, ob immensam librorum copiam. Quamobrem, ait, detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex Domini Constantini temporibus roboramus: nulla post Kalendas Januarias concessa licentia ad forum, & quotidianas advocationes jus principale deferre, vel litis instrumenta componere, nisi ex his videlicet libris qui in nostri nominis vocabulum transierunt, & sacris habentur in scriniis. Hic codex non solum per Orientem, sed etiam per Occidentem repertus fuit, imo apud Ostrogothos in Italia regnantes viguit: sicut & ejus breviarium in Galliis, in Hispaniis sub Visigothis, Burgundionibus, Regibus Francorum primæ stirpis, ac sub Longobardis per Italiam.

Codex Theod.

S. Cyrillus adversus Julianum.

XXXI. Cyrillus & Theodoretus pace sancita inter Ecclesias scripserunt adversus Julianum Imperatorem, qui cum a fide Christiana defecisset, defectionis causas scripto libro reddidit, novumque gentilismum informavit: plurium enim Deorum secundariorum religionem unius supremi cultu temperabat, improbabatque Græcorum veterum & barbarorum absurditates, Christianosque & Judæos ex suis ipsorum libris impugnabat. Hos Imperatoris apostatæ libros, qui apud Cyrillum fere integri reperiuntur, Gentiles veluti clypeum opponebant Christianis; quapropter Christianorum Episcopi per septuaginta annos multis sermonibus eos oppugnarunt, tractatibus vero Cyrillus & Theodoretus, sed diversa methodo. Cyrillus ad singulas Juliani librorum partes subjungens suas responsiones, hominem pressis vestigiis etiam evagantem, & repetitionis abundantem sequitur. In eo opere, quod magna eruditione locuples est, primum tantum Juliani librum refellit, & de mysteriis Christianæ Religionis, quæ cum infidelibus communicare non licebat, parce admodum disserit; quemadmodum Juliani objectionibus contra baptismum respondens sic ipse monet: Ne ergo *ad profanorum* aures arcana deferens, offendam *Christum* dicentem: Ne detis sancta canibus, *neque projiciatis* margaritas vestras ante porcos: *relictis iis*, quæ sunt altioris intelligentiæ, ad illa *me potius* convertam, per quæ temere fertur *adversarius*. Cyril. lib. 7.

Julianus Christi divinitatem sic impugnarat: Scripturæ veteris Testamenti sic aperte docent unicum esse Deum, ut scias tu, quia Dominus Deus tuus, hic unus est, & non est Deus præter me. Hæc itaque Moyses, unum asseverans tantum esse Deum. At enim hi forsitan inquient: neque nos duos Deos dicimus, neque tres: Ego vero istud quoque ipsos dicere demonstrabo allato Joannis testimonio dicentis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Cernis quod apud Deum dicatur *esse ille qui ex Maria* genitus est .... Quo pacto igitur hæc cum Moysis scriptis consentiunt? .... Præterea vos Mariam Deiparam vocare non cessatis. Hic dum fatetur Julianus: primo, Verbum divinum, quod postea ex Maria secundum carnem natum est, a Joanne & Christianis verum Deum; secundo, B. Mariam a fidelibus vocari Deiparam. Quæ duo demonstrant evidenter prioribus illis sæculis hanc fuisse fidelium fidem, Christum esse verum Deum, qui semper apud Patrem extitit.

Cyril. lib. adv. Julian. Deut. cap. 4. Joan. 1.

D. autem Cyrillus sic respondet ...... " Arbitror prius manifeste docendum, Deum esse & ex Deo Verbum: tum ordine deinceps & hominem factum esse ..:...... sed forsitan existimat nos tres esse Deos confiteri, propterea quod Deo & Patri coexistere semper decernimus illum ex ipso, & in ipso, & proprium ejus Unigenitum Deum Verbum, adeoque Spiritum quoque sanctum, utpote Consubstantialem ipsi. Una siquidem illa divinitatis natura in tribus subsistentiis intelligitur, in Patre nimirum, Filio, & sancto Spiritu ...... Quare licet unum aliquis Deum dicat, non tamen sine proprio genimine Patrem usquam intelliget, neque vero sine Spiritu, qui secundum naturam ex ipso profluit, qui & proprius ejus est ...... Quocirca & nos unum quidem confitemur existere universitatis opificem ac Dominum, sed scimus una cum eo subsistere proprium ejus Deum Verbum, ex ipso secundum naturam genitum .... valde subtilis est illa generatio, & Dei Majestati conveniens, & omnem corporis imaginationem longe superans.... Quod autem absque Filio non possit a nobis omnino Pater intelligi, ipse nos quoque confirmat Filius dicens: Qui negat Filium, nec Patrem habet..... Neque vero tempus erat quo illum scilicet Filium non esse intelligimus, imo vero sæculorum est ipse conditor, & omni tempore superiorem habet substantiam. Et certe ad Mosen dicebat: Ego sum qui sum: hoc est nomen meum. Quocirca is qui Verbum est, revera cum Patre simul subsistens jure cogitetur, ut ex ipso, & in ipso & Consubstantialis ipsi. Non enim fructus substantiæ rei existentis fuerit res non existens. Nam cum creaturæ quotquot generandi vi præditæ sunt, non soleant gignere res alterius naturæ, sed similes sibi potius secundum omnem rationem eorum, quæ substantialiter sibi sunt indita; qui non absurdissimum fuerit inferiorem esse creaturis suum opificem? Genuit ergo Filium ex se Pater, qui est ipsius & Verbum & Sapientia & Potestas... Et exprimit quidem sicut ipse in propria natura genitorem suum, in Patre vero ipse existit, & unum est cum ipso identitate naturæ, hoc solo differens, quod Filius est..... scripsit vero Paulus: Nobis enim unus Deus Pater, ex quo omnia & nos ex ipso: & unus Dominus Jesus Christus; per quem omnia, & nos per ipsum. Videsis ergo quo pacto unum quidem Deum nominat Patrem: unum autem Dominum Filium. At

Ibid. 1. ad Cor. 8.

eum

CHRISTI AN. 438. cum unus sit Dominus Filius, Dominus intelligetur ipse quoque Pater ut Deus; adeoque cum unus quoque Deus dicatur Pater, Deus est Filius, utpote cum sit secundum naturam Dominus. Divinitatem enim naturalem utique dominatio sequitur; veram autem dominationem gloria divinitatis. Quocirca nemo dubitaverit, quod Verbum in principio erat, Deusque & apud Deum erat Verbum .... cum enim Pater semper sit Pater; omnino necesse est simul existere eum, qui in ipso est, & ex ipso secundum naturam. „

Theod. serm. 12. de oft. act. Theodoretus vero collectis in concinnum ordinem Juliani objectionibus, singulas ita repellit, ut corpus inde duodecim sermonibus efflorescens conficiat. Ejus operis titulus est: de curandis Græcorum affectionibus. In fine sic tradit scribendi rationem quam tenuit: " Has ego vobis, o viri, duodecim disputationes conscripsi, & ostendi quænam de Deo, deque materia & mundi fabrica, & de virtute ac vitio scripserunt Græci Philosophi, & quænam iisdem de rebus sacræ nos literæ docuerint; & quo pacto illorum quidem jam extincta sint omnia, & oblivionis caligine involuta: hæc vero nostra floreant ac vigeant, innumerisque per singulas civitates & Provincias auditoribus frequententur ac magistris. „ In sermone decimo refert verba Plutarchi & Porphyrii, qui scripsere post nostri Salvatoris adventum, & omnia jam passim defecisse oracula fatentur. Theodosius vero anno

CHRISTI AN. 439. 439. adversus Gentiles legem edidit, quibus sub pœna capitis sacrificia prohibet, innovatque pœnas omnes antea decretas adversus Manichæos aliosque hæreticos, Judæos ac Samaritanos ab omnibus officiis publicis arcet, vetatque ne Christianos ad suos ritus transferant.

Salv. l. 7. XXXII. Littorius religione gentilis, qui in Gallia Huonis auxiliaribus præerat, dum aruspicum responsis, & dæmonum significationibus fidit, pugnamque cum Gothis imprudenter conseruit, apud Tolosam captus est, & post dies paucos occisus a Theodorico Rege Gothorum. Inter Romanos & Gothos pax efficitur. At longe majorem Africæ calamitatem intulit Vandalica persecutio. Geisericus, Vandalorum Rex Arianus, de cujus amicitia nihil metuebatur, Valentinianus enim concessa ei majore parte Africæ

Prosp. in Chron. *Vandalica persecutio.* pacem redemerat, decimo quarto Kalendas Novembris Carthaginem dolo pacis invadit, omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit, nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas & sacris vasis exinanitas, & Sacerdotum administratione privatas non jam divini cultus loca, sed suorum esse jussit habitacula, in universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipue nobilitati & religioni infensus, ut non discerneretur, hominibus magis, an Deo bellum intulisset.

Vict. Utic. l. 1. Basilicam majorem, ubi corpora sanctarum Martyrum Perpetuæ atque Felicitatis sepulta sunt, suæ religioni licentia tyrannica mancipavit. Præterea præcipere nequaquam cunctatus est Vandalis, ut Episcopos atque laicos nobiles de suis Ecclesiis & sedibus nudos penitus effugarent. Quod si optione proposita, exire tardarent, servi perpetuo remanerent. Quod etiam in plurimis factum est. Quod-Vult-Deus Carthaginensem Episcopum, & maximam turbam Clericorum navibus fractis impositam, nudos atque exspoliatos expelli præcepit: quos Deus miseratione bonitatis suæ prospera navigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est civitatem. Senatorum atque honoratorum multitudinem primo exilio crudeli contrivit, postea transmarinam in partem projecit. Pulso namque Episcopo cum Clero venerabili, illico Ecclesiam nomine restitutam, in qua semper Episcopi commanebant, suæ religioni mancipavit, atque universas, quæ intra muros fuerant civitatis, cum suis divitiis abstulit. Sed etiam foris muros, quascumque voluit, occupavit, & præcipue duas egregias & amplas S. Martyris Cypriani, unam ubi sanguinem fudit, aliam ubi ejus sepultum est corpus. Quis vero sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate hymnorum cum silentio ad sepulturam perduci?

Prosp. in Chron. Hispani quatuor viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychius dudum apud Geisaricum merito sapientiæ & fidelis obsequii clari habebantur: quos Rex ut copulatiores sibi faceret, in Arianam sectam transire præcepit. At illi hoc facinus constantissime respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis suppliciis excruciati, ad postremum diversis mortibus interempti illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine frater Paschasii & Eutychii, pro elegantia formæ atque ingenii Regi admodum acceptus, quum a professione Catholicæ Fidei nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, & ad infamem servitutem damnatus est, ideo, ut apparet, non interfectus, ne superata sævitia impii Regis ætas illa gloriaretur. In tam gravi afflictione aliqui Episcopi Regem in maris littore deambulantem adeunt, enixeque rogant, ut saltem habitandi facultas concederetur. Ille respondit per internuntios: Decrevi ego de nomine & genere vestro nullum dimittere, & vos audetis talia postulare? Eos in vicinum mare mersisset, nisi a suis, ne hoc faceret, diu rogaretur. Aliorum sanctorum confessorum exulum sic meminit Romanum Martyrologium. 1. Sept. Capuæ S. Prisci Episcopi, qui unus fuit ex illis Sacerdotibus, qui in persecutione Vandalorum ob Fidem Catholicam varie afflicti, & vetustæ navi impositi, ex Africa ad Campaniæ littora pervenerunt, & Christianam disciplinam in iis locis dispersi, diversisque Ecclesiis præfecti mirifice propagarunt. Fuerunt autem ejus socii, Castrensis, Tammarus, Rosius, Heraclius, Secundinus, Adjutor, Marcus, Augustinus, Elpidius, Canion & Vindonius, S. etiam Quod-Vult-Deus, mentionem facit septimo Kalendas Novembris. Et quinto Kalendas S. Gaudiosi Ibitinæ Episcopi in Africa,

Salv. l. 7. Divinam justitiam Carthaginensium has irrogasse pœnas sceleribus, scribit Salvianus Presbyter Massiliensis: Video, inquit, quasi scaturientem vitiis civitatem, video urbem omnium iniquitatum genere ferventem, plenam quidem turbis, sed magis turpitudinibus; plenam divitiis, sed magis vitiis, vincentes se invicem homines nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate, alios impuritate certantes, alios vino languidos, alios cruditate distentos, cunctos vario luxus marcore perditos, sed pene omnes una errorum morte prostratos .... Quæ fuit pars civitatis non plena sordibus? Quæ intra urbem platea aut semita non lupanar? adeo pene omnia compita, omnes vias quasi foveæ libidinum interciderant, aut quasi retia prætexerant, ut etiam qui ab hac re penitus abhorrerent, tamen vitare vix possent. His immanem addit avaritiam: Latronum quodammodo excubias videres commeantium viatorum spolia captantes .... Quæ spes in illo populo esse poterat .... ubi inter tot millia, si diligentissime quæreres, castum vel in Ecclesia reperire vix posses .... Viri in semetipsis fœminas profitebantur, & hoc sine pudoris umbraculo .... Et per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integræ civitatis.

Ibid. L. 8. Professa etiam illic jugiter plurimorum paganitas fuit; habebat quippe intra muros patrios intestinum scelus, cœlestem scilicet Deam .... Et quod scelestius est, multi eorum qui professionem Christo dicaverant, mente idolis serviebant. Quis enim non eorum qui Christiani appellantur, cœlestem illam aut post Christum adoravit, aut, quod pejus est, multo antequam Christum .... At inquis, non omnes ista faciebant, sed potentissimi. Acquiescamus hoc ita esse: sed cum ditissimæ quæque ac potentissimæ domus turbam faciant civitatis ... Nemini enim dubium est, omnes dominorum familias aut similes esse dominis, aut deteriores .... Præterea commune erat omnibus in Dei servos odium. Si quando aliquis Dei servus, aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de sanctis Eremi secretis ad urbem illam officio divini operis accessit: simul ut in populo apparuit, contumelias, sacrilegia & maledictiones excepit .... Et miramur, si nunc illi barbaros perferunt? Vandali has idololatriæ reliquias, & publicas obscænitates, a quibus sicut Gothi maxime abhorrebant, penitus sustulerunt.

Gennad. de script. Eccles. Salv. epist. 19. Salvianus, qui ista deploravit, Presbyter fuit Massiliensis, divina & humana literatura instructus, Coloniæ Agrippinæ natus, ut ipse indicat. Episcoporum magister scripsit scholastico & aperto sermone multa. Laudantur imprimis ejus octo libri de providentia, & gubernatione Dei, deque justo & præsenti dei judicio; ostendit in eis quam justo judicio Christianos propter scelera, imprimisque obscœnam libidinem, barbaris minus nocentibus puniendos tradiderit divina providentia. Salonio Episcopo discipulo suo illud opus nuncupavit. Supersunt etiam quatuor ejus libri, qui Timotheus inscribuntur. In secundo legitur hæc egregia sententia: " Quidquidlibet homo pro Deo perferat, solvi omnino non potest quod Deus pro homine perpessus est. „ Alia ejus opera excidere præter paucas epistolas.

CHRISTI AN. 439. stolas. Salvianum ut egregium Presbyterum laudarunt D. Hilarius Arelatensis, & Ado in chronico.

Gennad. de scrip. Eccl. Plures tunc scripsere pro defensione fidei Nicænæ, quam in tota Africa subvertere volebant Vandali Ariani, Victor Cartenæ Mauritaniæ civitatis Episcopus scripsit adversus Arianos librum unum longum, quem Genserico Regi per suos audiendum obtulit. Cerealis, Voconius & Asclepius Afri Episcopi adversus eosdem edidere libros. Anonymus Neapolitanus adversus Varimadum Diaconum Arianum fidem exposuit. Hi omnes doctrinam de Trinitate Catholicam ut ab Apostolis traditam, & a majoribus acceptam, ac proinde retinendam prædicant. Antoninus Honoratus Constantinæ Africæ civitatis Episcopus scripsit ad Arcadium, qui pro confessione Fidei Catholicæ exulabat, epistolam ad labores pro Christo ferendos hortatoriam, & exemplis præsentibus & scripturarum relationibus roboratam.

Synodus Reg. Concil. tom. 1. nov.edit. Hard. XXXIII. Armentarii Ebredunensis Episcopi illegitime ordinati causa congregandæ apud Rhegium in Narbonensi secunda Synodo præbuit occasionem. Quid in ea gestum sit, declarant acta sequentia: " Cum in voluntate Domini apud Rhegensem Ecclesiam convenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem Ecclesiam habitæ remedium quæreretur, qua sacris Ecclesiæ canonibus omni parte neglectis, absque trium Episcoporum præsentia, absque comprovincialium literis, sine Metropolitani authoritate,

Cap. c. irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus præsumptam esse clarebat .... Itaque eos, qui tam incondita, ac tam instabilia usurparunt, placuit misericordiæ & charitatis occursu, ita in communionem dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentem & saluberrimam Taurinatis Synodi definitionem, ad perpetuam vitæ illius suffusionem, nullis se de cætero ordinariis interfuturos conciliis. "

Ibid. Ebredunensis Ecclesiæ Clerum deinde declarat innocentem, quia quorumdam laicorum insolentia vexatus legitimam ordinationem habere non potuerat. Armentarii vero contra Canones electi ordinationem declarat irritam: atque ut alia Canonica fieret electio, jubet. Eidem tamen indulget, ut cedere unam suarum parochiarum Ecclesiam possit quilibet Episcopus, ea lege, ut nullas Episcopi functiones exerceat Armentarius, ei tantum Neophytos confirmare & ante Presbyteros offerre conceditur. Excommunicatos quosdam, quos in Clero provexerat, deponit; alios ab ipso ordinatos permittit futuro Ebredunensi Episcopo, ut de iis quidquid sibi visum fuerit, constituat. Ideo damnationis vacuum abire permisit, quia priusquam culpæ suæ moneretur, munere discedens, privatæ domui se reddiderat, missisque ad Clerum literis, Ecclesiæ tabulis nomen eradi suum flagitaverat, professus irritam esse sui ipsius ordinationem.

Cap. 6. Ne deinceps quid tale contingat, statuit: " Ne quis ad eam Ecclesiam, quæ Episcopum perdidisset, nisi Episcopus vicinæ Ecclesiæ, exequiarum tempore accederet; qui visitatoris vice, tamen statim Ecclesiæ ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus Clericorum subversioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinia vicinarum Ecclesiarum inspectio, recensio, descriptioque mandatur. Hæc autem omnia

Cap. 7. exequiarum tempore, usque ad septimum defuncti diem aget. Exin se Ecclesiæ referens, mandatum Metropolitani simul cum omnibus Episcopis operietur. Nec quisquam ad Ecclesiam, quæ summum amiserat Sacerdotem, nisi Metropolitani literis invitatus accedat, ne a plebe decipiatur, & vim pati voluisse videatur. " His decretis subscripsere tredecim Episcopi, quorum Præses erat D. Hilarius Arelatensis, tanquam primus Metropolitanus, ad quem referri deberet de causis gravioribus, quæ per has Provincias emergerent. Tertio Kalendas Decembres anno 439. habita est hæc Synodus, quæ quid, defuncto Episcopo, tunc observaretur, aperte indicat. Episcopus nempe vicinior vice visitatoria ad vacuam Ecclesiam se conferebat, defuncti collegæ exequias celebraturus per septem dies. Interea cuncta diligenter inspiciebat, dabatque operam ne quid detrimenti caperet ea Ecclesia; omnia quæcumque ad ipsam pertinerent, exacte considerabat, eorumque catalogum futuro reservabat Episcopo, cujus omnia erant, statimque discedebat. Nullique deinceps Episcopo ad eam accedere licebat, ne forte si major vel opulentior esset Ecclesia, aliquis quasi vim a populo passus eam occuparet. Metropolitanus quamprimum commode fieri poterat, Encyclica comprovinciales convocabat Episcopos, qui eo præsente & dirigente futuræ adessent electioni, eamque confirmarent, ipse vero consecrabat electum. Hujus Synodi sunt octo Canones.

Prosp. in Chron. XXXIV. Julianus Eclanensis jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem præferens molitus est in communionem Ecclesiæ irrepere. Sed his insidiis Sixtus Papa, Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit. Et ita omnes Catholicos dejectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset. Sixtus tertius Romanus Pontifex, cum sedisset annos octo, & dies decem & novem, mortuus est. Plures Romæ basilicas ornavit amplis donariis. Libros tres de divitiis, de malis doctoribus, & de castitate nonnulli perperam ei attribuunt, scatent enim erroribus Pelagianorum, quos ille damnavit. Ipsius etiam non est liber Hypognosticon, seu subnotationum. Eo defuncto 40. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia præsentiam Diaconi Leonis exspectans: quem tunc inter Ætium & Albinum amicitiæ redintegrandæ causa Galliæ detinebant, quasi ideo longius esset abductus, ut electi meritum, & eligentium judicium probaretur. Ideo legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus Romanus Episcopus

CHRISTI AN. 440. ordinatur, mense Majo anni 440.

Eodem anno Joannes Antiochenus cum Antiochensem Ecclesiam octodecim annis administrasset, diem extremum obiit: successorem habuit Domnum suum ex sorore nepotem. Hic vitam monasticam professus est sub S. Abbate Euthymio, & postea factus Diaconus, cum Juvenalis Hierosolymitanus

Bolland. 20. Jan. Lauram dedicaret. Post Ephesinam Synodum ab Euthymio postulavit, ei permitteretur ire Antiochiam, ut avunculum suum, qui supplantatus fuerat, testificaretur. Nequaquam, respondit Euthymius, o fili, neque enim ille tua opus habet præsentia, sed etsi paululum a recta fide declinavit, Deus tamen qui novit cor illius se recte habere, ipsum convertet, & reducet ad id quod bene erit. Et tu quoque, o fili, siquidem in quo vocatus es loco permanseris, proficies, & gloriam adipisceris veram, quæ ex Deo est. Sin autem a Laura discesseris, obtinebis quidem administrationem, quam tuus habet avunculus; sed eam rursus tibi auferent mali homines, & præstigiatores, cum ab illis prius seductus fueris ignoratione. Quæ omnia effectum sortita sunt, postquam nequidem valedicto clam recessit Domnus.

Socrat. l. 7. c. 48. Eodem anno mortuo Firmo Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, Cæsarienses Constantinopolim venerunt Episcopum postulantes. Cumque Proclus dispiceret quem ad Episcopatum illum promoveret, forte accidit ut ad salutandum illum cuncti Senatores die Sabbati in Ecclesiam venirent, inter quos erat Thalassius, qui provinciarum & civitatum Illyrici præfecturam administraverat. Cum vero Orientis quoque partium administratio ei mox ab Imperatore credenda esset, ut fama erat, Proclus ei manum injiciens pro Præfecto prætorii Episcopum Cæsareæ illum constituit. Socrates hic finem fecit historiæ suæ, quæ, inquit, septem libris comprehensa continet spatium centum quadraginta annorum, vel potius 137. Exorsa quidem ab anno primo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ, qua Constantinus Imperator est renuntiatus: desinens autem anno secundo trecentesimæ quintæ Olympiadis, quo Theodosius Imperator septimum

Phot. Biblioth. cap. 28. decimum consulatum gessit. Stylus illi non admodum splendidus, sed nec in dogmatibus accuratus. Occidentis res parum novit, & de iis mendose non pauca scripsit. Eumdem terminum historiæ suæ, quam a consulatu Crispi & fratris ejus Constantini inchoaverat, imposuit Sozomenus. Pars ejus ultima desideratur. Hic Constantinopoli causas egit, estque Socrate in scribendo præstantior. Ambo quandoque dissentiunt, & Novatianis favent, maxime Socrates, qui in eorum gratiam miracula ficta supponit.

TEX-

TEXTUS GRÆCI LIBRI XXIII.

NUm. IX. Cyr. Epist. ad Joan. Antioch. ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν· τὰς δὲ Εὐαγγελικὰς καὶ Ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς Θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

Ibid. Poul. Emis. libell. ad Cyril. ἐλθόντος, καὶ συντυχὼν καὶ διαλεχθεὶς εὗρον καὶ τὴν σὴν ὁσιότητα προσεχομένην ὁμόνοιαν καὶ εἰρηνικὴν, καὶ ὡς Ἀρχιερεῦσι πρέπει, διαθεῖναι τὰ ἐν χερσί· καὶ δὴ γράμματα ἡμῖν ἐπεχειρίσθη ὁ σὸς ὁσιότατος ἀδελφὸς, ὅντινα καρυκευμένον ἐκ πατέρων διαδεξάμεθα ὀρθῶν καὶ ἀκηλίδωτον πίστιν· ὃ πρῶτον ἦν ἄξιον τούτου, καὶ σπουδῆς. ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ τὰ κατὰ Νεστόριον τύπον λαβεῖν τὸν ἄνωθεν ὑμῖν δοθέντα, ποιοῦμαι, παρὼν πρὸς παροῦσαν τὴν ὁσιότητα τόδε τὸ γράμμα. δι' οὗ ὁμολογῶ καταδέχεσθαι ἡμᾶς τὴν καθαίρεσιν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, ὄχαν δὲ Νεστόριον τὸν πρὸ αὐτοῦ γεγονότα τῆς μεγάλης Κωνσταντινουπόλεως, καθῃρημένον· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰ ἐν διδασκαλίαις μέρα ἀσεβῶς αὐτῷ εἰρημένα· καὶ ἀσπαζόμεθα τὴν καθ' ὑμᾶς καὶ ἐπιλεχθεῖσαν πρὸς ὑμᾶς κοινωνίαν, κατὰ τὴν ἐπιδοθεῖσαν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ παρ' ὑμῶν διὰ βραχέων περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσεως ἔκθεσιν· ἣν καὶ ἐπῄνεσας, καὶ ὡς ἰδίαν ἔδοξα πίστιν· ἐν καὶ τὸ ἴσον ὑποτέτακται τῷδε τῷ γράμματι· καὶ ταύτῃ τῇ καθαρᾷ κοινωνίᾳ λύσιν δίδομεν πᾶσι τοῖς ἐν μέσῳ παρ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ὡς ἐν ταραχαῖς γεγενημένοις· καὶ ἐπανερχόμεθα εἰς τὴν προτέραν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτι γαλήνην.

Ibidem Poul. Emis. hom. Alex. τίκτει οὖν ἡ Θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ . . . . ὁ τοῦτο μὴ λέγων, καὶ νοῶν, καὶ φρονῶν, ἀπόβλητος ἔστω ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. ἔτεκεν δὲ ἡμῖν ἡ Θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ· Ἐμμανουὴλ δὲ, Θεὸς ἐνανθρωπήσας. ὁ γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ Πατρὸς ἀρρήτως καὶ ἀνεκφράστως γεννηθεὶς Θεὸς Λόγος, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τίκτεται ἐκ γυναικός· τὴν γὰρ ἡμετέραν τελείαν ἀναλαβὼν φύσιν, καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐκ πρώτης συλλήψεως ἀναλαβὼν ἑαυτῷ, καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα ναὸν ἑαυτῷ κατασκευάσας, προῆλθεν ἐκ τῆς Θεοτόκου, Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός. δύο γὰρ φύσεων τελείων συνδρομὴ, θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα ἡμῖν ἀπετέλεσεν υἱὸν, τὸν ἕνα Χριστὸν, τὸν ἕνα Κύριον. ἤδειν καλῶς . . . ὡς πρὸς ὀρθόδοξον ἀφικόμην πατέρα . . . . ἀναθεματίζομεν δὲ τοὺς λέγοντας δύο υἱοὺς, καὶ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλομεν περιβόλων . . . . ὁ δεῖνα ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀποστόλων, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, ὁ Πέτρος, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ διπλοῦς φύσει, ὁ ἐνανθρωπήσας . . . οὐκ εἶπεν, οἱ υἱοὶ, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἐσήμανε καὶ τὸ μοναδικὸν πρόσωπον.

Num. XII. Epist. Joan. Antioch. ad Sixt. κατὰ τὸ παρεχτικὸν ἐστιν ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων Βασιλέων, ἁγία Σύνοδος θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων συνήχθη κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, τὴν κατὰ Νεστόριον ὑπόθεσιν χάριν. οἱ καὶ συναδράξαντες ἅμα τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἐκδίκοις παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστίνου, τοῦ γενομένου Ἐπισκόπου τῆς ἁγίας Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ψήφῳ καθαιρέσεως ὑπεβεβλήκασι τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, ὡς βεβήλῳ διδασκαλίᾳ χρώμενον, καὶ σκανδαλίσαντα πολλοὺς, καὶ οὐκ ὀρθοτομήσαντα περὶ τὴν πίστιν· συνδεδραμηκότας δὲ καὶ ἡμᾶς, ἅτε ὕστερον γεγονότας ἐρόντες, λυπησάμεθα· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, διαφορᾶς μεταξὺ γενομένης ἡμῶν τε καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ πολλῶν μεταξὺ πεπραγμένων τε καὶ εἰρημένων, ὡς τὰς ἑκασταχοῦ Ἐκκλησίας καὶ πόλεις ἀνατρέψαι μὲν, ὁ συνελεχθεῖσιν τῷ ἐπικαίρῳ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ δι' ὑπογραφῆς εἰς τὴν ἐξεταχ-θεῖσαν κατὰ Νεστορίου τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, διῃρημένων πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν. ἐπειδὴ τοίνυν μάλιστα ταύτης φροντίσαι ἔδει, ὅπως συναφθῶσιν . . . . καὶ τῶν . . . . Βασιλέων αὐτοὶ δὲ τοῦτο γενέσθαι θεσπισάντων, καὶ εἰς τοῦτο πεπομφότων τὸν . . . Τριβοῦνον . . Ἀριστόλαον, συνῄρουσιν εἰς ἀναίρεσιν πάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὸ εἰρηναῖον βραβευθῆναι ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς συνθέσθαι τῇδε τῇ ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου, τῇ ἐξενεχθείσῃ κατὰ Νεστορίου, ἔχειν τε αὐτὸν καθῃρημένον, καὶ ἀναθεματίσαι τὰς δυσφήμους αὐτοῦ διδασκαλίας, διὸ τὸ τὰς παρ' ἡμῖν Ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν ἀεὶ καὶ ἀβίβηλον ἐσχηκέναι πίστιν, καθὰ καὶ τοῦτον ἀεὶ φυλάττειν καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης, καὶ ταύτην ἀεὶ φυλάττειν καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ Ὁσιωτάτου . . . τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας Ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ· καὶ κοινωνικοὶ πᾶσίν ἐσμεν τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις Ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀμώμητον ἔχουσί τε καὶ πρεσβεύουσι πίστιν.

Num. XXII. Cyr. Epist. ad Acac. Melit. κατηγορήσουσι πικρῶς τῆς ἀπολογίας τῶν ἁγίων Ἐπισκόπων, τῶν ἀπὸ τῆς ἕω, φημί· ὥσπερ πεπεισμένοι αὐτὴν πρὸς τὸ ἐκείνοις ἡδὺ, καὶ φίλον, καὶ νοοῦντες οὐκ ὀρθῶς, οὐκ ἀποδόντος γενέσθαι φασὶ ταῖς Νεστορίου κενοφωνίαις· συγκατατίθενται δὲ καὶ ἡμᾶς, οἷς ἤδη γεγράφαμεν, πεφροντικότας τὰ ἐναντία. μανθάνω δὲ ὅτι κεκαινοτόμηκεν· ὅτι πίστεως ἔκθεσιν, ἤτοι σύμβολον καινὸν, ἀρτίως κατεδεξάμεθα, τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο, καὶ σεπτὸν ἀτιμάσαντες . . . . . . τὴν ἐκείνων φαμὲν· ἡ πίστεως ἔκθεσις ἐξῄτηται παρ' ἡμῶν τινος, ἤγουν καινοτομηθεῖσα παρ' ἑτέρων κατεδεξάμεθα . . . . ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁσιώτατοι Ἐπίσκοποι διχονοήσαντες πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὴν τῆς Ἐφεσίων, καὶ γεγόνασί πως ἐν ὑποψίᾳ τοῦ καὶ ἐνειλῆφθαι βρόχοις τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, σοφῶς τε, καὶ μάλα ἐμφρόνως, ὡς ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας, καὶ τοὺς τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐραστὰς πληροφορεῖν σπουδάζοντες, ὅτι τῆς ἐκείνου βδελυρίας ἀμοιρεῖν ἐγνώκασι, πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν· καὶ τὸ χρῆμα ἐστι λόγου τε παντὸς, καὶ μώμου μακράν· εἰ γὰρ εἰ καὶ αὐτοὶ Νεστόριος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν αὐτῷ προσετέθειτο παρὰ πάντων ἡμῶν τὸ χρῆναι καταψηφίσασθαι τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, καὶ ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν, καὶ αὐτὴν αὐτοῖς εἴη πίστεως ἡμῖν καινοτομηθὲν σύμβολον; ὅπερ Νεστόριος . . . . Χριστὸν . . . . εἰς υἱοὺς δύο μερίζει τὸν ἕνα, καὶ ἕτερον μὲν ἰδικῶς ἀναφέρει υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ Κύριον, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γεννηθέντα Λόγον, ἕτερον δὲ πάλιν ἀνὰ μέρος, καὶ ἰδικῶς υἱὸν, καὶ Χριστὸν καὶ Κύριον, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, τὴν ἂν εὐδοκήσειέ τις, αὐτὸ δὲ τοῦτο σαφῶς ἀκοντὶ βούλεται ἐκεῖνοι; οἱ δὲ Θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἕνα τε ἀναφέρουσιν υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ Κύριον, τέλειον ἐν θεότητι, τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι . . . . . . ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα . . . . . ἀλλ' ἐκεῖ φθάσαν οὕτως ἔχειν Νεστορίῳ δοκεῖ· αὔξεται δὲ μᾶλλον ὁ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς τὸ ἐναντίον . . . . . ὑποκρίνεται μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ ἐσαρκώθη, καὶ ἐνηνθρώπησε Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, τὴν δέ γε τοῦ σεσαρκῶσθαι δύναμιν οὐκ εἰδὼς, δύο μὲν ὀνομάζει φύσεις, ἀποδιαιρεῖ δὲ ἀλλήλων αὐτὰς, Θεὸν ἰδίᾳ τιθεὶς, καὶ ὁμοίως ἄνθρωπον ἀνὰ μέρος, συναφθέντα Θεῷ σχετικῶς, κατὰ μόνην τὴν ἰσοτιμίαν, ἤγουν αὐθεντίαν· ἔφη γὰρ οὕτως· ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός· διὰ τοῦτο τοῦ μὴ χωριζομένου τὴν τιμὴν οὐ χωρίζω· χωρίζω τὰς φύσεις· ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν.

Ibidem Cyr. Epist. ad success. ἐννοοῦντες τοίνυν . . . τὸν ἐνανθρωπήσεως τὸν τρόπον, ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἀσυγχύτως, καὶ ἀτρέπτως· ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λόγος Θεός ἐστι, καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα, οἰκονομικῶς . . . μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν υἱὸν καὶ ὡς οἱ Πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην . . . . . οὐκοῦν γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν, ὡς Νεστορίῳ δοκεῖ, καὶ ἵνα πιστευθῇ ἄνθρωπος γεγονὼς, καίτοι μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, δῆλον δὲ ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν, ταύτῃ τοι καὶ πεινῆσαι λέγεται, καὶ καμεῖν ἐξ ὁδοιπορίας . . . . καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἀδιαβλήτων ἀνασχέσθαι παθῶν· ἵνα δὲ πάλιν πληροφορήσῃ τοὺς ὁρῶντας αὐτὸν, ὅτι μετὰ τοῦ εἶναι ἄνθρωπος, καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, εἰργάζετο τὰς θεοσημείας . . . . . μετὰ γε τὴν ἀνάστασιν τὸ μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ πεπονθὸς, πλὴν οὐκέτι

τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἔχον ἐν ἑαυτῷ . . . . ἀλλὰ λοιπὸν ἄφθαρτον· καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ζωοποιόν, ζωῆς γάρ ἐστι σῶμα, τουτέστι, τοῦ μονογενοῦς· κατελαμπρύνθη δὲ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεστάτῃ, καὶ νοεῖται Θεοῦ σῶμα· μεταβολὴν δὲ τὴν εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, οὐκ ἐνδέχεται παθεῖν σῶμα τὸ ἀπὸ γῆς· ἀμήχανον γάρ· ἐπεὶ κατηγορήσομεν τῆς θεότητος ὡς γενητῆς καὶ ὡς προσλαβούσης τι ἐν ἑαυτῇ, ὃ μή ἐστι κατὰ φύσιν ἴδιον αὐτῆς. Ἴσον γάρ ἐστιν εἰς ἀτοπίας λόγον τὸ εἰπεῖν ὅτι μετεβλήθη τὸ σῶμα εἰς θεότητος φύσιν, ὃ μὴν κἀκεῖνο ὅτι μετεβλήθη ὁ λόγος εἰς φύσιν σαρκός, τῷ λέγειν μεταπεχωρηκέναι τὴν θεότητα εἰς φύσιν σαρκός· ὥσπερ δὲ τοῦτο ἀμήχανον, ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ ἕτερον.

Idem Epist. 2. ad succeſſ. ἀλλ' οὐκ ἔξω διὰ τοῦτο λέγομεν αὐτὸν τοῦ λέγεσθαι παθεῖν· ὥσπερ γὰρ ἴδιον αὐτοῦ γέγονε τὸ σῶμα, οὕτω καὶ πάντα τὰ τοῦ σώματος δίχα μόνης ἁμαρτίας λέγοιτ' ἂν οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ, κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικήν . . . . εἰ γὰρ καὶ εἷς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος καὶ ἐνανθρωπήσας, οὐ πέφυρται διὰ τοῦτο, καθὰ τοῖς ἐκείνοις δοκεῖ, οὔτε μὴν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἡ τοῦ Λόγου φύσις, ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῆς σαρκὸς εἰς τὴν αὐτοῦ. ἀλλ' ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρου μένοντός τε καὶ νοουμένου, κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον, ἀρρήτως καὶ ἀφράστως ἑνωθεὶς, μίαν ἡμῖν ἔδειξεν υἱοῦ φύσιν· πλὴν, ὡς ἔφην, σεσαρκωμένην . . . . ἀρκεῖ γὰρ πρὸς δήλωσιν τῆς τελειώσεως τὸ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ λέγειν, ὅτι σεσάρκωται . . . . τῆς γε μὴν θεοπνεύστου γραφῆς σαρκὶ παθεῖν αὐτὸν λεγούσης, ἄμεινον καὶ ἡμᾶς οὕτω λέγειν, ἤγουν τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος· εἰ καὶ ὅτι μάλιστα, εἰ μὴ δυσφρόνως λέγοιτο τοῦτο πρός τινων, ἀδικήσειεν οὐδὲν τὸν τοῦ Μυστηρίου λόγον· τί γάρ ἐστιν ἀνθρωπότητος φύσις ἕτερον, πλὴν ὅτι σὰρξ ἐμψυχωμένη νοερῶς, ᾗ καὶ πεπονθέναι φαμὲν σαρκὶ τὸν Κύριον.

Num. XXVI. Cyril. Alex. in Symb. ὀρθὴ γὰρ πίστις, καὶ ἀκατάσειστος, σύνδρομον ἔχουσα τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα, πάσης ἡμᾶς ἐμπιπλῆσιν ἀγαθοῦ, καὶ διαπρεπῆ λαχόντας τὴν δόξαν ἀποφαίνει. πράξεων δὲ λαμπρότης, εἰ ἀμοιροῦσα φαίνοιτο δογμάτων ὀρθῶν, καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως, ὀνήσειεν ἄν, οἶμαί γε, κατ' οὐδένα τρόπον τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν· ὥσπερ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, οὕτως εἶναί φαμεν ἀληθὲς καὶ τὸ ἔμπαλιν· οὐ συναναλαμπέτω τοῖς ἀξίοις αὐχήμασι καὶ τὸ ἀμώμητον ἐν πίστει . . . . πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἕνα Θεόν, ἐκβάθρου ὥσπερ αὐτοὺς κατασείοντες τῆς Ἑλλήνων δόξης . . . . . υἱόν γε μὴν διαμεμηνυκότες . . . . γεγεννῆσθαι . . . καὶ οὐ πεποιῆσθαί φασιν, ἀσαφεστέρων μὲν ἐσομένων τῷ κτίσμα, διὰ τὸ μὴ πεποιῆσθαι, νοοῦντες αὐτόν· ἐκφαίνει δὲ μᾶλλον διισχυριζόμενοι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ἀλλόγενα καὶ ἀποθνήσκοντας. ἦν γὰρ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ . . . . ἀκούων ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ Πατρί· ἐπίτρεπον καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ γεγεννῆσθαι πιστεύονται . . . . ἁπάντων δὲ ποιητὴν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἀποφήναντες τὸν Πατέρα, δι' υἱοῦ τὰ πάντα δεδημιουργῆσθαί φασιν, οὐ τὸ μεῖον ἐν δόξῃ, καθάπερ τινὰ κλῆρον αὐτῷ, πρέποντα προσνενεμηκότες, πολύ γε καὶ δεῖ· τὸ γὰρ ὅλως εἶναι τὸ ἔλαττον, ἤγουν τὸ μεῖζον ὁρᾶν ἐν ταυτότητι τῆς οὐσίας; ἀλλ' ὡς τὸν Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, οὐ πεφυσιωμένην ἰσχὺν ἐργάζεσθαί τι, καὶ εἰς τὸ εἶναι καλεῖν, πλὴν ὅτι δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, ὡς διὰ δυνάμεως, καὶ σοφίας τῆς ἑαυτοῦ . . . . ὁμοούσιον τοίνυν, ὁμοσθενῆ καὶ ἰσουργὸν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀποδεδειχότες, διαμέμνηνται χρησίμως τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας διαβεβαιοῦσι τὸ Μυστήριον πληρωτικὸν ἔσεσθαι, καὶ ἀπροσδεᾶ διὰ τοῦτο τῆς Πίστεως τὴν παράδοσιν οὐ μάλα δυσγνωστέος. οὐ γάρ τοι μόνον ἀπόχρη τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν τὸ διακεῖσθαι, καὶ φρονεῖν, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεγέννηται τοῦ Πατρὸς, ὁμοούσιός τε αὐτῷ . . . ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον εἰδέναι πρὸς τούτοις, ὡς τῆς ἁπάντων ἕνεκα σωτηρίας, καὶ ζωῆς, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν . . . . νοηθείη δ' ἄν . . . . ὁ κάθοδος οἷος ἐξ Οὐρανοῦ, καὶ ἄνωθεν, ὃ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς . . . . καὶ γὰρ ἔφη τοῖς ἁγίοις προσδιαλεγόμενος μαθηταῖς· ἐξῆλθον ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν Κόσμον . . . . . . καὶ τοι γὰρ ὑπάρχων ἐν ὑπερτάταις ὑπεροχαῖς, καὶ ἰσαίων πάντα ἑστηκὼς κατὰ τὸ ἴδιον πατρὸς, ὅτε δὴ καὶ ἐν ταυτότητι φύσεως τῆς πρὸς αὐτὸν νοούμενος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ &c. . . . . ἐπειδὴ γὰρ, Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, τὴν ἡμῶν ὑπεῖλθε σάρκα, μεμένηκε δὲ καὶ οὕτω Θεὸς . . . καὶ οὐκ ἄψυχόν γε τὴν σάρκα λαβών . . . . . ἐμψυχωμένην δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ . . . . . ἴδια . . . ἐποιήσατο τὰ τῆς σαρκός· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρου τινὸς, αὐτοῦ δὲ μᾶλλον ἡ ἀφράστως αὐτῷ καὶ ἀπορρήτως ἑνωθεῖσα σάρξ· ὅτε καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης σάρκα φησὶ γενέσθαι τὸν Λόγον· γέγονε δὲ σάρξ, οὐ κατὰ μετάστασιν, οὔτε μὴν ἀλλοίωσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταβαλών· οὔτε μὴν φυρμὸν, ἢ σύγχυσιν, ἢ τὴν βουλομένην παρά τισι συνουσίωσιν ὑπομείνας· ἀμήχανον γάρ· ἐπεί τοι ἐστι κατὰ φύσιν ἄτρεπτός τε, καὶ ἀναλλοίωτος ἔχων· σάρκα δὲ μᾶλλον ἐψυχωμένην ψυχῇ νοερᾷ παρθενικοῦ, καὶ ἀχράντου σώματος λαβὼν καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος . . . . . . καὶ ὁ πρότερον ἄνθρωπος νοεῖται Χριστός, οὐδ' οὕτω προελθὼν εἰς τὸ εἶναι Θεόν· ἀλλὰ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, γέγονεν ἄνθρωπος· ἵνα ἐν ταυτῷ νοῆται Θεὸς ὑπάρχων ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· οἵ γε μὴν αὐτὸν εἰς Υἱοὺς μερίζοντες δύο, καὶ τολμῶντες λέγειν, ὅτι τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ ἄνθρωπον ἑαυτῷ συνῆψεν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ μετέδωκεν αὐτῷ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς τιμῆς, καὶ τοῦ τῆς υἱότητος ἀξιώματος, καὶ παρεσκεύασεν αὐτὸν ὑπομεῖναι σταυρὸν, ἀποθανεῖν, καὶ ἀναβιῶναι . . . . . πρόσωπα μὲν Υἱοὺς προσβάλουσι δύο, ἀπὸ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀντιστρέφουσιν ἀμαθῶς . . . . . . ὅτι δὲ γέγονεν ἡμῶν ἀρχιερεὺς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὅτε καὶ ἄνθρωπος γέγονε, τοῦτ' ἐστιν ἀμφίβολον, γεγραφότος ἤδη τοῦ θεσπεσίου Παύλου· κατανοήσατε τὸν Ἀπόστολον καὶ Ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν; οὐ γάρ τοι τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις οὐκ ἀπεοικὸς νοεῖτ' ἂν εἰκότως, καὶ μεῖον μὲν, ἢ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν τε καὶ δόξαν, οὐκ ἀνάρμοστον δὲ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ . . . . ὅτι δὲ σαρκωθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, σύνθρονός ἐστι, καὶ ἰσοκλεὴς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ μετὰ σαρκὸς, ὡς ὢν ὑπάρχων Υἱὸς, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, σαφηνιεῖ γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς . . . . διατεραίνοντες δὲ τὸν περὶ Χριστοῦ Λόγον οἱ τρισμακάριοι πατέρες, τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαμεμνημονεύκασι· πιστεύειν γὰρ ἔφασαν εἰς αὐτὸ, καθάπερ ἀμέλει εἰς τὸν πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν· ὁμοούσιον γάρ ἐστιν αὐτοῖς· καὶ προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ Υἱοῦ· ἐνεφύσησε γοῦν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις, λέγων· λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· οὐκοῦν ἐκ Θεοῦ, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐκ ἀλλότριον τῆς ἀνωτάτω πάντων οὐσίας· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τε, καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἴδιον αὐτῆς.

Num. XXXI. Cyr. l. 7. contra Jul. ἰλυὸς δὲ λίαν ἐστὶ καὶ βαθὺς ὁ ἐπ' αὐτῷ (βαπτίσματι) λόγος, καὶ ταῖς τῶν πλανωμένων διανοίαις οὐχ ἁλώσιμος . . . . ἀρχὴ γὰρ σωτηρίας ἡ πίστις, καὶ ταύτην ἔχει τὴν εἰσβολὴν τὸ θεῖον ἡμῶν καὶ σεπτὸν μυστήριον· ἵνα τοίνυν καὶ εἰς τὰς τῶν ἀμυήτων ἐκφέρω ἀκοὰς τὰ κεκρυμμένα, προσκρούσαιμι λέγοντι τῷ Χριστῷ· μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, τῶν βαθυτέρων ἀφέμενος, τρέψομαι μᾶλλον ἐπ' ἐκεῖνα νυνὶ, τὰ δι' ὧν ἐστιν ἰδεῖν οἴκοι βαδίζοντα.

Ibidem Jul. apud Cyr. lib. 8. ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν κύριος εἷς ἐστί . . . . . ταῦτα οὖν ὁ Μωσῆς ἵνα διατεινόμενος μόνον εἶναι Θεόν. ἀλλ' ἴσως τυχὸν ἐρεῖτε, οὐδὲ ἡμεῖς δύο λέγομεν, οὐδὲ τρεῖς. ἐγὼ δὲ λέγοντας ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τοῦτο δείξω, μαρτυρόμενος Ἰωάννην λέγοντα· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. ὁρᾷς ὅτι πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται ὅτι καὶ ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθεὶς, εἴτε ἄλλος τίς ἐστιν, ἵν' ὑμῖν καὶ πρὸς Φωτεινὸν ἀποκρίνωμαι, διαφέρει τοῦτο νῦν οὐδέν· ἀφίημι δὲ τὴν μάχην ὑμῖν . . . . . Θεοτόκον δὲ ὑμεῖς οὐ παύεσθε Μαρίαν καλοῦντες.

Ibidem Cyr. l. 8. contra Jul. ἀξιοῖ γὰρ οἶμαι προσαποφῆναι σαφῶς Θεὸν ὄντα, καὶ ἐκ Θεοῦ τὸν Λόγον· εἶτ' ἄνωθεν ἐπιδείξαι λοιπὸν καὶ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος . . . . . . οἴεται δὲ ἴσως ταῖς τῶν ἁγίων ἡμᾶς ἀντιφέρεσθαι δόξαις, καὶ Θεοὺς εἶναι τρεῖς ὁμολογεῖν, εἰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συνυπάρχειν ἀεὶ διοριζόμεθα, φρονοῦντες ὀρθῶς, τὸν ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἴδιον αὐτοῦ μονογενῆ Θεὸν Λόγον, καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὡς ὁμοούσιον αὐτῷ· ἡ γάρ τοι μία τῆς θεότητος φύσις ἐν ὑποστάσεσι μὲν νοεῖται τρισὶ· ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι . . . . . . ὅτι καὶ ἔστιν εἷς λόγος Θεὸς, ἀλλ' οὐ δίχα τοῦ ἰδίου γεννήματος ἐννοοῖτο ποτὲ τὸν Πατέρα, ὥσπερ μὴν τοῦ κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ προχεομένου Πνεύματος, ὃ καὶ ἐστιν ἴδιον αὐτοῦ . . . .

FINIS TOMI SECUNDI.

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Numerus primus Librum, secundus paragraphum indicat.

A

Arta-

Codex

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Pela-

Q

R

S

T

Mul-

V

Z



